

FŒDERA,

Conventiones, Literæ,

Et Cujuscunque Generis

ACTA PUBLICA,

INTER

REGES ANGLIÆ,

Et Alios quosvis

IMPERATORES, REGES, PONTIFICES, PRINCIPES, vel COMMUNITATES,

AB

Ineunte Sæculo Duodecimo, viz. ab Anno 1101, ad nostra usque Tempora, Habita aut Tractata;

Ex Autographis, infra Secretiores Archivorum Regiorum Thesaurarias, per multa Sæcula reconditis, fideliter Exscripta.


In Lucem missa de Mandato REGINÆ.

Accurante *THOMA RYMER*,
Ejusdem Serenissimæ REGINÆ Historiographo.

TOMUS XII.

LONDINI:
Per A. & J. CHURCHILL. MDCCXI.






TO THE

QUEEN.

Most Excellent Sovereign,



HIS Book affords not much Variety in the Business and Adventures of War, *The Language is changed, and* Peace *now is become the Word in Fashion.*

Our Neighbour, for so many Generations call'd our Adversary of France, *now in*

A *this*

this Your Twelfth Volume is our most dear Cousin of France, *or* Lewis of France *our most dear Cousin.*

Twice indeed Armies are Rais'd, and we find on the Muster Roll Archers on Horseback, Archers on Foot, Bills, Halbards, Demi-Lances, Spears, and Men of Arms with their Custrells.

These are carried into France: *But no Fighting.*

They bring home French *Gold; so many Hundred Thousand* Scutes, *which was Money in those Days, decide the Controversy, and make an end of the Quarrel.*

Lewis *the Eleventh, that Wise Prince, struck the Bargain with our King* E. IV. *And the Bargain was Renewed, the Payments continued, and the Arrearages Accounted for by him during Life, by his Son* Charles *the Eighth, and by their Successors, with our King* H. VII. *Your* Majesty's *most Noble Progenitor.*

But this Reign, beside the old Trade *of War, was more especially distinguish'd on account*

count of Adventures *of quite another nature*; *Now it is that new Schemes of Navigation are devis'd, new Searches made, new Land, new Seas, another* World, *another* Indies *are found out, till then not known nor before discovered to Mankind that Inhabit on this side the Globe.*

Thus Traffick and Commerce had a new Countenance, and the Northern America *successfully cultivated by our Merchants and Planters ever since, down to our Times: But the* Mar del Zur *was not yet rendred* English; *The South Sea Navigation, Discoveries and Trade, seem as a particular Blessing by the Divine Providence reserv'd for Your* Majesty's *most Auspicious Reign, that with the Benefits of Civil Life our true Religion might be Communicated and Carried to the Extremities of the Earth; And the Light of the Holy Gospel shine forth in the most Remote and Darkest Regions.*

This Book, Most Gracious Sovereign, *ends with a Treaty, of all Treaties the most Memorable and most Important; the Effects of which make the Ornament and Security, the Joy and Felicity of these our Times; for the which, Your Kingdoms and even all* Europe

Europe *at this Day have caufe to blefs God*; *I mean the* Marriage Treaty *of Your moft Noble Progenitors,* Margaret *of* England *with* James *the Fourth of* Scotland, *from which Your moft Sacred Perfon is Defcended to the Imperial Seat, and fo happily fill the Throne of* Great Britain *at this Day.*

Whereon that God long continue Your moft Glorious Reign, is the Prayer of all good People and

Your Majefty's

Moft Devoted Servant,

T. RYMER.

CONVENTIONUM, LITERARUM, &c.

INDEX Chronologicus.

Regnante *Ed.* 4

A.D.	A.R.	Mense.		
			A. 15 E. 4.	
1475	15 *Ed.* 4.	15 *Apr.*	DE Conducendo Armatam Potentiam supra Mare.	p. 1
		1 *Maii*	De non Ligeando durante Viagio Regis.	p. 2
		9	Appunctuata, prius cum Henrico nuper Rege Castellæ, Ratificantur cum Rege Ferdinando.	ibid.
		15	De Liga cum Ferdinando prædicto.	p. 3
			De Salvo Conductu pro Rege Scotorum.	p. 4
			De Marinariis Bretannicis, pro Viagio Franciæ.	ibid.
		30	Pro Prospero Camilio de Medicis.	p. 5
		1 *Junii*	Super Regali Viagio, de Privilegiis concessis.	p. 6
		6	Pro Laurentio de Medicis, super Pecunia Mutuata.	p. 7
		10	Super Solutione Pecuniæ memoratæ.	p. 9
		12	Pro Domino Audeley & Galliardo Dureford.	p. 12
		20	De Communicando cum Duce Britanniæ.	ibid.
			De Custode Regni Constituto.	p. 13
			De Potestate Custodi concessa.	ibid
			Pro eodem Custode.	p. 14
			Pro eodem Principe.	ibid.
		13 *Aug.*	Appunctuamenta, cum Adversario Franciæ, pro Abstinentia Guerræ & Exercitu Regis Retrahendo.	ibid.
		29	De Querelis Compromittendis; de Pecuniis solvendis; de Armata & Exercitu in Angliam Retrahendis.	p. 15
			Appunctuamenta de Treugis per Septennium duraturis.	p. 17
			Appunctuamenta de Amicitia cum Consanguineo Franciæ & de Matrimonio.	p. 19
			Exemplificatio Literæ Annui Census.	p. 20
			De Regina Margareta Deliberanda.	p. 21
		13 *Nov.*	De dicta Regina Recipienda.	p. 22
1476		22 *Jan.*	Nova Ratificatio Treugarum Britanniæ.	ibid.
		3 *Feb.*	Acquietantia Regis Scotorum.	p. 23
			A. 16 E. 4.	
	16 *Ed.* 4.	16 *Mar.*	Pro Duce Britanniæ, de Relaxando.	ibid
			De Confirmatione Treugarum inter Regem & Ducem prædictum.	p. 24
			Super Confœderatione cum Rege Daciæ Redintegranda.	p. 25
		18	De Officio Principalis Secretarii in Lingua Gallica concesso.	p. 26
1476	16 *Ed.* 4.	16 *Maii*	De Exemplificatione Appunctuamentorum, cum Adversario Franciæ, super Exercitu Retrahendo.	p. 27
		24	De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Regis Daciæ.	ibid.
		17 *Junii*	Pro Feretro nuper Ducis Eborum, Patris Regis, de Providendo.	p. 28
		18	De Licentia ad Scientiam Philosophiæ Exercendum.	ibid.
			De Custodia Temporalium Archiepiscopatûs Eborum.	ibid.
		28	De Licentia Eligendi pro Archiepiscopo Eborum.	p. 29
		9 *Julii*	De Tractando cum Rege Daciæ.	ibid.
		31	Pro Ludovico Franciæ, de Acquietando.	p. 30
		6 *Sept.*	De Custodia Temporalium Episcopatus Roffensis Commissa.	p. 31
			De Auctoritate ad Fidelitatem Recipiendam.	ibid.
		11	De Restitutione Temporalium Landaven.	p. 32
		12	Super Differentiis inter Mercatores de Communicando.	ibid.
			Super Differentiis prælibatis, de Concludendo.	p. 33
		25	De Restitutione Temporalium Wygorn.	p. 34
		8 *Oct.*	De Restitutione Temporalium Eborum.	ibid.
		14	De Restitutione Temporalium Dunolm.	p. 35
		24 *Nov.*	De Communicando cum Rege Castellæ.	p. 36
		26	De Coloniensibus Hansæ Reconciliatis Certificatorium	ibid.
		3 *Dec.*	Pro Duce Britanniæ de Confirmatione.	p. 37
		7	Pro Annuitate Franciæ Acquietantia.	p. 38
		24	Procuratorium inter Personas Privatas sub Sigillo Civitatis Lubicensis.	ibid.
1477		30 *Jan.*	Super Amicitia cum Rege Daciæ Resolidanda.	p. 39
		31	Super Dote Ceciliæ, Filiæ Regis, solvenda, Procuratorium Regis Scotorum.	p. 40
		2 *Feb.*	Pro Dote præfata, de Salvo Conductu.	p. 41
		3	Super dicta Dote, de Acquietantia.	ibid.
		24	De Præsentatione pro Episcopo Rathlurensi.	p. 42
			A. 17 E. 4.	
	17 *Ed.* 4.	31 *Mar*	De Communicando & Tractando cum Rege Castellæ.	ibid.
		20 *Maii*	De Tractando cum Oratoribus Imperatoris.	ibid.

Pro

Index Chronologicus.

Pro

Index Chronologicus.

A. 21. E. 4.

A. 22. E. 4.

Regnante *Ed.* 5.

A. 1. E. 5.

Regnante *Ric.* 3.

A. 1. R. 3.

De

Index Chronologicus.

A. 2 R. 3.

A. 3 R. 3.

Regnante *Hen.* 7.

A. 1 H. 7.

A. 2 H. 7.

A.D.	A.R.	Mense.	
1486	2 Hen. 7.	7 Sept.	[illegible] Conventionum per Ducem Britanniæ. p. 315
		24 Oct.	Conventionum Regis Scotorum Confirmatio. p. 316
		27 Nov.	Pro Poeta Laureato. p. 317
		Dec.	De Restitutionibus pro Archiepiscopo Cantuariensi. ibid.
		7	De Restitutionibus pro Episcopo Eliensi. p. 318
		12	De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Regis Romanorum. ibid.
		15	De Tractando & Concludendo cum Romanorum Rege. p. 319
1487		3 Jan.	Tractatus, factus per Oratores Maximiliani Regis Romanorum & Philippi Archiducis Austriæ, pro intercursu Mercatorum. p. 320
		26	Ratificatio Tractatus pro Intercursu Mercatorum. p. 3.1
		8 Feb.	Pro Episcopo Exoniensi de Custodia Temporalium Winton. p. [illegible]
		2 Apr.	De Restitutione Temporalium Exon. ibid.
			De Restitutione Temporalium Winton. p. 323
			Pro Archiepiscopo Cantuariensi. ibid.
		6 Aug.	Commissio facta Archiepiscopo Cantuariensi pro Absolutione Tumultuantium. p. 324

A. 3 H. 7.

A.D.	A.R.	Mense.	
	3 Hen. 7.	22 Sept.	De Præsentatione ad Ecclesiam in Marchiis Calesiæ p. 325
		22	De Salvo Conductu. ibid.
		2	De Conductu ad Ambassiatores Regis Scotorum. p. 326
		14 Oct.	De Communicando & Tractando super Piscaria, vocata le Fishgarth. ibid
		7 Nov.	De Tractando & Communicando super Treugis & Matrimoniis. p. 327
		10	De Officio Senescalli Angliæ, ad Coronationem Reginæ Commissio. p. 32[illegible]
		24	De Salvo Conductu. ibid.
		20 Dec.	Conventionum de Treugis Scotiæ Prorogandis, & diversis Matrimoniis contrahendis, Confirmatio. ibid.
1488		Jan.	Bulla contra Hybernicos Prælatos, qui Lambertum Symnel prætensum de jure, de facto in Regem Coronarunt. p. 332
			Consimilis contra Episcopum Assavensem. p. [illegible]
		30	De Tractando cum Rege Scotorum. p. 334
		Feb.	De Conductu pro Ambassiatoribus Scotiæ. ibid
		16	De Conductu pro Commissariis Regis Romanorum. ibid.
		18	Pro Mercatoribus Italiæ. p. 335
		10. Mar	De Tractando & Communicando cum Rege Castellæ & Legionum. p. 336
		27	De Communicando & Tractando cum Consanguineo Franciæ. p. 337
		30	De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Regis Romanorum. p. 338
			De Præsentatione ad Ecclesiam de Oye p. 339
		26	Super Attemptatis contra Treugas Scotiæ. ibid.
		Maii	De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Scotiæ. p. 340
		5	De Tractando cum Ambassiatoribus Scotiæ. ibid
		[illegible]	Bulla contra Tumultus Excitantes super Jure Succedendi. p. 341
		7 Julii	De Conductu, ad Rogatum Regis Scotorum. p. 343
		14	[illegible] Treugis Franciæ continuandis. p. 344
		26	[illegible] Treugarum Scotiæ. p. 345

A. 4 H. 7.

A.D.	A.R.	Mense.	
1488	4 Hen. 7.	18 Nov.	Pro Bastardo Burgundiæ. p. 347
		13 Dec.	De Communicando cum Carolo Franciæ. ibid.
			De Tractando cum Ducissa Britanniæ. p. 348
			De Tractando cum Duce Burgundiæ & Tribus Statubus Franciæ. p. 350
			De Communicando cum Rege Portugaliæ. p. 351
			De Tractando cum Rege Romanorum. p. 352
			De Communicando & Tractando cum Rege Castellæ & Legionis. p. 353
		14	De Conductubus. p. 355
		28	De Sagittariis pro Relevamine Partium Britanniæ, Providendis. ibid.
		2[illegible]	De Monstro capiendo. p. 358
1489		12 Feb.	De Conductu. ibid.
		14	Tractatus inter Maximilianum Regem Romanorum & Philippum Ducem Burgundiæ, & Regem. p. 359
			Ejusdem Tractatus observatio condicta pro parte Regis. p. 361
		[illegible] Apr.	Conventionum cum Ducissa Britanniæ, Confirmatio. p. 362
		13 Junii	De Regio Assensu. p. 373
		19 Julii	De Licentia Eligendi pro Episcopo Londoniensi. ibid.
		[illegible] Aug.	De Communicando & Tractando cum Rege Daciæ. ibid.
			De Pace inter Reges Angliæ & Daciæ. p. 374
		10	De Remuneratione pro Servitio Regi impenso. p. 377
			Super Succursu pro Ducissa Britanniæ, de Pro[illegible]. ibid.
		18	Pacis perpetuæ, inter Angliam & Portugaliam, Ratificatio. p. 378

A. 5 H. 7.

A.D.	A.R.	Mense.	
	5 Hen. 7.	6 Nov.	De Restitutionibus pro Episcopo Londoniæ. p. 379
		8 Dec.	Conventionum Portugaliæ Renovatio. p. 380
1490		20 Jan.	Litteræ Conventionum Regis Daciæ. p. 381
		5 Feb.	Commissio Annæ Ducissæ Britanniæ ad Tractandum cum Ambassiatoribus Regis. p. 387
		1 Maii	Appunctuamenta Intercursus Florentiæ. p. 389
		22	Maximiliani Romanorum Regis Commissio ad Tractandum cum Rege. p. 393
		26 Julii	Appunctuamenta cum Anna Britanniæ Ducissa. p. 394
		24 Dec.	Pro Magnatibus Britanniæ. p. 433
		4 Feb.	De Communicando cum Florentinis. p. 434
		17	De Tractando cum Consanguineo Franciæ. p. 435
		26	De Communicando cum Anna Ducissa Britanniæ. p. 436
		27	De Potestate Concludendi cum Consanguineo Franciæ. p. 449
		21 Mar.	De Capitaneo Villæ Britanniæ Constituto. p. 450
		12 Apr.	De Appunctuando cum Anna Ducissa Britanniæ. p. 451
		12 Junii	Super Custodia & Dimissione Civitatis Nanetensis. p. 452
		19	De Tractando & Communicando cum Rege Franciæ. p. 453
		12 Julii	De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Franciæ. p. 454
		16	Super Viagio Franciæ, de Intendendo. p. 455

Index Chronologicus.

5

Instru-

Index Chronologicus.

A. D.	A. R.	Mense.		
1492	8 Hen. 7.	13 Dec.	Instrumentum Acquietanciæ super [illegible] tione Regis Caroli Franciæ, Factæ sub Forma [illegible] coram Vicario Generali Archiepiscopo Turonensis, &c.	p. 5[illegible]
		25	De Restitutione Temporalium pro Episcopo Herefordensi.	[illegible]
1493		12 Jan.	Custodia Temporalium Episcopatus [illegible] niensis commissa.	[illegible]
			Literæ Regis super Prolongatione Ra[illegible] nis Pacis per [illegible] Status Angliæ.	p. [illegible]
			Ratificatio quarundam [illegible] [illegible] faciendis.	[illegible]
		29	De Re[illegible] bus Coventr. & Lich.	p. 514
		16 Fe[b.]	De Custodia Temporalium Episcopatus Wigorniensis.	p. 515
		1 Mar.	Pro Ambassiatoribus Regis Daciæ.	p. 5[illegible]
		5	De Præficiendo Ducem Calabriæ in Militem Garteræ.	p. 517
		8	Tractatus super Pace inter Regem & Regem Reginamque Castellæ.	ibid.
		10	De Tractando cum dictis Rege & Regina.	p. 523
		2 Apr.	Pro Ambassiatore Hispaniæ de Licentia.	p. 525
		5	Pro Henrico Secundogenito Regis.	[illegible]
		23	De Treugis Scotiæ Prorogandis.	ibid.
		25	Pro Consanguineo Franciæ de Recipiendo & Acquietando.	p. 526
			De Acquietando.	p. 527
		29 Mai.	Literæ Ducis Calabriæ, [illegible] Receptione Garterii Ordinis Sancti Georgii.	p. 528
		28	De Communicando cum Rege Scotorum super Pace, Amicitia & Sponsalibus.	p. 529
		29 Junii	Instrumentum Protestationis [illegible] coram Pontifice Romano, tangens Tractatum Pa[cis &] Amicitiæ inter Carolum Franciæ & Henricum primum Angliæ Regis.	p. 531
		17	De Tractando cum Rege Scotorum.	p. 532
			De Tractando & Conductibus Concedendis.	p. 53[illegible]
		25	Conventiones apud Edinburghum conclusæ.	p. 536
		27	De Restitutionibus Temporalium Episcopatus Wigorniensis.	p. 540
		5 Julii	Bulla Moderationis Immunitatum.	p. 541
		8	Tractatus apud Edynburgh Confirmatio Regia.	p. 542
		13	De Exemplificatione Literarum pro Annuo Censu.	p. 543
			De Communicando & Tractando cum Rege Romanorum & Philippo Archiduce Austriæ.	p. 544
		18	Super Treugis Scotiæ & Attemptatis.	p. 545
		20	Conventionum Scotiæ Ratificatio per Scotorum Regem.	ibid.
			Bulla de Confirmatione.	p. 545
		31	Commissio ad Recipiendum Mille Marcarum.	p. 547
			Acquietantia pro Summa prætacta.	p. 548
		4 Aug.	De Conductu.	ibid.
			A. 9 H. 7.	
	9 Hen. 7.	[illegible] Oct.	Super Solutionibus Franciæ, de Recipiendo & Acquietando.	p. [illegible]
		1 Nov.	Ad Carolum Franciæ super Comprehensione in Fœderibus.	p. 550
		3	De Acquietantia.	[illegible]
		16	Super Bandis Terræ Batabilis in Marchiis Scotiæ.	p. 551
		17	De Comprehensione pro Rege Siciliæ.	p. 552
		[illegible] Dec.	De Restitutionibus pro Episcopo Sarum.	ibid.
1494		13 Apr.	De Temporalibus Commissis.	p. 553
		26	Pro Mercatoribus Italiæ.	ibid.
		22 Maji	De Communicando cum Rege Scotorum.	p. 554
		28 Jul.	De Conductu.	p. 555
			[illegible] Episcopo de Orkeney.	p. 556
		8 Aug.	De Perdonatione pro Archiepiscopo Dubliniensis.	ibid.
			A. 10 H. 7.	
1494	10 Hen. 7.	[illegible]	Pro Ambassiatore Regis Neapolitani.	[illegible]
		11 Sept.	Pro Secundogenito Regis, de Locumtenentia Hiberniæ concessa.	ibid.
		13	De Deputato Constituto.	p. 560
		4 Oct.	Bulla de Prioratu Supprimendo.	p. 562
			Bulla de Prioratu [illegible]feldiæ Supprimendo, & Collegio Windesoræ Annectando.	p. 563
			Indulgentiæ [illegible] Coeli pro Capella Regia Ædificanda infra Collegium Windesoræ.	p. 565
		17 N[ov.]	De L[illegible]tia.	p. 566
		8 Dec.	De Restitutione Temporalium Dunolmen.	ibid.
		12	De Tractando cum Desmondiæ Comite.	p. 567
			Pro Comite Desmondiæ, de Perdonatione.	ibid.
1495		[illegible] Ma[r.]	De Arraiatione facienda.	p. 568
		4 Maii	Pro Consanguineo Franciæ, de Recognitione.	p. 569
		22	Super Custodia Marchiarum versus Scotiam.	ibid.
			De Conductu.	p. 571
		10 Junii	Ratificatio Pacis per Tres Status Provinciæ.	p. 572
		23	De Tractando cum Rege Scotorum super Matrimonio.	ibid.
		[illegible] Jul.	Bulla de Potestate Commissa.	p. 573
		3 Aug.	De Licentia [illegible].	p. 574
			A. 11 H. 7.	
	11 Hen. 7.	4 [illegible]	Pro [illegible] Franciæ de Acquietantia.	p. 575
		2 Dec.	De Salvo Conductu.	ibid.
		11	De Temporalibus Restitutis.	ibid.
		14	Literæ Ducis Burgundiæ de Piscationibus.	p. 576
14[9]5		6 Jan.	De Restitutione Temporalium pro Episcopo Bathon. & Wellen.	p. 577
		[illegible]	De Restitutionibus Temporalium Exon.	ibid.
		6 Febr.	De Restitutione Temporalium Lincoln.	p. 578
		24	Tractatus Pacis & Intercursus Burgundiæ.	ibid.
		25	Bulla Indulgentiæ pro Capella Regia apud Windesor.	p. 591
		[illegible] Mar.	Confirmatio, Ratificatio & Approbatio Pacis per Egregios Proceres & Gentes Trium Statuum Linguæ Occitanæ.	p. 592
			Pro Johanne Caboto & Filiis suis super Terra Incognita Investiganda.	p. 593
			Ratificatio Pacis per Tres Status Normandiæ.	p. [illegible]
		6	[illegible] Rouvergne.	p. [illegible]
		13	De Caours.	p. [illegible]
		15	d'A[illegible].	p. 599
		28	De [illegible].	p. 600
		7 Apr.	De Perigot.	p. 601
		8	Obligatio Comitis de Nassau pro Observatione Tractatus Amicitiæ inter Henricum Septimum Angliæ Regem & Philippum Archiducem Austriæ.	ibid.
			Obligatio Dordraslen alias Dordright.	p. 603
		14	Ratificatio Pacis per Tres Status de Bourgogne ou [illegible] Dyonne.	ibid.
		[illegible]	De Amiens.	p. 604
			De Ducatu Touraine.	p. [illegible]
			d'Anjou.	p. 606
		16	De Orleans, Montagris & aliarum Villarum.	p. 607
		18	Per Nobiles de Provins.	p. 61[illegible]
			Per Communitatem de Provins.	p. 61[illegible]
			De Consentiendo, Approbando & Ratificando per Abbatem & Conventum Monasterii Sancti Petri Rebasien.	p. [illegible]16
		21	Per Tres S[tatus] de Meaulx.	p. [illegible]17

super

Bulla

Index Chronologicus.

CONVEN-

CONVENTIONES,

LITERÆ,

ET

ACTA PUBLICA.

De Conducendo Armatam Potentiam supra Mare.

A.D. 1475. *An.* 15. *E.* 4. *Pat.* 15. *E.* 4. *p.* 1. *m.* 5. *dor.*

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos quandam Armatam Potentiam, ad proficiscendum supra Mare cum Dilecto & Fideli nostro *Johanne Dynham* de Dynham Milite, in Resistentiam Adversariorum & Inimicorum nostrorum ibidem se tenentium, ordinavimus,

Assignavimus præfatum *Johannem* (de cujus Fidelitate & providâ Circumspectione plenam fiduciam obtinemus) ad proficiscendum cum Armata prædicta,

Ac ei plenam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, Damus & Committimus ad Armatam prædictam Conducendum, Regendum, & Gubernandum,

Et ad Adversarios & Inimicos nostros, viis & modis quibus poterit, Expugnandum, & Debellandum,

Necnon tàm ad quoscúmque de Armata prædicta, ac alios ad ipsum *Johannem* Confluentes, quos Regimini & Gubernationi, Mandatis, Proclamationibus, & Ordinationibus suis in hac parte faciendis & ordinandis Contrarios seu Inobedientes invenerit, quàm Ligarum, Amicitiarum, Treugarum, aut Salvorum Conductuum & Gardiarum nostrorum Infractores, juxta sanam Discretionem suam & eorum Demerita, secundùm Legem & Consuetudinem maritimam, Castigandum & Puniendum, ac Castigari & Puniri faciendum; A.D. 1475.

Omniáque alia & singula, in Præmissis necessaria & oportuna, Faciendum, Excercendum, & Exequendum;

Damus autem universis & singulis Magistris & Marinariis quorumcúmque Navium & Vasorum, Soldariis, & omnibus aliis quibuscúmque, quorum interest in hac parte, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd præfato *Johanni*, in Executione omnium & singulorum Præmissorum, Intendentes sint, Auxiliantes, Obedientes, Assistentes, & Sequentes in omnibus diligenter.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quinto Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De non Litigando, durante Viagio Regis.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Pat. 15. E. 4. p. 2. m. 24.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd INSPEXIMUS Literas nostras, sub Signo nostro Manuali signatas, & per Milites Garteræ nostræ inspectas, factas in hæc verba,

Edward, by the Grace of God, *King of England and of Fraunce*, *Lord of Ireland*,

Remembryng the Pretence and Clayme of *John Lord Scrop*, shewed unto us, for the Beryng of th'Armes of *th'Erle of Man*, which nowe oure Right Trusti and Right wel beloved *Thomas Lord Stanely* Stuard of oure Housholde Berith, for brevenes of tyme havyng no convenyant Seson to know the Determynation of the same, and provydyng that no Variaunce therefore be hadde nowe in oure Voiage,

Have Wolled and Desyred that, for the Tymes and Seasons that the seid Lordes shall contynue in oure Service, in oure Realme of Fraunce, Duchie of Normandie, and els where byyonde the See, and also unto oure and Their retournyng next to this oure Realme of England, or either of theym, that the said *Lord Scrop* shall Absteyne and Forhere the Use and Weryng of the seid Armes of *th'Erle of Man*, wherunto for the seid desire he is agrede,

Alwey forseyn that the said Wille, Desire, Abstinence, and Forberyng be not prejudiciall nor damage in that behave unto the seid *Lord Scrop*, ne to his Heyres, nor be of non effect, strengh, nor vertue but for the tyme above expressed.

Et hoc omnibus, quorum interest in hac parte, innotescimus per Præsentes.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* primo Die Maii.

Appunctuata, prius cum Henrico nuper Rege Castellæ, Ratificantur cum Rege Ferdinando.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Franc. 15. E. 4. m. 19.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Venerabilis Pater, *Alfonsus Civitatensis Episcopus*, olim in Regnum nostrum Angliæ, ab Illustris memoriæ Domino *Henrico Rege Castellæ & Legionis* Consanguineo nostro carissimo, jam Vitâ functo, transmissus erat, ad Ineundum & Contrahendum Nobiscum, Nomine dicti Regis, certas Confœderationes & Alligantias infrascriptas,

Nósque, consequenter, Reverendo Patri, Consanguineo nostro prædilecto, *Willielmo Episcopo Eliensi* dederimus in Mandatis, per Literas nostras Patentes, ad Tractandum, Communicandum, Appunctuandum, Concordandum, & Concludendum cum dicto Venerabile Patre *Alfonso*, super eisdem Confœderationibus & Alligantiis ineundis & concludendis ut præfertur,

Ipsi quidem Episcopi, Commissarii, Procuratores, & Deputati Principum suorum ad Infrascripta sufficienter constituti, Vice Auctoritate & Nomine eorumdem mutuò Convenientes, tandem in quosdam Articulos realis & perpetuæ Amicitiæ atque Pacis condescenderunt, ipsósque Articulos conceperunt, formârunt, concordârunt, & concluserunt Tenore subsequenti,

INPRIMIS, Conventum & Concordatum est, inter Nos Commissarios, Procuratores, & Deputatos antedictos, nominibus dictorum Dominorum *Henrici* & *Edwardi* Regum, *&c. ut supra in Literis Dat. sexto Die Mensis Julii, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo septimo*;

Præsentibus discretis Viris, Magistris, *Henrico Sharpe* Legum Doctore Notario Regio, *Ricardo Bole* Eliensi, & *Ricardo Langport* Tantoniensi, Archidiaconis,

Necnon *Fernando de Palensuela* Thesaurario Placentinensis Ecclesiæ in Hispannia, *Petro Paratmen*. Capellano prædicti Domini *Alfonsi Civitatensis Episcopi*; & *Johanne de Rebas* Armigero.

Nos autem *Edwardus Rex Angliæ & Franciæ* memoratus,

Volentes, ut justum est, Pacem, Amicitiam, Alligantiam, Concordiam, & Confœderationem hujusmodi cum Serenissimo & Potentissimo Principe Consan-

A. D. 1475. Edw. 4. Consanguineo nostro & Fratre Carissimo Domino *Ferdinando*, Dei gratiâ, *Castellæ & Legionis Seciliæque Rege* moderno, suisque Hæredibus & Successoribus Regnorum Castellæ & Legionis Regibus, Tenere inviolabiliter & Servare,

Ad Quietem, Bonum, & Utilitatem nostri Regnorúmque & Subditorum nostrorum hincinde,

Non obstante quòd Conventiones, Pacta, atque cætera omnia & singula, prædictis Nominibus *Nostri* & dicti *Henrici Regis*, ut præfertur, facta & gesta, tàm per ipsum Regem, quàm per Nos, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus utriúsque nostrûm, in Personis nostris propriis, ac ex certis Scientiis & Auctoritatibus nostris Regis Accepta, Approbata, Ratificata, & Confirmata sint, atque fuerint,

Ad uberiorem tamen Cautelam & Firmitatem Præmissorum, ipsam denuò Pacem, Amicitiam, Alligantiam, Concordiam, Confœderationem, Conventionésque, & Pacta, atque cætera omnia & singula prædicta, Nomine nostro, ut præfertur, facta & gesta, ex mero Motu certa Scientia ac Auctoritate nostrâ Regiâ Acceptamus, Innovamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, eáque omnia & singula, pro Parte nostrâ & quantum Nos & Successores nostros concernunt, in omnibus & per omnia benè & fideliter Tenere, Adimplere, & inviolabiliter Observare, sicque Teneri, Adimpleri, & Observari facere, absque Violatione & Contraventione quacúmque, bonâ Fide & in Verbo Regio, Promittimus firmiter per Præsentes; omnem circa Præmissa, quantum in Nobis est, supplentes Defectum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Liga cum Ferdinando prædicto.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Ibid. m. 12.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm quædam Liga, Confœderatio, & perpetua Amicitia, inter Nos & præcarissimum Consanguineum nostrum *Henricum* nuper *Regem Castellæ & Legionis*, ac Regna, Dominia, Jurisdictiones, & Territoria, Ligeos & Subditos nostros, Hæredes & Successores nostros, & utriúsque nostrûm, sub certis Modo & Formâ captæ sint, initæ, & conclusæ,

Ac Nos,

Ligam, Confœderationem, & Amicitiam prædictas, inter *Nos* & Præpotentem Principem *Fernandum Modernum Regem Castellæ & Legionis* Consanguineum nostrum carissimum pro Parte nostrâ firmiter Teneri & inviolabiliter Observari volentes,

Ligam, Confœderationem, & Amicitiam illas per Literas nostras Patentes pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris Approbaverimus, Ratificaverimus, & Confirmaverimus,

Nosque, de Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Barnardi de la Force* Armigeri, & *Johannis Wyndesore* Heraldi & Marescalli Armorum, pleniùs confidentes,

Assignavimus ipsos, *Barnardum* & *Johannem*, & eorum alterum, Oratores & Legatos nostros, ac eis & eorum alteri plenam Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus, per Præsentes, ad Literas nostras prædictas præfato Consanguineo nostro *Fernando Regi Castellæ & Legionis*, seu ejus in hac parte Commissario sive Deputato, sufficientem Potestatem ad id ab eodem Consanguineo nostro habenti, Nomine nostro & pro Nobis Deliberandum;

Ita tamen quòd iidem, *Barnardus* & *Johannes*, seu eorum alter, Literas Patentes præfati Consanguinei nostri, de consimili Approbatione, Ratificatione, & Confœderatione Ligæ, Confœderationis, & Amicitiæ perpetuæ prædictarum, pro Parte suâ, Hæredum & Successorum suorum, ab eodem Consanguineo nostro, seu ejus in hac parte Commissario sive Deputato, sufficientem ad hoc habente Potestatem, Recipiant seu Recipiat.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quinto Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Rege Scotorum.

A.D. 1475. An. 15. E. 4. Scot. 15. E. 4. m. 2.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Quia intelleximus Excellentissimum & Illustrissimum Principem *Jacobum Regem Scotorum*, Fratrem & Consanguineum nostrum Amantissimum, Devotionis ac Peregrinationis causâ, votique per eum emissi complementi, ad Partes Exteras, & præsertim ad Civitatem Ambianensem, se velle Transferre & Proficisci,

Dubitantémque Transitum Maris suæ Complectioni ac Corporis Sanitati non mediocriter sibi fore nocivum,

Quâ in re, per suos Ambassiatores, Nos de securo Transitu & salvo Conductu per Regnum & Dominia nostra requirere mandavit,

Nos igitur, suis justis honestisque desideriis læto animo annuere volentes, suscepimus ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra ubilibet constituta, cum Quadringentis Personis armatis vel non armatis, & totidem Equis, vel infra, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, & aliis Equitaturis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Literis, Papiris, Manticis, Fardellis, & Cariagiis suis quibuscúmque, Veniendo, ibidem de die & de nocte Morando, Expectando, & Perhendinando, & abindè ad quascúmque Partes Exteras Eundo & Transeundo, & iterum in Regnum, Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra prædicta, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, in Formâ prædictâ, Revenieodo, ibidem Morando, Expectando, & Perhendinando, & ab eisdem Transeundo & Redeundo liberè & absque Impedimento aliquo Nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ Concessâ vel Concedendâ in aliquo non obstante, A.D. 1475.

Et ulterius, ad majoris Securitatis evidentiam Præmissorum, in Bona nostra & Pupplica Regni nostri Fide & Verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, Promittimus quòd, eodem Excellentissimo Principe Fratre & Consanguineo nostro in Regno nostro Angliæ, vel aliquo Dominio seu Loco nostræ Ditioni & Obedientiæ subjectis existente, eundem Fratrem & Consanguineum nostrum, omnésque & singulos in suo Servitio seu Comitiva existentes, usque ad dictum Numerum Quadringentarum Personarum vel infra, Manutenebimus, Protigemus, & Defendemus, & securum Commeatum seu Transitum eisdem Præstabimus, donec & quousque vel ad Regnum suum proprium redeat, seu ad alias Partes sibi securas, ubi sibi meliusvidebitur expedire, eveniat, & absque Molestiâ, Perturbatione, seu Impedimento quocumque, securè eundem Conducere faciemus durante præsenti salvo Conductu nostro;

Et ideò vobis Mandamus &c.

Non inferentes &c.

Et si quid eis seu eorum alicui &c.

In cujus &c. per Quindecim Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud *Westmonast.* decimo quinto Die Maii.

Per ipsum Regem, & de Data, &c.

De Marinariis arestandis, pro Viagio Franciæ.

A.D. 1475. An. 15. E. 4. Pat. 15. E. 4. p. 1. m. 7. dor.

REX, dilecto sibi *Willielmo Philpotte*, Magistro cujusdam Navis vocatæ *la Petyr de Londoniis*, Salutem.

Scias quòd,

Cùm quadam Armatam Potentiam, ad proficiscendum Nobiscum versus Regnum nostrum Franciæ, in Recuperationem ejusdem Regni, Altissimo concedente, Ordinaverimus,

Nos, tàm pro Conductione Armatæ prædictæ, quàm Victualium & Ordinationum in hac parte necessariorum, ordinare volentes, Assignavimus Te ad tot Marinarios, quot pro Conductione Navis prædictæ necessarii fuerint & opportuni, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates quàm extra, Arestandum & Capiendum, & eos in Navi prædictâ, Nobis ad Vadia nostra ex causâ prædictâ deservituros, Ponendum & Poni faciendum; A.D. 1475.

Et

A. D. 1475. Edw. 4.

Et ideò &c.
Damus &c.
In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Maii.

Consimiles Literæ diriguntur Personis subscriptis, in formâ prædictâ, sub eadem Datâ; videlicet,

Willielmo Bowlond, Magistro cujusdam Navis vocatæ le *John of London*.

A. D. 1475. Edw. 4.

Richardo Tood, Magistro cujusdam Navis vocatæ *la Trinite de London*.

Thomæ Longge, Magistro cujusdam Navis vocatæ *la Morie de London*.

Johanni Lokyngton, Magistro cujusdam Navis vocatæ *lo Clement de London*.

Johanni Monde, Magistro cujusdam Navis vocatæ *le Lytyll Trinite de London*.

Pro Prospero Camilio de Medicis.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Franc. 15. E. 4. m. 11.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos Indebitati sumus Venerabili Patri *Prospero Camilio de Medicis*, Collectori Apostolico in Angliâ, pro certis Dispensationibus & Gratiis Apostolicis, de nostris Voluntate & Mandato per ipsum impetratis, in Summa *Centum Marcarum*,

Nos, pro Contentatione ipsius Collectoris in hac parte prout tenemur providere volentes, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero motu nostris, Concessimus ac Licentiam Dedimus, ac per Præsentes Concedimus & Licentiam Damus, *Nicholao de Briguali* Mercatori Januensi quòd ipse per se, Factores, Attornatos, sive Servientes suos, tàm Indigenas quàm Alienigenas, quascúmque Mercandisas (Stapulæ nostræ Calesii non pertinentes) tàm de Bonis suis propriis, quàm alterius Personæ cujuscúmque Indigenæ seu Alienigenæ, in Portu Villæ Suthamptoniæ, in quibuscúmque Navibus seu Carracis, unâ Vice vel diversis Vicibus, quandocúmque sibi placuerit, Eskippare seu Eskippari facere,

Quarum Mercandisarum Custumæ & Subsidia ad Summam *Centum Marcarum* & non ultra se extendunt,

Ac Mercandisas illas sic Eskippatas ad quascúmque Partes Exteras, absque aliquibus Custumis seu Subsidiis Nobis pro hujusmodi Mercandisis seu aliqua Parcella earumdem solvendis, Traducere & Cariare, ac Traduci & Cariari facere possit licitè & impunè,

Absque Impetitione, Impedimento, seu Contradictione nostri vel Hæredum nostrorum, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum, vel Hæredum nostrorum quorumcúmque,

Et absque Compoto seu aliquo alio Nobis aut Hæredibus nostris prædictis, pro hujusmodi Mercandisis, aut pro Custumis seu Subsidiis earumdem, seu alicujus indè Parcellæ, Reddendo seu Solvendo quovis modo,

A. D. 1475.

In plenam Contentationem & Satisfactionem dictæ Summæ *Centum Marcarum*, eidem Venerabili Patri *Prospero Camilio* ut prædictum est debitæ,

Per INDENTURAS, indè inter ipsum *Nicholaum de Briguali*, Factores, Attornatos, seu Servientes prædictos, vel eorum aliquem, & Custumarios sive Collectores Custumarum & Subsidiorum in Portu prædicto pro tempore existentes, de tempore in tempus debitè conficiendas,

Per quarum quidem INDENTURARUM alteram Partem, & has Literas nostras, ac Brevia nostra superinde, Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum, in Portu prædicto pro tempore existentibus, dirigenda, volumus & per Præsentes Concedimus quòd tàm iidem *Prosperus Camilius* & *Nicholaus de Briguali*, ac Factores, Attornati, sive Servientes prædicti, & eorum quilibet, quàm Custumarii sive Collectores prædicti, & eorum quilibet, de omnimodis Pecuniarum Summis, Custumis, Subsidiis, Deveriis, Exactionibus, & Demandis, quæ ab ipsis, seu eorum aliquo, pro Præmissis, seu aliquo Præmissorum, aut aliâ Exactione seu Demandâ quacúmque, ad Opus nostrum seu Hæredum nostrorum exigi vel pertineri poterint quovis modo, sive undè ipsi aut eorum aliquis erga Nos vel Hæredes nostros impeti aut onerari poterunt, erga Nos & dictos Hæredes nostros omninò exonerentur & acquietentur, & eorum quilibet exoneretur & acquietetur imperpetuùm; aliquibus Statutis, Actubus, Ordinationibus, Concessionibus, Provisionibus, Assignationibus, Restri-

ctionibus,

A. D. 1475. Edw. 4. ctionibus, aut Mandatis, in contrarium factis vel faciendis; eo quòd expressa mentio de vero Valore Præmissorum, seu alicujus indè Parcellæ, aut aliis Donis sive Concessionibus eisdem, *Prospero Camilio* aut *Nicholao*, per Nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit; aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstantibus. A. D. 1475. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Regali Viagio, de Privilegiis concessis.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Pat. 15. E. 4. p. 1. m. 1.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos,

Per quendam Actum, in Parliamento nostro, apud Westmonasterium, Sexto Die Octobris Anno Regni nostri Duodecimo, inchoato & tento, editum,

De avisamento Dominorum Spiritualium & Temporalium ac Communitatum Regni nostri Angliæ, in dicto Parliamento nostro existentium, ac Auctoritate ejusdem Parliamenti,

Inter alia, Voluerimus, Concesserimus, Ordinaverimus, & Inactitaverimus quòd omnes hujusmodi Personæ & earum qualibet, quæ Gratiâ Divinâ Nobiscum in *nostris Regali Viagio & Servitio* Transfretabunt, & in eodem Servitio morabuntur, & Feoffati ad usum cujuslibet earum, habere valeant & habeant, habere valeat & habeat, Licentiam, sub Magno Sigillo nostro, absque Feodo vel Fine Nobis solvendis, faciendi Feoffamenta, Alienationes, & Concessiones de suis Honoribus, Castris, Maneriis, Terris, & Tenementis, Redditibus, Servitiis, Annuitatibus, vel aliis Hæreditamentis & Possessionibus, cum suis Pertinentiis, hujusmodi Personis prout eis placeret, prout in Actu prædicto pleniùs continetur,

Nos, Actum prædictum, ac omnia & singula in eodem contenta, juxta vim, formam, & effectum ejusdem, in omnibus Observari volentes, de Gratiâ nostra speciali Concessimus & Licentiam Dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris quantum in Nobis est, Dilecto & Fideli nostro *Thomæ Burgh* Militi, qui Nobiscum in Viagio & Servitio nostris prædictis, Deo dante, infra breve transfretabit, & ibidem morabitur, quòd ipse, absque Fine seu Feodo ad Opus nostrum solvendis, juxta vim, formam, & effectum Actûs prædicti, Medietatem Baroniæ de Midforde, & Castri sive Dominii de Midforde, in Comitatu Northumbriæ, ac omnium Terrarum, Tenementorum, Reddituum, Reversionum, Feodorum Militum, Advocationum Ecclesiarum, Visuum Franciplegii, Curiarum Letarum, & Warennarum suorum, cum Pertinentiis, in Pount Eland, Parva Eland, Mersfyn, Hygh Calverton, Calverton Valens, & Mellesden, in Comitatu prædicto, necnon Medietatem omnium Terrarum & Tenementorum suorum, cum Pertinentiis, in Neuburgh, Thornton, Henshagh, Lowes, Walwyk, Quarule, & Tresethall, in eodem Comitatu, ac etiam omnia Terras & Tenementa sua, cum Pertinentiis, in Kyrkeby Kendall in Comitatu Westmerlandiæ, ac Manerium de Drayton cum Pertinentiis in Comitatu Middlesexiæ, & omnia Terras & Tenementa sua cum Pertinentiis in Villa Calesii & Marchiis ejusdem, necnon Reversionem Maneriorum de Lynwode, Thurswey, Grymesthorp, Edenham, Aylestorp, & Southorp cum Pertinentiis in Comitatu Lincolniæ, ac omnium illorum Terrarum & Tenementorum vocatorum Beaumonnt Fee in Comitatu Lincolniæ, quæ *Katerina Ducissa* Norffolciæ tenet ad Terminum Vitæ suæ, necnon Reversionem Manerii sive Dominii de Thorphall juxta Louth cum Pertinentiis in eodem Comitatu Lincolniæ, ac etiam Reversionem Maneriorum de Riskyngton & Dygby cum suis Membris & Pertinentiis in eodem Comitatu Lincolniæ, A. D. 1475.

Quæ quidem Medietates, Reversiones, Manerium, Terræ, & Tenementa prædicta de Nobis tenentur in Capite ut dicitur,

Dare possit & concedere, Venerabilibus Patribus, *Thomæ Lincolniensi* Cancellario nostro Angliæ, & *Edwardo Carliolensi*, Episcopis, ac carissimo Consanguineo nostro *Henrico Comiti Northumbriæ*, necnon, Dilectis & Fidelibus suis, *Willielmo Hastynges* Militi Domino Hastynges Camerario nostro, *Thomæ Mountgomery* Militi, *Johanni Gunthorp* Clerico, *Willielmo Skipwith* Militi, *Briano Rouclyff* uni Baronum de Scaccario nostro, *Guidoni Fairefax* uni Servientium nostrorum ad Legem, *Willielmo Husy* Attornato

A.D. 1475. Edw. 4. nato nostro, ac, Dilectis nobis, *Willielmo Paston* Armigero, *Roberto Sheffeld*, *Johanni Dawney*, *Johanni Topclyf*, *Richardo Page*, *Willielmo Paynell*, & *Richardo Ripley*,

Habenda & Tenenda eisdem, *Episcopis*, *Comiti*, *Willielmo*, *Thomæ Mountgomery*, *Johanni*, *Willielmo*, *Briano*, *Guidoni*, *Willielmo*, *Willielmo*, *Roberto*, *Johanni*, *Johanni*, *Richardo*, *Willielmo*, & *Richardo*, & Hæredibus suis, de Nobis & Hæredibus nostris per Servitia indè debita consueta, imperpetuum,

Et eisdem, *Episcopis*, *Comiti*, *Willielmo*, *Thomæ Mountgomery*, *Johanni*, *Willielmo*, *Briano*, *Guidoni*, *Willielmo*, *Willielmo*, *Roberto*, *Johanni*, *Johanni*, *Richardo*, *Willielmo*, & *Richardo*, quòd ipsi seu eorum aliqui vel aliquis Medietates, Reversiones, & Manerium prædicta, ac cætera Præmissa cum Pertinentiis, a præfato *Thoma Burgh* recipere possint, & tenere Sibi & Hæredibus suis prædictis de Nobis & Hæredibus nostris prædictis, per Servitia prædicta, sicut prædictum est, imperpetuum, Tenore Præsentium, similiter Licentiam dedimus specialem, A.D. 1475. Edw. 4.

Nolentes quòd præfatus *Thomas Burgh*, vel Hæredes sui, aut præfati, *Episcopi*, *Comes*, *Willielmus*, *Thomas Mountgomery*, *Johannes*, *Willielmus*, *Brianus*, *Guido*, *Willielmus*, *Willielmus*, *Robertus*, *Johannes*, *Johannes*, *Richardus*, *Willielmus*, & *Richardus*, vel Hæredes sui, ratione Præmissorum, per Nos vel Hæredes nostros, Justiciarios, Escaetores, Vicecomites, aut alios Ballivos seu Ministros nostros, vel Hæredum nostrorum quoscúmque, futuris temporibus, Occasionentur, Molestentur in aliquo, seu Graventur.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* primo Die Junii.

Pro Laurentio de Medicis, super Pecunia mutuata.

A.D. 1475. An. 15. E. 4. Franc. 15. E. 4. m. 14. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Summa *Quinque Millium Librarum*, Dilectis Nobis, *Laurentio de Medicis*, *Juliano de Medicis*, *Thomæ de Portynariis*, *Thomæ Guydetty*, *Fulconi de Portynariis*, & *Alexandro de Portynariis*, Civibus & Mercatoribus de Florentia, per Nos debeatur, prout in Recepta Scaccarii nostri pleniùs poterit apparere,

Nos,

Solutionem & Contentationem Summæ prædictæ præfatis, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, fieri volentes ut est justum,

De Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Concessimus & Licentiam Dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, præfatis, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, quòd ipsi, seu eorum aliquis, aut, ipsis Defunctis, Executores sui, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornati Indigenæ vel Alienigenæ, Lanas quascúmque Berdare, Claccare, & Mundare possint vel possit,

Quódque ipsi seu eorum aliquis vel aliqui tàm tot & tantos Saccos & Clavos hujusmodi Lanarum Berdatarum, Claccatarum, & Mundatarum, sive non Berdatarum, non Claccatarum, aut non Mundatarum, ac Pannos Laneos in Grano vel sine Grano, cujuscúmque Coloris Panni illi fuerint, Pecias Stanni, & Fodras Plumbi, tàm de Bonis suis propriis, quàm alterius Personæ cujuscúmque, in Portubus Civitatis nostræ Londoniæ, & Villarum nostrarum Sandewici & Suthamptoniæ, vel in eorum aliquibus vel aliquo, in quibuscúmque Galeis, Carracis, Navibus, vel Vasis, unâ Vice vel diversis Vicibus, Eskippare & Carcare, ac Eskippari & Carcari facere, & Lanas illas, sic Eskippatas, per Strictus de Marrok, ac Pannos Laneos Stannum & Plumbum prædicta ad quascúmque Partes Exteras, Traducere & Cariare, ac Traduci & Cariari facere, quàm alias Mercandisas quascúmque, de quacúmque Crescentia, tàm de Bonis suis propriis quàm alterius cujuscúmque, a Partibus Exteris, in hujusmodi Galeis, Carracis, Navibus, vel Vasis similiter eskippare & carcare, ac eskippari & carcari facere, & in Regnum nostrum Angliæ, in Portus prædictos seu eorum aliquos vel aliquem, adducere valeant & valeat, A.D. 1475.

Quorum omnium Saccorum & Clavorum Lanarum prædictarum Custumæ & Subsidia, juxta Ratam (videlicet) *Quatuor Marcarum tantum* & non ultra, pro Custumis & Subsidiis, ac aliis Deveriis Calesii, de seu pro quolibet Sacco Lanarum prædictarum, ac Custumæ & Subsidia Pannorum Lanarum Stanni & Plumbi, ac aliarum Mercandisarum prædictarum, ad dictam Summam *Quinque Milium*

A. D. 1475. Edw. 4. *Milium Librarum* in toto se attingent,

Absque aliquibus Custumis seu Subsidiis, aut aliis Deveriis prædictis, pro eisdem Lanis, Pannis Laneis, Stanno, Plumbo, & Mercandisis, seu aliqua indè Parcella Nobis vel Hæredibus nostris, reddendis seu solvendis,

Et absque Impetitione nostri vel Hæredum nostrorum, aut aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, vel alterius cujuscúmque,

Et absque Compoto seu aliquo alio, Nobis vel Hæredibus nostris prædictis, pro eisdem Lanis, Pannis Laneis, Stanno, Plumbo, & Mercandisis, seu aliqua indè Parcella, seu pro aliquibus Custumis aut Subsidiis eorumdem, seu alicujus indè Parcellæ, aut aliis Deveriis prædictis, reddendo seu solvendo, quovis modo,

Et absque aliquâ Bullione, seu aliquâ Unciâ de Bullione Auri, vel Valore ejusdem de Argento, pro quolibet seu aliquo Sacco Lanarum prædictarum, Magistro Minetæ Turris Londoniæ seu alicui alii portandâ,

Et absque aliquâ Securitate, per ipsos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, vel Executores suos prædictos, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos in hac parte, seu eorum aliquem, Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum, in Portubus prædictis, seu eorum aliquibus vel aliquo, vel eorum alicui pro tempore existentibus, inveniendâ, sive per eorum aliquem Capiendâ, ad Reportandum sive Reducendum, a Partibus Exteris, in Regnum Angliæ, sive aliter, aliquam Bullionem Massam sive Platam Auri vel Argenti, ad Cambium sive Minetam vel alibi Deliberandam pro quolibet sive aliquo Sacco Lanarum prædictarum, seu alicujus indè Parcellæ, per ipsos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, vel Executores suos prædictos, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos prædictos, seu eorum aliquem, prætextu Literarum nostrarum Patentium eskippando,

Aliquibus Statutis sive Ordinationibus, in contrarium factis sive ordinatis, non obstantibus,

In plenam Satisfactionem & Contentationem dictæ Summæ *Quinque Milium Librarum*, eisdem, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, per Nos, ut prædictum est, debitarum, & quousque eisdem, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, A. D. 1475. Edw. 4. seu eorum alicui, vel Executoribus suis prædictis, seu eorum alicujus, aut ejus vel eorum Factoribus sive Attornatis prædictis, vel eorum alicui, de eâdem Summâ in formâ prædictâ plenariè satisfactum fuerit & contentatum,

Per INDENTURAS, indè inter ipsos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, vel Executores suos prædictos, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos prædictos, seu eorum aliquem, & Custumarios sive Collectores Custumarum & Subsidiorum, in Portubus prædictis, seu eorum aliquibus vel aliquo, pro tempore existentes, extra quos vel quem Lanas, Pannos Laneos, Stannum, & Plumbum, seu aliquam indè Parcellam sic eskippari & traduci, aut in quos vel quem Mercandisas prædictas sic adduci contigerit, Eskippationem, Traductionem, sive Adductionem illas, de tempore in tempus, debitè conficiendas, Testificantes,

Per quarum quidem INDENTURARUM alteram Partem, & has Literas nostras, ac Brevia nostra, superinde Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum, in Portubus prædictis, & in eorum quolibet pro tempore existentibus, dirigenda, volumus & per Præsentes concedimus quòd tàm iidem, *Laurentius*, *Julianus*, *Thomas*, *Thomas*, *Fulco*, & *Alexander*, & eorum quilibet, & Executores sui prædicti & cujuslibet eorum, ac ejus vel eorum Factores & Attornati, & eorum quilibet, quàm Custumarii & Collectores prædicti & eorum quilibet, de omnimodis Pecuniarum Summis, Custumis, Subsidiis, Exactionibus, & Demandis, quæ ab ipsis seu eorum aliquo pro Præmissis vel aliquo Præmissorum, aut aliâ Exactione seu Demandâ quacúmque, ad Opus nostrum seu Hæredum nostrorum exigi seu pertinere poterint quovis modo, sive unde ipsi aut eorum aliquis erga Nos impeti aut onerari poterint, erga Nos & Hæredes nostros omnino exonerentur & acquietentur; aliquibus Statutis, Actibus, Ordinationibus, Concessionibus, Provisionibus, Assignationibus, Restrictionibus, aut Mandatis, in contrarium factis vel faciendis; eo etiam quod Lanæ, Panni Lanei, Stannum, Plumbum, & Mercandisæ prædictæ non sint vel fuerint, aut aliqua indè Parcella non sit aur fuerit, propria Bona ipsorum, *Laurentii*, *Juliani*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconis*, & *Alexandri*, seu alicujus eorum, vel Executorum suorum prædictorum, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factorum sive

A. D. 1475. Edw. 4. sive Attornatorum prædictorum, vel eorum alicujus, eo etiam, quòd expressa mentio de vero Valore Præmissorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, eisdem, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, seu eorum alicui, per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstantibus,

Volumus etiam & per Præsentes Concedimus præfatis, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, & eorum cuilibet, ac Executoribus suis prædictis, & eorum cuilibet, quòd Cancellarius noster Angliæ, aut Custos Privati Sigilli nostri qui pro tempore fuerit, fieri faciant & deliberari eisdem, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, & eorum cuilibet, ac Executoribus suis prædictis, & cujuslibet eorum, aut ejus vel eorum Factoribus sive Attornatis prædictis, & eorum cuilibet, tot & talia Brevia & Waranta tàm Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum in Portubus prædictis, & eorum quolibet, pro tempore existentibus, quàm Thesaurario & Baronibus de Scaccario nostro pro tempore existentibus, & aliis quibuscúmque dirigenda, quot & qualia dictis, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, vel eorum alicui, ac Executoribus suis prædictis, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factoribus sive Attornatis prædictis, & eorum cuilibet, tàm pro Solutione & Contentatione Summæ prædictæ, quàm pro Exoneratione Custumariorum sive Collectorum prædictorum, in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Concessimus etiam præfatis, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, & eorum cuilibet, ac Executoribus suis prædictis & cujuslibet eorum, quòd, si præsentes Literæ nostræ, sibi, Factoribus sive Attornatis suis prædictis, vel eorum alicui, quoad Præmissa seu aliquod eorumdem, Invalidæ sive minus Sufficientes existant vel existere contigerint, tunc Cancellarius noster Angliæ, qui pro tempore fuerit, eisdem, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, & eorum cuilibet, vel Executoribus suis prædictis, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factoribus sive Attornatis prædictis, & eorum cuilibet, tot & tantas Literas nostras Patentes bonas & efficaces, ac Brevia nostra, sub Magno Sigillo nostro debitè conficienda, de tempore in tempus, fieri faciat & deliberari, absque aliqua Prosecutione indè penes Nos & dictos Hæredes nostros faciendâ, & absque aliquo Feodo Sigilli Nobis vel Hæredibus nostris pro Præsentibus ac aliis Literis Patentibus & Brevibus nostris Præmissa concernentibus aliquo modo solvendo sive reddendo, quot & qualia dictis, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, vel eorum alicui vel Executoribus suis prædictis, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factoribus sive Attornatis, & eorum cuilibet, pro Solutione & Contentatione Summæ prædictæ necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna; aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium facto, edito, sive proviso, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* Sexto Die Junii.

Per ipsum Regem & de Data prædicta Auctoritate Parliamenti.

Super Solutione Pecuniæ memoratæ.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Claus. 15. E. 4. m. 17.

REX Custumariis sive Collectoribus Parvæ Custumæ nostræ in Porto Civitatis nostræ Londoniæ, qui nunc sunt, & qui pro tempore fuerint, Salutem.

Cùm Nos, *Sexto Die Junii* ultimò præterito, per Literas nostras Patentes, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Concessimus & Licentiam Dederimus, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Dilectis Nobis, *Laurentio de Medicis, Juliano de Medicis, Thomæ de Portynariis, Thomæ Gwydetti, Fulconi de Portynariis*, & *Alexandro de Portynariis*, Civibus & Mercatoribus de Florentia, quòd ipsi, seu eorum aliquis, aut, ipsis Defunctis, Executores sui, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornati Indigenæ vel Alienigenæ, Lanas quascúmque Berdare, Clactare, & Mundare possent vel posset,

Quódque ipsi seu eorum aliquis vel aliqui tàm tot & tantos Saccos & Clavos hujusmodi Lanarum Berdatarum, Clactatarum, & Mundatarum, sive non Berdatarum, non Clactatarum, aut non Mundatarum, ac Pannos Laneos in

D Grano

A. D. 1475. Edw. 4. Grano vel fine Grano, cujuscúmque Coloris Panni illi forent, Pecias Stanni, & Fodras Plumbi, tàm de Bonis suis propriis, quàm alterius Personæ cujuscúmque, in Portubus Civitatis nostræ Loudoniæ, & Villarum nostrarum Sandewici & Suthamptoniæ, vel in eorum aliquibus vel aliquo, in quibuscúmque Galeis, Carracis, Navibus, vel Vasis, unâ Vice vel diversis Vicibus, Eskippare & Carcare, ac Eskippari & Carcari facere, & Lanas illas, sic Eskippatas, per Strictus de Marrok, ac Pannos Laneos Stannum & Plumbum prædicta ad quascúmque Partes Exteras, Traducere & Cariare, ac Traduci & Cariari facere, quàm alias Mercandisas quascúmque, de quacúmque Crescentia, tàm de Bonis suis propriis quàm alterius cujuscúmque, a Partibus Exteris, in hujusmodi Galeis, Carracis, Navibus, vel Vasis similiter eskippare & carcare, ac eskippari & carcari facere, & in Regnum nostrum Angliæ, in Portus prædictos seu eorum aliquos vel aliquem, adducere valerent vel valeret,

Quorum omnium Saccorum & Clavorum Lanarum prædictarum Custumæ & Subsidia, juxta Ratam (videlicet) *Quatuor Marcarum tantum* & non ultra, pro Custumis & Subsidiis, ac aliis Deveriis Calesii, de seu pro quolibet Sacco Lanarum prædictarum, ac Custumæ & Subsidia Pannorum Laneorum, Stanni & Plumbi, ac aliarum Mercandisarum prædictarum, ad dictam Summam *Quinque Milium Librarum* in toto se attingerent,

Absque aliquibus Custumis seu Subsidiis, aut aliis Deveriis prædictis, pro eisdem Lanis, Pannis Laneis, Stanno, Plumbo, & Mercandisis, seu aliqua indè Parcella, Nobis vel Hæredibus nostris reddendis seu solvendis,

Et absque Impetitione nostri vel Hæredum nostrorum, aut aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, vel alterius cujuscúmque,

Et absque Compoto seu aliquo alio, Nobis vel Hæredibus nostris prædictis, pro eisdem Lanis, Pannis Laneis, Stanno, Plumbo, & Mercandisis, seu aliqua indè Parcella, seu pro aliquibus Custumis & Subsidiis eorumdem, vel alicujus indè Parcellæ, aut aliis Deveriis prædictis, reddendo seu solvendo, quovis modo,

Et absque aliquâ Bullione, seu aliquâ Unciâ de Bullione Auri, vel Valore ejusdem de Argento, pro quolibet seu aliquo Sacco Lanarum prædictarum, Magistro Minetæ Turris Londoniæ seu alicui alii portandâ,

Et absque aliquâ Securitate, per ipsos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, vel Executores suos prædictos, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos in hac parte, seu eorum aliquem, Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum, in Portubus prædictis, seu eorum aliquibus vel aliquo, vel eorum alicui pro tempore existentibus, inveniendâ, sive per eorum aliquem Capiendâ, ad Reportandum sive Reducendum, a Partibus Exteris, in Regnum Angliæ, sive aliter, aliquam Bullionem Massam sive Platam Auri vel Argenti, ad Cambium sive Minetam vel alibi Deliberandam pro quolibet sive aliquo Sacco Lanarum prædictarum, seu alicujus indè Parcellæ, per ipsos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, vel Executores suos prædictos, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos prædictos, seu eorum aliquem, prætextu Literarum nostrarum Patentium eskippando,

Aliquibus Statutis sive Ordinationibus, in contrarium factis sive ordinatis, non obstantibus,

In plenam Satisfactionem & Contentationem dictæ Summæ *Quinque Milium Librarum*, eisdem, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, per Nos debitarum, & quousque eisdem, *Laurentio*, *Juliano*, *Thomæ*, *Thomæ*, *Fulconi*, & *Alexandro*, seu eorum alicui, vel Executoribus suis prædictis, seu eorum alicujus, aut ejus vel eorum Factoribus sive Attornatis prædictis, seu eorum alicui, de eâdem Summâ in formâ prædictâ plenariè satisfactum fuerit & contentatum,

Per Indenturas, indè inter ipsos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, vel Executores suos prædictos, seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos prædictos, seu eorum aliquem, & Custumarios sive Collectores Custumarum & Subsidiorum, in Portubus prædictis, seu eorum aliquibus vel aliquo, pro tempore existentes, extra quos vel quem Lanas, Pannos Laneos, Stannum, & Plumbum, seu aliquam indè Parcellam sic eskippari & traduci, aut in quos vel quem Mercandisas prædictas sic adduci contingeret, Eskippationem, Traductionem, sive Adductionem illas, de tempore in tempus, debitè conficiendas, Testificantes,

Per quarum quidem Indenturarum alteram Partem, & Literas nostras præ-

A. D. 1475. Edw. 4. dictas, ac Brevia nostra, superinde Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum, in Portubus prædictis, & in eorum quolibet pro tempore existentibus, dirigenda, Voluerimus & per Literas nostras prædictas Concesserimus quòd tàm iidem, *Laurentius*, *Julianus*, *Thomas*, *Thomas*, *Fulco*, & *Alexander*, & eorum quilibet, & Executores sui prædicti & cujuslibet eorum, ac ejus vel eorum Factores & Attornati, & eorum quilibet, quàm Custumarii & Collectores prædicti & eorum quilibet, de omnimodis Pecuniarum Summis, Custumis, Subsidiis, Exactionibus, & Demandis, quæ ab ipsis seu eorum aliquo pro Præmissis vel aliquo Præmissorum, aut aliâ Exactione seu Demandâ quacúmque, ad Opus nostrum seu Hæredum nostrorum exigi seu pertinere poterint quovis modo, sive unde ipsi aut eorum aliquis erga Nos impeti aut onerari possent, erga Nos & Hæredes nostros omnino exonerarentur & acquietarentur, prout in Literis nostris prædictis pleniùs continetur,

Vobis Præcipimus quòd ipsos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, aut, ipsis Defunctis, Executores suos seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos Indigenas vel Alienigenas, tàm tot & tantos Saccos & Clavos Lanarum Berdatarum, Claccatarum, & Mundatarum, sive non Berdatarum, non Claccatarum, aut non Mundatarum, ac Pannos Laneos in Grano vel sine Grano, cujuscúmque Coloris Panni illi fuerint, Pecias Stanni, & Fodras Plumbi, tàm de Bonis propriis quam alterius Personæ cujuscúmque, in dicto Portu Londoniæ, in quibuscúmque Galeis, Carracis, Navibus, vel Vasis, unâ Vice vel diversis Vicibus, eskippare & carcare, ac eskippari & carcari facere, & Lanas illas, sic Eskippatas, per Strictus de Marrok; ac Pannos Laneos, Stannum, & Plumbum prædicta ad quascúmque Partes Exteras traducere & cariare, ac traduci & cariari facere, quàm alias Mercandisas quascúmque, de quacúmque Crescentia, tàm de Bonis suis propriis, quàm alterius cujuscúmque, à Partibus Exteris in hujusmodi Galeis, Carracis, Navibus, vel Vasis similiter eskippare & carcare, ac eskippari & carcari facere, & in Regnum nostrum Angliæ in prædictum Portum Londoniæ adducere, A. D. 1475. Edw. 4.

Quorum omnium Saccorum & Clavorum Lanarum prædictarum Custumæ & Subsidia, juxta Ratam, videlicet, *Quatuor Marcarum tantum* & non ultra, pro Custumis & Subsidiis ac aliis Deveriis Calesii, de seu pro quolibet Sacco Lanarum prædictarum, ac Custumæ & Subsidia Pannorum Laneorum, Stanni, & Plumbi, ac aliarum Mercandisarum prædictarum, ad dictam Summam *Quinque Milium Librarum* in toto se attingent,

Absque aliquibus Custumis seu Subsidiis aut aliis Deveriis prædictis, pro eisdem Lanis, Pannis Laneis, Stanno, Plumbo, & Mercandisis, seu aliqua inde Parcella, Nobis vel Hæredibus nostris reddendis seu solvendis,

Per INDENTURAS, indè inter vos & præfatos, *Laurentium*, *Julianum*, *Thomam*, *Thomam*, *Fulconem*, & *Alexandrum*, seu eorum aliquem, aut, ipsis Defunctis, Executores suos seu alicujus eorum, aut ejus vel eorum Factores sive Attornatos prædictos, Eskippationem, Traductionem, & Adductionem prædictas, debitè, de tempore in tempus, conficiendas, Testificantes, eskippare permittatis juxta Tenorem Literarum nostrarum prædictarum.

Teste Rege apud *Cantuar.* decimo Die Junii.

Consimilia Brevia diriguntur Custumariis sive Collectoribus in Portubus subscriptis, sub eadem Data, mutatis mutandis; videlicet,

Custumariis sive Collectoribus tàm magnæ Custumæ nostræ quàm Subsidii Lanarum, Coriorum, & Pellium Lanutarum in Portu Civitatis nostræ Londoniæ.

Custumariis sive Collectoribus Subsidiorum Trium Solidorum de Doleo & Duodecim Denariorum de Libra in Portu Civitatis nostræ Londoniæ.

Custumariis sive Collectoribus in Portu Villæ nostræ Suthamptoniæ.

Custumariis sive Collectoribus in Portu Villæ nostræ Sandewici.

Pro Domino Audeley & Galliardo Dureford.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Pat. 15. E. 4. p. 2. m. 11.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos quandam Armatam Potentiam ad *Partes Britanniæ*, cum, Dilectis & Fidelibus nostris, *Johanne Domino Audeley*, & *Galliardo Dureford Domino Duras*, ex certis Causis Transmittendam, Ordinaverimus,

Assignaverimus ipsos, *Johannem* & *Galliardum*, & eorum alterum (de quorum Fidelitatibus & providis Circumspectionibus plenam fiduciam obtinemus) ac eis & eorum alteri plenam Potestarem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, Damus & Committimus ad Armatam prædictam ad Partes prædictas Conducendum, Regendum, & Gubernandum,

Necnon ad quascúmque de Armata prædicta, quos Regimini & Gubernationi, Mandatis, Proclamationibus, & Ordinationibus, Nomine nostro in hac parte faciendis & ordinandis, Contrarios seu Inobedientes invenerint, juxta Discretiones suas & Delinquentium Demerita, Castigandum & Puniendum, ac Castigari & Puniri faciendum, A. D. 1475.

Omniaque alia & singula, in Præmissis necessaria & oportuna, Faciendum & Exequendum:

Damus autem &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Junii.

Per ipsum Regem, & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.

De Communicando cum Duce Britanniæ.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Franc. 15. E. 4. m. 12.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Domini de Audeley*, & *Galliardi de Dureford Domini de Duras*, Militum, ac Magistri *Oliveri King* in Legibus Licentiati unius Secretariorum nostrorum, Consiliariorum nostrorum, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales Ordinamus & Constituimus,

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Nunciis, Tribus, Duobus, & Uni eorum, plenam Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale cum præcarissimo Consanguineo nostro *Francisco Duce Britanniæ*, seu ejus Ambassiatoribus, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, Conveniendi, Tractandi, Concordandi, Componendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi, & finaliter Concludendi tàm de Pace perpetuâ ac reali Ligâ & finali Concordiâ, si eis videbitur, faciendis, quàm de & super omnibus & omnimodis Treugis, Alligantiis, Confœderationibus, Pactionibus, mutuis Auxiliis, & Promissionibus, inter *Nos*, Hæredes, & Successores nostros, ac Regna & Dominia nostra, ac Subditos, Alligatos, & Confœderatos nostros & alios Nobis Adhærentes quoscúmque, & dictum *Consanguineum nostrum*, Hæredes & Successores suos, atque Loca & Dominia sua, Subditos, & Alligatos suos & sibi Adhærentes, ineundis, capiendis, & habendis, A. D. 1475.

Cæteráque omnia & singula, quæ in Præmissis Conclusa, Concordata, & Firmata fuerint, Expediendi, Perficiendi, & pro parte nostra Perimplendi ac debitè Exequendi, etiam si majora sint & Mandatum de sua natura magis exigant speciale, & quæ Nosmetipsi facere possemus si personaliter præsentes essemus in Explicatione & Conclusione Præmissorum;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios nostros prædictos, Tres, Duos, & unum eorum, in forma prædicta, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Junii.

De

De Custode Regni constituto.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Pat. 15. E. 4. p. 2. m. 18.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, pro Salvatione & Defensione Regni nostri Angliæ, ac *Expeditione Guerræ nostræ Franciæ*, simus ad Partes Transmarinas in proximo personaliter profecturi,

Et insideat intimè Nobis Cordi quòd Pax nostra, præsertim dùm sic absentes fuerimus, inviolabiliter observetur, & quòd Agenda dicti Regni providè dirigantur, & singulis Justitiæ debitum impendatur,

Nos,

De Fidelitate *Edwardi Filii nostri Primogeniti, Principis Walliæ, Ducis Cornubiæ, & Comitis Cestriæ*, confidentes,

Constituimus ipsum Custodem dicti Regni nostri ac Locum nostrum tenentem in eodem Regno dùm in dictis Transmarinis Partibus Moram fecerimus, vel donec aliud indè duxerimus ordinandum; A. D. 1442.

Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Ministris, & omnibus Fidelibus nostris, Tenore Præsentium, in Mandatis quòd præfato Principi, *tanquam Custodi* dicti *Regni nostri* & *Locum nostrum tenenti* in eodem, Intendentes sint, Respondentes, Consulentes, & Auxiliantes.

In cujus &c.

Teste ut supra.

De Potestate Custodi concessa.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Ibid.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, pro Expeditione *Guerræ nostræ Franciæ*, simus in proximo ad Partes Transmarinas profecturi,

Nos,

Volentes Quietudini Prælatorum, Magnatum, & aliorum Fidelium nostrorum dicti Regni, dùm sic Absentes fuerimus, providere,

Dilecto & Fideli nostro *Edwardo Filio nostro Primogenito, Principi Walliæ, Duci Cornubiæ*, & *Comiti Cestriæ, Custodi dicti Regni & Locum nostrum tenenti in eodem*, plenam, Tenore Præsentium, Concedimus Potestatem Capitulis Ecclesiarum Cathedralium & Conventualium, per Mortem vel Cessionem seu quovis alio modo Vacantium, cùm hujusmodi Vacationes prædicto Custodi per dicta Capitula præsentatæ fuerint, Concedendi Licentiam Eligendi Personas idoneas in Pastores & Præsidentes Ecclesiarum prædictarum;

Et, cùm de Licentiâ prædictâ Electiones in dictis Ecclesiis fuerint celebratæ, & Personæ Electæ per Literas dictorum Capitulorum Nobis vel Sibi nostro Nomine Præsentatæ, Assensum & Favorem Regium Electioni factæ de Minoribus Prælatis, nisi rationabilis Causa subfuerit quare dictis Electionibus hujusmodi Assensum denegare debeat, adhibendi,

Et ulterius, pro Confirmatione Electorum quibus sic perhibetur Assensus, illis, ad quos pertinet, more solito transcribendi, A. D. 1475.

Et, cùm Electi vel Electæ hujusmodi confirmati fuerint, Fidelitates, Nobis in hac parte debitas, Recipiendi, ac Temporalia Ecclesiarum illarum dictis Electis Restituendi,

Ita quòd *idem Custos* Assensum Regium Electionibus, factis de Majoribus Prælatis, non adhibeat, nec Fidelitatem ab eis recipiat, nec Temporalia Ecclesiarum illarum, ad quarum Regimen eliguntur seu postulantur, liberet seu restituat, quousquè Nos super hoc duxerit consulendum, vel aliud a Nobis indè habuerit in Mandatis,

Quascùmque etiam Fidelitates, pro quibuscùmque Terris, Tenementis, seu Hæreditatibus Nobis debitas, Recipiendi, ac Terras, Tenementa, & Hæreditates hujusmodi illis, ad quos pertinent, prout justum fuerit, Liberandi & Restituendi; Homagiis Nobis, pro dictis Terris, Tenementis, & Hæreditatibus nobis debitis, Reservatis, quæ usque ad Redditum nostrum in Angliam volumus per *dictum Custodem* Respectuari,

Necnon ad omnes Ecclesias, ad nostram Donationem seu quamcùmque Dispositionem nostram spectantes, Taxationem *Viginti Marcarum* excedentes, & Taxationem *Quadraginta Marcarum*

A. D. 1475. Edv. 4. non excedentes, cùm vacaverint, præsentandi,

Reservantes Nobis Præsentationes, Donationes, & Collationes omnium aliarum Ecclesiarum, Dignitatum, Præbendarum, Decanatuum, Liberarum Capellarum, Hospitalium, & omnium aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, ad Præsentationem, Donationem, seu Collationem nostram spectantes, cùm vacaverint; Ecclesiis Taxationis *Viginti Marcarum & infra*, ad quos Cancellarius noster præsentet, prout hactenus est fieri consuetum, dumtaxat exceptis. A. D. 1475. Edv. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Sandewicum* vicesimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro eodem Custode.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Ibid.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quia volumus quòd Officium Marescalciæ nostræ, dùm extra Regnum nostrum Angliæ fuerimus, in eodem Regno, in Præsentiâ *Edwardi Filii nostri Primogeniti, Principis Walliæ, Ducis Cornubiæ, & Comitis Cestriæ* (quem Constituimus *Custodem* ejusdem Regni) teneatur,

Dedimus Potestatem *eidem Custodi* ad Constituendum Vice nostrâ aliquem Idoneum ad Placita ejusdem Marescalciæ Tenendum, & ad Ordinandum de Ministris ejusdem Marescalciæ & omnibus aliis Officium illud tangentibus, sicut Nos faceremus si præsentes essemus. A. D. 1475.

In cujus &c.

Teste ut supra.

Pro eodem Principe.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Ibid.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, inter alia, Commiserimus Potestatem *Edwardo Filio* nostro *Primogenito, Principi Walliæ, Duci Cornubiæ, & Comiti Cestriæ, Custodi* Regni nostri Angliæ, Recipiendi, Nomine nostro, Fidelitates Electorum de Minoribus Ecclesiis Regni nostri Angliæ, & eisdem Electis Temporalia Ecclesiarum illarum Restituendi, prout in Literis nostris Patentibus indè confectis pleniùs continetur, A. D. 1475.

Volumus & Concedimus quòd *idem Custos* Pensiones, quas iidem Electi, ratione Novæ Creationis suæ, Clericis nostris concedere tenentur, det & concedat Personis benè meritis Vice nostrâ.

In cujus &c.

Teste ut supra.

Appunctuamenta, cum Adversario Franciæ, pro Abstinentia Guerræ & Excercitu Regis Retrahendo.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Ex Autogr. Infra Tur.

BE it openly knowen and well understande that, on *the xiii. Day of the Moneth of August*, the xv. Yere of the Reigne of oure Soverain Lord *King Edward* IV. and the Yere of oure Lord M.CCCC.LXXV. oure said Soverain Lord, being in his Felde beside a Village call'd *Seyntre*, withiu *Vermondose*, a litell from *Peron*,

Being then and there with his Highnes,
My Lordes
The *Duc of Clarence*,
And the *Duc of Gloucestre*,
His Brethern,
The *Duc of Norffolk*,
The *Duc of Suffolk*,
The *Bisshop of Lincoln* his Chauncellor,
The *Mercesse of Dorset*, A. D. 1475.
Th'Erl *of Northumbrelond*,
Th'Erl *of Riviers*,
Th'Erl *of Pembroke*,
The *Lorde Grey Ruthin*,
The *Lord Scrop*,
The *Lord Grey Codnore*,
The *Lord Stanley*,
The *Lord Hastynges*,
The *Lord Ferrers*,
The *Lord Howard*,
Th'Erl *Dongl.s*,
The *Lord Lisle*,
The *Maister of the Rolles*,
The *Dean of the Kynges Chapell*,
The *Dean of Welles*,
The *Dean of Westmynstre*,

Sir

A.D. 1475. Edv. 4.

Sir *Thomas Mongomery*,
Sir *Thomas Borough*,
Sir *William Parre*,
Sir *Richard Tunstall*,
Thomas Selynger,
And,
John Ekyngton Tresorer of the Kynges Werres,

Upon certeyn *Offres* and *Requestes*, made unto *his Highnes* be the *Frensh Kyng*, for a Treux an Abstinence of Werre, and other Intelligences to be had betwixt them both,

Consideryng the Povertie of his Armye, the nygh approchyng of Wynter, and smale Assistence of his Allies,

Called than and there before his Highnes the said *Lord Howard*, *Maister of the Rolles*, *Dean of his Chapell*, and *Thomas Selynger*, Charging and Commaundlng them and every of theim to goo unto the said *Frensh Kyng*, or such as he shuld Depute for his Partie, Geving them Power and Auctorite, and also Charged them to Conclude with Him, or his said Deputees, under Fourme folowing, That is to say,

If the *Frensh King* woll Bynde him, his Cuntreis, and Subgects to Paie, within xv. Daies, unto oure *said Soveraigne Lord lxxv. M. Scutes*,

And at Ester then next folowing *xxv. M. Scuts*,

And at Michelmas than next folowing other *xxv. M. Scuts*,

And soo continuelly forth yerely *l. M. Scutes* during their both Lyves,

And also if the said *Frensh Kyng* woll doo Marie his Son, called *the Delphyn*, at his Charge and Cost, to his *Furst or the Second of oure said Soveraigne Lord's Doughters*, indowing her with *lx M. Lib.* of Rent yerely after the Estimation of Frannce,

That thain thei shuld bynd oure said *Soveraigne Lord* to withdraw his Armie incontinent upon the Receipt of the said *lxxv. M. Scuts* into Englond, and to Bynde hym to ley Pleggesfoo to doo, soo that the said Pleggis shuld be deliverd at such Tyme as oure said Soverain Lord with the more part of his said Armie were descended in Englond.

A.D. 1475. Edv. 4.

And, over that, thei shuld make a private Amyte betwixt them both, byndyng them to a mutuell Assistence in Case any of them both were be their Subgect's wronged or disobeied.

And also to make betwixt them both a Treux and Abstinence of Werre, with Intercourse of Merchaundises for their Cuntreis and Subgect's, to endure for vii. Yere next folowing.

The which Commaundement, so by oure said Soverain Lord to them gevyn, all and everich of the said Lordes, and others before named, Willed, Desired, and Praied the said *Lord Howard*, *Maister of the Rolles*, *Dean of the Chapell*, and *Thomas Selynger* to Take upon theim the said Charge, and to doo according to the same, wherin thei wold Aide, Favour, and Assist them duryng their Lyves.

In Witnesse wherof oure said Soverain Lord hath signed, and everich of them before named have Subscribed thies Presentes with their Names:

G. CLARENCE.
R. GLOUCESTRE.
T. LINCOLN.
SUFFOLK.
NORFF.
T. DORSETT.
H. NORTHUMBERLAND.
PEMBROKEW.
ANTONY GREY.
DOWGLAS.
SCROP.
T. STANLEY.
HASTYNGS.
W. PAR.
MONGOMERY.
T. BURGH.
W. FERRERS.
JOHN EKYNGTON.
R. TUNSTALL.
F. PERS COURTENAY.

De Querelis Compromittendis: de Pecuniis solvendis; de Armata & Excercitu in Angliam Retrahendis.

A.D. 1475. An. 15. E. 4. Ex Autogr. Ibid.

R. E.

REX universis & singulis, ad quorum notitiam præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

A.D. 1475.

Cùm inter Potentissimos Anglorum Francorúmque Principes Calamitosa, retroactis temporibus, Bella, Cædes, innumeraque Discrimina, ad Damna eorum Subditorum imensa, enorméque universæ Religionis Christianæ Dispendium, hactenus acta fuere, Quæ

A. D. 1475. Edw. 4.

Quæ & maturiùs & sanctiùs nequirent terminari quàm si eorum Lites debitè cedantur, atque sua cuique Jura, ritè examinata, justè tribuantur,

Hinc est igitur quòd Nos,

Christicolarum Sanguinis effusionem vitare summopere anhelantes, Juraque nostra potiùs aliorum Laudo & arbitrio quàm cruenti Ensis formidine obtinere cupientes,

Cum Illustrissimo Principe *Lodovico Franciæ* Consanguineo nostro charissimo Perfecimus, Convenimus, Conclusimus, & Appunctuavimus, & per Præsentes Perficimus, Convenimus, Concludimus, & Appunctuamus, ea omnia & singula, quæ & prout in Articulo & Capitulis sequentibus continentur,

Imprimis, Consentimus, Volumus, Convenimus, & Appunctuamus quòd omnes Lites, Quæstiones, Querelæ, & Demandæ, pendentes in præsentiarum Indiscussæ inter *Nos* & *eundem Consanguineum nostrum Franciæ* antedictum, in Reverendissimum Patrem *Thomam Archiepiscopum Cantuariensem Cardinalem* Avunculum nostrum, & charissimum Fratrem nostrum *Georgium Ducem Clarentiæ*, per Nos & ex Parte nostra, & Reverendissimum Patrem *Carolum Archiepiscopum Lugdunensem*, & *Johannem Comitem de Dunesio*, per dictum Consanguineum nostrum & ex Parte sua, Arbitros seu amicabiles Compositores in hac parte nominatos & electos, Supponantur & Compromittantur,

Sicque, si contingat aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum decedere aut adversâ Valetudine laborare, quo minus dictarum Litium Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, aliis seu alii in ejus eorúmve locum, per Nos si de nostris, aut per dictum Consanguineum nostrum si de suis sint, deputentur & subrogentur,

Dantes & Concedentes eisdem Arbitris Potestatem & Auctoritatem ipsas Lites & Quæstiones, a Datâ Præsentium usque ad Tres Annos proximè futuros inclusivè, Componendi, Decidendi, & Terminandi,

Promittentes & Obligantes Nos stare Laudo, Arbitrio, & Determinationi dictorum Arbitrorum, super Præmissis, sub Pœnâ *Trium Milium Milium Scutorum*, ab eo, qui dicto eorum Laudo non steterit, obtemperanti in fine dictorum Trium Annorum solvendorum,

A. D. 1475. Edw. 4.

Et quòd iidem Arbitri, aut loco eorum ut præmittitur Deputati & Subrogati, primò coràm Nobis in Angliâ, pro ipsarum Decisione Litium, citra Festum Paschæ proximò futurum, & de post coram dicto Consanguineo nostro in Francia, citra Festum Sancti Michaelis Archangeli extunc proximè futurum, conveniant, atque nostra ipsiusque Jura debitè examinent, & felici tramite terminent.

Item, Volumus, Permittimus, Convenimus, & Concludimus quòd, postquam receperimus a præfato *Consanguineo nostro Franciæ*, *Septuaginta quinque Milia Scutorum Auri* (unoquoque eorum Scutorum Triginta tres Magnos Albos valente) aut prædictam Summam in aliâ legali & bonâ Monetâ tanti Valoris, quòd extunc, omni conveniente maturitate & cum effectu, Exercitum, & Armatam nostram quam nunc hic Nobiscum habemus, absque fraude, in Angliam Retrahemus, a Guerrâ contra dictum Consanguineum nostrum & ejus Subditos omninò cessantes, nullum Civitatem, Villam, aut Castrum Regni Franciæ in dicto nostro Regressu modo Hostili Capiendo & ad Opus nostrum Retinendo,

Dedimúsque proinde Obsides *Dominum de Howard* & *Johannem Cheyney* unum Armigerorum pro Corpore nostro, qui apud dictum Consanguineum nostrum manebunt donec & quousque Nos in majori nostræ Armatæ parte in Angliâ fuerimus, extunc ipsi Obsides exindè acquietentur & deliberentur, adeò ut Partes suas proprias vel alibi liberè aggredi poterint & valeant.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis præsentibus Literis nostris Patentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. in *Campo nostro prope Civitatem Ambianen.* Vicesimo nono Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto, & Regni nostri decimo quinto.

R. E.

Appun-

Appunctuamenta de Treugis per Septennium duraturis.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Ex Autogr. Ibid.

R. E.

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm dirus Christianorum Status crudeli Perfidorum Furore enormiter miserabiliterque in præsentiarum afflictus, ad veterem Prosperitatis felicitatem gloriosamque Famam sanctiùs & maturiùs reduci nequeat quàm Orthodoxæ Religionis Principes, Potestate saltim majores, Vires suas uniant, Treugarum Pacis Amicitiæque Fœdera componant, & Charitatis vinculo se invicem copulent,

Cúmque innumerabiles Bellorum Calamitates, inæstimabilesque Principibus atque eorum Dominiis & Subditis Pacis & Amicitiæ felices sunt eventus,

Notum facimus quòd cum Illustrissimo Principe *Ludovico Franciæ*, Consanguineo nostro charissimo Inivimus, Contraximus, Perfecimus, Convenimus, Conclusimus, & Appunctavimus, & per Præsentes Inimus, Contrahimus, Perficimus, Convenimus, & Concludimus bonas, sinceras, veras, firmas, & perfectas Treugas, Guerrarum Abstinentias, Ligas, Intelligentias, & Confœderationes, inter *Nos*, Regnum nostrum Angliæ, Patrias & Dominia nostra, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, Alligatos & Confœderatos nostros quoscúmque (qui in ipsis Treugis velint comprehendi) & præfatum Serenissimum Principem *Ludovicum Franciæ* Consanguineum nostrum Charissimum, Patrias & Dominia sua, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, Alligatos & Confœderatos suos quoscúmque (qui in eis etiam Treugis velint comprehendi) per Septem Annos a Datâ Præsentium proximò futuros duraturas, modo & formâ in Articulis seu Capitulis sequentibus contentis,

Quorum Tenor sequitur, & est talis,

INPRIMIS, quòd bonæ, sinceræ, veræ, firmæ, & perfectæ sint & inviolabiliter habeantur Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Ligæ, & Confœderationes inter dictos Potentissimos Angliæ & Franciæ Principes, Patrias & Dominia sua quæcúmque, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, Alligatos & Confœderatos utriusque eorum (qui in ipsis Treugis, ut præmittitur, Comprehendi voluerint) necnon inter inclitissima Angliæ & Franciæ Regna, per Terram, Mare, Portus Maris & Aquas dulces,

A. D. 1475.

Et quòd dictæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, Ligæ, & Confœderationes incipiant, quoad Principes antedictos, & eorum Patrias, Dominia, & Subditos & Vassallos, ab hac Die, & quoad dictorum Principum aut alterius eorum Alligatos & Confœderatos a tempore quo se declaraverint in dictis Treugis Comprehendi velle, & ipsa Declaratio antedictis Principibus notificata fuerit; sic tamen quòd ipsi Alligati, qui in ipsis Treugis velint Comprehendi, taliter se declarent Principi cum quo confœderantur; & ipse Princeps, cui sic declaratur, alteri Principi suis Literis id referat intra Tres Menses post Datam Præsentium proximè sequentes; & quòd ab hac eadem Die durent usque ad Finem Septem Annorum proximè sequentium inclusivè, sic quod finiant in vicesimo nono Die Mensis Augusti, post Solis Occasum ejusdem Diei, qui erit in Anno Domini 1482.

ITEM, quòd, durante dicto Septennio & Treugis prædictis, Bella, Guerra, & Hostilitates quæcúmque inter præfatos Angliæ & Franciæ Principes, utriusque eorum Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos, & Confœderatos quoscúnque (qui in ipsis Treugis, ut præmittitur, velint Comprehendi) necnon inter dicta Inclitissima Angliæ & Franciæ Regna, Patrias & Dominia quæcumque ubique locorum, per Terram, Mare, & Aquas dulces omninò cessabunt.

ITEM, quòd omnes & singuli utriusque dictorum Principum, aut eorum Alligatorum in hiis Treugis comprehensorum, Vassalli & Subditi (sive sint Principes, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Comites, Barones, Mercatores, aut cujusvis Statûs Conditionisve existant) durantibus Treugis antedictis, ubivis locorum sese mutuis Officiis prosequantur & honestâ Affectione pertractent, possintque liberè, tutò, & securè, absque alterius ejusve Subditorum Offensa seu Impedimento, ubique Perlustrare Terram, per Mare Navigare, hinc indéque, ad

A.D. 1475. Edw. 4. Portus, Dominia, & Districtus quoscúmque utriusque ipsorum Principum citra & ultra Mare (dùm tamen armati ultra Numerum Armatorum Centum simul non exeedant) accedere, in eisque quamdiu volent Morari, Mercari, Merces, Mercimonia, Arma, & Jocalia quæcúmque Emere, Vendere, & ut eis placet ab illinc ad Partes proprias vel alibi liberè, quotiens duxerint abeundum, abire, cum suis, aut conductis, aut commodatis, Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus suis quibuscúnque absque ullo Impedimento, Offensâ, Arrestatione, ratione Mercæ, Contramercæ, Reprisaliarum, aut aliâ Restrictione quacúmque, tàm in Terrâ quàm in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodum propriis in Patriis hæc omnia facerent aut eis ea facere liceret; ita quòd nullo alio salvo Conductu generali aut speciali indigeant.

Item, quòd omnia Munera sive Onera, ab aliquo dictorum Principum in cujusvis eorum Patriarum sive Dominiorum partibus, a duodecim Annis citra imposita, Mercatoribus & Subditis alterius Principis nociva, penitùs extincta sint & rejecta; & quòd talia aut consimilia, durantibus hiis Treugis, amodò non imponantur; salvis tamen semper quoad alia omnibus Regionum Urbium & Locorum aliis Legibus, Statutis, & Consuetudinibus, quibus nichil quoad eorum Jura per Præmissa censetur Derogatum.

Item, quòd, si infra dictos Septem Annos, durantibus ipsis Treugis, aliquid contra vires & effectùs earundem Treugarum & Abstinentiarum Guerrarum, per Terram, Mare, aut Aquas dulces, per aliquem ipsorum Principum, Hæredes, Successores, Subditos, & Vassallos, aut Alligatos utriusque eorum (in hiis Treugis comprehendi se velle, ut prædicitur, declarantes) fuerit attentatum, actum, aut gestum, quòd omnia ipsa, sic Attemptata, per Conservatores ipsarum Treugarum, ab ipsis Principibus seu saltem a Principe eorum sic Damnificantium nominatos, infra Mensem post Requisitionem superinde eis factam, unà cum Expensis sic Dampnificati aut Dampnificatorum, Restaurentur, Reficiantur, & Reparentur, sicque propter nulla, durante harum Treugarum Termino, in contrarium attentata, hæ Treugæ rumpantur nec terminentur; sed in suis viribus usque ad Finem dictorum Septem Annorum permaneant, & pro ipsis attentatis solummodò puniantur ipsi attentantes & damnificantes & non alii.

Item, pro matura & inviolabili harum Treugarum, Abstinentiarum Guerrarum, Ligarum, & Confœderationum Observantiâ & Conservatione, Electi & Nominari sint, ex parte Serenissimi Principis *Angliæ Regis*, Conservatores, A.D. 1475. Edw. 4.

Charissimi Fratres sui, *Dux Clarenciæ*, & *Dux Gloucestriæ*, *Cancellarius Angliæ*, *Custos Privati Sigilli*, & *Custos Quinque Portuum* in Angliâ, & *Præfectus* sive *Locumtenens dicti Regis Calesii*, pro tempore existentes,

Et ex parte dicti Illustrissimi *Principis Franciæ*, Clarissimus Vir Frater & Consanguineus suus Charissimus *Comes de Bello Loco*, & *Johannes Bastardus de Borbonio* Admirallus Franciæ,

Qui quidem Conservatores dictorum Principum ac utriúsque eorum, & Duo aut Unus eorum, ex parte saltem Principis Subditorum Damnificantium, si qui sint, sic Nominati Nominatúsve, Auctoritatem & Potestatem habeant & habeat ipsos Damnificantes Puniendi, Attentata & Damna, contra Vires harum Treugarum illata, unà cum Expensis Damnificatorum, Reficiendi & Reparandi,

Et, si contingat ipsos Conservatores, per ipsos Principes, ut præmittitur, Nominatos, super Reformatione aliquorum dictorum Attentatorum fore discordes & inter eos super inde concordare non valentes, quòd tunc Causa illa referatur Concilio Principis Subditorum sic Dampnificantium, aut, si opus sit, utriúsque Principis; dum tamen Causa illa summariè & de plano coram eis examinetur & felici fine terminetur.

Item, quòd in præsentibus Treugis, Abstinentiis Guerrarum, Ligis, & Confœderationibus comprehendantur Alligati & Confœderati hincinde postea nominati, si in eis comprehendi velint; videlicet,

Ex parte Serenissimi Principis *Angliæ Regis*,

Serenissimus & Illustrissimus Princeps semper Augustus *Rex Romanorum*,

Rex Castellæ & Legionis,

Rex Scotiæ,

Rex Portugaliæ,

Rex Hierusalem & Ceciliæ citra Farum,

Rex Arogoniæ,

Rex Ciciliæ ultra Farum,

Rex Daciæ,

Et,

Rex Hungariæ,

Potentissimique *Duces Burgundiæ & Britanniæ*,

Necnon *Communitas & Societas de Hansa Teuthonica*,

Et

A.D. 1475. Edw. 4.

Et ex parte dicti Illustrissimi Principis *Franciæ*,
Romanorum Imperator,
Sacri Imperii Electores,
Reges,
Castellæ & Legionnis,
Scotorum,
Daciæ,
Hierusalem & Ciciliæ,
Et Hungariæ,
Duces,
Sabaudiæ,
Mediolani,
Januæ,
Et *Lotharingiæ*,
Episcopus Meten,
Dominium & Communitas Florentiæ,
Dominium & Communitas de Berne,
Et eorum Confœderati.

ITEM, Illi de Liga Altæ Almaniæ & Illi de Patriâ Leodiensi, qui se Declaraverint pro Illustrissimo Principe Franciæ, & in ejus Obedientiam se retraxerint.

Qui quidem Alligati utriusque dictorum Principum teneantur declarare Principi, cum quo confœderantur, se in hiis Treugis velle comprehendi, si in eis comprehendi velint, & ita Princeps alteri teneatur referre Principi, ut præmittitur, intra Tres Menses proximò post Datam Præsentium sequentes,

A. D. 1475. Edw. 4.

Quas quidem Treugas Principes antedicti, & eorum uterque promiserunt & promisit, in Verbo Principis & in bonâ Fide, juxta Vires Manutenere & inviolabiliter Servare Observarique Facere.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis præsentibus Literis nostris Patentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. in *Campo nostro prope Civitatem Ambianen.* vicesimo nono Die Augusti, Anno Domini 1475. & Regni nostri 15.

EDOWARD R.

Appunctuamenta de Amicitia cum Consanguineo Franciæ, & de Matrimonio.

R. E.

A.D. 1475. An. 15. H. 6. Ex Autogr. Ibid.

REX universis, præsentes Litteras nostras inspecturis, Salutem.

Cùm Res inter fecundas nichil preciosius nil dignius aut Pace laudabilius existimatur, quâ Cives vigent, Principes honorantur & sublimantur, Jacturis atque Calamitatibus præservantur, innumeráque Bona a Pace proficiscuntur.

Notum facimus quòd, imminentia instantis temporis totius Christianitatis Perfidorum Rabie Turchorum Pericula & Discrimina maturè contemplantes, cum Serenissimo Principe *Ludovico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo Amicitiam, Ligam, Intelligentias, atque Confœderationem Inivimus, Contraximus, Perfecimus, Convenimus, & Conclusimus, & per Præsentes Inimus, Contrahimus, Perficimus, Convenimus, & Concludimus, modo & formâ in Articulis quæ sequuntur,

Quorum Tenor sequitur & est talis,

INPRIMIS, quòd inter Illustrissimum Principem Angliæ Regem & Serenissimum Principem *Ludovicum Franciæ* Consanguineum suum Carissimum vera, sincera, & perfecta sit Amicitia, a Datâ Præsentium, Vitâ utriusque eorum Principum manente, duratura; sic quòd, quamdiu vixerint, Guerræ, Bella, & Hostilitates inter eos omninò Cessabunt, ymmò & Benivolentiâ & Amore Se & Sua mutuò pertractabunt.

A.D. 1475.

ITEM, quòd præfatus Illustrissimus *Princeps Franciæ* in & adversus Subditos *Regis Angliæ*, qui cum Armis invadent & in Regno suo Angliæ, Patriis, Dominiis suis Rebellionem facient, eum succurret & juvabit: Et pariformiter Serenissimus *Rex Angliæ* in & adversus Subditos dicti *Consanguinei sui Franciæ*, qui cum Armis invadent & in Patriis & Dominiis suis Rebellionem facient, eum succurret & juvabit.

ITEM, quòd neuter dictorum Angliæ & Franciæ Principum Auxilium & Juvamen eorum alterius Subditis, ad eorum Principem Armis Invadendum, & Guerram apertam in suis Patriis & Dominiis adversus eum faciendum, nullatenus impendet & præstabit; nec tales Subditos sic invadentes, in alterius Principis Præjudicium, in ejus Patriis & Dominiis receptabit & sustinebit.

ITEM,

A.D. 1475. Edw. 4. ITEM, si contingat aliquem dictorum Principum, Dolo, Calliditate, & Inobedientiâ Subditi Subditorúmve alicujus eorum a Patriis & Dominiis suis (quod Deus avertat) expelli, alteriúsque eorumdem Principum Partes propter ejus Succursum petere, & de ejus Ope atque Auxilio ipsum requirere & interpellari; quod eo tunc ipse Princeps, sic Requisitus & Interpellatus, ipsum Principem sic Expulsum omni cum humanitate recipiet, & eum atque suos juxta vires suis facultatibus sustinebit, seque & sua, ut in Statum proprium & pristinum reponatur & restituatur, Guerram apertam faciendo, cum omni diligentiâ & affectione exponet.

ITEM, quòd neuter dictorum Principum aliquas Ligas seu Intelligentias amodò, cum aliquo alterius eorum Confœderato & Alligato, contrahet & faciet; nisi prius ipso Principe, cum quo sic confœderatur, superindè consulto & hoc consentiente.

ITEM, quòd, infra Annum a Datâ Præsentium, per antedictos Principes Nova statuatur DIETA, in quâ eorum Legati & Deputati talem Pecuniæ & Monetæ, utriusque Regni Angliæ & Franciæ, Æstimationem & Valorem apponant & statuant, quo ipsa Regna dictorúmque Principum Subditi exindè magis habundare & ad comune eorum Bonum utiliùs prosperari valeant.

ITEM, Casu quòd aliquid, in hac Amicitia inpræsentiarum contentum, infringi amodò contingat, quòd ea propter præfata Amicitia, inter antedictos Principes, ut præmittitur, contracta, minimè Violetur seu Rumpatur; sed talia, contra dictam Amicitiam sic attemptata, maturiori modo quo fieri poterit Reparentur, & in Statum debitum Reducantur; ipsâ Amicitiâ in suo Robore & Effectu semper permanente.

ITEM, ad inviolabilem dictæ Amicitiæ Observantiam; inter Principes antedictos Promissum, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd Matrimonium contrahetur inter Illustrissimum Principem *Karolum*, dicti Potentissimi *Principis Franciæ Filium*, & Serenissimam Dominam *Elizabetham*, dicti Invictissimi *Regis Angliæ Filiam*, cùm ad Annos Nubiles pervenerint; & quòd idem *Illustrissimus Princeps Ludovicus Franciæ* ipsam *Dominam Elizabetham* a Regno Angliæ, pro Solempnisatione ejusdem Matrimonii, in Partibus Franciæ, Sumptibus & Expensis ejusdem Principis Franciæ, honorificè Conducet, Conducive faciet; ipsamque ad Sexagiota Millia Librarum Redditûs annui in Assieta, secundùm Consuetudinem Regni Franciæ, annuatim dotabit: & quòd illa Dos assignetur & detur eidem Dominæ quamprimùm ipsa ad Annos Nubiles pervenerit; Et, si contingat ipsam Dominam *Elizabetham*, ante Contractum, ut præmittitur, Matrimonium antedictum (quod Deus avertat) Decedere, quòd tunc inter ipsum Principem *Karolum* & Serenissimam Dominam *Mariam*, aliam supradicti Regis Angliæ Filiam, Matrimonium contrahetur: ipsaque a Regno Angliæ in Partes Franciæ, Sumptibus Ipsius Principis Franciæ, honorificè Conducetur, & modo præmisso Dotabitur: Et, quòd Matrimonium antedictum, ut prædicitur, absque fallo celebrabitur, præfati Potentissimi Angliæ & Franciæ Principes in Verbo Principis & Fide præstitâ promiserunt, & uterque eorum promisit, omnibus suis viribus suas apponere Manus adjutrices, & cum effectu suos ad hoc continuò impendere Labores.

In quorum omnium & singulorum.

R. E.

Exemplificatio Litteræ Annui Census.

Ex Autogr. HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes carissimi Consanguinei nostri *Ludovici*, nuper Francorum Regis Defuncti, in hæc verba,

A.D. 1475. An. 15. E. 4. LUdovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Notum facimus quòd Concessimus, Promisimus, & Obligavimus Nos, & per Præsentes Concedimus, Promittimus, & Obligamus Nos, solvere & realiter & cum effectu deliberare, in Civitate Londoniarum in Anglia, Illustrissimo Principi *Edwardo*, eadem gratiâ, *Angliæ Regi*, Consanguineo nostro carissimo, singulis annis, Vitâ utriusque nostrûm durante, *Quinquaginta Millia Scutorum Auri* (unoquoque eorum Scutorum Triginta tres magnos Albos valente) sub modo & formâ quæ sequuntur; videlicet,

Solvemus

A.D. 1475. Edw. 4.

Solvemus & deliberabimus, solvive & deliberari faciemus, eidem Consanguineo nostro *Regi Angliæ*, in Civitate Londoniæ, *Viginti quinque Millia Scutorum Auri*, Valoris & Æstimationis prædictæ, in Festo Paschæ proximò futuro,

Et *Viginti quinque Millia Scutorum Auri*, ejusdem Æstimationis & Valoris, in Loco prædicto, in Festo Sancti Michaelis Archangeli extunc proximò sequente,

Et sic, de Anno in Annum, solvemus & deliberabimus, solvive & deliberari faciemus, dicto Consanguineo nostro, Loco & Terminis præfatis, Vitâ utriusque nostrûm durante, *Quinquaginta Millia Scutorum Auri*, Valoris antedicti, ad dictos Duos Paschæ & Sancti Michaelis singulorum Annorum Terminos, per æquales, ut præmittitur, Portiones,

Ad quam quidem Solutionem, fideliter & firmiter, singulis Annis, per Nos, ut præfertur, Vitâ utriusque nostrûm durante, continuò faciendam, promittimus, astringimus, & obligamus Nos bonâ Fide & in Verbo Regio, tactis superinde Sacrosanctis Ewangeliis, Hæredes, Executores, & Successores nostros, Regnum, Patrias, Dominia, & Bona nostra præsentia & futura, singulos Subditos nostros atque eorum Bona ubicúmque fuerint reperta,

Et ad omnium & singulorum Præmissorum securiorem Observantiam Obligabimus Nos sub Pœnis Cameræ Apostolicæ, & per Obligationem de *Nisi*.

Ac, insuper, per Præsentes, Promittimus & Obligamus Nos quòd procurabimus & faciemus Societatem & Socios *Banci de Medicis*, pro antedictis *Quinquaginta Milibus Scutorum*, eidem Consanguineo nostro *Regi Angliæ*, modo & formâ prædictis, inviolabiliter annuatim solvendis, debitè & legittimè Obligari, eorúmque Cautionem, in A.D. 1475. Edw. 4. Scriptis ritè superinde confectam, eidem Consanguineo nostro præstari & deliberari, aut Rescriptum Apostolicum, Sigillo plumbeo munitum, Sumptu & Ære nostro impetrare & obtinere, ipsique Serenissimo *Regi Angliæ*, citra Festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximò futurum, in Anglia deliberare deliberarive realiter facere.

Quæ omnia & singula Præmissa Sedis Apostolicæ Auctoritate confirmentur, appositis Pœnis Interdicti in Regnum Patrias & Dominia nostra antedicta, atque Excommunicationis in Personam nostram, si omnia & singula Præmissa, ut præfertur, minimè servaverimus & perimpleverimus.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis præsentibus Literis nostris Patentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. in *Civitate nostra Ambianensi* Die vicesimâ nonâ Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto, & Regni nostri Decimo quinto.

Nos autem Tenores Literarum prædictarum duximus EXEMPLIFICANDOS per Præsentes.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Tertiodecimo Die Julii, Anno Regni nostri Decimo octavo.

SKYPTON.

Sub Sigillo Magno suo, ceræ albæ, pendente a Caudâ Pergamenæ.

De Regina Margareta Deliberanda.

A.D. 1475. An. 15. E. 4. Ex Autogr.

R. E.

REX, Dilecto & Fideli suo, *Thomæ Thwaytes*, Salutem.

Mandamus vobis quòd Serenissimam Dominam *Margaretam*, Filiam Illustrissimi Principis *Regis Reignati*, quam aliàs Custodiæ vestræ commiserimus, Dilecto & Fideli nostro *Thomæ Mongomery* Militi deliberetis deliberarive faciatis, A.D. 1475.

Volumus enim vos de Custodia & Deliberatione ejusdem *Margaretæ* erga Nos penitùs exonerari.

Teste &c.

De dicta Regina Recipienda.

A. D. 1475. An. 15. E. 4. Ex Autogr.

R. E.

REX, Dilecto & Fideli suo, *Thomæ Mongomery* Militi, Salutem.

Cùm aliàs Custodiæ, Dilecti & Fidelis nostri, *Thomæ Thwaytes* Serenissimam Dominam *Margaretam*, Filiam Illustrissimi Principis *Regis Reignati* commiserimus,

Et nuperimè eidem *Thomæ Thwaytes* quòd ipse eandem *Margaretam* Manibus vestris liberaret Mandaverimus,

Vobis Mandamus quòd ipsam *Margaretam* a præfato *Thoma Thwaytes* Recipiatis, & eam Serenissimo Principi *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, aut aliis Personis quibuscúmque, prout inter præfatum Consanguineum nostrum & vos Nomine nostro concordari poterit, deliberetis deliberative faciatis, A. D. 1475.

Volumus enim vos pro Deliberatione illâ erga Nos penitùs exonerari.

Teste &c. decimo tertio Novembris.

Nova Ratificatio Treugarum Britanniæ.

A. D. 1476. An. 15. E. 4. Ex Autogr.

FRancois, par la Grace de Dieu, *Duc de Bretaigne, Conte de Montfort, de Richemond, d'Estampes,* & *de Vertus*, a touz ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, des le *Second Jour du Moys de May, l'An Mille, Quatrecens, Soixante Ouict,* Nous eussons, pour Nous, noz Successeurs, Païis, Terres, Seigneuries, & Subgitz, Fait, Traicte, Prins, & Accorde, avecques Tresthault & Trespuissant Prince mon Treshonnore Seigneur & Cousin *Edovart Roy d'Angleterre*, pour Lui, ses Royaulme, Païis, Seigneuries, & Subgitz, sceur Estat, Treues, & Abstinence de Guerre, & aussi Entrecours & Communication de Marchandise & Pescherie de Mer, & d'autres Choses necessaires pour le Bien & Utilite commun d'un Partie & d'autre, jusques au Temps & Terme de Trante Ans lors ensuivans & plus avant, o les Poins & sellon la Forme & Teneur de noz Lettres sur ce faictes & emanees, du Date que dessus,

Et d'empuis (savoir) *le Vingt troysesme Jour d'Aougst, l'An Mille, Quatrecens, Soixante onze,*

Pour ce que aucunement avoit este contrevenu es dites Treues & Entrecours de Marchandise par feu *le Conte de Varvich* & ses Adherez, pendant le temps que nôtre dit Seigneur & Cousin avoit este absent de son Royaulme, & Resident es Parties de Flandres,

Eussons neantmoins, par noz Lettres Patentes, Confirme, Ratiffie, & Aprouve les dites Treues & Entrecours de Marchandises, sellon les Poins, Conditions, & Effect de nos dites Lettres, & semblablement l'ait ainsi fait de sa part nôtre dit Seigneur & Cousin, A. D. 1476.

Savoir faisons que Nous,

Considerans le Bien, Proffit, & Utillite, que vroy semblablement pouent advenir a l'un & autre Party, par Moien les dites Treues & Entrecours de Marchandises, & les Execerables Maulx & Dommaiges, qui se peuent ensuir par la Rompture d'icelles, voulans nourrir & augmenter le Bien de Païis & Transquilite, a la Louenge & Reverence de Dieu nôtre Redempteur, & pour plusieurs Raisonnables Choses a ce Nous mouvans,

Avons aujourduy, par Deliberation de nôtre Council, derechieff Conferme, Ratiffie, & Aprouve, Confermons, Ratiffions, & Aprouvons, par ces Presentes, les dites Treues & Entrecours de Marchandise, selon les Poins & Conditions contenues & declerees par noz precedentes Lettres des Dates que dessus, les quelles voulons fortir a effect & execution ores & pour le temps avenir, sans aucunement y estre attempte de nôtre Party, non obstant quelques Traictes & Appoinctemens d'empuis entrevenuz, les queulx ne desrogent ne n'entendons Desroger aus dites Treues & Entrecours & Contenu de ces Presentes, & ainsi l'avons Promis & Promettons, de bonne Foy, en Parolle de Prince, & sur nôtre Honneur, Obserer & Entretenir inviolablement & sans Enfraindre; Pourveu que nôtre dit Seigneur & Cousin le Face & Ratiffie ainsi

A.D. 1476. Edv. 4. ainsi de sa Part, & Nous en envoye ses Lettres Patentes.

En Tesmoing de ce Nous avons Signe ces Presentes de nôtre Main, & fait seeller de nôtre Grant Seel.

Donne en nôtre *Ville de Nantes*, le xxii. Jour de Janvier, l'An Mille, Quatrecens, Soixante quinze. A.D. 1476. Edv. 4.

FRANCOYS.

Par le Duc de son Commandement.

RABOCEAU.

Sub Sigillo Magno, Cera rubra, pendente a Caudâ Pergamena.

Acquietantia Regis Scotorum.

A.D. 1476. An. 15. E. 4. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos Recepisse ab Excellentissimo Princelpe *Edwardo Rege Angliæ* nostro Consanguineo carissimo, per manus Discreti ac magnæ Prudentiæ Clerici Magistri *Alexandri de Lye*, dicti carissimi Consanguinei nostri Elimosinarii, in Ecclesia Beati Ægidii de Edinburgh, tertio Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto, Summam *Duorum Milium Marcarum* bonæ & legalis Monetæ Angliæ, in Partem & de Secundo Termino Solutionis Summæ *Viginti Milium Marcarum* ejusdem Monetæ, Nobis per præfatum nostrum Consanguineum carissimum, cum Illustri Principissa *Cecilia sua Juniore Filia*, Nomine Dotis & causâ Matrimonii cum Illustri Principe *Jacobo nostro Primogenito Herede & Filio unico* Carissimo debitarum, prout in INDENTURIS, inter Nos & dictum Consanguineum nostrum carissimum indè confectis, latiùs continetur. A.D. 1476.

De quâ quidem Summâ *Duorum Milium Marcarum* Monetæ prædictæ fatemur Nos benè Pacatos, Contentos, & plenariè in Pecunia Numerata Persolutos, & dictum Excellentissimum Principem *Edwardum Regem Angliæ*, suosque Hæredes & Successores, ac Regnum ejusdem, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, ac Regno nostro, de eadem Summa *Duorum Millium Marcarum* Quietos Clamamus & imperpetuum Exoneramus per Præsentes.

In cujus Rei Testimonium Magnum Sigillum nostrum Præsentibus apponi fecimus apud *Edinburgh*, Tertio Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto, & Regni nostri Decimo sexto.

Sub Sigillo Magno de Cerâ albâ, pendente a Caudâ Pergamena.

¶ ¶

Pro Duce Britanniæ, de Relaxando.

A.D. 1476. An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 7. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Licet, pro nonnullis variis Oneribus & Expensis, per Nos, in favorem Illustrissimi Principis Consanguinei nostri carissimi *Francisci Ducis Britanniæ*, supportatis, mittendo & stipendiando nonnullos Armatos versus Partes Britanniæ, tàm ad primam Guerram de Anceins, quàm etiam ad tempus istius ultimi Passagii nostri, possemus, æquitate suadente, Resolutionem & Recompensam earumdem Expensarum a dicto Consanguineo nostro Nobis fieri demandare,

Nos tamen, ex certis bonis respectibus nos moventibus, attento quòd idem *Consanguineus noster* Nos atque Subditos nostros quoscúmque acquietavit de Prosecutionibus & Demandis, quas ipse & Subditi ipsius habent aut habere possunt erga Nos, occasione Deprædationum seu quorumlibet aliorum Attemptatorum, in & adversus Subditos ejusdem Consanguinei nostri, per Subditos nostros, post Mensem Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo secundo, in Mari commissorum sive perpetratorum, in præjudicium Conventionum Treugarum & Intercursûs Mercandisarum, pridem inter Partes hincinde conclusarum, A.D. 1476.

Quæ quidem Prosecutiones & Demandæ, secundùm Declarationes desuper factas, ascendunt, ut prætenditur, ad plus quàm *Quinquaginta Milia Coronarum*,

Idcirco

A. D. 1476. Edv. 4. Idcirco eidem *Consanguineo nostro*, Hæredibus & Successoribus suis, omnem Recompensam & Resolutionem Expensarum nostrarum prædictarum Remittimus, Relaxamus, & imperpetuum, pro Nobis & Hæredibus nostris, Quietos Clamamus per Præsentes.

In cujus &c. A. D. 1476. Edv. 4.

Teste Rege apud *Bukden*. Decimo sexto Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione Treugarum inter Regem & Ducem supradictum.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid. m. 12. EDward, par la Grace de Dieu, *Roy d'Angleterre & de France, & Seigneur d'Irland*, a touz ceulx, qui ces presentez Lettres verront, Salut.

Comme, des *le secand Jour de Moys de May, l'An Mil, Quatreceens, Soixant huit*, Treshault & Puissant Prince nostre Treschier & Tresamee Cousin *le Duc de Bretaigne* eust, pur luy, ses Successeurs, Paiis, Terres, Seigneuries, & Subgetz, Faict, Traicte, Prins, & Accorde, avecques Nous, pour Nous, noz Royalme, Paiis, Seigneuries, & Subgetts, Seur Estat, Treues, & Abstinence de Guerre, & aussi Entrecours & Communication de Merchandise & Pescherie de Mer, & d'aultre Choses necessaires pour le Bien & Utilite comun d'un Partie & d'autre, jusques au Temps & Terme de Trent Ans lors ensuivans & plus avant, o les Poins & selon la Fourme & Teneur du des Lettres faites & emanees du Date que dessus,

Et d'empuis (savoir) *le Vingt tray-seme Jour d'Aougust, l'An Mille, Quatreceens, Soixant onze*,

Pour ce que aucunement avoit estre contrevenu es dites Treues & Entrecours de Merchandise, par feu *le Conte de Warwic* & ses Adherteez, pendant le temps que Nous feusmes Absent de nostre Royaulme,

Nostre dit Cousin *le Duc* eust neantimoins, par ses Lettres Patentes, Confirme, Ratifie, & Approuve les dites Treues & Entrecours de Merchandise, selon les Poins, Condicions, & Effect de ses dites Lettres, & semblablement l'eussons ainsi faict de nostre Part,

Savoir faisons que Nous,

Considerans le Bien, Prouffit, & Utilite, que vroy semblablement peuent advenir a l'un & aultre Partie, par Moien des dites Treues & Entrecours de Merchandises, & les Execrables Maulx & Dommaiges, que se peuent ensuir par la Rompture d'icelles, voulans nourrit & augmenter le Bien de Paix & Tranquillite, a la Louenge & Reverence de Dieu nostre Redempteur, & pour plusieurs raisonables Causes a ce Nous mouvans, A. D. 1476.

Avons a jourduy, par Deliberation de nostre Conseil, derechief Conferme, Ratifie, & Approve, Confermons, Ratiffions, & Approvons, par ces Presentez, les dites Treues & Entrecours de Merchandise, selon les Poins & Conditions contenues & declarees par noz precedentez Lettres, sur ce passees, & celles de nostre dit Cousin, des Dates que dessus, les quelles volons sortir a effect & execution ores & pour le temps avenir, sans aucunement y estre Attemptee de nostre Party, non obstant quelques Traictes & Appountemens d'empuis entrevenues, les queulx ne Desrogent ne n'entendons Desroger aus dites Treues & Entrecours & Contenu de ces presentes, & aussi l'avons Promis & Promittons, de bon Foy, en Parolle du Roy, & sur nostre Honneur, Observer, Garder, & Entretenir inviolablement & sans enfrandre, considerce qu'il a pleu a nostre *dit Cousin* ainsi faire & ratifir de sa Parte, & Nous a envoie ses Lettres Patentez Donnes a *Nantes* le xxii. Jour de Januer, l'An Mil, Quatrecens, Soixant & quinze.

En Tesmoigne de ce Nous avons faict faire ces presentes Scelees de nostre Grande Seel.

Donne a *Bukden* le Seisme Jour de Marche, l'An de nostre Reigne Seisme.

Per ipsum Regem.

Super

Super Confœderatione cum Rege Daciæ redintegranda.

A. D. 1476. *An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 12.*

REX, universis & singulis, ad quorum Notitiam præsentes nostræ Literæ pervenerint, Salutem Gaudium & Pacem.

Quamquam aliàs, per *Nostros* atq; Serenissimi Principis Dom. *Cristierni Daciæ, Sueciæ, Norweg. &c. Reg.* Ambassiatores & Nuncios, tunc in Opido Hamburgensi Bremensis Diœcesis ad hoc congregatos, inter *Nos* præfatúmque *Daciæ &c. Regem* Regnorúmque nostrorum hincinde Incolas & Subditos, Concepta, Inita, & Celebrata, atque ex post Approbata & Confirmata Pacis, Concordiæ, & Amicitiæ Liga seu Confœderatio, temporum Successu, Perversorum, quorum totus Conatus ad Turbandum Pacem anelat, sinistris Actibus violata interruptaque sit, Nos tamen atque præfatus *Rex Daciæ*, ad quos pervigili sollicitudinis oculo Regnorum atque Subditorum nostrorum Profectum atque Salutem contueri, pertinet considerantes quòd, sicut Discordiâ Res magnæ perire atque Concordiâ Res parvæ crescere consueverunt, sic ex Pacis interruptione prædictis Regnorum nostrorum hincinde Incolis & Subditis nullus Fructus Salutis sed undicúmque Dampnum & Detrimentum subortum est, perversorum itaque Conatibus hujusmodi obviare Paciſque Reparationi summo Studio intendere decrevimus; & post, eo prætextu, de novo inter Nos habita Scripta Ambaxiatas atque Tractatus tandem Septiformis munere ab Alto gratiosè superinfuso, *Nos* atque præfatus *Rex Daciæ* ad has Resolidatæ devenimus Concordiæ Metas & Puncta articulatim subinserta.

PRIMO, itaque Confitemur quòd inter *Nos* & dictum *Daciæ Regem* Conventum atque Conclusum est, quòd, non obstantibus, quibuscúmque Sinistris Actibus, quibus contra Confœderationem prædictam quomodolibet actum, illaque Violata esse poterit, volumus tamen *Nos* atque *Rex Daciæ* præfatus, incipiendo *ad Primum Diem Mensis Junii proximò futurum*, & *ad Biennium* ab illo Die proximò futurum inclusivè, Continuando Ligam & Confœderationem prædictam, prout illa aliàs inter Nos concepta, celebrata, atque sigillatâ est in omnibus suis Punctis & Articulis firmiter & inconcussè ac si nunquam Interrupta fuisset observare, neque eidem aliquatinus quacúmque ratione vel causâ in toto vel in parte contravenire.

SECUNDO, Determinatum atq; Conventum est, quòd omnes & singulæ Actiones, per tempus Interruptæ Confœderationis prædictæ, inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* & nostrorum & illius Regnorum Incolas exortæ, atque Subditis nostris suisque quomodolibet vicissim, alteri, videlicet, contra alterum, competentes, In Amicitia integra maneant suspensæ usque ad Dietam infrascriptam, sub Biennio prædicto celebrandam, nec ante Finem ejusdem aliquis Subditorum nostrorum vel dicti *Daciæ Regis*, conjunctim aut divisim, per se vel per alios, viâ Juris vel Facti contra se invicem quomodolibet ex Causis prædictis attemptabunt.

TERTIO, Conclusum est quòd, Biennio hujusmodi currente, quamprimùm oportunitas permiserit, aliqua Competentia Loca & Tempora pro Dieta, inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* celebranda, deputantur, ubi tunc Ambaxiatores utriusque Partis, seu in eventu Discordiæ eorumdem inclitus *Rex Scotiæ*, atque Illustris *Dux Burgundiæ*, aut alii Principes Fratres quos *Nos* & idem *Rex Daciæ* duxerimus eligendos, per se aut suos Ambaxiatores, tanquam *Arbitri* & *Amicabiles Compositores*, omnia & singula, post & contra Confœderationem prædictam quomodolibet acta, Audiant, Examinent, Judicent, Reforment, atque Differentias & Causas prædictas in Amicitia aut Jure Terminent ac perpetuo silentio firmant, Confœderationemque prædictam Renovent, Resolident, & In pristinos Punctos Reducant atque Continuent, prout Rationi Consonum, atque ipsis visum fuerit expedire.

QUARTO, Diffinitum est, quòd, infra Biennium antedictum, Mercatores Incolæque *nostrorum* & dicti *Daciæ Regis* Regnorum prænominatorum, & quilibet ipsorum, pro libito suæ Voluntatis, secure & liberè, quotiens placuerit, Regna præfata hincinde, de Dacia, videlicet, Suecia & Noruegia ad Angliam, atque de Anglia ad Daciam, Sueciam, & Noruegiam, poterunt cum Rebus & Mercibus suis, tàm per Mare quàm per Terram, visitare, in omnibus & per omnia, juxta prædictæ, olim conceptæ, celebratæ, & sigillatæ, Confœderationis Vim, Formam, & Tenorem, sub libero

 atque

A. D. 1476. Edw. 4. atque securo Salvo Conductu; quem Nos *Edwardus Rex* præfatus dicti *Regis Daciæ* Incolis & Subditis, & idem *Daciæ Rex nostris* Incolis & Subditis, totiens quotiens requisiti seu requisitus fuerimus seu fuerit, dabimus & dabit; prout & Nos *Edwardus Rex* prælibatus hujusmodi Securum & Salvum Conductum exnunc *Regis Daciæ* Subditis, melioribus modis & formâ quibus ipsis validiùs & efficaciùs dare poterimus, per totum Biennium prædictum validè atque plenariè, vigore hujusmodi nostrarum Literarum Concedimus & impartimur; hoc specialiter excepto, quòd Incolæ Regni nostri Angliæ prædicti, sine speciali Licentiâ atque Salvo Conductu a dicto Serenissimo Principe *Cristierno Rege Daciæ* sæpefato specialiter obtinendo, per hujusmodi Biennium Terram Islandiam nullatenus visitabunt, aut inibi suas Mercantias exercebunt; quos quidem Articulos & Puncta, Causâ Confœderationis, inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem*, pro Nostrorum atque illius Regnorum eorumdemque Incolarum Salute, Renovandæ, Reintegrandæ, Resolidandæ, atque Recontinuandæ, Nos *Edwardus*, in vim hujusmodi nostrarum Literarum, acceptamus, approbamus, gratificamus, Gratos & Ratos habere volumus, sub Fide Regalis nostræ Majestatis, omnia & singula, in hujusmodi nostris Literis contenta, firma & inconcussa, quantum ad Nos spectat & pertinet, inviolabiliter observare, nec contravenire eisdem per Nos, neque per alium, seu per alios, quovis quæsito colore vel ingenio, de Jure vel de Facto.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Robur atque Fidem has nostras Patentes Literas fieri fecimus ut in Manu ipsius Regis Daciæ remaneant; aliis, similibus & paris per omnia Effectûs, ex parte sua Nobis & in nostram Manum pariformiter consignatis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden*, Decimo sexto Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Officio Principalis Secretarii in Lingua Gallica concesso.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Pa. 16. E. 4. p. 1. m. 25.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, Dilecto Servienti nostro *Olivero Kyng*, Septem Liberalium Artium Magistro, ac in Legibus Licenciato, Officium *Primi & Principalis Secretarii* nostri in *Lingua Gallica*, necnon ipsum *Oliverum* Primum & Principalem Secretarium nostrum in Lingua Gallica Constituimus & Ordinamus, cum tanto & consimili Feodo legalis Monetæ Angliæ, sicut Magister *Gervasius*, quondam in Angliâ Secretarius in eadem Lingua, aliàs habuit, Solvendo eidem Servitori nostro, durante Vitâ suâ, per æquales Portiones, ad Duos Anni Terminos, per Manus Custumariorum nostrorum in Portubus Maris, aut per Manus aliorum Officiariorum nostrorum infra Regnum nostrum prædictum, ubi eum commodè assignari pro dictâ Summâ contigerit,

Habendum, Tenendum, & Occupandum Officium prædictum, cum memorato Feodo, ad Terminum Vitæ suæ, unà cum omnimodis Libertatibus, Præeminentiis, Prærogativis, Regardis, Emolumentis, & Proficuis quibuscúmque, adeò liberè, quietè, & integrè sicut dictus *Gervasius*, vel aliquis alius, ante hac, dictum Officium habuit seu occupavit,

Et insuper, de uberiori Gratiâ nostrâ, Damus & Concedimus, per Præsentes, quòd memoratus *Oliverus* poterit, de tempore in tempus, ut supradictum, Billas omnimodas manu nostrâ signatas accipere, & quæcúmque Warranta, Cancellario nostro Angliæ vel Privato nostro Sigillo dirigenda, unà cum Literis nostris, tàm in Latino quàm Anglico, conficere, atque Regarda consueta pro eisdem recipere, adeò liberè & quietè, sicut aliquis Secretariorum nostrorum qualiscúmque; aliquo Statuto, Concessione, Re, Causâ, vel Materiâ, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden*, Decimo octavo Die Martii.

Per ipsum Regem, & de Data &c.

A.D. 1476. Edv. 4. | A.D. 1476. Edv. 4.

De Exemplificatione Appunctuamentorum, cum Adversario Franciæ, super Exercitu retrahendo.

A.D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid. m. 24.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS quandam Billam, Manu nostrâ propriâ signatam, ac Nominibus Dominorum & aliorum Nobilium, in eadem Billa specificatorum, Manibus suis propriis subscriptam, in Filaciis Cancellariæ nostræ residentem, in hæc verba,

BE IT OPENLY KNOWEN and well Understande that, on *the xiii*th *Day of the Moneth of August*, the xv[th] Yere of the Reign of oure Soveraign Lord *King Edward the iv*th, and the Yere of oure Lord M. CCCC. LXXV. oure said Souveraign Lord, beyng in his Feld beside a Village call'd *Seyncre*, within *Vermondose*, a litill from *Peron*, being than and there with his Highnes my Lordes, the *Duc of Clarence, &c. pront de Anno* 15, *Dat. ut supra.*

Nos autem Tenorem Billæ prædictæ, ad Requisitionem Dilecti & Fidelis nostri *Johannis Howard* de Howard Militis, duximus EXEMPLIFICANDUM per Præsentes. A.D. 1476.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Maii.

Consimiles Literas Regis Patentes habent Personæ subscriptæ, & sub eadem Datâ; videlicet,

Dilectus Consiliarius Regis Magister *Johannes Morton* Custos Rotulorum Cancellariæ Regis.

Dilectus & Fidelis Regis Magister *Willielmus Dudley* Decanus Capellæ Regis.

Dilectus & Fidelis Regis *Thomas Selynger* Armiger.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Regis Daciæ.

A.D. 1476. An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 11.

REX, per Literas suas Patentes, per Sex Menses proximò futuros duraturas, de Gratiâ suâ speciali, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Dominum *Johannem Petyr* Canonicum Ecclesiæ Cathedralis Roskylden. & Magistrum *Matheum Hyrsberg*, Secretarios, *Nicholaum Boetii* Scutiferum, & *Michaelem Thomæ*, Ambassiatores Carissimi Consanguinei nostri *Regis Daciæ*, in Regno Regis Angliæ jam existentes, cum Viginti & Quatuor Personis, ac totidem Equis, vel infra, Rebus, Jocalibus, Literis, Papiris, & Cariagiis suis quibuscúmque, de Die & de Nocte, Morando, Expectando, & Perhendinando, & abinde ad quascúmque Partes Exteras, & specialiter ad Partes Scotiæ, Eundo, Transeundo, & iterum in Regnum, Dominia, Jurisdictiones, & Territoria Regis prædicta, A.D. 1476. totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu Regis, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, Reveniendo, ibidem Morando, Expectando, & Perhendinando, & ab eisdem ad Partes suas proprias vel alias Partes quascúmque Transeundo & Redeundo, liberè & absque impedimento aliquo Regis, Officiariorum seu Ministrorum Regis quorumcúmque;

Et ideò *&c. prout in ejusmodi de Conductu Literis.*

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro

A.D. 1476. Edw. 4. A.D. 1476. Edw. 4.

Pro Feretro nuper Ducis Eborum, Patris Regis, de Providendo.

A.D. 1476. An. 16. E. 4. Pat. 16. E. 4. p. 1. m. 17.

REX, dilecto sibi, *Thomæ Martyn*, Salutem.

Scias quòd Nos (de Fidelitate & providâ Circumspectione tuis pleniùs confidentes) assignavimus te, tàm ad sufficiens Cariagium pro Conductione Feretri Præcarissimi Patris nostri *Richardi Ducis Eborum* pro Sepultura sua ordinati, quàm ad Carpentarios, Junctores, Pictores, Candelatores, qui in hac parte necessarii fuerint & oportuni, ac Ceram, Roceam, & Filum, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) Arestandum A.D. 1476. & Capiendum, & ad eosdem Carpentarios, Junctores, Pictores, & Candelatores, Nobis in Operibus nostris, circa Feretrum prædictum, ad Vadia nostra deservituros, Ponendum & Poni faciendum:

Et ideò &c.

Damus autem &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Junii.

De Licentia ad Scientiam Philosophiæ Excercendam.

A.D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid. m. 20.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, consideratione diutini Servitii, quòd Dilectus & Fidelis Serviens noster *David Beaupe* Nobis impendit & impendere proponit, Concessimus & Licentiam Dedimus præfato *David* & *Johanni Marchaunt*, quòd ipsi & eorum alter, cum Servientibus sibi necessariis & oportunis, durante Termino Quatuor Annorum, Facultatem & *Scientiam Philosophiæ Artificialem Naturalem* Generationis a *Mercurio in Aurum* faciendo, & simili modo a *Mercurio in Argentum*, uti, occupare, & excercere possint & possit, dictâ Generatione perfectam Examinationem expectandâ, absque Impetitione, Impedimento, Perturbatione, Disturbatione, Aresto, vel Gravamine quocúmque nostri, aut Hæredum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Majorum, Ballivorum, Constabulariorum, aut aliorum Officiariorum vel Ligeorum nostrorum quorumcúmque; A.D. 1476.

Dantes eisdem Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, & aliis Officiariis & Ligeis nostris quibuscúmque, districtè in Mandatis quòd præfatis *David* & *Johanni*, & eorum alteri, & Servientibus suis, in Executione Præmissorum, in omnia Assistentes, Favorabiles, & Auxiliantes existant, durante dicto Termino Quatuor Annorum; aliquo Statuto, Actu, vel Ordinatione, in contrarium factis vel ordinatis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo octavo Die Junii.

Per ipsum Regem, & de Dat. &c.

De Custodia Temporalium Archiepiscopatus Eborum.

A.D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis considerationibus nos specialiter moventibus, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero motu nostris, necnon pro bono & gratuito Servitio Nobis ante hæc tempora impenso, Concessimus & per Præsentes Concedimus Venerabili in Christo Patri *Laurentio Bothe Episcopo Dunelmensi* Custodiam omnium Temporalium Archiepiscopatûs Eborum A.D. 1476. cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quorumcúmque, necnon quascúmque Portiones & Pensiones, quæ Nobis per Mortem, bonæ Memoriæ, Consanguinei nostri *Georgii*, nuper ultimi *Archiepiscopi Loci prædicti*, & ratione Vacationis ejusdem Archiepiscopatûs, aliquo modo pertinent seu pertinere poterunt aut debent,

Habendam

A. D. 1476. Edw. 4. Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Episcopo*, Assignatis, & Executoribus suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Mortis præfati nuper Archiepiscopi, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerint remanere, ac unà cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præpositurarum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis Reddendo aut Solvendo, seu Compoto inde faciendo: .

Et ulteriùs Concessimus *præfato Episcopo* plenariam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, Nobis Ratione Vacationis prædictæ pertinentia, cuicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi,

Et quoscumque Senescallos, Receptores, Ballivos, ac alios Officiarios quoscúmque, & Officia quæcúmque Archiepiscopatui prædicto pertinentes, ac quoscúmque & quæcúmque hujusmodi Officiarios & Officia, quos & quæ aliquis Archiepiscopus Eborum perantea legitimè assignavit, fecit, seu donavit, durante Vacatione prædictâ, assignandi, faciendi, & donandi, absque Impetitione, Impedimento, Perturbatione, seu Gravamine nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque; eo, quòd expressa mentio de vero Valore annuo, aut certitudine Præmissorum, seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus *eidem Episcopo* per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, indè in contrarium factis, editis, sive ordinatis, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacumque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo octavo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Licentia Eligendi pro Archiepiscopo Eborum.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Pa. 16. E. 4. p. 2. m. 19. REX, Dilectis Nobis in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Beati Petri Eborum*, Salutem.

Ex parte vestra nobis est humiliter Supplicatum ut,

Cùm Ecclesia vestra prædicta, per Mortem, commendabilis memoriæ, Consanguinei nostri *Georgii ultimi Archiepiscopi ejusdem*, sit Pastoris Regimine destituta,

Alium vobis Eligendi in Archiepiscopum & Pastorem ejusdem Ecclesiæ Licentiam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis Tenore Præsentium duximus concedendam,

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Archiepiscopum & Pastorem, qui Deo Devotus, Ecclesiæ vestræ prædictæ Necessarius, Nobisque & Regno nostro Utilis & Fidelis existat.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Rege Daciæ.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 10. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, inter cætera, quibus Regum & Principum præcellens Fama extollitur, ac Utilitati & Tranquillitati Subditorum consulitur, illud præcipuum fore dinoscatur, ut sibi invicem Reges & Principes Amicitiarum & Alligantiarum indissolubili Fœdere conjungantur,

Hinc est quòd Nos,

Divinâ opitulante Clementiâ, singularem Amicitiam, Pacem, & Concordiam, sive Treugas, Confœderationes, & Conventiones, cum Serenissimo Principe

A. D. 1476. Edw. 4. eipe Consanguineóque nostro carissimo *Cristierno*, *Daciæ*, *Swecie*, *Norwegiæ*, *Sclavorum*, *Gottorumque Rege*, contrahere, easque inviolabiliter conservare intendentes & volentes,

Déque Fidelitatibus, providis Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Magistri *Willielmi Hatteliffe* Secretarii nostri, & Magistri *Roberti Rothe* Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Commissariis, Procuratoribus, Depntatis, & Nunciis nostris plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Ambassiatoribus, Procuratoribus, Depntatis, sive Nnnciis quibuscumque ipsius Serenissimi Principis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem in ea parte habentibus, de & super perpetuâ & reali Pace atque Concordiâ, Ligis, Amicitiis, Treugis, Guerrarum Abstinentiis, Mercandisarum Intercursu, tàm per Terram quàm per Mare, Confœderationibus & Conventionibus quibuscumque, inter Nos, Regna, Terras, Patrias, & Dominia nostra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscumque, ex parte una, & præfatum Serenissimum Principem *Cristiernum*, Regna, Terras, Civitates, Opida, Villas, Castra, Patrias, & Dominia sua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscumque, ex Parte altera, Tractandi, Conveniendi, Concordandi, & Concludendi, A. D. 1476. Edw. 4.

Necnon Pacem, Concordiam, Ligas, Amicitias, Treugas, Guerrarum Abstinentias, Mercandisarum Intercursum, Confœderationes, & Conventiones hujusmodi, viis & modis quibus eis melius expedire videbitur, Contrahendi, Ineundi, Firmandi, Vallandi, & Roborandi,

Attemptataq; quæcumque contra Pacem, Treugas, sive Conventiones, inter *Nos* & *dictum Consanguineum nostrum* ante hæc tempora initas, Reformandi, Reformationemque Petendi, atque pro eisdem, prout rationis fuerit, Satisfaciendi, Satisfactionemque Postulandi & Exigendi, Novamque Dietam sive Dietas Appunctuandi & Statuendi,

Cæteraque omnia & singula, quæ in Præmissis seu circa ea aut eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Excercendi, & Exequendi, etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid, quod per præfatos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono Die Julii.

Per Concilium.

Pro Lodowico Franciæ, de Acquietando.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid. m. 5. EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ &c.* universis & singulis, præsentes Literas nostras inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per Manus *Gullielmi Restout*, *Viginti & Quinque Millia Coronarum Auri*, in Festo Paschæ ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Millium Coronarum Auri* annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superinde confectis pleniùs continetur,

De quibus quidem *Viginti & Quinque Millibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse Solutnm, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum. A. D. 1476.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud *Castrum nostrum de Fodringhey*, ultimo Die Julii, Anno Regni nostri Sextodecimo, & Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo sexto.

Per ipsum Regem, & de Dat. &c.

A. D. 1476. Edw. 4. A. D. 1476. Edw. 4.

De Custodia Temporalium Episcopatus Roffensis Commissa.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Pat. 16. E. 4. p. 1. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac certis Causis & Considerationibus Nos specialiter moventibus, Dedimus & Concessimus prædilecto & fideli Clerico nostro Magistro *Johanni Russell*,

Ad Recommendationem nostram, jamdudùm, ut accepimus, ad Episcopatum Roffensem, per Translationem Venerabilis Patris *Johannis* nuper *Episcopi Roffensis* ad Ecclesiam Wigorniensem, in Romana Curia, vacantem, promoto,

Custodiam omnium Temporalium ipsius Episcopatûs Roffensis, ratione Translationis & Vacationis prædictarum, in Manibus nostris existentium,

Habendam & Tenendam Custodiam illam, cum omnibus Exitibus, Proficuis, Reventionibus, Emolumentis, Juribus, Advocationibus Ecclesiarum, Præbendarum, Capellarum, & aliorum Beneficiorum quorumcumque, & cæteris pertinentiis quibuscumque, eidem Episcopatui pertinentibus sive spectantibus, a tempore Vacationis ejusdem Episcopatûs, & quamdiu Temporalia illa in Manibus nostris esse contigerint aut esse debuerint, absq; aliquo Nobis reddendo, & absque aliquo Compoto seu Ratiocinio Nobis indè faciendo; eo, quòd expressa mentio de vero Valore annuo Præmissorum, seu aliquo alio Valore Præmissorum, seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus eidem præfato Clerico nostro per Nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium facto, edito, sive ordinato, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacumque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden* sexto Die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Auctoritate ad Fidelitatem recipiendam.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid.

REX, Reverendissimo in Christo Patri *Thomæ Cardinali Archiepiscopo Cantuariensi* totius Angliæ Primati Consanguineo nostro carissimo, ac Venerabili Patri *Johanni Abbati Westmonasteriensi*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, ut accepimus, Sanctissimus Dominus & Pater noster *Sixtus Papa* modernus, ad Recommendationem nostram, Prædilectum & Fidelem Clericum nostrum Magistrum *Johannem Russell* ad Ecclesiam Roffensem, per Translationem Venerabilis Patris *Johannis* nuper *Episcopi Roffensis* ad Ecclesiam Wigorniensem in Romanâ Curiâ vacantem, promovit,

Nos, ob grandes Causas & Considerationes Nos specialiter moventes, de Fidelitate & providâ Circumspectione vestrâ & utriusque vestrûm quamplurimùm confidentes, Assignavimus vos, ac vobis & utrique vestrûm, conjunctim & divisim, plenam Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus, tàm ad Literas Apostolicas quascúmque, Nobis directas, ipsius Clerici nostri Promotionem supradictam concernentes, Recipiendum & Aperiendum, quàm ad Fidelitatem ejusdem Clerici ut *Episcopi Roffensis*, Nobis ratione Episcopatûs Roffensis faciendam, Capiendum, Renunciationésque quascúmque, quas in ea parte facere voluerit, Nomine nostro & pro Nobis Recipiendum & Acceptandum, ac ipsum Gratiæ nostræ in ea parte Admittendum;

A. D. 1476.

Et ideò vobis & utrique vestrûm Mandamus quòd Fidelitatem & Renunciationes prædictas, in formâ præmissâ, recipiatis,

Et, cùm eas receperitis, Nobis indè, in Cancellariâ nostrâ, sub Sigillis vestris, aut alterius vestrûm Sigillo, distinctè & apertè, sine dilatione, certificetis, unà cum præsentibus & Literis Apostolicis memoratis; ut, per Certificationem vestram, aut alterius vestrûm, ut præfertur, absque aliquo alio Waranto in ea parte prosequendo, dictus Clericus noster Restitutionem Temporalium hujusmodi recipere valeat

A. D. 1476. Hen. 6. leat & habere per Brevia in hoc casu consueta.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden* sexto Die Septembris. A. D. 1476. Edw. 4.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Landaven.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid. REX, Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ, ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Sixtus Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Episcopali Ecclesiæ Cathedralis Landavensis, per Liberam & spontaneam Cessionem Venerabilis Viri Fratris *Johannis Hunden* ejusdem Ecclesiæ ultimi Pastoris & Episcopi, Personam Venerabilis Viri Magistri *Johannis Smyth*, in Theologiâ Professoris, ejusdem Ecclesiæ Electi, in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Summi Pontificis, quas unà cum præsentibus mittimus, constare poterit,

Nos,

Pro eo quòd idem *Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, A. D. 1476.

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Bugden* undecimo Die Septembris.

Consimile Breve dirigitur Escaetori subscripto, in Comitatu subscripto, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori suo in Com. Salop. ac March. Wall. eidem Com. adjacentibus.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Super Differentiis inter Mercatores, de Communicando.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 5. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, superioribus Annis, *nonnullæ Dietæ apud Bruges* & alibi tentæ fuerint, inter nostros & Illustrissimi Principis *Caroli Ducis Burgundiæ* Fratris nostri carissimi Ambassiatores & Commissarios, de & super nonnullis Differentiis & Difficultatibus, inter Subditos utriusque Partis hincinde, tàm super Facto, Usu, & Excercitio Mercandisæ, quàm super Diversitate, verâ Æstimatione, Debito Pretio, atque certo Valore Pecuniarum & Monetarum (quibus Mercatores hincindè utuntur) multipliciter exortis & dependentibus indiscussis,

Quodque, licet varia Colloquia & Advisamenta, de & super extirpatione & decisione Differentiarum & Difficultatum hujusmodi, per ipsos Commissatios facta, concepta, ac in Scriptis redacta extiterint, obstantibus tamen nonnullis Articulis, super quibus ad ambatum Partium Principes pro pleniore Informatione eorumdem recurri ac Relationem fieri oportebat, communicata & advisata hujusmodi nondum debitum sortita sunt effectum, A. D. 1476.

Volentes igitur ut ad finalem Pacificationem Differentiarum & Difficultatum earumdem, ac aliarum de novo emergentium, siquæ occurrerint, sine ulteriori dilatione, efficaciter procedatur,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Scotte* Militis Marescalli Villæ nostræ Calesii, Magistrorum, *Willielmi Hatteclyff* Secretarii, *Johannis Coke* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, *Thomæ Thwates* Thesaurarii, ac *Willielmi Rosse* Vitellarii, dictæ Villæ nostræ Calesii, pleniùs confidentes,

Ipsos Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissatios, Procuratores, & Nuncios speciales per Præsentes,

Damusque

A. D. 1476. Edw. 4. Damusque & Concedimus eisdem Quinque, Quatuor, aut Tribus eorum Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro, ad dictam *Villam Brugensem*, in Partibus Flandriæ, se Transportandi,

Et ibidem, seu alibi si necesse fuerit, tàm in Loco seu Locis Obedientiæ nostræ quàm Obedientiæ dicti *Fratris nostri*, cum dicto Fratre nostro, Commissariis aut Deputatis ab eodem, ad hoc sufficientem Potestatem habentibus, de & super Differentiis & Difficultatibus supra tactis, cæterisque Quæstionibus, Querelis, & Demandis, inter *Nos* nostrosve Subditos & antedictum Fratrem nostrum *Burgundiæ Ducem* ejusve Subditos quoscúmque quomodolibet pendentibus Indecisis, Communicandi, Tractandi, Ordinandi, Appunctuandi, Statuendi, & Concludendi,

Capitula & Articulos, pro Pacificatione & finali Decisione Differentiarum, Difficultatum, Quæstionum, & Querelarum earumdem utilia seu oportuna, Concipiendi, ac eisdem Consentiendi,

Unámque seu plures Literam aut Literas, per modum Capitulorum seu Articulorum, aut aliter prout visum fuerit, desuper Conficiendi, Expediendi, & Sigillandi, A. D. 1476. Edw. 4.

Aliam seu novam Dietam, pro Præmissis forsitan necessariam, Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per dictos Ambassiatores & Commissarios nostros Gestum, Actum, seu Conclusum fuerit in hac parte, & superinde Literas nostras Patentes Ratificatorias, Approbatorias, & Confirmatorias, in formâ debitâ & autenticâ, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden* Duodecimo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Super Differentiis prælibatis, de Concludendo.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 6. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm in variis *Dietis*, inter *Nostros* & Potentissimi Principis Fratris nostri carissimi *Caroli Ducis Burgundiæ, &c.* Commissarios, de & super Ordinationibus & Regimine Stapulæ nostræ Calesii tentis & observatis, sæpe Interlocutum sit Deliberatúmque & Advisatum quòd, pro Communi Bono, Utilitate, atque Commodo, tàm Subditorum dicti Fratris nostri ad præfatam Stapulam nostram Calesii confluentium, quàm Mercatorum ejusdem Stapulæ nostræ, necesse sit unam certam Stapulam pro Lanis Partium Borialium Regni nostri, Lanis de *Novo Castro* vulgariter nuncupatis, in aliquo Loco, sub Obedientiâ ipsius Fratris nostri constituto, ad quem & non alibi Lanæ hujusmodi si non veniant, Calesium deportari debeant, statuere atque ordinare,

Volentes igitur ut Deliberatio & Advisamentum prædictum speratum in omnibus sortiatur effectum,

De Fidelitatibus igitur, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Scotte* Militis Marescalli Villæ nostræ Calesii, Magistrorum, *Willielmi Hatteclyff* Secretarii, *Johannis Coke* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, *Thomæ Thwaytes* Thesaurarii, & *Willielmi Rosse* Vitellarii, Villæ nostræ Calesii, plenius confidentes, A. D. 1476.

Ipsos Quinque, Quatuor, aut Tres eorum Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales per Præsentes,

Damúsque & Concedimus eisdem Quinque, Quatuor, aut Tribus eorum Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro, ad Villam Gandavi seu Brugensem, in Partibus Flandriæ, aut aliam quamcúmque, in quâ Commissarii seu Deputati Fratris nostri prædicti, ad infrascripta sufficienti Potestate sufffulti, cum dictis nostris Ambassiatoribus se reperient, seipsos Transportandi,

Et ibidem cum Deputatis ipsius Fratris nostri *Ducis Burgundiæ*, ad hoc sufficientem Potestatem habentibus, de & super hujusmodi Stapulâ pro Lanis Partium Borialium Regni nostri Angliæ, Lanis *Novi Castri* communiter dictis, ut præfertur, ordinandâ, statuendâ, & locandâ, deque certo & speciali Loco ubi Stapula hujusmodi haberi & teneri, sub quibusque Legibus, Regulis, Ordinationibus, Libertatibus, Privilegiis, Immunitatibus, & Exemptioni-

A. D. 1476. Edw. 4. ptionibus manuteneri & conservari, cujusque aut quorum Potestati & Jurisdictioni subjici possit atque debeat, Tractandi, Communicandi, Concordandi pariter, & Concludendi,

Capitula & Articulos, pro modo & usu ipsius Stapulæ ac Stapulæ nostræ Calesii utilia & oportuna, Concipiendi, Formandi, ac eisdem Consentiendi,

Unamque seu plures Literam aut Literas, per modum Capitulorum seu Articulorum, aut aliter prout visum fuerit, desuper Conficiendi, Expediendi, & Sigillandi,

Aliam seu novam *Dietam*, pro Præmissis forsitan necessariam, Statuendi & Præfigendi,

Cæteraque Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna; A. D. 1476. Edw. 4.

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quidquid per dictos Ambassiatores & Commissarios nostros in formâ præmissâ Gestum, Actum, seu Conclusum fuerit in hac parte, nostrasque Literas Ratificatorias & Confirmatorias in formâ debitâ & autenticâ desuper daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden* Duodecimo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Wygorn.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Pat. 16. E. 4. p. 1. m. 10.

REX, Escaetori suo in Comitatu Wigorniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Sixtus Summus Pontifex* ad Ecclesiam Wigorniensem, Pastore carentem, per liberam & spontaneam Cessionem Venerabilis Viri *J. nuper Episcopi* ibidem, Reverendum Patrem *J. nuper Roffensem Episcopum*, a vinculo, quo dictæ Roffensi Ecclesiæ tenebatur, de Fratrum Consilio & Apostolicæ Potestatis plenitudine, absolvens, transtulerit, eúmque illi præfecerit in Episcopum & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Summi Pontificis, Nobis indè directas, vidimus pleniùs contineri,

Nos,

Pro eo quòd idem nuper *Roffensis Episcopus*, ad Ecclesiam Wigorniensem sic Translatus, omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes eum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius *J. nuper Roffensis Episcopi*, ad dictam Ecclesiam Wigorniensem Translati, & Temporalia ipsius Episcopatûs, prout moris est, Restituimus eidem; A. D. 1476.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *J. nuper Roffensi Episcopo*, sic ad dictam Ecclesiam Wigorniensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Bugden* Vicesimo quinto Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori suo in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.

Escaetori suo in Com. Warr.

Escaetori Regis in Com. Midd.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Restitutionibus Temporalium Eborum.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Pat. 16. E. 4. p. 2. m. 17.

REX, Escaetori suo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm *Dominus Summus Pontifex* ad Ecclesiam Eborum, Pastore carentem, Reverendum Patrem *Laurentium*, nuper *Episcopum Dunelmensem*, a Vinculo, quo eidem Ecclesiæ Dunelmensi tenebatur, Absolvens, de Fratrum Cardinalium Consilio & Potestatis Apostolicæ plenitudine, Transtulerit, & ipsum eidem Ecclesiæ Eborum in Archiepiscopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, Nobis indè directas, Nobis constat, A. D. 1476.

Nos,

Pro

A. D. 1476. Edv. 4. Pro eo quòd idem *Laurentius*, sic ad dictam Ecclesiam Eborum Translatus, omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius *Laurentii*, sic ad dictam Ecclesiam Eborum Translati, & Temporalia Archiepiscopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem,

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Laurentio*, sic ad dictam Ecclesiam Eborum Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, In Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

A. D. 1476. Edv. 4. Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Esc. Regis in Com. Northumbr.
Escaetori Regis in Com. Notingh. & Derb.
Escaetori Regis in Com. Lincoln.
Escaetori Regis in Com. Oxon.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.
Dilecto Regis Majori Villæ de Kyngeston super Hull ac Escaetori suo in eadem Villa.
Dilecta Regis Majori Civitatis suæ Eborum ac Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Milibus, &c.

De Restitutione Temporalium Dunolmen.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid. m. 25. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, vacante Ecclesiâ Dunolmensi, per Translationem Reverendi in Christo Patris *Laurentii* nuper *Episcopi ibidem*, Dominus *Summus Pontifex* Dilectum Clericum nostrum Magistrum *Willielmum Dudley* in Episcopum Dunolmensem Auctoritate Apostolicâ præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

De Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Concedimus *eidem Præfecto* omnia Redditus, Firmas, Exitus, Proficuas, Reventiones, Commoditates, & Emolumenta, de Episcopatu Dunolmensi prædicto ac de omnimodis Dominiis, Maneriis, Terris, Tenementis, Redditibus, Servitiis, Regalitatibus, & Jurisdictionibus ejusdem Episcopatûs, a tempore dictæ Vacationis prædicti Episcopatûs hucusque provenientia aut crescentia,

Habenda, Percipienda, & Levanda *eidem Præfecto*, per Manus suas proprias, aut Receptorum, Firmariorum, Occupatorum, sive Tenentium eorumdem, & cujuslibet sive alicujus indè Parcellæ, pro tempore existentium, absque aliquo alio Compoto, seu aliquo alio Nobis indè reddendo seu solvendo,

A. D. 1476. Et insuper, de uberiori Gratiâ nostrâ, pro eo quòd *idem Præfectus* omnibus & singulis Verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Præfecti*, & omnia Temporalia, Possessiones, Regalitates, & Jurisdictiones ejusdem Episcopatûs, cum Pertinentiis, *eidem Præfecto* Restituimus, & Licentiam Damus *eidem Præfecto* quòd ipse, absque aliquâ Liberatione ullo modo aliter prosequenda sive fienda, in omnia & singula Temporalia, Possessiones, Regalitates, & Jurisdictiones ejusdem Episcopatûs, cum Pertinentiis, ingredi intrare ac Possessionem & liberam Administrationem indè optinere habere & gaudere valeat, absque Impetitione Nostri aut Hæredum nostrorum, Escaetorum, Vicecomitum, seu aliorum Officiariorum aut Ministrorum nostrorum quorumcúmque;

Eo, quòd expressa mentio de vero Valore annuo Præmissorum, aut de aliis Donis & Concessionibus per Nos *eidem Præfecto* ante hæc tempora factis, in præsentibus facta non existit, aut aliquo Statuto,

A. D. 1476. Edv. 4. Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Restrictione quacúmque, ante hæc tempora factis, editis, seu provisis, non obstantibus.

In cujus &c.

A. D. 1476. Edv. 4. Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Communicando cum Rege Castellæ.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Franc. 16. E 4. m. 7.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quoniam, inter omnes præclaras Amicitias, Confœderationes, & Intelligentias, quas cum nonnullis Regibus, Principibus, & Communitatibus habemus, nulla est, cui magis afficimur, quàm ei quam cum, Serenissimo Principe Fratre & Consanguineo nostro carissimo, *Ferdinando Castellæ & Legionum & Siciliæ Rege*, Principe & Primogenito Arragonum Potentissimo, Tenemus indies & Observamus,

Hinc est quòd Nos,

Volentes Amicitiam, Confœderationem, & Intelligentiam, cum prædicto *Rege Ferdinando* habitas, non tàm de cætero inviolabiliter observari, quàm & augeri multis communium Utilitatum Successibus pariter & augmentari, cunctosque Obices, qui ex Attemptatis contra & adversus easdem hinc inde Alligantias possent oriri, pro perpetuo Removeri,

De Fidelitate igitur, Circumspectione, & Industriâ, Prædilecti & Fidelis Capellani nostri, Magistri *Thomæ Langton* Decretorum Doctoris plurimùm confidentes,

Ipsum *Thomam* Oratorem, Procuratorem, Commissarium, Nuncium, & Deputatum nostrum Constituimus, Ordinamus, & Præficimus per Præsentes,

Damúsque & Concedimus eidem Magistro *Thomæ* Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, postquam in partes Ispanniæ applicuerit, cum dicto *Ferdinando* Principe Fratre & Consanguineo nostro carissimo Domino *Ferdinando Rege Castellæ*, &c. memorato, Deputatisve aut Deputandis ab eodem, de & super Amicitiis, Alligantiis, Ligis, & Confœderationibus, inter Regna, Patrias, & Dominia sua atque nostra ante præsentem Diem initis & contractis, pro verâ & effectuali firmitate earumdem Communicandi, Tractandi, Concordandi, & Concludendi, A. D. 1476.

Attemptataque contra Formam & in Præjudicium earumdem, prout per unam aut aliam Partem perpetrata & commissa fuisse constiterit, modis omnibus licitis & honestis Reparandi, & Reparari videndi,

Cæteraque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ, pro communi Honore, Utilitate, & Quiete tàm Nostri quàm præfati Regis, cum dicto Rege aut suo Concilio, pro suâ Discretione, viderit facienda pariter & concludenda;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuo habituros quicquid dictus Magister *Thomas*, Nomine nostro, in Præmissis seu ea concernentibus, Dixerit, Appunctuaverit, Promiserit, Concordaverit, Concluserit, sive Fecerit, ut præfertur.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Coloniensibus Hansæ Reconciliatis Certificatorium.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ex Autogr.

SErenissimo Invictissimóque Principi & Domino Domino *Edwardo Angliæ & Franciæ Regi*, & *Domino Hiberniæ*, &c. Domino Gratiosissimo, *Proconsules atque Consules Imperialis Civitatis Lubicensis*, Vice & Nomine totius *Ansæ Theutonicæ* ad Infrascripta legitimè auctorisati, humilimam nostrorum Obsequiorum cum Præsentium notitiâ veritatis Exhibitionem.

Pridem, habitâ maturâ Circumspectione, atque tenuis variis Tractatibus, per Egregios Viros, præfatæ Ansæ nostræ Confœderationis Oratores, Nuncios, & Ambassiatores, in *Dieta Bremensi* ad Placita congregatos, de & super aliquot Displicentiarum Rebus, A. D. 1476.

Quarum Causâ Civitas Coloniensis, cum universis Personis suis, a cæteris Civitatibus, Locis, & Personis, *Ansam* ipsam facientibus, aliquamdiu Seperata fuit atque Dimembrata,

Inter præfatæ nostræ Confœderationis Ansæ Theutonicæ, ex unâ, & dictæ Civitatis

A. D. 1476. Edw. 4. Civitatis Coloniensis, ex alterâ Partibus, Mercatores & Homines, provenientibus & exortis quomodocúmque,

Et ob id ejusdem Ansæ cum ipsius Civitatis Coloniensis Magnifici Magistratûs Oratoribus atque Nunciis, spe Componendæ Reformandæque Pacis atque Veteris Amicitiæ per certos ibidem Dies mutuò remanentibus, quousque, dictâ Pace & Amicitiâ inter Oratores ipsos Nomine suorum Superiorum benè compositis alterutrùm, eisdem Partes sibi invicem Reunitas & Reconciliatas constabat atque constat,

Tandem, pro Parte supradictæ Civitatis Coloniensis ejusdem Magistratûs Mercatorum & Hominum, Nobis Supplicatum fuit instanter, quatenus Vobis, Serenissimo Domino Regi supradicto, hujusmodi, inter præfatas Partes factas, Unionem & Reconciliationem Intimare, Insinuare, atque Notificare, Litterasque Intimatorias desuper dare & concedere dignaremur, A. D. 1476. Edw. 4.

Itaque, attendentes Supplicationem hujusmodi justam fore & consonam rationi, vestræ Regali Clementiæ, quibus supra Viee & Nomine, prædictas Uniones & Reconciliationes, cum Honore atque Reverentiâ debitis, Intimamus, Insinuamus, & Notificamus, ac ad vestræ Præcellentissimæ Majestatis Notitiam deducimus seu deduci peroptamus.

In quorum Testimonium præsentes Litteras fieri, nostroque Sigillo eisdem subimpresso communiri fecimus.

Datas in *Civitate Lubicensi*, Anno Domini &c. LXXVI, Die verò vicesimâ sextâ Mensis Novembris.

Pro Duce Britanniæ de Confirmatione.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 5. REX universis & singulis &c. Salutem.

Cùm autem Ducatum Britanniæ, Terras, Dominia, atque Subditos, Carissimi Consanguinei nostri, *Francisci*, eâdem gratiâ, *Britanniæ Ducis*, tueri & defendere jamdudùm Promiserimus, prout in Literis nostris Patentibus, superinde confectis, pleniùs liquet,

Quarum Tenor sequitur & est talis,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, universis, præsentes Literas inspecturis, *Notum facimus* quòd,

Cùm in Tractatu & Conventione Alligantiarum, Intelligentiarum, & aliorum Appunctuamentorum, initorum & concordatorum inter *Nos* & carissimum Consanguineum nostrum *Franciscum Britanniæ Ducem*, ex parte nostrâ, & ipsum ex alterâ, inter cætera, Prolocutum fuisset de mutuis Auxiliis ad Defensionem & Tuitionem Patriarum & Dominiorum præstandis, & Literis autenticis indè conficiendis,

Hinc est quòd Nos (volentes ut prolocuta prædicta effectum habeant) Pollicemur & Promittimus per Nos, Hæredes & Successores nostros, Ducatum Britanniæ, ac Terras & Dominia *Duci* & Successoribus suis competentia & competitura in futurum, ac Subditos in ipsis Ducatu, ac Terris, & Dominiis commorantes, pro Posse perpetuò Tueri & defendere contra & adversus omnes & singulos Adversantes, & qui in ipsis Ducatu, ac Terris, & Dominiis supradictis, Vim, Violentiam, seu Gravamen inferre voluerint; A. D. 1476.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, pro Nobis & Successoribus nostris, prædicta omnia & singula observare, & nullo modo contravenite, directè vel indirectè, quovis quæsito colore.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Sigillo nostro jussimus corroborandas.

Dat. apud *Palatium nostrum Westmonasterii* primo Die Julii, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo octavo, Regni verò nostri octavo.

Nos,

Satis sentientes nil Fidei humanæ magis congruum esse, quàm ea, quæ inter Partes placuerunt, servare, volentesque Literas illas ac in eisdem contenta, juxta Tenorem earumdem, debitè observari,

Ipsas Literas & omnia in eis inclusa pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, in quantum opus est, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus;

A. D. 1476. Edw. 4. Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, in eisdem Literis, ut præmittitur, contenta, inviolabiliter observare, juxta Vim, Formam, & Effectum earumdem, & prout Literæ illæ testantur.

In cujus &c. A. D. 1476. Edw. 4.

Dat. apud *Palatium Regis Westm.* Tertio Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Annuitate Franciæ Acquietantia.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ibid. EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ &c.* universis, præsentes Literas nostras inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per Manus *Willielmi Restont*, *Viginti & Quinque Millia Coronarum Auri*, in Festo Sancti Michaelis ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Millium Coronarum Auri* annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superinde confectis pleniùs continetur,

A. D. 1476. De quibus quidem *Viginti & Quinque Millibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud *Manerium nostrum de Grenewych*, septimo Die Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo sexto, & Regni nostri Sextodecimo.

Per ipsum Regem.

Procuratorium inter Personas Privatas sub Sigillo Civitatis Lubicensis.

A. D. 1476. An. 16. E. 4. Ex Autogr. UNiversis & singulis, quorumcúmque Dignitatis, Gradûs, Ordinis, Statûs, vel Conditionis extiterint, præsentes Litteras visuris, lecturis, aut legi audituris, *Proconsules* & *Consules Imperialis Civitatis Lubicensis* promptissimos Obsequiorum affectus cum subscriptorum notitia veritatis.

Coram Nobis personaliter constituti,

Circumspecti & nostri Prææchari Concives, *Hermannus Dersfehouw*, *Marquardus de Reyne*, *Henricus Hoveman*, & *Nicolaus Schele*, omnibus melioribus Modo, Viâ, Stilo, Jure, & Causâ quibus meliùs & efficaciùs potuerunt & debuerunt, Constituerunt, Fecerunt, Creârunt, & solempniter Ordinârunt, & quilibet eorum Constituit, Fecit, Creavit, & solempniter Ordinavit, suum verum, certum, legitimum, & indubitatum Procuratorem, Actorem, Factorem, Negotiorúmque suorum Gestorem, atque Nuncium specialem & generalem, ita tamen quòd Specialitas Generalitati non deroget, nec è contra, providum Virum *Bertoldum Folkerdingk*, Opidanum Hamburgensis Opidi, Præsentium Ostensorem,

Ad in quibuscúnque Dominorum Curiis, coram eorumdem Judicibus, Ordinariis, Delegatis, Commissariis, vel Subdelegatis Spiritualibus & Secularibus, ac quibuslibet in Causis, Querelis, Litibus, & Controversiis, inter dictos Constituentes tamquam Actores ex unâ, & Nobilem *Dominum de Lovely* & ejusdem Subditos de Hartelpol in Nortentren, ac quoscúnque alios Angliæ Regnicolas, interesse habentes, uti Reos ex alterâ Partibus, A. D. 1476.

Cujusdem Spoliationis occasione & causâ affertæ Navis nostro vulgari de *Jacob van Hamborgh*, cujus Magister sive Gubernator quidam *Henricus de Forsten* fuisse dicitur, necnon Mercandisarum, Strumulorum, Piscium (videlicet) aliarúmque Rerum & Bonorum (quibus dicti Constituentes ex eâdem Navi se pro cujuslibet eorum rata spoliatos lamentantur) exortis motis & movendis,

Comparendum, & easdem Prosequendum, Agendum, & Defendendum, Conveniendum & Reconveniendum, Libellum seu Libellos & quascúnque alias Petitiones Summarias Verbo vel in Scriptis Dandum, Offerendum, & Recipiendum, Excipiendum, Replicandum, Duplicandum, Triplicandum, & si opus fuerit Multiplicandum, Litem seu Lites Contestandum & Contestari videndum, de Calumpniâ vitandâ &

3 Veritate

A. D. 1476. Edw. 4. Veritate dicendâ, & cujuslibet alterius Generis licitum Juramentum, in Animas ipsorum Constituentium præstandum, Ponendum & Articulandum, Ponique & Articulari videndum, Positionibus & Articulis Partis Adversæ Respondendum, & suis Responderi Petendum, Testes, Litteras, Scripturas, Acta, Actitata, Jura, Instrumenta, & alia Munimenta Producendum contra Testes Partis Adversæ, eorúmque Dicta, Litteras, Acta, Instrumenta, & alia Munimenta contra ipsos Constituentes producta & producenda Dicendum & Excipiendum, Crimina & Defectus Opponendum, Protestandum, Allegandum, & Probandum, Judicis Officium Implorandum, Expensas, Dampna, & Interesse Petendum, & super ipsis si opus fuerit Jurandum, in Causâ seu Causis Concludendum & Concludi petendum & videndum, unum quoque vel plures Procuratorem vel Procuratores Loco sui Substituendum, ac eum vel eos Revocandum & Removendum, quotiens sibi visum fuerit seu expedire videbitur, præsente Procuratorio nichilominus in suo Robore duraturo,

Et generaliter ad omnia alia & singula Faciendum, Dicendum, Gerendum, Excercendum, & Procurandum, A. D. 1476. Edw. 4. quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ ipsimet Constituentes & eorum quivis Facerent, Dicerent, Gererent, Procurarent, & Exercerent, si Præmissis omnibus & singulis Præsentes & personaliter interessent, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent magis speciale quàm præsentibus est expressum,

Publicè Nobis, bonâ Fide, Promittentes se perpetuò Observaturos totum id & quidquam per supradictum eorum Procuratorem, & ab eodem Substituendum vel Substituendos, Actum, Dictum, Factum, seu quomodolibet Gestum fuerit in Præmissis.

In quorum evidens Testimonium præsentes Litteras nostro Sigillo eisdem appenso communiri fecimus.

Datas Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo sexto, Vicesimâ Quartâ Die Mensis Decembris.

Sub Magno Sigillo Burgi de Lubeck, Ceræ albæ a duplici Cauda Pergamenæ pendente.

Super Amicitia cum Rege Daciæ Resolidanda.

A. D. 1477. An. 16. E. 4. Franc. 16. E. 4. m. 4. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, inter cætera, jam ultima Æstate, inter *Nos* & Serenissimum Principem *Cristiernum*, Dei gratiâ, *Daciæ*, *Sweciæ*, *Norwegiæ*, *&c.* Regem, pro medio Reconsolidandæ inter Nos & nostra hincindè Regna Pacis & Amicitiæ, Tractata pariter & Concordata, Dictum Appunctuatum & Conclusum extiterit quòd, infra Biennium, a Mense Junii ultimò transacti proximò secuturum, debeat certa DIETA teneri pariter & observari, inter Commissarios & Oratores tàm suos quàm nostros, talibus Loco & Tempore de quibus inter Nos invicem poterit concordari, ad finem ut Commissarii & Oratores hujusmodi, adhibitis, si oporteat, aliis Principibus Amicis utriusque Partis, omnia & singula, post & contra Confœderationem prædictam quomodolibet acta, Audiant, Examinent, Judicent, Reforment, atque Differentias & Causas prædictas in Amicitiâ aut Jure Terminent, ac perpetuo Scilentio finiant, Confœderationemque prædictam Renovent, Resolident, ac in pristinos Punctos Reducant atque continuent, prout rationi consonum ac ipsis visum fuerit expedire, A. D. 1477.

Nos,

Volentes *Dietam illam* speratum per omnia fortiri effectum,

De Fidelitate & Discretione Dilecti & Fidelis Servitoris & Heraldi nostri *Clarenceux Armorum Regis* plenè confidentes,

Ordinavimus & Deputavimus eundem ad se Transportandum versus dictum Serenissimum Principem *Daciæ Regem*,

Dedimúsque & Damus eidem Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro, cum ipso *Rege Daciæ*, seu ipsius Commissariis & Deputatis quibuscúmque, in certum Locum ubi *Dieta* illa celebrari & teneri, & quo Die incipere debeat, ac cujus Statûs seu Conditionis Personæ ab utraque Parte hincinde ad illam Transmittendæ sint, déque aliis Rebus & Circumstantiis in hoc casu necessariis, Tractandi, Communicandi, Concordandi pariter & Concludendi,

Cæterásque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint

A. D. 1477. Edw. 4. fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si de se Mandatum magis exigerent speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid dictus *Clarenceux* Nomine nostro Tractaverit, Concordaverit, seu Concluserit in Præmissis, atque id omne debitè executurum, juxta formam & modum Tractatûs & Concordiæ, quam Nobis autenticè exhiberi contigerit in hac parte. A. D. 1477. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Januarii.

Per ipsum Regem.

Super Dote Ceciliæ, Filiæ Regis, solvenda, Procuratorium Regis Scotorum.

A. D. 1477. An. 16. E. 4. Ex Autogr. JAmes, be the Grace of God, *King of Scottis*, to all and sundri quham it efferis, quhas knaulage this oure Letterz sal cum, Greting.

WIT ZE WS to have Depute and Ordanit, and be thir oure Letterz Deputis and Ordanis, a Venerable Fadir in God oure Traiste Counsaloure and Thesaurare *Archibald Abbot of Halirudehouse*, and oure Lovectis Clerk Maister *Wilzame Schevez* Archdene and Coadjutoure of Sanct Andros and Vicare Generale of the samyn, Maister *Alexander Murray* Persone of Hawik Directoure of oure Chancellary and Channon of Murray, Sir *David Luthirdale* Archdene of Dunkeld, and *James Allirdes* Archdene of Murray and Channon of Glasgw, or thre of thame conjunctly (oure said Thesaurare being ane) oure speciale Commissaris,

Gevand and Grantand to the saide *Archibald*, *Wilzame*, *Alexander*, *David*, and *James* oure Commissaris, or Thre of thame, as saide is, conjunctly oure full Power and speciale Mandment to pas to the Kirk of Sanct Gile, within oure Burgh of Edinburgh, the Third Day of February next to cum, or ony uthir Day or Place sene spedefull to thame, and to Ressave, in oure Name, for a Maist Excellent Prince our Derrest Cousing *Edwarde King of Ingland*, or ony uthir Persone send fra him, in his Name, having Power, the Some of *Twa Thowsand Markes Inglis* of the Gude and usuale Money of the Realme of Ingland, aucht to Ws be oure saide Derrest Cousing at the saide Daye, in Parte of Payment of the Soume of *Twenty Thowsand Mark Inglis* of the saide Money, for cause of Matermonze and Tothir betwix a Noble and Worthi Prince oure Derrest and anerly Sone *James Duc of Rothissaye, Erle of Carrik, and Lord of Cunynghame*, and a Richt Noble and Wourthi Princesse *Cecile the Thrid Dothtir of oure saide Derrest Cousing the King of Ingland*, as into the Indenturis, made betuix oure saide Derrest Cousing and Ws thareuppon, mare planely is contenit, A. D. 1477.

And, eftir the Ressate of the saide Soume of *Twa Thowsand Mark Inglis*, to deliver oure Quittance yeruppon, undir oure Gret Sele, to the saide oure Derrest Cousing, or to quham he sendis Deliverarie thareof,

And all uthir and sundri thingis to Do and Exerce, that to the Ressate of the saide Soume sal be sene expedient to thame, Halding and for to Hald ferme and stable all and quhatsuevir thing oure saide Commissaris, or Thre of thame conjunctly, as saide is, in the thingis above Writin, in oure Name Ledith to be Done.

In Witnes of the quhilk thing we have gert set oure Prive Sele to thir present Lettrez at *Edinburgh*, the last Day of Januare, the Zere of oure Lorde a Thowsand, Foure hundreth, Sevinty and six Zeris, and of oure Regnne the xvii. Zere.

Per S. D. N. Regem.

SCHEVEZ.

JAMES R.

Locus Sigilli.

Pro

Pro Dote prætacta, de Salvo Conductu.

A. D. 1477. An. 16. E. 4. Ex Autogr.

JAmes, be the Grace of God, *King of Scottis* til the Serviteurs of oure Derrast Bruthir *the King of Inglande*, Bringars of the Money aucht to Ws be oure said Derrast Brothir, of yis Terme of the Purification of oure Lady callit Candilmes, eftir the Forme, Tenour, and Effect of the Indentures maid betuix Him and Ws, Greting.

WIT YHE ws to have sende, for the traist siklier and souner Convoying and Keping of yhou in the Bringage of the said Money to Ws, oure Traist and Welebelovete Cousing *Alexander Lord Hume*, *Robert of Lawdir* of Edringtone Sonne and apperande Are til oure Lovete *Robert of Lawdir* of the Bass, and *Adam of Blachachatir* of that ilk,

Quhilks Persons, or ony Twa or One of thaim togidder, with oure Traist and Welbelovete Servitour *Lyon King of Armes*; we have Ordanit for zour said souner Convoying and Bringing of zow till Ws til Edinburgh, according to the forme of the saids Indentures,

And, as for Salfe Conduct, oure Conduct dormant wes deliverit, be oure said Servitour *Lyon King of Armes*, of oure Commaunde, to the Counstable of Norhame, efter the forme and tennour of ye sade Indentures, for the Convoying and souner Keping of the said Personnis, Bringaris of oure said Money, at the Termes contenit in the sammyn,

And therfor oure will is that ze, togidder with the said Moneye, aucht to Ws of the said Terme, put zow in the Convoying and Keping of the sade Persons, or ony Twa or Ane of thaim, oure Servitour *Lyon King of Armes* being present with thaim, or ony of thaim.

Gevin under oure Signet at *Edinburgh*, the Secunde Daye of the Moneth of Fabuary, the Zere of oure Lorde a Thowsand, Foure Hundreth, Sevinty and sex Zeres, and of oure Regne the xvii. Zere.

JAMES R.

Locus Sigilli.

Super dicta Dote, de Acquietantia.

A. D. 1477. An. 16. E. 4. Ex Autogr.

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis *Nos Recepisse* ab Excellentissimo Principe *Edwardo Rege Angliæ* Consanguineo nostro carissimo, per Manus Discreti & Magnæ Prudentiæ Clerici Magistri *Alexandri de Lye* dicti carissimi Consanguinei nostri Conciliarii, *in Ecclesia beati Ægidii de Edinburgh, Tertio Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo Sexto*, Summam *Duorum Millium Marcarum bonæ & legalis Monetæ Angliæ*, in Partem Solutionis Summæ *Viginti Millium Marcarum ejusdem Monetæ*, de Tertio Termino Solutionis ejusdem, Nobis per præfatum Consanguineum nostrum carissimum, cum Illustri Principissâ *Ceciliâ suâ Juniori Filiâ*, Nomine Dotis & Causâ Matrimonii cum Illustri Principe *Jacobo nostro Primogenito* Hærede & Filio unico carissimo debitarum, prout in Indenturis, inter Nos & dictum Consanguineum nostrum carissimum indè confectis, latiùs continetur;

De quâ quidem Summâ *Duorum Millium Marcarum Monetæ prædictæ*, de *Tertio Termino Solutionis ejusdem*, ut præmittitur, fatemur Nos benè Pacatos Contentos & in Peccuniâ numeratâ Persolutos,

Et dictum Serenissimum Principem *Edwardum Angliæ Regem*, suosque Hæredes & Successores, ac Regnum ejusdem, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, ac Regno nostro, de eâdem Summâ *Duorum Millium Marcarum* Quictos Clamamus & imperpetuum Exoneramus per Præsentes.

In cujus Rei Testimonium Magnum Sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus apud *Edinburgh*, dicto Tertio Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo, sexto, & Regni nostri Decimo septimo.

Sign.

JAMES.

Sub Sigillo Magno de cerâ albâ pendente a Caudâ Pergamenæ.

A. D. 1477. Edw. 4. A. D. 1477. Edw. 4.

De Præsentatione pro Episcopo Rathlurensi.

A. D. 1477. An. 16. E. 4. Pat. 16. E. 4. p. 2. m. 11.

Dilectus Clericus Regis, Frater *Thomas Inglehy, Episcopus Rathlurensis*, habet Literas Regis Patentes de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem de Sutton Bonyngton Eborum Diœcesis, Vacantem, & ad Regis Donationem spectantem,

Et Literæ illæ diriguntur Venerabili in Christo Patri *L.* eadem gratiâ, *Archiepiscopo Eborum*. A. D. 1477.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Februarii.



De Communicando & Tractando cum Rege Castellæ.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Franc. 17. E. 4. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, in Animo nostro sit Confœderationes & Amicitias, quas cum Inclitissimis *Domibus Castellæ & Arragoniæ* habemus, Modis omnibus licitis & honestis augmentare,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Dilectorum & Fidelium nostrorum Consiliariorum, Magistrorum, *Richardi Martin* Licenciati in Decretis Archidiaconi Londoniæ, ac *Thomæ Langton* Decretorum Doctoris, plenè confidentes,

Ipsos nostros Oratores, Commissarios, & Procuratores Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Damusque & Concedimus eis & eorum utrique Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro, & pro Nobis, cum, Serenissimis & Excellentibus Principibus Consanguineis nostris Honoratissimis, Domino *Ferdinando*, Dei gratiâ, *Castellæ*, *Legionis*, *Siciliæ*, *&c. Rege*, Principe & Primogenito Aragonum, ac Dominâ *Isabellâ* Conjuge suâ *Reginâ* Regnorum prædictorum, seu Deputatis aut Deputandis ab eisdem, de & super Sponsalibus & Matrimonio inter *Edwardum Primogenitum nostrum Principem Walliæ*, *Ducem Cornubiæ*, & *Comitem Cestriæ*, ex una Parte, ac *Dominam Isabellam Filiam unicam dictorum Regis & Reginæ*, ex alterâ Parte, Dei adjutorio Contrahendis, Communicandi, Tractandi, & Appunctuandi, Modos, Formas, & Conditiones, sub quibus res illa convenientiùs fieri & percipi possit, Concipiendi, Advisandi, & in Scriptis Redigendi, Conclusionem & Finem Negotii principalis hujusmodi, unà cum Modis, Formis, & Conditionibus memoratis, ad Nos Referendi & Remittendi, Legationem & Ambassiatam ab eisdem Principibus, pro Perfectione Præmissorum, ad Nos transmitti Procurandi, Petendi, & Obtinendi, A. D. 1477.

Cæteráque Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, bonâ fide & in Verbo Regio, habituros Nos Ratum & Gratum quicquid per ipsos *Richardum* & *Thom.* seu alterum ipsorum, Nomine nostro, Actum, Gestum, Dictum, Promissum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, sub Ypotecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Oburn.* tricesimo primo Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Oratoribus Imperatoris.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Ibid. m. 7.

REX Omnibus ad quos &c. Salutem.

Cùm Illustrissima Princeps, Soror nostra carissima, *Margareta Ducissa Burgundiæ* Nobis jamdudùm significaverit quòd certi Oratores, Gloriosissimi & Serenissimi Principis, *Frederici Romanorum Imperatoris*, ob certas Causas magnas & arduas ipsum Dominum Imperatorem moventes, ad Partes Flandriæ cum omni celeritate transmitti deberent, A. D. 1477.

Quodque nonnulla, per eosdem Oratores in eorum Adventu ibidem proponenda, Regnum, Patrias, & Dominia nostra, tanquam ab olim ipsi Sacratissimo Imperio alligata, de verisimili concernere possent,

Volentes

A. D. 1477. Edw. 4. Volentes igitur cum dicto *Domino Imperatore*, non tàm Pacem & Amicitiam, superioribus Annis contractam, observare, quàm & eidem, omnibus modis licitis & oportunis, felicia, si oporteat, superaddere Incrementa,

De Fidelitatibus igitur, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Donn* unius Militum pro Corpore nostro, & Magistri *Johannis Coke* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, ac *Lodowici Bretell* Armigeri & Familiaris nostri, pleniùs confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Ambassiatores, Procuratores, Commissarios, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Damúsque & Concedimus eisdem, *Johanni*, *Johanni*, & *Lodowico*, & Duobus eorum (quos Duos præfatos *Johannem* & *Johannem* esse volumus) Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, Oratores dicti Domini Imperatoris, si quid, quod Nos aut Dominia nostra prædicta tangere poterit, proponere velint, audiendi, & cum eisdem de & super Pace, Amicitiâ, Confœderatione, & Alligantiâ, quæ inter Sacrum Imperium Romanum & Inclitum Regnum nostrum Angliæ ab antiquo, ut præmittitur, initæ & contractæ fuerint, Tenendis, Observandis, & Augmentandis, deque aliis Incidentibus & Proponendis de novo, Comunicandi, Conferendi, Colloquendi, & Tractandi, A. D. 1477. Edw. 4.

Déque Comunicatis, Collatis, Collocutis, & Tractatis hujusmodi Nos Advisandi & certiores Reddendi, ad finem ut super eisdem Deliberationem & Conclusionem, quæ in hac parte consentaneæ videbuntur, capere possimus,

Cæteraque Faciendi & Excercendi quæ in Præmissis & ea concernentibus necessaria videbuntur seu quomodolibet oportuna,

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Archiepiscopo Dublinensi.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Pat. 17. E. 4. p. 1. m. 15. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm laudabile sit & Regiæ convenit Dignitati Subditos suos, præsertim illos qui non solum Bona sua set etiam Periculum Vitæ & Membrorum suorum pro Jure Regni sui exposuerint & subicerint, a Pressuris, Dampnis, & Injuriis, præservare,

Hinc est quòd Nos,

Bona & laudabilia Servitia, quæ Venerabilis Pater *Johannes Archiepiscopus Dublinensis* Hiberniæ Primas, neque Personæ neque Facultatibus suis parcendo, Nobis ante hæc tempora multipliciter impendit & impendere desiderat in futurum, considerantes,

Volentésque *eundem Archiepiscopum*, Nobis prædilectum, gratiosis Favoribus communire, ut quanto per Nos specialiùs sit Protectus, tanto Adversariorum suorum, ipsum inquietare volentium, quiescat & cesset Malitia,

De Gratiâ nostrâ speciali ac Præmissorum intuitu *ipsum Archiepiscopum*, ac omnia Terras & Tenementa, Res, Redditus, Dominia, & Possessiones sua, & Archiepiscopatûs sui sive Ecclesiæ Dublinensis antedictæ quæcúmque in salvas & securas Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras Suscepimus & per Præsentes Suscipimus speciales, A. D. 1477.

Et ulterius Volumus & Concedimus *præfato Archiepiscopo*, quòd ipse per Se, Officiarios, Ministros, & Servientes suos, in Temporalia Archiepiscopatûs sui & Ecclesiæ suæ prædictæ, necnon quamlibet indè Parcellam, ac in Ecclesiarum & Præbendarum Advocationes & Collationes, per quoscúmque Officiarios seu Ministros nostros, quæ in Manus nostras quascúmque ob Causas ante Datam Præsentium temporibus nostris seisita fuerint aut seisiri contigerit in futurum, ingredi & intrare, ac ea occupare, & Redditus, Exitus, Fructus, Emolumenta, & Proficua indè provenientia percipere, levare, & colligere, & ad Usum *præfati Archiepiscopi*, absque Impetitione, Molestatione, Perturbatione, Gravamine, vel Impedimento Nostri, Hæredum, Successorum, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, retinere valeat; & hoc absque aliquo Fine, seu Feodo, seu aliquo alio, Nobis aut Hæredibus nostris prædictis aliqualiter indè reddendo seu solvendo;

Dumtamen Temporalia prædicta ac alia Præmissa, ob altas Proditiones per *ipsum Archiepiscopum* perpetratas sive perpetrandas, unde Convictus fuerit, aut pro non faciendo Sectam & Servitium Nobis

A.D. 1477 Edw. 4. Nobis debita & ab antiquo consueta, in Manus nostras Capta sive Seisita non existant.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Maii. A.D. 1477 Edw. 4.

Per ipsum Regem.

De Potestate commissa Archiepiscopo Armachanensi.

A. D. 1477. Ān. 17. E. 4. Pat. 17. E. 4. p. 2. m. 12. REX, Venerabili in Christo Patri *Edmundo Archiepiscopo Armachanensi*, ac Dilecto & Fideli nostro *Alveredo Cornebur gh* Armigero pro Corpore nostro, Salutem.

Sciatis quòd, ut veraciter informamur, occasione particularium Litium, Discordiarum, & Contraversiarum, inter quosdam Dominos, Magnates, & Proceres in Dominio nostro Terræ nostræ Hiberniæ, quamplures Riotæ, Routæ, Congregationes, & Conventicula illicita, in Pacis nostræ Læsionem & Perturbationem, ac Populi nostri Terrorem & Commotionem, indies facta sunt & perpetrata,& de verisimili, si imposterùm fieri permitterentur,Inconvenientiæ inauditæ exindè Prioribus pejores sunt secururæ,

Nos, Malis & Inconvenientiis, quæ ex Præmissis persequi possunt, providere volentes, ac de Fidelitatibus & providis Circumspectionibus vestris quamplurimùm confidentes, assignavimus vos ad vos de Litibus, Discordiis, & Contraversiis prædictis, omnibus viis, modis, & mediis quibus sciveritis, Informandum,& de eis debitè Perscrutandum, & Inquirendum,

Ac, Discordiis & Contraversiis illis per vos cognitis & intellectis, vobis plenam Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus quòd, vocatis vobis juxta discretionem vestram discretis & magis indifferentibus Personis Terræ nostræ prædictæ, ad omnes & singulos Dominos, Magnates, & Proceres ejusdem Terræ, cujuscúmque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint, inter quos aliquæ particulares Lites, Debatæ, Discordiæ, & Contraversiæ pendent & existunt, coram vobis Nomine nostro Evocandum, & eos super Præmissis Examinandum, & Querimonias suas Audiendum, & eas inter Partes prædictas Pacificandum & Determinandum, & quoscúmque Contrarios in hac parte, si Casus exigerit, mediantibus hiis quæ de Jure incurrere deberent, ad Pacificationem & Determinationem hujusmodi, Mediis debitis, Compellendum,

Et ad Nos & Concilium nostrum de toto Facto vestro in hac parte, ac de Nominibus omnium & singulorum,Mandatis & Injunctionibus, eis in hac parte Nomine nostro per vos faciendis & imponendis, Contradicentium & Inobedientium, & de eorum Factis & Gestibus, de tempore in tempus, debitè Certificandum, ut pro eorum Punitione in ea parte, in aliorum Exemplum taliter Delinquentium, providere possimus, A.D. 1477.

Et, in Casu quo Præmissa pacificare & finire non poteritis, assignavimus vos, ac vobis plenam Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus, ad hujusmodi Ordinationes & Directiones ac Mandata generalia & specialia in Præmissis faciendum & ordinandum, ac Injunctiones, juxta Discretiones vestras, quibuscúmque, vobis in hac parte contrariis, Nomine nostro dandum & imponendum, nè ipsi nec eorum aliquis quicquam, quòd in nostri Contemptum aut Pacis nostræ Læsionem, aut Populi nostri Terræ nostræ prædictæ Perturbationem, Molestationem, seu Inquietationem cedere valeat, attemptent aut attemptari præsumant quoquo modo,

Cæteráque omnia & singula, in ea parte necessaria & oportuna, Faciendum & Exequendum;

Et ideò &c.

Damus autem universis & singulis Dominis, Justiciariis, Majoribus, Præpositis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis & Ministris nostris Terræ nostræ prædictæ (cujuscúmque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint) ac aliis Fidelibus & Ligeis nostris ibidem, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Assistentes, & Auxiliantes in omnibus diligenter.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo primo die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro

A. D. 1477. Edw. 4.

A. D 1477. Edw. 4.

Pro Archiepiscopo Armachanensi.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Pa. 17. E. 4. p. 1. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, & ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Concessimus & per Præsentes Concedimus Reverendo in Christo Patri *Edmundo Connesburgh Archiepiscopo Armachanensi* Custodiam omnium Temporalium Archiepiscopatûs prædicti, cum suis Pertinentiis, in Manibus nostris existentium,

Habendam & Possidendam *eidem Archiepiscopo* Custodiam prædictam, quamdiu in Manibus nostris remanere contigerint, absque aliquo Compoto seu aliquo alio indè Nobis Reddendo seu Solvendo. A. D. 1477.

In cujus &c.

Teste Regè apud *Westmonasterium* tertio Die Julii.

Per ipsum Regem.

Super Receptione Annuitatis Franciæ.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Franc. 17. E. 4. m. 6.

REX Universis, præsentes Literas nostras inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per Manus *Willielmi Restout*, *Viginti & Quinque Millia Coronarum Auri*, in Festo Paschæ ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Millium Coronarum Auri* annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superinde confectis pleniùs continetur; A. D. 1477.

De quibus quidem *Viginti & Quinque Millibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Julii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Ambassiatoribus Franciæ.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Ibid. m. 2.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Illustrissimus Princeps Frater & Consanguineus noster carissimus *Lodowicus Franciæ* suos Legatos, Oratores, sive Ambaxiatores (videlicet) Reverendissimum in Christo Patrem *Gnidonem Archiepiscopum Viennie*, Nobilesque Viros, *Oliverum Gueryn* Domicellum Dominum de Columbiers Præfectum Magistratui Hospitli, Magistrum *Oliverum le Roux* Dominum Belli Visûs Magistrum Ordinarium Compotorum, *Johannem le Breton* Generalem Monetarum Guerrarumque Thesaurariorum, & *Franciscum Texier* Notarium & Secretarium suum, ad Nos nuperimè transmiserit, ejus Nomine Nobiscum, nostrisve cum Commissariis & Deputatis Tractaturos de & super Prorogatione Treugarum, inter *Nos* & eundem Fratrem & *Consanguineum nostrum* in Civitate Ambianensi novissimè initarum, atque verâ Æstimatione, & Valore, & Intercursu singularum Auri & Argenti tàm nostrarum quàm ejusdem Fratris & Consanguinei nostri Monetarum, super cæterisque Rebus & Materiis, eorum Legationis Munus concernentibus, facturos prout eâ in Parte eorum Potestas exigit & requirit, A. D. 1477.

Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, Doctrinâ, & Experientiis, Reverendorum in Christo Patrum, *Roberti Bathoniensis & Wellensis*, & *Willielmi Dunolmensis*, Episcoporum, Prædilectorum Consanguineorum nostrorum, *Willielmi Arundellæ*, & *Henrici Essexiæ*, Comitum, necnon, *Johannis Dudley Domini de Dudley*, *Johannis Dynham Domini de Dynham*, *Johannis Howard Domini de Howard*, Baronum, *Thomæ Mongomery* pro Corpore nostro Militis, *Johannis Morton* Legum Doctoris Rotulorum Cancellariæ nostræ Custodis, *Johannis Gunthorp* Capellæ nostræ Ecclesiæque Cathedralis Wellensis Decani, *Richardi Tunstall*, & *Johannis Wyngfeld*, Militum,

A. D. 1477. Edw. 4.

Consiliariorum nostrorum, plurimùm confidentes,

Ipsos Commissarios, Procuratores, & Deputatos nostros Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Commissariis, Procuratoribus, & Deputatis nostris, Undecim, Decem, Novem, & Octo eorum, plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum ejusdem Serenissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri Franciæ Legatis, Oratoribus, sive Ambaxiatoribus antedictis, sufficientem Potestatem in hac parte habentibus, Conveniendi, Comunicandi, Tractandi, Componendi, Concludendi, & Terminandi, de & super dictarum Prorogatione, Continuatione, sive Extensione Treugarum & Guerrarum Abstinentiæ, inter *Nos* & eundem Fratrem & *Consanguineum nostrum Franciæ* in dictâ Civitate Ambianensi Conventarum, Initarum, & Conclusarum, quemadmodum in Literis indè confectis pleniùs continetur, quarum Data est *Vicesimo nono Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto*,

Hujusmodique Treugas ac Guerrarum Abstinentias, cum singulis in earum Capitulis inclusis, ac omnia in dictis Literis indè confectis contenta, ad Terminum Vitæ nostræ & ipsius Fratris & Consanguinei nostri Franciæ, & per unum Annum integrum post Mortem alterius nostrûm primò Decedentis, Extendendi, Continuandi, & Prorogandi,

Verúmque Valorem & Æstimationem omnium & singularum Auri & Argenti tàm nostrarum quàm dicti Fratris & Consanguinei nostri Monetarum, atque debitum pro earum mutuo intercursu Ordinem, cæteráque ipsas Monetas concernentia, ad nostra ipsiúsque Fratris & Consanguinei nostri Comodum & Utilitatem, Determinandi, Statuendi, & Stabiliendi,

Necnon de & super Amicitiis, Intelligentiis, Mercimoniorum Intercursu, aliisque Rebus, nostri nostrorúmve Subditorum, & dicti Fratris Consanguineique nostri ejusve Subditorum, antedictorúmque Angliæ & Franciæ Regnorum, atque cæterarum Terrarum, Patriarum, & Dominiorum utriusque nostrûm, Commodum & Utilitatem quoquo Pactoconcernentibusconcerneréve valentibus, prout eis Commissariis & Deputatis nostris & ejusdem Fratris & Consanguinei nostri Legatis antedictis meliùs videbitur expedire, Conveniendi, Componendi, atque Concludendi,

Literásque super omnibus & singulis, quæ, vigore Præmissorum, per eos Conventa & Conclusa fuerint, Concedendi & realiter Tribuendi, consimilesque Literas ab eisdem Fratris & Consanguinei nostri Legatis Requirendi, Exigendi, & Recipiendi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Exequendi, quæ circa Præmissa eorúmve aliquod necessarium fuerit aut quomodolibet oportunum, etiam si talia forent quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes Nos, bonâ Fide & in Verbo Regio, Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, Procuratores, & Deputatos nostros, Undecim, Decem, Novem, Octove eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, Literásque nostras Patentes, hujusmodi Ratificationem & Approbationem continentes, daturos cùm ad hoc fuerimus requisiti.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Julii.

Per ipsum Regem.

Tractatus de Prorogatione Treugarum Confirmatio.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Franc. 17. E. 4. m. 13.

REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Quanta Inclitissimis Angliæ & Franciæ Regnis, eorumque Subditis Guerrarum, Bellorum, atque Dissidiorum Turbines Dampna & Incommoda inflixerint, quantique utriusque Regni Principes & Populi dirâ Nece, proh dolor! occubuerunt, quibusve Calamitatibus omnis ipsorum Regnorum Status Lacessitus & Oppressus extiterit, ipsa, proh dolor! Experientia plus docuit quàm Literarum elementis exarari valeret.

Quorum Bellorum Acerbitatem Æternos ipse Pacis Largitor suâ dignatus est Pietate sedare, & ad Felicitatis Statum reducere meliorem, cùm nuper Treugas, Bellorum quoque ac Guerrarum Abstinentias, inter *Nos* & Serenissimum Potentissi-

A. D. 1477. Edw. 4. tentissimúmque Principem Fratrem & Consanguineum nostrum carissimum *Regem Ludovicum Franciæ*, Regna nostra, nostrosque Subditos, jam ex *Vicesima nona Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto*, tractari firmarique voluit & concludi.

Quæ licet Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, ex Literis super hoc confectis, Septennio coartarentur, posteà tamen, missis ab ipso carissimo Fratre & Consanguineo nostro apud Nos & a Nobis apud ipsum hincindè Nunciis, fuit de ipsarum Treugarum uberiori & longiori Prorogatione Tractatum,

Nos autem,

Omnibus Nos accomodare & disponere cupientes quæ ad Pacem Sedationemque Guerrarum, inter Nos & ipsum Serenissimum Fratrem & Consanguineum nostrum, & ad utriusque Angliæ & Franciæ Regnorum Utilitatem & Felicitatem, oportuna videbantur,

Nonnullos nostros Commissarios, Procuratores, & Deputatos Fecimus,

Qui a Nobis & per Patentes Literas nostras plenissimâ & sufficienti super hoc Commissione & Potestate suffulti, cum Legatis, Oratoribus, sive Ambassiatoribus prædicti Fratris & Consanguinei nostri carissimi, eâ Causâ ad Nos missis, prædictas Treugas & Guerrarum Abstinentias,

Quæ *inter Nos & præfatum Fratrem & Consanguineum nostrum, ex prædicta Vicesima nona Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto*, Tractatæ & Conclusæ pro *Septem Annis* dumtaxat extiterant,

Ad nostram & ipsius Fratris & Consanguinei nostri *Vitam*, & quamdiu Nos & Ipse ageremus in humanis, & per *Unum Annum* integrum post Obitum illius nostrûm qui primò decederet, Extenderunt, Continuârunt, & Prorogârunt,

Quemadmodum in Literis, super hoc per ipsos nostros & ipsius Fratris & Consanguinei nostri Deputatos hincindè confectis, in Civitate Londoniensi, *Die Vicesimâ primâ Mensis Julii*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo septimo, pleniùs diffusiùsque continetur,

Quarum Literarum (per Oratores, Procuratores, & Deputatos ipsius præfati Fratris ac Consanguinei nostri carissimi nostris Deputatis superius traditarum & Nobis redditarum) Tenor sequitur & est talis,

Universis & singulis, ad quorum Notitiam præsentes Literæ pervenerint, A. D. 1477. Edw. 4. *Guido Archiepiscopus & Comes Viennæ*, *Oliverus Guerun* Domicellus Dominus de Columbiers Præfectus Magistratui Hospitii, *Oliverus de Roux* Dominus Belli Visûs Magister Ordinarius Compotorum, *Johannes le Breton* Generalis Monetarum, Consiliarii, & *Franciscus Texier* Notarius & Secretarius Cristianissimi ac Clarissimi *Franciæ Regis*, Principis Metuendissimi, Domini nostri Suppremi, Oratores & Ambassiatores transmissi ad Serenissimum, Excellentissimum, Potentissimúmque Principem *Regem Angliæ* ejus Fratrem & Consanguineum carissimum, & ad Infrascripta Deputati, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nonnulli, summæ Prudentiæ Viri Disertissimi, felici Statûs Franciæ & Angliæ Regnorum Zelatores præcipui, maximoperè appetunt anhelântque Treugas, inter ipsorum Regnorum Principes non longè antea initas, paulóque post hac perituras, longiora ad tempora (nè Res eorum publica luctuosam Bellorum Calamitatibus Jacturam patiatur) Prorogari, ipsique Prorogationi assentire nostrum Principem sæpenumerò interpellârunt,

Nos,

Ejusdem Cristianissimi Principis nostri *Franciæ Regis*, eorum Interpellationibus inclinati, voto obtemperantes,

Pro eo, ejúsque Nomine, Auctoritate ipsius, per suas Literas Patentes Nobis commissâ,

Quarum Tenor sequitur, & est talis,

Loys, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx, qui ces presentes Lectours verront, Salut.

Come, puis n'aguiares, Treshault & Trespuissant Prince nostre Treschier & Tresame Frere & Cousyn, *le Roy d'Engleterre* ait envoie devers Nous acuns sez Notables Ambassadeurs, &, apres ce que les avons oyez, ayons commis aucuns Grans & Notables Parsonnages pour Besoigner avec eulx,

Et, en Comunequant sur plusieurs Matieres, ait este par entre eulx avise qui, pour le Bien & Prouffit des Deux Reaumes de France & d'Angleterre, & tous les Subgettes & Habitantes, il feroit bien expedient Prorogaer la Treue d'entre Nous & nostre dit Frere & Cosyn *le Roy d'Angleterre*, qui est de Sept Ans (dont les Deux sont ja passes) durant le Cours de noz Vies, & jusques a ung An apres le Trespas du Primer decedant,

A ce

A. D. 1477. Edw. 4.

A ce qui l'Intelligence & bonne Amitee d'entre Nous puis estre de mieulx in mieulx continue, & que toute bonne & finable Paix, Amitee, & Communication de Merchandise se puis fair, excercer, & continuer entre les dites Deux Royaumes du France & d'Angleterre, au Bien & Augmentation de tout la Chouse publicque d'iceulx,

Pour les quelles Materes Tracter, Parler, Communequer, & Conclure, soit Besoingt Commettre, Ordonner, & Establir, de nostre Part, aucuns Parsonages Notables, & a Nous seures & feables,

Savoir fasons que Nous,

Bien acertennez des grans Sens, suffisans Loialte, Preudommis, bonne Conducte, Diligence, & Experience de, noz amees & feaulx Conseilliers, *l'Arcevesque de Vienne*, *Oliver Gueryn* Escuier Segneur de Colombiers nostre Maister d'Ostell, Maister *Oliver le Roux* Seigneur de Beauvoir Maistre ordinair de noz Comptes, *Jehan le Breton* Generall de noz Monnoyes & Tresorier des Guerres, *Jehan Jonglet*, & *Francays Texier* nostre Notaire & Secretaire, & pour la grant Suertie & confiance que Nous avons de leurs Parsonnes,

A icenlx, ou aux Cinqe, Quatre, ou Trois d'eux in l'Absence des autres (dont vous *l'Arcevesque de Vienne* serres toutzjoures l'ung) avons Done & par la Teneur de ces Presentes Donons plaine Pouoir, Commission, Auctorite, & Mandement expres & especiall de vous Transporter par devers & a Parsonne de nostre Frere & Cosyn *le Roy d'Angleterre*,

Et avec luy, ou ces Commissaires & Deputes, tielx & In tiel Nombre qu'il lui plaira Commettre & Ordonner, Traicter, Parler, Adviser, Comuniquer, & Conclurer, de & sur les dites Prorogation de Treus, bonnes Amitees, & Intelligences, & sur tous auters Choses, qui seront advises, d'un Partie & d'antre, estre honestes & uilles & prouffitables pour le Bien de Nous & de nostre dit Frere & Cosyn, & des dites Deux Royaumes de France & d'Angleterre, de la Communication & Entrecours de Merchandise, & de Bien, Prouffit, & Utillite de toutes les Subgettes & Habitans in iceulx Royaumes, & en toutz les autres Paiis, Terres, & Seignenries de Nous & de nostre dit Frere & Cosin,

Et de ce, que parentre eulx serra Advise, Traicte, Parle, Comunicque, & Conclude, bailler & rescevoir, d'une Part & d'autre, Lectours bonnes & vailables en forme due & autentique & les meilleurs & pluis amples que fair se pourra;

A. D. 1477. Edw. 4.

Promettans, en bone Foy & en Parolle de Roy, avoir & tenir Ferme, Estable, & Agreable tout ce que par nos ditz Ambaxadenrs, ou les Cinque, Quatre, ou Trois d'eulx, in l'absence dez autres (dont vous *l'Arcevesque de Vienne* serres tousjours l'ung come dit est) serra Fait, Parle, Communicque, Advise, & Conclude, touchant les Chouses desusdites & les Dependences, & en baillerons noz Lettres Patentes de Confirmation, Ratification, & Approbation si tost se deslors que requis en serons.

En Tesmoign de ce Nons avons signes ces dites Presentes de nostre Main, & a icelles fait metre nostre Seal.

Done a *Cambry* le Premier Jour de Juing, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Soixante, Dix sept, & de nostre Reigne le xvi.

Cùm, Reverendis in Cristo Patribus, *Roberta Bathoniensi & Wellensi*, *Willielmo Dunolmensi*, Episcopis, *Willielmo*, *Arundelliæ*, & *Henrico*, *Essexiæ*, Comitibus, *Johanne Dudley* Domino de Dudley, *Johanne Dynham* Domino de Dynham, *Johanne Howart* Domino de Howart, *Johanne Mortan* Rotulorum Cancellariæ Angliæ Custode, *Johanne Gunthorp* Capellæ Regis Angliæ & Ecclesiæ Cathedralis Wellensis Decano, *Ricarda Tunstall*, & *Johanne Wyngfeld*, Militibus, Commissariis, Procuratoribus, & Deputatis dicti Serenissimi Regis Angliæ ad Infrascripta per ipsius Literas,

Quarum Tenor sequitur, in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint,, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Illustrissimus Princeps Frater & Consanguinens noster, carissimus *Lodovicus Franciæ*, suos Legatos, Oratores, sive Ambaxiatores (videlicet) Reverendissimum in Christo Patrem *Guidonem Archiepiscopum Viennæ, &c. prout supra in Literis Dat.* 20. *Julii, tunc sic*,

Convenimus, Contraximus, & Conclusimus, & per Præsentes Convenimus, Contrahimus, & Concludimus quòd Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, per *Septem Annos* a tempore Inceptionis earumdem

A. D. 1477. Edw. 4. earumdem duraturæ, inter dictos Franciæ & Angliæ Principes, hiis superioribus Diebus, in Civitate Ambianensi conventæ, initæ, & conclusæ (quemadmodum in Literis, indè confectis, quarum Data est *Vicesimo nono Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto*, pleniùs continetur) *ad ipsorum Principum Vitam, & unum Annum post Mortem alterius ipsorum primò Decedentis*, Exteodantur, Continuentur, & Prorogentur,

Sicque easdem Treugas & Guerrarum Abstinentias ad dictorum Principum Vitam, & per unum Annum integrum post Mortem alterius ipsorum primo Decedentis, Auctoritate Nobis in hac parte commissâ, Extendimus, Continuamus, & Prorogamus,

Ita quod hujusmodi Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, cum singulis in earum Capitulis Contentis & Interclusis, inter Cristianissimum *Regem nostrum Franciæ* & Serenissimum Principem *Regem Angliæ* Fratrem & Consanguineum suum antedictum, Subditos, Vassallos, Patrias, & Dominia sua, atque Alligatos & Confœderatos utriúsque eorum, necnon Franciæ & Angliæ Regna, a Data Præsentium, ad Terminum Vitæ ipsius Regis Franciæ & Fratris atque Consanguinei sui Angliæ antedicti, & per unum Annum integrum post Mortem alterius eorum primò Decedentis, in omnibus & per omnia, & sub eisdem Modo & Formâ prout in antedictis Literis continetur, Durent, Extendantur, & Prorogentur;

Sic tamen quòd uterque dictorum Franciæ & Angliæ Principum suos Alligatos & Confœderatos, in dictis Treugis in Civitate Ambianensi aliàs specificatos (si quos eorum in hiis Treugis prorogatis Comprebendendos nominare voluerit) infra Quatuor Menses, præsentium Literarum Datam proximò sequentes, ipsorum alteri Principum nominabit; & ipsi Alligati & Confœderati, sic nominati (si in hiis Treugis prorogatis Comprehendi voluerint) Principi, cum quo confœderentur, in eisdem Treugis se Comprehendi velle declarabunt, & idem Princeps, cùm sic declaratur, alteri Principi, infra Decem Menses Præsentium Datam proximò sequentes, referet & notificabit;

Eâ verò Modificatione adhibitâ, quòd ipsarum præfatarum Obligatio Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum, in Civitate Ambianensi inter dictos Principes, ut præmittitur, conclusarum, hac earum Prorogatione minimè tollatur innovetúrve, sed suo in Robore, secundùm dictarum Literarum, superindè A. D. 1477. Edw. 4. confectarum, Tenorem, maneat, & effectum.

INSUPER Promittimus, & eundem Cristianissimum Principem nostrum *Franciæ Regem* per Præsentes, Potestate, ut præmittitur, Nobis commissâ, Obligamus quòd idem Princeps noster omnia & singula Præmissa Ratificabit, Auctorizabit, & Confirmabit, eáque realiter & cum effectu exequetur & faciet quæ Præmissorum Tenor exigit & requirit, suasque Literas Patentes, superindè debitè confectas, Magno ejus Sigillo munitas, Illustrissimo Principi Fratri & Consanguineo *Regi Angliæ* antedicto, cùm ad hoc requisitus fuerit, deliberabit deliberaríve faciet; salvis aliis Pactionibus, Conventionibus, Confœderationibus, Amicitiis, Intelligentiis, Promissionibus, Obligationibus quibuscúmque, inter nostrum Principem *Franciæ Regem* ejusque Fratrem & *Consanguineum Angliæ* antedictum, Nominibusve eorum, antea initis.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis præsentibus, Manibus propriis subscriptis, Sigilla nostra apposuimus.

Datum in *Civitate Londoniarum* Die Vicesimâ primâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Septuagesimo septimo.

Et,

Licet hanc Treugarum, pro nostrâ & ipsius Consanguinei nostri Vitâ, & uno Anno post Obitum illius nostrûm qui primò decesserit, Prorogationem, per nostros Deputatos superius nominatos sic factam, nos semper Firmam, Gratam, & Ratam tenuerimus & habuerimus, teneamúsque & habeamus,

Nè tamen Pacis & Generis Humanì Inimici Fraudibus, ac etiam nostrorum & prædicti Fratris & Consanguinei nostri Æmulorum Sufurrationibus, quicquam contra harum Treugarum & Abstinentiæ Guerrarum Prorogationem moliri valeat, & ut omnia majori & securiori Firmitate lætentur,

Multi Magnates & Proceres, utriusque Regni Pacis Zelatores, Spiritu Sancto, ut arbitramur, inspirante, virtuosâ Sollicitudine, apud Nos & prædictum Consanguineum nostrum, pluribus Suasionibus, interpellârunt ut, ad Tollendum omnium rerum quæ obici possent Ambiguitatem, prædicta Treugarum Prorogatio iterùm a Nobis & prædicto Consanguineo nostro ratificaretur & confirmaretur,

A. D. 1477. Edw. 4.

Ad quam Ratificationem & Confirmationem prædictæ Prorogationis Treugarum faciendas Assensum præbuimus.

Notum igitur facimus quòd Nos,

Excellentiâ & strenuitate Virtutum, quibus ipse Serenissimus & Potentissimus Princeps Frater & Consanguineus noster carissimus *Ludovicus Franciæ*, inter cæteros Orbis Principes, Famâ & Rerum Claritate refulget, allecti,

Nichil Nobis conspicientes esse commodius aut desiderabilius quàm pro utriusque nostrûm Vitæ Termino sub quieta invicem Pace & Tranquillitate versari, Utilitatem etiam atque Felicitatem Regnorum & Subditorum nostrorum, Commerciorúmque & Mercanciarum inter eos Communicationes & Concursus, ex cordis medullis visceraliter affectantes,

Ipsam Treugarum & Abstinentiæ Guerrarum Extensionem & Prorogationem, per prædictum Bathoniensem Episcopum aliosque nostros Commissarios & Deputatos superiùs nominatos, *ad nostram & ipsius Fratris & Consanguinei nostri Vitam, & quamdiu vixerimus in humanis, & ad unum Annum integrum post Obitum illius nostrûm qui primò decesserit*, cum prælibati Fratris & Consanguinei nostri Oratoribus, Procuratoribus, & Deputatis factam, tractatam, & conclusam, prout in superius incertis Literis, *in Civitate Londoniarum, Vicesimâ primâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo septimo*, pleniùs continetur, sine tamen aliquâ ipsarum Literarum Innovatione, *Laudavimus, Approbavimus, Confirmavimus*, & *Ratificavimus, Laudamusque, Ratificamus*, & *Confirmamus* per Præsentes,

Promittentes, bonâ fide & in Verbo Regio, & sub Obligatione & Ypothecâ omnium & singulorum Bonorum nostrorum, omnia & singula, in prædictis Literis Prorogationis & Extensionis Treugarum, per prænominatos Deputatos nostros Acta, Tractata, & Concordata, inviolabiliter tenere & observare, tenerique & observari facere, omni dolo, fraude, & fallaciâ penitùs cessantibus.

Quod ut firmum & stabile perpetuò perseveret, nostrum Magnum Præsentibus fecimus apponi Sigillum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quinto Die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Ambassiatoribus missis ad Ludovicum Franciæ.

A. D. 1477. An. 17. E. 4. Franc. 17. E. 4. m. 4.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Pax ipsa non modò Dulcis set ipsius Nomen Blandum est & Suave tamen Res ipsa Salutaris, nam hâc Agri Urbésque, hâc Res privatæ, hâc publicæ, hâc denique Regna constituuntur & conservantur, unde unicuique Civitati & Regno Pax amabilis & jocunda esse deberet,

Nos,

Volentes Christianæ Religionis Cultum, Fœdera, Treugas, Guerrarum Abstinentias, Ligas, & Amicitias, *inter Nos* & Principem Illustrissimum *Lodovicum Franciæ* Consanguineum nostrum Carissimum inita & conclusa, nullaque Ætate nostri Defectu peritura, inconcussè servari,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Howard* Militis Domini de Howard, *Richardi Tunstall* Militis, & Magistri *Thomæ Langton* Decretorum & Theologiæ Doctoris, Consiliariorum nostrorum, pleniùs confidentes,

Ipsos nostros veros & Indubitatos Ambassiatores, Oratores, & Commissarios speciales Assignamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, & Commissariis nostris plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale se ad Illustrissimum Principem *Lodowicum Franciæ* Consanguineum nostrum Carissimum antedictum Transferendi,

Et cum eodem, ejúsve Commissariis, Procuratoribus, sive Deputatis, sufficientem Potestatem in hac parte habentibus, de & super quibuscúmque Rebus, Materiis, & Negotiis, ipsum Consanguineum nostrum & Nos, ac Bonum & Utilitatem Status nostri atque ejusdem Consanguinei nostri, necnon Regnorum, Patriarum, Dominiorum, & Subditorum nostrorum quorumcúmque, & utriúsque nostrûm, qualitercúmque concernentibus, Comunicandi & Tractandi,

Ipsaque,

A. D. 1477. Edv. 4. Ipsaque, sic Communicata & Tractata, Audiendi, Nobisque Referendi,
Cæteraque omnia & singula, in Præmissis requisita & oportuna, Faciendi, Excercendi, & Exequendi,
In cujus &c.

A. D. 1477. Edv. 4. Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

☞ *De Literis Acquietantiæ pro Parte Financiæ Margaretæ Reginæ.*

A. D. 1478. An. 17. E. 4. Ibid. REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos Recepisse & Habuisse, Die confectionis Præsentium, per Manus *Johannis Howard* Militis Domini de Howard, *Ricardi Tunstall* Militis, & Magistri *Thomæ Langton* Decretorum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, ab, illustrissimo & Potentissimo Principe, *Lodowico Franciæ*, Consanguineo nostro Carissimo, *Decem Millia Coronarum Auri*, in Festo Sancti Michaelis ultimò præterito nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Millium Coronarum Auri*, Nobis, infra Quinque Annos, pro Prænobili Principissa Domina *Margareta Regis Regnati Filia* solvendarum, prout in Literis ejusdem Consanguinei nostri, superindè confectis, pleniùs continetur; A. D. 1478.

De quibus quidem *Decem Millibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse solutum, & eundem Consanguineum nostrum superindè fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tertio Die Martii.

Per ipsum Regem.

¶ ¶ *De Antiquissimis Confœderationibus cum Gentibus Frisiæ Renovandis.*

A. D. 1478. An. 18 E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 10. REX, Nobilibus & Potentibus Viris, *Gretemannis*, *Consulibus*, *Præconsulibus*, *Judicibus*, *Communitatibus*, *Societatibus*, *Hominibus*, necnon eorum veris Hæredibus, *Partium Terræ Frisiæ* (videlicet) *de Hostergo* & *Westergo*, Amicis & Confœderatis antiquissimis, Salutem.

Cùm olim, temporibus Progenitorum nostrorum & vestrorum, sicut accepimus, bonæ Intelligentiæ & Confœderationes inter Regnicolas & Subditos hujus Regni nostri Angliæ, ex unâ Parte, vestrosque Majores & Prædecessores cæterosque Incolas Terræ Frisiæ antedictæ, ex alterâ Parte, habitæ & inviolabiliter observatæ fuissent Annis plurimis, ita quòd Homines utriusque Partis libero & amicabili Intercursu inter sese communiter conversabantur, donec, aliquot transactis Annis, per nonnullos Viros Seditiosos & bonæ Pacis Turbatores, libera Communicatio venerit in Rupturam, ita ut neutri Partium liceat, ut antiquitùs, liberè conversari & mutuò Mercandisam Excercere,

Volentes itaque jam Diebus nostris Veteres illas Confœderationes Intelligentiasque vobiscum quantum possumus Renovare, Convenimus, Contrahimus, & Concludimus bonam, sinceram, veram, & perpetuam Pacem atque Amicitiam, pro Nobis, Hæredibus, Successoribus, Vassallis, Subditis, Regnis, Terris, Patriis, & Dominiis nostris præsentibus & futuris, vobiscum, vestris & Hæredibus & Successoribus, Vassallis, Subditis, ad dictam Terram seu Partes Frisiæ qualitercúmque pertinentibus, Tenendam imperpetuum pariter & Observandam, secundùm Modum & Formam Capitulorum & Articulorum subsequentium, A. D. 1478.

INPRIMIS, Conventum & Concordatum est quòd, *a Primo Die Mensis Maii, proximò futuro post Datam Præsentium, usque in Sempiternum*, erit & observabitur inter Nos, omnesque & singulos Subditos & Vassallos Regni nostri Angliæ, Hæredes & Successores nostros Angliæ Reges futuros, ex una Parte, Nobilesque & Potentes Viros *Gretemannos*, *Consules*, *Proconsules*, *Judices*, necnon *Communitates*, *Societates*, *Homines*, & eorum veros Hæredes, *Partium Terræ Frisiæ* prædictarum (videlicet) *de Hostergo & Westergo*, singulosque Subditos & Vassallos ipsius Terræ & Partium Frisiæ, ex alterâ Parte, pro Sese, Hæredibus, & Successoribus hincinde, perpetuis

A. D. 1478. Edw. 4. perpetuis temporibus in futurum, vera, perpetua, & realis Pax, Amicitia, & Concordia, ita quòd Homines utrinsque Partis possint salvò & securè, per Terram, Mare, & Aquas dulces, Ire, Redire, liberè invicem Conversari & Mercari, absque eo quòd per Homines hujus Partis Dampnum aut Detrimentum fiat aut inferatur Hominibus alterius Partis, in Personis, Bonis, aut Rebus quibuscúmque, quavis arte aut occasione quovisve quæsito colore; salvis semper Regionum, Urbium, ac Locorum Legibus, Statutis, & Consuetudinibus, quibus nichilominus, quoad cætera, per Præmissa censebitur Derogatum.

Item, Conventum & Concordatum est quòd benè licebit Hominibus Regni cæterisque Subditis Coronæ Angliæ præsentibus & futuris, quotiens eis libuerit, ad Terram & Partes Frisiæ supradictas, Portus, Civitates, Villas, atque Opida ejusdem Terræ, cum eorum Navibus, Bonis, Rebus, Mercibus, Equis, Plaustris, Vehiculis, & aliis sibi Necessariis quibuscúmque, Applicare & Declinare, atque ab eadem Terra & Locis memoratis, cum eorum Navibus, Bonis, & Rebus supradictis, pro eorum beneplacito, Recedere & Abire quo duxerint Abeundum: A. D. 1478. Edw. 4.

Et, versâ vice, quòd benè licebit Hominibus Terræ & Partium Frisiæ memoratarum omnibus & singulis præsentibus & futuris, quotiens eis libuerit, ad Regnum Angliæ supradictum, Dominium Hiberniæ, Villam & Marchias Calesii, Portúsque, Civitates, Villas, atque Opida Regni & Dominii supradictorum, cum eorum Navibus, Bonis, Rebus, Mercibus, Equis, Plaustris, Vehiculis, & aliis sibi Necessariis quibuscúmque, Applicare & Declinare, atque ab eodem Regno & Locis memoratis, cum eorum Navibus, Bonis, & Rebus supradictis, pro eorum beneplacito, Recedere & Abire quo duxerint abeundum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* quinto Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Termino, pro Querelis, inter Angliæ & Franciæ Reges pendentibus, per Arbitros Decidendis, Prolongando.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ibid. m. 14. Rex universis, Literas præsentes inspecturis, Salutem.

Cùm inita Pacis Fœdera inter Principes, qui Christianorum Sanguinem sitire non deberent, observare Divinum quid, apud omnes Christianæ Religionis sanæ Mentis Viros, arbitratur;

Hinc est quòd Nos,

Consideratis Literis Patentibus *Lodowici* Illustrissimi *Franciæ Principis* Consanguinei nostri Carissimi, Datis in *Civitate Ambianensi, Die Vicesimâ nonâ Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto,*

Quarum Tenor, in substantialibus Clausulis, quoad Propositum attinet, sequitur in hac forma,

Inprimis, Consentimus, Volumus, Convenimus, & Appunctuamus quòd omnes Lites, Quæstiones, Querelæ, & Demandæ, pendentes inpræsentiarum Indiscussæ inter *Nos* & Consanguineum nostrum *Regem Angliæ*, in Reverendissimum Patrem *Karolum Archiepiscopum Lugdunensem* & Galliarum Primatem, & Consanguineum nostrum *Johannem Cometem de Dunesio*, per Nos & ex parte nostra, & in Reverendissimum Patrem *Thomam Archiepiscopum Cantuariensem* Cardinalem, & Illustrissimum Principem *Georgium Ducem Clarenciæ*, per dictum Regem Angliæ Consanguineum nostrum & ex parte sua, Arbitros seu amicabiles Compositores in hac parte nominatos & electos, Supponantur & Compromittantur, A. D. 1478.

Sic quòd, si contingat aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum decedere, aut diversâ Valitudine laborare quominus dictarum Litium Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, alius seu alii in ejus eorúmve Locum, per Nos si de nostris, aut per dictum Consanguineum suum si de suis sint, deputentur & subrogentur,

Dantes & Concedentes eisdem Arbitris Potestatem & Auctoritatem ipsas Lites & Quæstiones, *a Data Præsentium, usque ad Tres Annos proximò futuros inclusivè*, Componendi, Decidendi, & Terminandi,

Et quia temporis præfixi Terminus adeò instat, ut citra ejusdem Temporis Lapsum

A. D. 1478. Edv. 4. Lapsum difficile erit finaliter prædictas Lites Decidere & Terminare, tùm quia fortè eorum Arbitrorum aliquis vel aliqui præpeditus vel præpediti sint Morte, Senectute, aut adversâ Valitudine, quavisve aliâ rationabili Causâ, quominus dictarum Litium Examinationi vacare valeat vel valeant,

Ac de Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Johannis Howard* Militis Domini Howard, *Richardi Tunstall* Militis, & Magistri *Thomæ Langton* Decretorum Doctoris, plurimùm confisi,

Eosdem, *Johannem Dominum Howard*, *Richardum Tunstall*, & Magistrum *Thomam Langton*, Procuratores, Legatos, & Deputatos nostros speciales Constituimus, Ordinamus, & per Præsentes Deputamus,

Dantes eisdem Procuratoribus, Legatis, & Deputatis nostris plenam Auctoritatem & Potestatem prædictum Trium Annorum Terminum Prorogandi,

Novúmque Terminum, ad tanta tempora, pro hujusmodi Litibus Terminandis, Statuendi & Præfigendi, prout eis melius videbitur expedire,

Necnon Arbitrum vel Arbitros, amicabilem Compositorem vel Compositores, novum vel novos, in Loco alicujus aliquorúmve prædictorum Deputandi, Subrogandi, & Constituendi,

Eo tamen Moderamine semper adhibito, quòd, si contingat eorum aliquem vel aliquos ex Humanis decedere, aut adversâ Valitudine laborare, aliâve rationabili Causâ impediri, quo minus dictarum Litium Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, alium seu alios in ejus eorúmve Locum Nominare, Deputare, Subrogaréque valeamus,

Eisdemque Arbitris, sic per eos, aut A. D. 1478. Edv. 4. Nos & dictum Consanguineum nostrum nominatis, deputatis, subrogatisve, Mandatum, Potestatem, & Auctoritatem plenariam, pro Nobis & Nomine nostro, Concedendi, Tribuendi, & Conferendi ad Decidendum & Terminandum dictas Lites & Quæstiones, inter *Nos & dictum Consanguineum nostrum* sic pendentes, nondum Sopitas & Discussas,

Damus autem & Concedimus præfatis Legatis, Deputatis, & Procuratoribus nostris plenariam Potestatem Nos & Personam nostram sub Pœna *Trium Milium Milium Scutorum* firmiter Obligandi, ad Standum, Obtemporandum, & Obediendum Laudo & Arbitrio dictorum Arbitrorum, per eos, ut præmittitur, aut Nos & dictum Consanguineum nostrum nominandorum, deputandorum & subrogandorum,

Aliaque Pacis Media honesta, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum Continuandæ & Firmandæ, Nobis & Subditis nostris Utilia, Tractandi & Componendi, novamq; *Dietam* Statuendi,

Cæteráque omnia & singula, in hac parte necessaria seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Excercendi, & Exequendi, etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid quod per dictos Procuratores, Legatos, & Deputatos nostros Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Rege Scotorum, cum Mille Personis in Comitiva sua.

R. E.

MEMORANDUM *quòd decimo tertio die Martii*, *Anno Regni Regis* Edwardi Quarti *decimo octavo*, *ista Billa liberata fuit* Domino Cancellario Angliæ *apud Westmonasterium Exequenda.*

A. D. 1478. *An.* 18. *E.* 4. *Infra Tur. Ex Autogr.* REX, universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Cùm inter Christianæ Religionis Principes, saltem Majores, nil Amicitiæ observantiâ præstantius, amabilius, copulariúsque sit, quâ eorum Jura tutantur & conservantur, suisque Ditionibus Subditi locupletiores efficiuntur, & Inmanissimi Barbari Thurcique Christi inimicissimi expugnantur,

Nec equidem Epistolis vel Internuntiis ipsa Amicitia ita copulata efficitur, sicuti cum Principibus eoram celebratur & Celebrata firmatur, A. D. 1478.

Et quia Potentissimus *Scotorum Princeps* Confrater & Consanguineus noster carissimus, cum quo & Affinitate & Amicitiæ Fœdere connexi fuerimus, Ambianis Peregrinatum ire, Sancti Johannis Reliquias visurus, propedièm duxerit,

P Sciat's

A. D. 1478. Fit. 4. Sciatis quòd Nos,

Cui nil optatius quàm ipsum Confratrem nostrum hoc in Regno visere, eique pro viribus Morem gerere, corámque loqui, & pro utriusque nostrûm nostrorúmq; Regnorum Subditorum Commodo ut maturiùs tractare valeamus,

Ex mero Motu & certâ Scientiâ nostris suscepimus in salvum Commeatum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, eundem Illustrissimum Principem Confratrem & Consanguineum nostrum *Jacobum*, Divinâ etiam gratiâ, *Scotorum Regem*, cum Mille Viris sive Servientibus vel infrâ in ejus Obsequio, Familiâ, Comitivave, Armatis vel non Armatis, cujuscúmque Gradûs, Ordinis, Nationis, aut Conditionis existant, in Regnum nostrum Angliæ, per Terram, Mare, vel Aquas dulces & recentes, equestrè vel pedestrè, cum Equis, Hernesiis, Bogeis, Jocalibus, Moneta, Auro, Argento monetato sive non monetato, Literis & Scripturis clausis & apertis, aliis Rebus & Bonis suis quibuscúmque, salvò & securè Veniendo, ibidem Morando, Perhendinando, Peregrinando, & Conversando, ac totiens quotiens ei visum fuerit expedire, equestrè vel pedestrè, per Terram, Mare, vel Aquas, durante præsenti salvo Conductu nostro, Repatriando, Revertendo, & Redeundo, per quoscúmque Portus nostræ Ditionis, absque impedimento vel arestamento propter quæcúmque Debita, Offensas, Treugarum Infractiones, Obsidia, Finantias, Quæstiones, & Querelas quascúmque, ante Datam Præsentium quibuscúmque Personis quavis ratione spectantia, & Literis etiam Marquæ & Contramarquæ, Reprisaliarum, Debiti, Compoti, vel Conventionis, ac aliis Motivis non obstantibus quibuscúmque:

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsum Confratrem & Consanguineum nostrum, cum Viris seu Servientibus suis prædictis, in Regnum nostrum prædictum, in forma prædicta, cum Equis, Hernesiis, Bogeis, Jocalibus, Moneta, Auro Argento monetato sive non monetato, Literis, Scripturis, Bonis, & Rebus suis quibuscúmque prædictis, salvò & securè Veniendo, ibidem Morando, Perhendinando, Peregrinando, & Conversando, ac totiens quotiens eis visum fuerit expedire, equestrè vel pedestrè, per Terram, Mare, vel Aquas, durante præsenti Salvo Conductu nostro, in formâ prædictâ, Repatriando, Revertendo, & Redeundo, cum eâ quâ decet Reverentiâ recipiatis, manuteneatis, protegatis, & defendatis, A. D. 1478. Edw. 4.

Non inferentes ei aut ejus alicui Servientum, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid ei seu ejus alicui Servientum Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id ei & ejus cuilibet Servientum sine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis;

Concedimus insuper, & Volumus, licet per aliquem aliquosve quoscúmque dictorum Virorum sive Servientum ejusdem Confratris nostri, ad hujus nostri Salvi Conductûs Forisfacturam, aliquid Actum, Gestum, sive perpetratum fuit, quòd iste Salvus Conductus nostri quoad eundem Consanguineum nostrum & cæteros prædictos Viros sive ejus Servientes non eo minus in suo robore maneat & effectu.

In cujus &c. per Duos Annos duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Martii.

De Restitutione Temporalium pro Episcopo Cicestrensi.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 28.

REX, Escaetori suo in Comitatibus Surriæ & Suffexiæ, Salutem.

Cùm, *Dominus Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Cicestrensi, per Mortem, bonæ memoriæ, *Johannis Arundell*, nuper Episcopi Loci illius, Venerabilem Patrem *Edwardum*, nuper *Karliolensem Episcopum*, a Vinculo, quo dictæ Ecclesiæ Karliolensi tenebatur, absolverit, & ipsum ad dictam Ecclesiam Cicestrensem Transtulerit, ipsumque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Summi Pontificis, Nobis indè directas, Nobis constat, A. D. 1478.

Nos,

Pro eo quòd idem *Edwardus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus

A. D. 1478. Edv. 4.

Cepimus Fidelitatem ipsius *Edwardi*, & Temporalia dicti Episcopatûs Cicestrensis Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Edwardo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Midd.

Dilecto Regis Humfrido Hayford *Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori Regis in eadem Civitate.*

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Acquietantia pro Parte Annui Census.

R. E.

MEMORANDUM *quòd Tricesimo primo die Martii, Anno Regni Regis* Edwardi Quarti *decimo octavo, ista Billa liberata fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequenda.*

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr. Infra Tur.

REX Universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per Manus *Willielmi Restout*, *Decem Milia Coronarum Auri*, Parcellam *Viginti & quinque Milium Coronarum Auri* in Festo Paschæ ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Milium Coronarum Auri* annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superinde confectis pleniùs continetur;

De quibus quidem *Decem Milibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo primo Die Martii.

Dispensatio ad Incompatibilia.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr.

SIxtus *Episcopus*, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio *Johanni Lowe*, Rectori Parrochialis Ecclesiæ de Esthildisley Sareshiriensis Diœcesis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Vitæ ac Morum honestas aliaque laudabilia Probitatis & Virtutum Merita, super quibus apud Nos fidedigno commendaris Testimonio, Nos inducunt ut Te specialibus Favoribus & Gratiis prosequamur,

Hinc est quòd Nos,

Qui dudùm, inter cætera, Voluimus & Ordinavimus quòd, per quancúnque Signaturam, deinceps faciendam, nulli (cujuscúnque Dignitatis, Status, Gradûs, vel Conditionis foret, certis tunc expressis Personis duntaxat exceptis) daretur Dispensatio quòd Duas Parrochiales Ecclesias aut Dignitates, Majores post Pontificales in Cathedralibus, seu Principales in Collegiatis Ecclesiis, vel unam cum reliqua earum insimul, Retinere valeret, nisi ipsæ Parrochiales Ecclesiæ adeò contiguæ & invicem propinquæ forent quòd eis per Unum commodè deserviri posset, illarúmque Fructus, Redditus, & Proventus ultra *Viginti Quatuor Florenos Auri* de Camera, secundùm communem Æstimationem, *non valerent annuatim*,

Et, si per Præoccupationem vel aliàs Litteræ super tali Dispensatione confectæ repperirentur, illæ nullius existerent Roboris vel Momenti,

Volentes Te,

Qui, ut asseris, Parochialem Ecclesiam de Esthildisley Sarisbiriensis Diœcesis inter cætera obtines,

Præmissorum Meritorum tuorum intuitu, Favore prosequi gratioso,

Teque a quibuscúnque Excommunicationis Suspensionis & Interdicti ac aliis Ecclesiasticis Sententiis Censuris & Pœnis, a Jure vel ab Homine quavis occasione vel causâ latis, quibus forsan quomo-

A. D. 1478. Edw. 4. quomodolibet Innodatus existis, ad effectum Præsentium duntaxat consequendum, harum seriè Absolventes & Absolutum forè censentes, necnon omnia alia & singula Beneficia Ecclesiastica sine Cura quæ obtines, ac cum Cura & sine Cura quæ expectas, necnon in quibus & ad quæ Jus tibi quomodolibet competit quæcunque, quotcunque & qualiacunque sint,

Eorum ac dictæ Ecclesiæ de Esthildisley Fructuum, Redditnum, & Proventuum veros Valores annuos præsentibus pro expressis habentes,

Tuis in hac parte Supplicationibus inclinati, tecum, ut, unà cum dictâ Ecclesiâ de Esthildisley, quodcunque aliud, seu, illâ per Te Dimissâ, quæcunque Duo alia Curata seu aliàs invicem Incompatibilia Beneficia Ecclesiastica, etiam si Parrochiales Ecclesiæ, vel earum Perpetuæ Vicariæ, seu Cantariæ aue Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis, & Dignitates ipsæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales Majores, seu Collegiatis Ecclesiis hujusmodi Principales, aut tales mixti fuerint, & ad illas ac Personatus Administrationes vel Officia hujusmodi consueverint qui per Electionem assumi, eisque Cura immineat Animarum, si Tibi aliàs canonicè conferantur aut eligaris, præsenteris, vel assumaris ad illa & instituaris in eis, recipere & quoad vixeris insimul retinere, illaque simul vel successivè simpliciter vel ex Causa Permutationis, quotiens tibi placuerit, dimittere, & loco Dimissi vel Dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia Beneficium seu Beneficia, Ecclesiasticum vel Ecclesiastica, duo duntaxat invicem Incompatibilia, similiter recipere, & quoad vixeris, ut præfertur, retinere liberè & licitè valeas, A. D. 1478. Edw. 4.

Voluntate priori & Ordinatione præmissis, necnon Generalis Concilii aliisque Apostolicis, ac bonæ memoriæ *Ottonis* & *Ottoboni*, olim in Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum, ac in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis, Generalibus vel Specialibus, Constitutionibus & Ordinationibus Statutis, quoque & Consuetudinibus Ecclesiarum, in quibus Incompatibilia Beneficia hujusmodi forsan fuerint, Juramento, Confirmatione Apostolicâ vel quavis Firmitate aliâ Roboratis, cæterisque Contrariis nequaquam obstantibus,

Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, de speciali Gratiâ Dispensamus;

Proviso quòd Ecclesia de Esthildisley & alia Incompatibilia Beneficia hujusmodi debitis propterea non fraudentur Obsequiis, & Animarum Cura in Ecclesia de Esthildisley, & si qua immineat aliis Incompatibilibus Beneficiis prædictis, nullatenus negligatur.

Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc Paginam nostræ Absolutionis, Dispensationis, & Voluntatis infringere &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, Pridie Non. Aprilis, Pontificatûs nostri Anno Septimo.

Ap. L.

M. Millinus.

Sub Filis sericis flavi rubeique Coloris.

De Restitutione Temporalium Karliolen.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 1. m. 5. Rex Escaetori suo in Comitatu Cumbriæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Karliolensi, Personam Dilecti & Fidelis nostri *Richardi*, ejusdem *Ecclesiæ Electi*, in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, A. D. 1478.

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout ut moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Aprilis.

A.D. 1478. Edw. 4. Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori suo in Com. Lincoln.

Escaetori suo in Com. Midd.
Escaetori suo in Com. Derb.
Escaetori suo in Com. Westmerl.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Literis, Conventionum cum Rege Daciæ Confirmatoriis, tradendis & recipiendis.

A.D. 1478. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 1. REX universis & singulis, ad quorum notitiam præsentes Literæ pervenerint, Salutem, Gaudium, & Pacem.

Quamquam aliàs, per nostros atque Serenissimi Principis Domini *Cristierni Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ, &c. Regis* Ambassiatores & Nuncios, tunc in Opido Hamburgensi, Bremensis Diocesis, ad hoc congregatos, inter Nos præfatúmque *Daciæ &c. Regem* Regnorúmq; nostrorum hincinde Incolas & Subditos concepta, inita, & celebrata, atque ex post apptobata & confirmata Pacis, Concordiæ, & Amicitiæ Liga seu Confœderatio, temporum successu Perversorum, quorum totus conatus ad Turbandum Pacem anelat, sinistris Actubus violata interruptáque sit,

Nos tamen atque præfatus *Rex Daciæ*,

Ad quos pervigili solicitudinis oculo Regnorum atque Subditorum nostrorum Profectum atque Salutem contueri pertinet,

Considerantes quòd, sicut Discordiâ Res magnæ periere, atque Concordiâ Res parvæ crescere consueverint, sic ex Pacis interruptione prædictorum Regnorum nostrorum hincinde Incolis & Subditis nullus fructus Salutis, set undecúmque Dampnum & Detrimentum subortum est,

Perversorum itaque Conatibus hujusmodi obviare, Pacisque Reparationi summo studio intendere decrevimus,

Et post, eo prætextu, de novo inter Nos habita Scripta Ambaxiata atque Tractatus, tandem, septiformis Muneræ ab alto gratiosè superinfuso, *Nos* atque præfatus *Rex Daciæ* ad has resolidatæ devenimus Concordiæ Metas & Puncta articulatim subinserta,

PRIMO, itaque consitemur quòd inter Nos & dictum *Daciæ Regem* Conventum atque Conclusum est, quòd, non obstantibus quibuscúmque Sinistris Actibus, quibus contra Confœderationem prædictam quomodolibet actum illaque violata esse poterit, Volumus tamen *Nos* atque *Rex Daciæ* præfatus, incipiendo ad Decimum Diem Mensis Junii proximò futurum, & ad Biennium ab illo Die proximò futurum inclusivè continuando, Ligam & Confœderationem prædictas, prout illa aliàs inter Nos concepta, celebrata, atque sigillata est, in omnibus suis Punctis & Articulis firmiter & inconcussè ac si nunquam interrupta fuisset observare, neque eidem aliquatenus quacúmque Ratione vel Causâ in toto vel in parte contravenire.

A.D. 1478. SECUNDO, Determinatum atque Conventum est, quòd omnes & singulæ Actiones, per tempus interruptæ Confœderationis prædictæ, inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* & nostrorum & illius Regnorum Incolas exortæ, atque Subditis nostris suisque quomodolibet vicissim, alteri (videlicet) contra alterum, competentes, in Amicitia integra remanebunt suspensæ usque ad DIETAM infrascriptam sub Biennio prædicto celebrandam; nec, ante Finem ejusdem, aliquis Subditorum nostrorum vel dicti *Daciæ Regis*, conjunctim aut divisim, per Se vel per alios, via Juris vel Facti, contra Se invicem quomodolibet, ex Causis prædictis, attemptabunt.

TERTIO, Conclusum est quòd, Biennio hujusmodi currente, quamprimùm oportunitas permiserit, aliqua competentia Loca & Tempora, pro DIETA inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* celebrandâ, deputentur, ubi tunc Ambassiatores utriúsque Partis omnia & singula, post & contra Confœderationem prædictam quomodolibet acta, Audiant, Examinent, Judicent, Reforment, atque Differentias & Causas prædictas in Amicitia aut Jure Terminent ac perpetuo silentio Finiant, Confœderationemque prædictam Renovent, Resolident, & in pristinos Punctos Reducant atque Continuant, prout Rationi consonum atque ipsis visum fuerit expedire.

QUARTO, Diffinitum est, quòd, infra Biennium antedictum, Mercatores Incolæque *Nostrorum* & dicti *Daciæ Regis* Regnorum prænominatorum, & quilibet ipsorum, pro libito suæ voluntatis,

Q

A. D. 1478. Edw. 4. tatis, securè & liberè, quotiens placuerit, Regna præfata hincinde, de Dacia (videlicet) Suecia & Norwegia ad Angliam, atque de Anglia ad Daciam, Sueciam, & Norwegiam, poterint, cum Rebus & Mercibus suis, tàm per Mare quàm per Terram, visitare in omnibus & per omnia, juxta prædictæ olim conceptæ, celebratæ, & sigillatæ Confœderationis vim, formam, & tenorem, sub libero atque securo salvo Conductu; quem Nos *Edwardus Rex* præfatus dicti *Regis Dac.* Incolis & Subditis, & idem *Daciæ Rex nostris* Incolis & Subditis, totiens quotiens requisiti seu requisitus fuerimus seu fuerit, dabimus & dabit; prout & Nos *Edwardus Rex* prælibatus hujusmodi securum & salvum Conductum exnunc *Regis Daciæ* Subditis, melioribus modis & formâ quibus ipsis validiùs & efficaciùs dare poterimus, per totum Biennium prædictum, validè atque plenariè vigore hujusmodi nostrarum Literarum concedimus & Impertimur; hoc specialiter excepto quòd Incolæ Regni nostri Angliæ prædicti, sine speciali Licentia atque salvo Conductu a dicto Serenissimo Principe *Cristierno Rege Daciæ* sæpefato specialiter optinendo, per hujusmodi Biennium, Terram Islandiam nullateuus visitabunt aut inibi suas Mercansias excercebunt.

A. D. 1478. Edw. 4. Quos quidem Articulos & Puncta, causâ Confœderationis, inter Nos & præfatum *Daciæ Regem*, pro nostrorum atque illius Regnorum eorumdémque Incolarum Salute, Renovandæ, Reintegrandæ, Resolidandæ, atque Reconti-nuandæ, Nos *Edwardus*, in vim hujusmodi nostrarum Literarum, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, Gratos & Ratos habere volumus, sub Fide Regalis nostræ Magestatis omnia & singula, in hujusmodi nostris Literis contenta, firma & inconcussa, quantum ad Nos spectat & pertinet, inviolabiliter observare, nec contravenire eisdem per Nos neque per alium seu per alios, quovis quæsito colore vel ingenio, de Jure vel de Facto.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Robur atque Fidem has Literas Patentes fieri fecimus, ut in Manu ipsius *Regis Daciæ* remaneant; aliis, similibus & paris per omnia effectûs, ex Parte suâ Nobis & in Manum nostram pariformiter consignatis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Edmundo Archiepiscopo Armachanensi.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 1. m. 12. REX &c. quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus, & Personis Ecclesiasticis quibuscumque, Locumtenenti nostro infra Terram nostram Hiberniæ, vel ejus Deputato ibidem, Comitibusque, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Legeis, & Subditis nostris quibuscumque, infra Terram nostram prædictam, tàm infra Libertates quàm extra, ubilibet constitutis, Salutem.

Cùm nuper, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, per Literas nostras Patentes, Dederimus & Concesserimus, Reverendo in Christo Patri, *Edmundo*, dicto sive nominato *Archiepiscopo Armachanensi*, Custodiam omnium Temporalium Archiepiscopatûs Armachanensis in Terrâ nostrâ prædictâ, cum omnibus suis Pertinentiis, Habendam & Possidendam Custodiam illam quamdiu Temporalia illa in Manibus nostris remanere contigerint, absque aliquo Compoto seu Ratiocinio indè Nobis reddendo seu solvendo,

A. D. 1478. Nos, *præfatum Venerabilem Patrem* Concessione nostrâ prædictâ ac intentione nostrâ in hac parte, juxta vim, formam, & effectum earumdem, plenariè uti & gaudere volentes, vobis & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinet & pertinere poterit, districtiùs quo possumus Injungimus, Mandamus, & Præcipimus, quòd præfatum Venerabilem Patrem Custodiam prædictam Habere, Occupare, & Tenere permittatis, juxta Tenorem Literarum nostrarum prædictarum, ipsum, contra Tenorem earumdem, non Molestantes in aliquo sive Gravantes,

Et, si quis, Ausu temerario, super se assumere præsumat *ipsum Venerabilem Patrem*, in Custodia prædictâ, aut in Temporalibus, aut in Rebus quibuscumque Temporalibus illis pertinentibus, inquietare & perturbare, quominus ipse Custodiam Temporalia & Res illa per Se & Servientes suos Habere, Occupare, & ad libitum suum Disponere valeat, juxta vim, formam, & effectum Concessionis & Donationis nostrarum præ-

A. D. 1478. prædictarum, ipsum Venerabilem Patrem & ejus Servientes contra ipsum sic præsumentem Manuteneatis & Defendatis, & eidem Præsumenti Resistetis, nec aliquem ad Archiepiscopatum prædictum, præter *dictum Venerabilem Patrem*, absque expresso Consensu nostro, per Literas Patentes vobis in hac parte declarando & notificando, admittatis nec admitti permittatis. A. D. 1478.

Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Protectione pro Galeasia Regis de Neapole.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ibid. m. 24.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Propter certas Nos moventes Causas ex ratione Regiæ nostræ Prærogativæ, Securitati Dilecti Nobis *Agnelli de Pericho*, Capitanei & Patroni unius Galeasiæ de Neapole, modo existentis in Portu Villæ nostræ Southamptoniæ, & pertinentis præcarissimo Consanguineo nostro *Regi de Neapole*, prospicientes,

De Gratiâ nostrâ speciali & ex mero Motu nostro,

Nè illi aliqua Violentia, Arestum, Districtio, sive Imprisonamentum, vel aliquod aliud Detrimentum,

Occasione alicujus Debiti, Transgressionis, Conspirationis, vel alicujus alterius Actionis, Placiti realis sive personalis, seu Condempnationis *ipsius Agnelli*, occasione Præmissorum, seu alicujus vel cujuscumque alterius Rei sive Actionis, versus *præfatum Agnellum* seu versus Galeasiam suam prædictam, ad Sectam seu Sectas alicus Personæ seu Marinarii aut aliquarum Personarum vel Marinariorum dictæ Galeasiæ, ante hæc tempora habitarum sive motarum, seu imposterùm, durantibus præsentibus Protectione & salvâ Gardiâ nostris, habendarum seu movendarum,

Inferatur,

Pro Indempnitate *ipsius Agnelli* prospicere volentes ut tenemur,

Suscepimus *ipsum Agnellum*, & Deputatos suos, ac Galeasiam prædictam, unà cum omnibus indè Apparatubus quibuscúmque, necnon omnia Bona & Catalla *dicti Agnelli* mobilia & immobilia, in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem, & salvam Gardiam nostras speciales,

Nolentes quòd *ipse Agnellus*, ad Prosecutionem Marinariorum prædictorum, aut alicujus eorum, occasione Debiti, Transgressionis, Conspirationis, Actionis, Placiti, Contractûs, realis vel personalis, seu Condempnationis *ipsius Agnelli*; aut aliquarum Contentiarum vel Querelarum per *ipsum Agnellum* prædictis Marinariis aut eorum alicui debitarum, durantibus præsentibus Protectione & Salva Gardia nostris prædictis, per Justiciarios nostros, Vicecomites, Majores, Locumtenentes, Ballivos, Senescallos, Constabularios, Castellanos, Præpositos, Officiarios, seu alios Ministros nostros, & quoscúmque nostros Subditos, vel aliquem eorumdem, tam infra Regnum nostrum Angliæ quàm alia Dominia nostra ubicúmque constitutos, & eorum singulos Locumtenentes arrestetur, inquietetur, vexetur, perturbetur, seu in Prisona detineatur, aut per Galeasiam prædictam seu per Bona & Catalla sua distringatur, aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium factis, non obstantibus; A. D. 1478.

Damus etiam universis & singulis Justiciariis nostris, Vicecomitibus, Majoribus, Locumtenentibus, Ballivis, Senescallis, Constabulariis, Castellanis, Præpositis, Officiariis, & omnibus aliis Ministris & Subditis nostris prædictis, tàm infra Regnum nostrum Angliæ quàm alia Dominia nostra ubicúmque constitutis, & eorum singulis Locumtenentibus tàm infra Libertates quàm extra, ad quos Præsentes pervenerint, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd *ipsum Agnellum*, & Deputatos suos prædictos, ac Galeasiam prædictam, cum omnibus indè Apparatubus, ab omni Actione, durantibus præsentibus Protectione & salva Gardia nostris, sine Impedimento, Aresto, Vexatione, vel Perturbatione, salvò & securè ire, permanere, accedere, & recedere permittant.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, per totum tempus præsentis Viagii dicti *Agnelli* duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tertio Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

A. D. 1478. Edv. 4. A. D. 1478. Edv. 4.

Pro Archiepiscopo Eborum Relaxatio.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Claus. 18. E. 4. m. 21. d.

NOverint universi, per Præsentes, *Nos, Willielmum*, Dei gratiâ, *Dunelmensem Episcopum Remisisse, Relaxâsse*, & omninò, pro Nobis, Successoribus, & Executoribus nostris, *QuietumClamâsse*, Reverendissimo in Christo Patri, *Laurentio, Eborum Archiepiscopo*, Angliæ Primati, & Apostolicæ Sedis Legato, omnimodas Actiones tàm Reales quàm Personales ac Demandas, quas versus eundem *Laurentium Eborum Archiepiscopum*, nuper *Dunelmensem Episcopum*, habuimus, habemus, seu quovismodo in futurum a Principio Mundi usque in Diem confectionis Præsentium habere poterimus, ratione non Reparationis, Emendationis, Vasti, & Delapidationis Ecclesiæ Cathedralis Dunelmensis, ac omnium & singulorum & quorumcúmque Castrorum & Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, Domorum, Ædificiorum, Clausurarum, ac aliorum Locorum, necnon omnium & singulorum, ac quorumcúmque Implementorum prædicto Episcopatui pertinentium sive spectantium, per prædictum *Laurentium Archiepiscopum Eborum*, nuper *Episcopum Dunelmensem*, aut ipsius Dolo, Negligentiâ, seu Desidiâ Dimissorum, Contingentium, seu Substractorum, ac ad quorum Reparationem, Emendationem, & Constructionem præfatus *Laurentius Archiepiscopus Eborum*, nuper *Episcopus Dunelmensis*, teuebatur seu quomodolibet artari potuit vel astringi, A. D. 1478.

Ita quòd nec Nos prædictus *Willielmus Dunelmensis Episcopus*, nec Executores aut Successores nostri, aliquam Actionem versus præfatum *Laurentium Archiepiscopum Eborum*, nuper *Episcopum Dunolmensem*, seu Executores suos, seu eorum aliquem, occasione Præmissorum, de cætero exigere, movere, vel vendicare poterimus, seu poterit in futurum; sed per hoc Factum nostrum simus exclusi imperpetuùm & Præcludamur.

In cujus Rei Testimonium Præsentibus Sigillum nostrum apposuimus.

Dat. Quartodecimo Die Mensis Maii, Anno Regni Regis Edwardi Quarti Decimo octavo.

Et MEMORANDUM, *quòd prædictus* Willielmus Episcopus Dunelmensis *venit in Cancellariam Regis, Tertiodecimo Die Junii, Anno præsenti, & Recognovit Scriptum prædictum & omnia contenta in eodem in forma prædicta.*

Certificatio quod Civitas Colburgens ejusque Cives seperaverunt se ab aliis Civitatibus Hansiaticis, & ideo ab omnibus Privilegiis in Anglia sunt excludendi.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr.

SErenissimo Potentissimoque Principi *& Domino Domino Edwardo Angliæ & Franciæ Regi Hiberniaq; Domino, &c.* Domino Gratiosissimo, necnon aliis (quorumcúmque Statûs, Dignitatis, Præeminentiæ, Gradûs, Nominis, aut Conditionis extiterint) quibus expedit, universis, *Nos, Proconsules totius Consulatûs & Communitatis Imperialis Civitatis Lubicensis, caterarumq; Civitatum, Burgorum, Communium, Villarum, & Locorum totius Hansæ Theutonicæ* Oratores & Nuncii, in ipsa Civitate Lubicensi specialiter constituti, Hansam prædictam Repræsentantes, post humilimas nostrorum Obsequiorum exhibitiones, Tenore Præsentium Literarum, *Notum fore* cupimus quòd,

Cùm inter, ab unâ, Præcellentissimi Domini Regis supradicti, ac nostros, ab aliâ Partibus, Venerabiles & Egregios Viros, Dominos Oratores, Commissarios, atque Procuratores (Mandatis hincinde Partium ac Potestate plenè suffultos) earum Vice & Nominibus, certis Modis, Viis, & Formis, Causâ & Occasione Pacis & Treugarum, inter se alterutrum & earum Subditos, dudùm (videlicet) Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quarto, in Trajectensi Civitate appunctuâsse, convenisse, concordâsse, & conclusisse constiterit evidenter, prout in nonnullis dictorum Dominorum Oratorum, Commissariorum, & Procuratorum desuper expeditis, & aliis propterea Partium supradictorum Acceptationis, Approbationis, & Confirmationis indè emanatis Litteris, pleniùs expressum habetur, inter alia quendam Articulum A. D. 1478.

in

A. D. 1478. lo se cootinentibus Tenoris hujus subsequentis,
Edw. 4.

ITEM, *Appunctuatum, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, si quae Civitatum, Communitatum, aut Personarum quarumcumque Confaederationis Hansae Theutonicae, per aliarum Civitatum & Communitatum ejusdem Hansae Oratores, ex Causis eos moventibus, a caeteris Civitatibus & Locis Hansam facientibus Seperata aut Dimembrata existat, aut futuris ullis temporibus Seperetur aut Dimembretur, aut quae earumdem suâ sponte seipsam Seperet & Dimembret, Dominus* Rex Angliae, *ad Certificationem & Requisitionem Oratorum earumdem Civitatum & Communitatum Hansae hujusmodi, statim, sine ulteriori Causae cognitione, totiens quotiens ipsam fieri contigerit, reputabit Civitates, Communitates, aut Personas, sic sibi Certificatas, tamquam Alienigenas & Forenses, nulloque Privilegio munitas quoad Regnum suum Angliae, nec illis nova, majora, aut similia Hansae Previlegiis dabit, aut talibus in Regno Angliae gaudere permittet, danec per Litteras Oratorum Hansae, de Civitatum, Communitatum, aut Personarum hujusmodi Reuniane & Reconsiliatione Certioratus fuerit,*

Et jam Nobis innotuerit providos ac circumspectos Viros *Proconsules & Consules Communitatis & Civitatis Calbergensis*, Camniensis Dioecesis, pro se & eorum Concivibus universis, ipsorum Vice & Nominibus, a Nobis & caeteris Civitatibus atque Locis Hansam facientibus, se, in supradictarum Pacis & Treugarum Materia, suâ sponte Seperâsse & Dimembrâsse,

A. D. 1478. Edw. 4.

Ea propter de hoc, vos omnes certam & indubitatam Notitiam habere desiderantes, vobis Serenissimo Domino Regi, ac cunctis aliis supradictis, id ipsum Notificandum, Intimandum, & Insinuandum curavimus, illisque praesentibus Notificamus, Intimamus, & Insinuamus.

In cujus Fidem & Testimonium Praemissorúmque omnium praesentes Literas Sigillo Civitatis Lubicensis eisdem appeodente roborari fecimus, expressis ad hoc Voluntate & Consensu supradictorum Proconsulum & Consulum ejusdem Lubicensis Civitatis accedentibus; quod Nos iidem Proconsules & Consules antefati publicè attestamur.

Datas iu *eadem Civitate* Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, Primâ Die Meosis Junii.

Prorogationis Termini, pro Litibus per Arbitros finiendis, Ratificatio.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 12.

REX oniversis, praesentes Literas inspecturis, Salutem.

Natum facimus quòd, Cùm *Johannes Howard* Miles Dominus de Howard, *Richardus Tunstall* Miles, & *Thomas Langton* Decretorum Doctor,

Nostri Procuratores, Legati, & ad Iofrascripta Deputati, nostris Auctoritate & Nomine, cum Illustrissimo ac Sereoissimo Rege *Ludovico Franciae* nostro Consanguineo carissimo, apud Hisdinium, Mense Aprilis ultimò praeterito, Convenientes & Concordantes,

Compromissi, inter Nos nostrúmque Coosanguineum praedictum, de nostris Controversiis, *Nonâ & vicesimâ Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesima, Septuagesima quinto*, prope Civitatem Ambianensem confecti, Diem protulerint, nonnullosque Arbitros, de & super eisdem Controversiis processuros & Fioem per Dei Gratiam imposituros, oominaverint,

Prò feliciore hujus Compromissi Expeditione, quae in eorum Literis Hisdinii Datis, Septimâ Die Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, pleniùs continentur,

A. D. 1478.

Quarum quidem Literarum Teoor sequitur & est talis,

Universis & singulis, ad quorum Notitiam praesentes Literae pervenerint, *Johannes Howard* Miles Dominus de Howard, *Richardus Tunstall* Miles, & *Thomas Langton* Decretorum Doctor, Illustrissimi Priocipis Metuendissimi Domioi nostri Supremi *Edwardi* Quarti, Dei gratiâ, *Angliae & Franciae Regis, & Domini Hiberniae* Procuratores, Legati, & ad Iofrascripta Deputati, Salutem.

Sciatis quod,

Cùm Serenissimus ac Potentissimus *Rex noster*, Vicesimâ nonâ Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringeotesimo, Septuagesimo quinto, ac Illustrissimus Prioceps *Ludovicus Franciae*,

A. D. 1478. Edw. 4. *Franciæ*, Regis nostri Illustrissimi Consanguineus ac Frater Carissimus, tunc prope Civitatem Ambianensem existentes, zelo Christianæ Religionis accensi, & eâ quæ Catholicos Principes decet moti Clementiâ, ut Christianorum Sanguinis effusioni parceretur, Bellis, Querelis, & Dissidiis, quæ inter eos eorumque Prædecessores ex multis ante hac temporibus extiterunt, Finem ponere cupientes, & Pacem, quod speciale Dei Donum est, summo studio amplecti, eamque suis Terris, Dominiis, & Subditis, quantum in eis est, elargiri voluerint, Convenerint, Consenserint, & Appunctuaverint quòd omnes Lites, Quæstiones, Querelæ, & Demandæ, pendentes Indiscussæ inter eos, in Reverendissimum in Christo Patrem *Thomam Cantuariensem Archiepiscopum* Cardinalem nostri Principis Invictissimi Avunculum, & Regis nostri Serenissimi Carissimum Fratrem *Georgium Clarenciæ Ducem*, per Regem nostrum Serenissimum ex sua Parte, & in Reverendissimum in Christo Patrem *Karolum Archiepiscopum Lugdunensem* nunc Cardinalem de Borbonio vulgariter nuncupatum, & *Johannem Comitem de Dunesio*, per dictum Regis nostri Incliti Carissimum Franciæ Consanguineum & ex Parte suâ, Arbitros seu amicabiles Compositores in hac parte nominatos & electos, Supponerentur & Compromittentur,

Et, si contingeret aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum decedere, aut adversâ Valitudine laborare quominus dictarum Litium Examinationi commodè vacare valeret aut valerent, alius seu alii in ejus eorumve Locum per Regem nostrum Serenissimum si de suis, aut per dictum Regis nostri Consanguineum si de suis, Deputarentur aut Subrogarentur,

Quibus supra nominatis Arbitris ab utroque Principe Data & Concessa fuit Potestas & Auctoritas, ipsas Lites & Quæstiones Componendi, Decidendi, & Determinandi, a Data Literarum, quæ prædictâ Vicesimâ nonâ Die Augusti confectæ fuerunt, usque ad Tres Annos tunc proximò futuros,

Promiseruntque & Obligaverunt Seipsos stare Laudo Arbitrio & Determinationi prædictorum Arbitrorum super Præmissis, sub Pœna *Trium Millium Millium Scutorum*, ab eo qui dicto Laudo non steterit obtemperanti in Fine dictorum Trium Annorum solvendorum,

Et quòd dicti Arbitri, aut eorum Loco, ut præmittitur, Deputati & Subrogati, primò coram Illustrissimo Rege nostro in Angliâ, pro ipsarum Litium Decisione, citra Festum Paschæ tunc proximè futurum, & de post coram dicti Regis nostri Consanguineo in Franciâ, citra Festum Sancti Michaelis extunc proximè futurum convenirent, ac utriusque Principis Jura debitè examinarent, & felici tramite terminarent, quemadmodum in Literis, ab utraque Parte confectis & traditis, latiùs continetur, A. D. 1478. Edw. 4.

Cùm autem, non ex culpa nostri Serenissimi Principis, neque etiam prædicti Consanguinei sui, sed propter diversa quæ utrique Principi supervenerunt Impedimenta, ipsæ Conventiones Diebus statutis minimè fieri & celebrari hucusque potuerunt, nec postbac facere poterunt, cum & eorum Arbitrorum aliquis Mortem obierit, alii verò Senectute aut adversâ Valitudine impediti convenire non possint, & temporis præfixi Terminus adeò prope instat ut, si omnes Arbitri Superstites essent, secundáque Valitudine fruerentur, tantis tamque arduis Negotiis, ante Termini eis assignati Lapsum, vix Finem ponere valerent,

Serenissimus Rex noster suusque Consanguineus Franciæ Carissimus, funestas Strages & crudelia Discrimina considerantes, quæ, occasione Bellorum, Querelarum, & Quæstionum prædictarum, sibi ipsis Principibus, splendidissimisq; Angliæ & Franciæ Regnis, eorumque Subditis, frequenter acciderunt, & quæ in futurum verissimile accidere poterunt, hoc tempore maximè quo Christianæ Religionis Populus Infidelium oppugnatione opprimitur, nè tàm fructuosum, divinum, salutare & omnibus Bonis desiderabile Pacis Opus imperfectum remaneat, non solùm dignum & conveniens sed etiam necessarium duxerunt prædictum Terminum Trium Annorum in longius differre tempus atque prorogare, aliosque Arbitros seu amicabiles Compositores de novo eligi & deputari, ac in prædictorum alicujúsve eorum Locum alios seu alium subrogari seu deputari,

Qui, eadem Auctoritate eademque Potestate, quæ primò nominatis data fuerat, fungentes, eorum Jura examinare & terminare, felicemque perpetuam Pacem inter eos Principes Angliæque Franciæ Regna componere valeant,

Ob hanc igitur tàm Sanctam Causam Illustrissimus Princeps noster apud prædictum Consanguineum suum, ipséque nostri Principis Consanguineus apud eum, Oratores & Legatos hincinde plerúmque miserunt, novissimè verò Nos suos antedictos Legatos, Procuratores, & Deputatos ad Illustrissimum suum Consanguineum Franciæ carissimum noster Princeps Serenissimus venire jussit,

Qui,

A. D. 1478. Edw. 4.

Qui, tàm Sanctæ támque piæ rei Operam dare, nostrique Principis Illustrissimi Mandatis, ut Fideles Subditos decet, obsequi cupientes, cum Serenissimo ac Potentissimo Principe *Ludovico Franciæ, Regis* nostri Illustrissimi Consanguineo, nostri Principis Nomine, ejusque Auctoritate per suas Literas Patentes Nobis commissâ,

Quarum Tenor sequitur & est talis,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm inita Pacis Fœdera inter Principes, qui Christianorum Sanguinem sitiri non deberent, observare Divinum quid, apud omnes Christianæ Religionis sanæ Mentis Viros, arbitratur;

Hinc est quòd Nos,

Consideratis Literis Patentibus *Ludovici* Illustrissimi *Francorum Principis* Consanguinei nostri Carissimi, Datis in *Civitate Ambianensi, Die Vicesimâ nonâ Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto*,

Quarum Tenor, in substantialibus Clausulis, quoad Propositum attinet, sequitur in hac forma,

INPRIMIS, Consentimus, Volumus, Convenimus, & Appunctuamus quòd omnes Lites, Quæstiones, Querelæ, & Demandæ, pendentes inpræsentiarum Indiscussæ inter *Nos* & Consanguineum nostrum *Regem Angliæ*, in Reverendissimum Patrem *Karolum Archiepiscopum Lugdunensem* & Galliarum Primatem Consanguineum nostrum carissimum, & Consanguineum nostrum *Johannem Comitem de Dunesio*, per Nos ex parte nostra, & in Reverendissimum Patrem *Thomam Archiepiscopum Cantuariensem* Cardinalem, & Illustrissimum Principem *Georgium Ducem Clarenciæ*, per dictum Regem Angliæ Consanguineum nostrum & ex parte sua, Arbitros seu amicabiles Compositores in hac parte nominatos & electos, Supponantur & Compromittantur,

Sic quòd, si contingat aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum decedere, aut diversâ Valitudine laborare quominus dictarum Litium Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, alius seu alii in ejus eorúmve Locum, per Nos si de nostris, aut per dictum Consanguineum nostrum si de suis sunt, deputentur & subrogentur,

Dantes & Concedentes eisdem Arbitris Potestatem & Auctoritatem ipsas Lites & Quæstiones, *a Data Præsentium, usque ad Tres Annos proximò futuros inclusivè*, Componendi, Decidendi, & Terminandi,

Et quia temporis præfixi Terminus adeò instat, ut citra ejusdem Temporis Lapsum difficile erit finaliter prædictas Lites Decidere & Terminare, tùm quia fortè eorum Arbitrorum aliquis vel aliqui præpeditus vel præpediti sint Morte, Senectute, aut adversâ Valitudine, quavisve aliâ rationabili Causâ, quominus dictarum Litium Examinationi vacare valeat vel valeant,

Ac de Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Johannis Howard* Militis Domini de Howard, *Richardi Tunstall* Militis, & Magistri *Thomæ Langton* Decretorum Doctoris, plurimùm confisi,

Eosdem, *Dominum Johannem Howard, Richardum Tunstall*, & Magistrum *Thomam Langton*, Procuratores, Legatos, & Deputatos nostros speciales Constituimus, Ordinamus, & per Præsentes Deputamus,

Dantes eisdem Procuratoribus, Legatis, & Deputatis nostris plenam Auctoritatem & Potestatem prædictum Trium Annorum Terminum Prorogandi,

Novúmque Terminum, ad tanta tempora, pro hujusmodi Litibus Terminandis, Statuendi & Præfigendi, prout eis melius videbitur expedire,

Necnon Arbitrum vel Arbitros, amicabilem Compositorem vel Compositores, novum vel novos, in Loco alicujus aliquorúmve prædictorum Deputandi, Subrogandi, & Substituendi,

Eo tamen Moderamine semper adhibito, quòd, si contingat eorum aliquem vel aliquos ex Humanis decedere, aut adversâ Valitudine laborare, aliáve rationabili Causâ impediri, quo minus dictarum Litium Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, alium seu alios in ejus eorúmve Locum Nominare, Deputare, Subrogaréque valeamus,

Eisdemque Arbitris, sic per eos, aut Nos & dictum Consanguineum nostrum nominatis, deputatis, subrogatisve, Mandatum, Potestatem, & Auctoritatem plenariam, pro Nobis & Nomine nostro, Concedendi, Tribuendi, & Conferendi ad Decidendum & Terminandum dictas Lites & Quæstiones, inter *Nos* & *dictum Consanguineum nostrum* sic pendentes, nondum Sopitas & Discussas,

Damus autem & Concedimus præfatis Legatis, Deputatis, & Procuratoribus nostris plenariam Potestatem Nos &

Per-

A. D. 1478. Edv. 4.

Personam nostram sub Pœna *Trium Milium Milium Scutorum* firmiter Obligandi, ad Standum, Obtemperandum, & Obediendum Laudo & Arbitrio dictorum Arbitrorum, per eos, ut præmittitur, aut Nos & dictum Consanguineum nostrum nominandorum, deputandorum, & subrogandorum,

Aliaque Pacis Media honesta, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum Continuandæ & Firmandæ, Nobis & Subditis nostris Utilia, Tractandi & Componendi, novamque *Dietam* Statuendi,

Cæteráque omnia & singula, in hac parte necessaria seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Exercendi, & Exequendi, etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid quod per dictos Procuratores, Legatos, & Deputatos nostros Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Martii, Anno Regni nostri decimo octavo.

Et post ea in eadem Linea sic signatum *Morton*,

Et inferiùs *Per ipsum Regem, & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.*

Convenimus, Consensimus, Conclusimus, & Appunctuavimus ea omnia & singula quæ in sequentibus Articulis continentur,

INPRIMIS, Consentimus, Volumus, Convenimus, & Appunctuamus quòd *Terminus Trium Annorum*, qui in Vicesimâ Nonâ Die Mensis Augusti proximò futuri finietur, sit Prorogatus,

Quem etiam dictus Regis nostri Consanguineus Carissimus & Nos dicti Legati, Procuratores, & Deputati, Auctoritate Nobis commissâ, Prorogavimus & Prorogamus ab hac Die usque ad *Vicesimam nonam Diem Mensis Augusti, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi, Octuagesimi primi inclusivè.*

ITEM, Consentimus, Volumus, & Appunctuamus quòd omnes Lites, Quæstiones, Querelæ, & Demandæ, pendentes inpræsentiarum Indiscussæ, inter *nostrum Principem* Serenissimum & eundem *Consanguineum suum Franciæ* antedictum, in Reverendissimum Patrem *Thomam Archiepiscopum Cantuariensem* Cardinalem nostri Principis Avunculum, & Illustrem ac Magnificum Incliti Regis nostri Carissimum Fratrem *Richardum Glocestriæ Ducem*, Illustrem *Henricum Bukkynghamiæ Ducem*, Reverendum *Thomam Lincolniæ Episcopum* Angliæ Cancellarium, & Spectabilem *Anthonium Comitem de Revers*, per Nos antedictos Legatos, Procuratores, & Deputatos & ex Parte Regis nostri Angliæ Serenissimi, & in Reverendissimum Patrem *Cardinalem de Borbonio* Archiepiscopum Lugdunensem, Illustrem *Ludovicum Aurelianensem Ducem*, Illustrem *Johannem Borbonii Ducem*, spectabilem *Petrum Doriole* Militem Franciæ Cancellarium, & Spectabilem *Johannem Comitem de Dunesio*, per eundem Regis nostri Consanguineum Franciæ antedictum & ex Parte suâ, Arbitros seu amicabiles Compositores in hac parte nominatos & electos, Supponantur & Compromittantur,

A. D. 1478. Edv. 4.

Et, si prædicti Arbitri omnes Examinationi & Discussioni Litium dictarum interesse non poterint vel non interfuerint, Volumus, Consentimus, & Appunctuamus quòd Quatuor, Tres, vel Duo nominatorum sive nominandorum ex utraque Parte possint & valeant prædictas Lites discutere & componere, & felicem hujus Compromissi effectum terminare,

Ita tamen quòd non possit esse Major Numerus Arbitrorum nominatorum sive nominandorum pro Parte prædicti Serenissimi *Regis Ludovici* Illustrissimi Regis nostri *Consanguinei* quàm pro sua, nec pro sua quàm pro Parte dicti Consanguinei; sed nominatorum sive nominandorum Arbitrorum pro utraque Parte Numerus sit æqualis,

Et, si contingat aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum Decedere, aut adversâ Valitudine Laborare, aut aliâ quavis Causâ impediri quominus dictarum Litium Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, alius seu alii in ejus eorúmve Locum, per *Regem nostrum* Illustrissimum si de suis, aut per dictum Consanguineum suum Franciæ si de suis sint, deputetur & subrogetur, sive deputentur & Subrogentur,

Quibus Arbitris, superiùs nominatis sive nominandis, eo modo quo supra dicitur, Nos, præfati Legati, Procuratores, & Deputati, & Serenissimi Regis nostri Consanguineus prædictus carissimus Damus & Concedimus Auctoritatem & Potestatem ipsas Lites & Quæstiones, a Data Præsentium *usque ad Vicesimam Nonam Diem Mensis Augusti, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi,*

A.D. 1478. Edw. 4. *fimi, Octuagesimi primi inclusivè*, Componendi, Decidendi, & Terminandi,

Promittentes etiam, virtute prædictæ Auctoritatis Nobis commissæ, Obligantésque *Regem nostrum* Serenissimum, cum stare Laudo Arbitrio & Determinationi dictorum Arbitrorum super Præmissis, sub Pœna *Trium Millium Millium Scutorum*, ab eo qui dicto eorum Laudo & Arbitrio non steterit, obtemperanti in Fine temporis dictæ Prorogationis solvendorum,

Et quòd iidem Arbitri *primò* coram Illustrissimo *Rege nostro* in Anglia, pro ipsarum Decisione Litium, citra Festum Paschæ proximè futurum, & *post* coram Serenissimo Principe Regis nostri inclyti Consanguineo *Ludovico* in Francia, citra Festum Sancti Michaelis Archangeli, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi, Septuagesimi noni, Conveniant, atque utriusque Principis Jura ritè ac debitè Examinent, & felici tramite termineut.

INSUPER Promittimus, & eundem Serenissimum Principem nostrum *Angliæ Regem*, per Præsentes, & Potestate ut præmittitur præmissâ, Obligamus quòd idem *Princeps noster* omnia & singula Præmissa Ratificabit & Confirmabit, eaque realiter & in effectu Observabit Exequetur & Faciet quæ Præmissorum Tenor exigit, suasque Patentes Literas superinde, debitè & in formâ autenticâ confectas, Manûs suæ Subscriptione Magnóque ejus Sigillo munitas, cùm super hoc fuerit requisitus, Illustrissimo Fratri & Consanguineo suo Franciæ *Ludovico* antedicto Deliberabit deliberarive faciet.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium has nostras Patentes Literas Manibus propriis signavimus & Sigilla nostra apposuimus. A.D. 1478. Edw. 4.

Datum apud *Hisdinium* Septimâ Die Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo.

Nos igitur *Edwardus, Rex Angliæ & Franciæ memoratus*, volentes ut ea, quæ per dictos nostros Oratores cum præfato Consanguineo nostro *Rege Ludovico*, de & super Prorogatione Termini prælati; cæterisque supra memoratis quibuslibet, Appunctuata, Concordata, & Conclusa sunt, optatum & felicem Effectum sortiantur, ea omnia & singula, prout superiùs in eorum Literis sunt expressa, Nomine nostro facta atque gesta, de certâ Scientiâ nostrâ, nullo Juris seu Facti errore ducti, atque omnem, in quantum in Nobis est, Defectum supplentes, gratanter Acceptamus, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus;

Promittentes, bonâ Fide & Verbo Regio, quòd ea omnia & singula, quantum ad Nos attinet, realiter & cum effectu Observabimus Exequemur & Faciemus juxta & secundùm Tenorem suprascriptum.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium has nostras Patentes Literas Manûs nostræ Suscriptione signavimus, & Sigilli nostri appensione fecimus muniri.

Dat. apud *Westmonasterium* sexto die Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, & Regni nostri Decimo octavo.

Per ipsum Regem.

Pro Annuitate Franciæ, de Acquietantia.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 8. REX Universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem. Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, per Manus *Johannis Crauford* unius Valettorum Coronæ nostræ, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Ludowico Franciæ* Confratre & Consanguineo nostro carissimo, *Quindecim Millia Coronarum Auri*, in plenam Solutionem *Viginti & quinque Millium Coronarum Auri* ad Festum Paschæ ultimò præteritum solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Millium Coronarum Auri* annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superindè confectis pleniùs continetur; A.D. 1478.

De quibusquidem *Quindecim Millibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Consanguineum nostrum superindè fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Junii.

A. D. 1478. Edw. 4. A. D. 1478. Edw. 4.

De Pardonatione pro Episcopo Bathon.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 1. m. 9.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper Nobis denunciatum fuerit quòd Venerabilis Pater *Robertus Episcopus Bathoniensis & Wellensis* nonnulla, Nobis & Statui nostro præjudicialia, post & contra Juramentum Fidelitatis suæ, jamdudùm Nobis ab eo præstitum, fecisset & perpetrâsset,

Postmodùm *idem Episcopus*, coram Nobis & aliis nonnullis Spiritualibus & Temporalibus Dominis Regni nostri Angliæ, Nobis assistentibus, Innocentiam & Fidelitatem suam in ea parte, nichilque fecisse aut perpetrâsse contra Juramentum suum Fidelitatis prædictæ, claris Probationibus & Evidentiis sufficienter ostendit & manifestavit,

Undè Nobis humiliter supplicavit ut Sibi, ac Statui suo, Opinionique & Famæ suæ (quam occasione Præmissorum non mediocriter læsam esse asseruit) oportunè providere, de Benignitate Regiâ dignaremur,

Nos igitur, hujusmodi Supplicationi suæ annuentes ac Integritati Statûs Famæ & Opinionis suæ quantum in Nobis est providere cupientes, Tenore Præsentium Declaramus & Attestamur ipsum *Robertum Episcopum* antedictum fuisse & esse verum Fidelem nostrum, nichilque contra Juramentum suum Fidelitatis, Nobis ut præmittitur præstitum, fecisse aut perpetrâsse, ipsúmque pro tali & ut talem Habemus, Reputamus, & Acceptamus,

Quæ omnia vobis omnibus & singulis Notificamus per Præsentes; A. D. 1478.

Et ulterius, de uberiori Gratiâ nostrâ, volentes Securitati & Quieti *dicti Episcopi* oportunè providere, de Gratiâ nostrâ speciali ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Pardonavimus, Remisimus, & Relaxavimus *præfato Roberto Episcopo Bathoniensi & Wellensi*, seu quocúmque alio Nomine aut Additione Nominis censeatur, omnimoda Transgressiones, Mesprisiones, Contemptus, Conspirationes, Confœderationes, Impetitiones, Insurrectiones, Concelamenta, ac etiam omnimoda Proditiones, Felonias, Riotas, Routas, Conventicula illicita, ac alias Offensas & Malefacta quæcúmque, per prædictum *Robertum Episcopum* ante præsentem Diem qualitercúmque facta sive perpetrata, ac Sectam Pacis nostræ, quæ ad Nos versus ipsum pertinet pro Præmissis seu aliquo Præmissorum, ac etiam Utlagarias, si quæ in ipsum *Robertum Episcopum* hiis occasionibus seu earum aliquâ fuerint Promulgatæ, & Firmam Pacem nostram ei indè Concedimus; ita tamen quòd stet *Recto in Curia* nostra si quis versus eum loqui voluerit de Præmissis vel aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

Commissio Maximiliani & Mariæ super Intercursu Burgundiæ & Gravaminibus Mercatorum.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr.

MAximilianus & *Maria*, Dei gratiâ, *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Luxemburgiæ*, & *Gheldriæ* Duces, *Flandriæ*, *Arthesii*, & *Burgundiæ*, Palatini, *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, Comites, *Sacri Imperii* Marchiones, necnon *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Machliniæ* Domini, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm, superioribus Annis, inter, Excellentis & Recolendæ memoriæ, Dominum *Karolum Ducem Burgundiæ*, Socerum & Patrem nostrum carissimum, nuper Defunctum, pro Ducatu Brabantiæ, Comitatibus Flandriæ, Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Villâ & Territorio Machliniæ, & aliis Patriis & Dominiis, Parte ex una, ac Serenissimum Principem Dominum *Edwardum*, eadem gratiâ, *Regem Angliæ*, *Dominum Hiberniæ*, *&c.* pro Regno suo Angliæ, Dominio Hiberniæ, necnon Villa & Marchiis Calesiæ, Parte ex alterâ, pro communi Bono & Utilitate ipsorum Regni & Ducatûs, Communitatum, Dominiorum, Villarum, Locorum prædictorum, A. D. 1478.

A. D. 1478. Edw. 4. ctorum, hincinde habitus, factos, & conclusus fuerit certus Modus Intercursûs, sive Communicationis Mercansiæ, & Piscationis super Mare, pro certis Annis nondum transactis,

Cùmque etiam de & super multis variisque Querimoniis & Gravaminibus Subditorum *prædicti Soceri & Genitoris nostri* & *præfati Serenissimi Domini Regis*, tàm ab ipso Intercursu dependentibus, quàm Mercatores Stapulæ Villæ Calesiæ & alios ad ipsum Stapulam pro Lanis emendis Confluentes concernentibus, necnon in Facto Monetarum & earum Exaltationibus, in Patriis nostris adtunc Cursum habentium, ipsisque Monetis ad Æqualitatem Reducendis, ac in æquabili & proportionabili Æstimatione & Valore ponendis, multæ & variæ Communicationes, Prolocutiones, & Dietæ, inter nostros & ipsius Serenissimi Regis Oratores, Commissarios, & Deputatos, in diversis Locis, habitæ & tentæ, nullæ tamen super hiis Conclusiones ad plenum factæ fuerint,

Volentesque, pro Bono & Commodo Mercatorum & Subditorum Regni & Dominiorum prædictorum hincinde, præfatum Intercursum intertenere, necnon extendi & ampliari, ac prædictis Querimoniis & Gravaminibus cæterisq; Præmissis Finem & Conclusionem imponi,

De Fidelitate igitur, Circumspectione, & Industriâ, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Magistrorum, *Thomæ de Plana* Gubernatoris nostræ Cancellariæ Burgundiæ, & *Justi Baldini*, utriúsque Juris Doctorum ac Requestarum Domûs nostræ Magistrorum, pleniùs confidentes,

Eosdem Magistros, *Thomam de Plana* & *Justum Baldinum*, Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, & Deputatos speciales per Præsentes,

Damúsque & Concedimus eisdem Potestatem generalem & Mandatum speciale, cum Egregio Legum Doctore Magistro *Johanne Cooke*, Consiliario & Oratore præfati Serenissimi *Domini Regis* in hac parte specialiter Deputato, de & super hujusmodi Intercursu ac Comunicatione Mercansiæ necnon Piscatione super Mare, ipsiúsque Intercursûs sive Comunicationis Extensione & Ampliatione, & novis Capitulis sive Articulis super ipsis concipiendis & eisdem addendis; necnon Querimoniis & Gravaminibus Subditorum nostrorum & Subditorum ejusdem Serenissimi Regis, sive ab ipso Intercursu dependentibus, aut aliis quibuscúnque; necnon super Facto Monetarum prædictarum, & earum Exaltationibus Reformandis, & ad Statum debitum Reducendis, Tractandi, Comunicandi, Concordandi pariter & Concludendi, A. D. 1478. Edw. 4.

Unámque seu plures Litteram aut Litteras, per modum Capitulorum seu Articulorum, aut aliter prout visum fuerit, desuper conficiendi, Expediendi & Sigillandi,

Aliam seu novam Dietam, pro aliquibus forsan Præmissorum necessariam; Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna;

Promittentes, in Verbis Principum, Nos Rata, Grata, & Firma perpetuò habituros omnia & singula, per dictos Magistros *Thomam de Plana* & *Justum Baldinum*, Commissarios nostros, in forma præmissa, Acta, Gesta, seu Conclusa fuerint in hac parte, nostrasque Litteras Ratificatorias & Confirmatorias in forma debita & autentica daturos.

In cujus Rei Testimonium has Litteras fieri fecimus Patentes, & Sigillo nostro, quo in talibus utimur, communiri.

Datum & Actum in *Castris nostris apud Pontbein Wendinum*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, Mensis Julii Die quartâ.

Per Dominos Duces.

Sub rubeo Sigillo pendente a Cauda Pergamena.

Tractatus de Intercursu Burgundiæ.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr. JOhannes Cooke, Legum Doctor, in Officio Privati Sigilli Christianissimi & Invictissimi Principis & Domini Domini *Edwardi*, Dei gratiâ, *Regnorum Angliæ & Franciæ Regis, ac Domini Hiberniæ* Secundarius, & ad infrascripta ejusdem Domini Regis Ambassiator, Commissarius, Procurator, & Nuncius specialis, Parte ex unâ, *Thomas de Plana* Gubernator Cancellariæ Burgundiæ, & *Justus Baldinus*, utriusque Juris Doctores, Ordinariique Magistri Requestarum, ac Consiliarii Illustrissimorum & Potentissimorum Principum *Maximiliani* & *Mariæ*, A. D. 1478.

A.D. 1478. Edw. 4. *Mariæ*, eadem gratiâ, *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Luxemburgiæ*, & *Gheldriæ*, Ducum, *Flandriæ*, *Arthesii*, & *Burgundiæ*, Palatinorum, *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, Comitum, *Sacri Imperii* Marchionum, necnon *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, Dominorum, eorumdémque Principum Commissarii & Procuratores, ad Infrascripta sufficienter & legitimè deputati, ex alterâ, *universis* & *singulis*, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm, retroactis temporibus, inter dictum *Dominum Regem*, pro Regno suo Angliæ, Dominio Hiberniæ, necnon Villa & Marchiis Calesiæ, Parte ex unâ, ac Excellentis & Recolendæ memoriæ Dominum *Karolum Ducem Burgundiæ* Fratrem suum carissimum nuper Defunctum, pro Ducatu Brabantiæ, Comitatibus Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Villa & Territorio Mechliniæ, & aliis Patriis & Dominiis adtunc suis, hincinde habitus factus & conclusus fuerit certus Modus Intercursûs sive Communicationis Mercantiæ & Piscationis super Mare, pro certis Annis nondum transactis,

Cúmque etiam, vigore & auctoritate quarumdam Literarum Patentium, tàm ejusdem *Domini Regis*, quàm *Dominorum Principum* prædictorum, impræsentiarum tenta & habita fuerit inter Nos certa Dieta, in hoc Opido Insulensi, de & super hujusmodi Intercursu sive Communicatione Mercantiæ & Piscatione super Mare melioribus modo & formâ intertenendis & observandis, ipsius quoque Intercursûs sive Communicationis Extentione & Ampliatione, novisque Capitulis sive Articulis super ipsis concipiendis & eisdem addendis, nonnullis insuper Subditorum ambarum Partium Querimoniis & Gravaminibus, tàm ab ipso Intercursu dependentibus, quàm aliis, ad bonum Finem & Conclusionem deducendis, multæ & variæ Communicationes & Prolocutiones habitæ fuerint,

Quarum quidem Literarum Patentium Tenores sequuntur, & sunt tales,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, superioribus Annis, inter *Nos*, & pro Regno nostro Angliæ, Dominio Hiberniæ, necnon Villa & Marchiis Calesiæ, Parte ex una, ac Excellentis & Recolendæ memoriæ Dominum *Karolum Ducem Burgundiæ* Fratrem nostrum carissimum *nuper Defunctum*, pro Ducatu Brabantiæ, Comitatibus Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Villa & Territorio Mechliniæ, & aliis Patriis & Dominiis adtunc suis, pro communi Bono & Utilitate ipsorum Regni, Ducatûs, Comitatuum, Dominiorum, Villarum, & Locorum prædictorum, hincinde habitus, factus, & conclusus fuerit certus Modus Intercursûs sive Communicationis Mercantiæ & Piscationis super Mare, pro certis Annis nondum transactis, A.D. 1478. Edw. 4.

Cúmque etiam de & super multis variisque Querimoniis & Gravaminibus Subditorum nostrorum ac Subditorum Fratris nostri prædicti, tàm ab ipso Intercursu dependentibus, quàm Mercatores Stapulæ nostræ Calesiæ & alios ad ipsam Stapulam pro Lanis emendis confluentes concernentibus; necnon & in facto Monetarum & earum Exaltationibus, in Patriis ejusdem Fratris nostri ad tunc Cursum habentium, ipsisque Monetis cum nostris ad Æqualitatem Reducendis, ac in æquabili & proportionabili Æstimatione & Valore Ponendis, multæ & variæ Communicationes, Prolocutiones, & Dietæ, inter *Nostros* & ipsius *Ducis Karoli* Fratris nostri Oratores, Commissarios, & Deputatos, in diversis Locis habitæ & tentæ, nullæ tamen super illis Conclusiones ad plenum factæ fuerint,

Volentesque, pro Bono & Commodo Mercatorum & Subditorum Regni & Dominiorum prædictorum hincinde, præfatum Intercursum interteneri, necnon extendi & ampliari, & prædictis Querimoniis & Gravaminibus cæterisque Præmissis Finem & Conclusionem imponi,

De Fidelitate igitur, Circumspectione, & Industriâ, Dilecti & Fidelis Consiliarii nostri, *Johannis Coke* Legum Doctoris, in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, pleniùs confidentes,

Eundem Magistrum *Johannem* Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus nostrum verum & indubitatum Ambassiatorem, Commissarium, Procuratorem, & Nuncium specialem, per Præsentes, Damúsq; Concedimus eidem Potestatem generalem & Mandatum speciale se Transportandi ad Locum, ubi Potentissimus Princeps *Maximilianus Dux Austriæ & Burgundiæ* Consanguineus noster carissimus, ipsiusve Commissarii & Deputati ad Infrascripta, sufficienti Potestate suffulti, fuerit seu fuerint,

Et cum dicto Potentissimo Principe, Deputatisve aut Deputandis ab eodem, ad hoc sufficientem Potestatem habentibus,

A. D. 1478. Edw. 4. tibus, de & super hujusmodi Intercursu ac Communicarione Mereantiæ necnon Piscatione super Mare, ipsiusque Intercursûs sive Communicationis Extensione & Ampliatione, & novis Capitulis seu Articulis super ipsis concipiendis & eisdem addendis, necnon Querimoniis & Gravaminibus Subditorum nostrorum ac Subditorum ejusdem Consanguinei nostri, sive ab ipso Intercursu dependentibus, aut aliis quibuscúmque, necnon super Facto Monetarum prædictarum, & earum Exaltationibus Reformandis, & ad Statum debitum Reducendis, Tractandi, Communicandi, Concordandi pariter & Concludendi,

Unamque seu plures Literam aut Literas, per modum Capitulorum seu Articulorum, aut aliter prout visum fuerit, desuper Conficiendi, Expediendi, & Sigillandi,

Aliam seu novam Dietam, pro aliquibus Præmissorum forsitan necessariam, Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid, per dictum Magistrum *Johannem* Ambassiatorem & Commissarium nostrum, in forma præmissa, Actum, Gestum, seu Conclusum fuerit in hac parte, nostrásque Literas Ratificatorias & Confirmatorias, in forma debita & autentica, desuper daturum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* secundo Die Maii, Anno Regni nostri decimo octavo.

Sic Signatas,

Per ipsum Regem, & de Data prædicta Auctoritate Parliamenti.

MORTON.

MAximilianus & *Maria*, Dei gratiâ, *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Luxemburgiæ*, & *Gheldriæ*, Duces, *Flandriæ*, *Arthesii*, & *Burgundiæ*, Palatini, *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, *Zeelandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, Comites, *Sacri Imperii* Marchiones, necnon *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Machliniæ* Domini, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm, superioribus Annis, inter, Excellentis & Recollendæ memoriæ, Dominum *Karolum Ducem Burgundiæ*, Socerum & Patrem nostrum carissimum, nuper Defunctum, pro Ducatu Brabantiæ, Comitatibus Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Villâ & Territorio Mechliniæ, & aliis Patriis & Dominiis, Parte ex una, ac Serenissimum Principem Dominum *Edwardum*, eadem gratiâ, *Regem Angliæ*, *Dominum Hiberniæ*, *&c.* pro Regno suo Angliæ, Dominio Hiberniæ, necnon Villa & Marchiis Calesiæ, Parte ex alterâ, pro communi Bono & Utilitate ipsorum Regni, Ducatûs, Communitatum, Dominiorum, Villarum, Locorum prædictorum, hincinde habitus, factus, & conclusus fuerit certus Modus Intercursûs, sive Comunicationis Mercansiæ, & Piscationis super Mare, pro certis Annis nondum transactis, A. D. 1478. Edw. 4.

Cúmque etiam de & super multis variisque Querimoniis & Gravaminibus Subditorum *prædicti Soceri & Genitoris nostri* & *præfati Serenissimi Domini Regis*, tàm ab ipso Intercursu dependentibus, quàm Mercatores Stapulæ Villæ Calesiæ & alios ad ipsum Stapulam pro Lanis emendis Confluentes concernentibus, necnon in Facto Monetarum & earum Exaltationibus, in Patriis nostris adtunc Cursum habentium, ipsisque Monetis ad Æqualitatem Reducendis, ac in æquabili & proportionabili Æstimatione & Valore ponendis, multæ & variæ Communicationes, Prolocutiones, & Dietæ, inter nostros & ipsius Serenissimi Regis Oratores, Commissarios, & Deputatos, in diversis Locis, habitæ & rentæ, nullæ tamen super illis Conclusiones ad plenum factæ fuerint,

Volentesque, pro Bono & Commodo Mercatorum & Subditorum Regni & Dominiorum prædictorum hincinde, præfatum Intercursum intertenere, necnon extendi & ampliari, & prædictis Querimoniis & Gravaminibus cæterisq; Præmissis Finem & Conclusionem imponi,

De Fidelitate igitur, Circumspectione, & Industriâ, Dilectorum & Fidelium Magistrorum, *Thomæ de Plana* Gubernatoris nostræ Cancellariæ Burgundiæ, & *Justi Baldini*, utriúsque Juris Doctorum & Requestarum Domûs nostræ Magistrorum, pleniùs confidentes,

Eosdem Magistros, *Thomam de Plana* & *Justum Baldinum*, Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, & Deputatos speciales, per Præsentes, damúsq; & concedimus eisdem

A. D. 1478. Edv. 4. Potestatem generalem & Mandatum speciale, cum Egregio Legum Doctore Magistro *Johanne Cooke*, Consiliario & Oratore præfati Serenissimi *Domini Regis* in hac parte specialiter Deputato, de & super hujusmodi Intercursu ac Comunicatione Mercansiæ necnon Piscatione super Mare, ipsiúsque Intercursûs sive Communicationis Extensione & Ampliatione, & novis Capitulis sive Articulis super ipsis concipiendis & eisdem addendis; necnon Querimoniis & Gravaminibus Subditorum nostrorum & Subditorum ejusdem Serenissimi Regis, sive ab ipso Intercursu dependentibus, aut aliis quibuscúnque; necnon super Facto Monetarum prædictarum, & earum Exaltationibus Reformandis, & ad Statum debitum Reducendis, Tractandi, Comunicandi, Concordandi pariter & Concludendi,

Unámque seu plures Litteram aut Litteras, per modum Capitulorum seu Articulorum, aut aliter prout visum fuerit, desuper conficiendi, Expediendi & Sigillandi,

Aliam seu novam Dietam, pro aliquibus forsan Præmissorum necessariam, Statuendi & Præfigendi,

Cateráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna;

Promittentes, in Verbis Principum, Nos Rata, Grata, & Firma perpetuò habituros omnia & singula, quæ per dictos Magistros *Thomam de Plana* & *Justum Baldinum*, Commissarios nostros, in forma præmissa, Acta, Gesta, seu Conclusa fuerint in hac parte, nostrasque Literas Ratificatorias & Confirmatorias in forma debita & autentica desuper daturos.

In cujus Rei Testimonium has Literas fieri fecimus Patentes, & Sigillo nostro, quo in talibus utimur, communiri.

Datum & Actum in *Castris nostris apud Pontem Wendinum*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, Mense Julii Die quartâ.

In qua quidem Dieta Nos, ejusdem Domini Regis & Dominorum Principum prædictorum Mandatis humiliter obtemperantes, post varios Tractatus & simultaneas Communicationes super Præmissis inter Nos factos & habitos, nonnulla Capitula sive Articulos, pro Communi Bono & Utilitate dictorum Regni, Ducatûs, Comitatuum, Villarum, Locorum, & Subditorum, tàm dicti *Domini Regis*, quàm *Dominorum Principum* prædictorum, super ipsis Intercursu ac Communicatione Mercantiæ ac Piscatione super Mare, necnon Querimoniis & Gravaminibus Subditorum ambarum Partium prædictarum, Appunctuavimus, Fecimus, & Conclusimus, sicque, Tenore Præsentium, Appunctuamus, Facimus, & Concludimus sub modo & forma sequentibus, A. D. 1478. Edv. 4.

Hæc sunt Capitula, super Intercursu Mercantiæ & Piscatione super Mari, & Querimoniarum indè dependentium Discussione, concordata & conclusa;

Inprimis, Concordatum est quòd, ab Hodie in Sempiternum, omnes Mercatores, tàm Regni Angliæ, quàm Dominii Hiberniæ, Villæ & Marchiarum Calesiæ, quàm etiam Mercatores *Patriarum Brabantiæ*, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Villæ & Terræ Mechliniæ, & aliarum Patriarum & Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum, tàm Mercatores Lanarum, Coriorum, Victualium, quàm aliarum Mercantiarum quarumcúmque, necnon eorum Factores, Familiares, & Ministri, poterunt deinceps ire securè per Terram, pedestres, equestres, aut quocunque alio modo, cum Bonis & Mercantiis suis invicemque Communicare & Mercari, quàm aliis quibuscúmque,

Ipsaque Ducere & Reducere, sive Duci & Reduci facere ad eorum libitum & voluntatem, de Calesia in Brabantiam, Flandriam, Hannoniam, Hollandiam, Zeelandiam, Mechliniam, & alia Dominia *Dominorum Ducum* prædictorum, & de Brabantia, Flandria, Hannonia, Hollandia, Zeelandia, Mechliniæ, & aliis Dominiis præfatis in Calesiam,

Quódque Mercatores unius Partis, eorum Factores & Familiares, & ipsorum quilibet qui magis indiguerit, poterunt a Mercatoribus alterius Partis Victualia liberè Emere, ipsaque per Terram Ducere (videlicet) illi de Anglia, Hibernia, & Calesiâ, in Brabantiam, Flandriam, Hannoniam, Hollandiam, Zeellandam, Mechliniam, & alia Dominia *Dominorum Ducum* prædictorum, &, e contra, *illi de Brabantia*, Flandria, Hanuonia, Hollandia, Zeellandia, Mechlinia, & aliis Patriis & Dominiis *Dominorum Ducum* prædictorum ab ipsis Patriis & Dominiis *in Angliam*, Hiberniam, & Calesiam, sine aliquo Impedimento aut Prohibitione quacúmque in contrarium, absque eo quòd propterea aliquam Pœnam incurrant, seu quod per Dominos Partiarum & prædictorum Dominiorum hincinde, aut eorum

A. D. 1478. Edw. 4. rum Officiarios & Justiciarios, possint inde redargui, accusari vel puniri.

ITEM, quòd omnes *Mercatores Angliæ*, Hiberniæ, Calisiæ, tàm Coriorum, Victualium, quàm aliarum Mercantiarum quarumcúmque, necnon eorum Factores, Familiares, & Ministri, Nautæ seu Magistri Navium & Marinarii, poterunt de cætero ire & transire per Mare, & Eundo & Redeundo conversari, venire, esse, & morari securè in dictis *Patriis Brabantiæ*, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliis Patriis & Dominiis *Dominorum Ducum* prædictorum, & in dictarum Patriarum & Dominiorum Littoribus & Portubus, cum eorum Bonis, Mercandisis, & Navibus,

Ibidemque cum Mercatoribus Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, & eorum Factoribus, Familiaribus, & Ministris mercari seu Mercandisam facere, tàm Victualium quàm cujuslibet alterius Generis Mercimoniorum,

Et, pari modo, *Mercatores Brabantiæ*, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, tàm Mercatores Coriorum Victualium quàm aliarum Mercantiarum quarumcúmque, necnon eorum Factores, Familiares, & Ministri, Nautæ seu Magistri Navium & Marinarii, poterunt Ire, Transire, & Redire per Mare, conversari esse & morari securè in Regno Angliæ, Dominio Hiberniæ, & Villa Calesiæ, & etiam in Portubus seu Littoribus ipsorum per Regem auctorisatis, in illis (videlicet) ubi Custumarii & alii Officiarii Regii sunt ordinati super Introitu & Exitu Navium & Mercandisarum, & non alibi, cum eorum Bonis, Mercandisis, & Navibus, & cum Mercatoribus Angliæ seu eorum Factoribus, Familiaribus, vel Ministris de quibuslibet Mercantiis, tàm Victualium quàm aliis, mercari & Mercandisam facere,

Poterúntque, in prædictis Portubus Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ, tàm eorum Bona propria, quàm etiam Bona ad alios prædictarum Patriarum Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum spectantia, ducere vel duci facere, & ab ipsis Portubus seu Littoribus Recedere & Redire securè cum eorum Bonis, Mercantiis, & Navibus,

Poterúntque Mercatores unius Partis, seu eorum Factores & Familiares, & ipsorum quilibet, qui magis indiguerit, habere & emere liberè Victualia a Mercatoribus alterius Partis, & ipsa per Mare Vehere & Ducere seu Vehi & Duci facere (videlicet) illi de Angliâ, Hiberniâ, & Calesiâ, in Brabantiam, Flandriam, Hannoniam, Hollandiam, Zeellandiam, Mechliniam, & alias Patrias *Dominorum Ducum* prædictorum, & Mercatores ipsorum in Angliam, Hiberniam, & Calesiam, absque eo quod ipsi propterea per Dominos prædictarum Patriarum & Dominiorum hincinde, seu eorum Officiarios quovis Pacto Redargui vel aliqua Pœna multari possint, seu quòd, per illos de Angliâ, Hiberniâ, & Calesiâ, ipsis Mercatoribus Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum aliquod Dampnum, Prxjudicium, vel Impedimentum fieri aut inferri possit,

Nec e contra, per Mercatores & Subditos Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum, Mercatoribus Angliæ, Hiberniæ, & Calisiæ, per viam facti, occasione Guerræ vel Deprædationum, & Attemptatorum factorum vel fiendorum, aut alio modo ex quacúmque Causa,

Solvendo tantum,

Quantum attinet, Mercatores Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ, in dictis Patriis Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum de Mercantiis quas ibi adducent vel adduci facient,

Et similiter quantum attinet, Mercatores Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum, pro Rebus & Mercantiis quas in Regnum Angliæ, Hiberniam, & Calisiam adducent vel adduci facient,

Antiqua Jura & Theolonea consueta & non alia:

Et nichilominus poterunt utriúsque Partis Principes in Dominiis suis, quoad Subditos suos, talia Jura & Theolonea quæ voluerunt instituere,

Poterunt etiam, non obstantibus prædictis, Causâ Necessitatis Victualium & aliâ justâ & rationabili Causâ, prohibere & defendere, quoad tale genus Victualium, quod eis magis videbitur expedire; nè a Dominiis extrahatur.

ITEM, quòd *Mercatores Angliæ*, Hiberniæ, & Calisiæ, necnon eorum Factores, Familiares, & Ministri, Nautæ seu Magistri Navium & Marinarii, poterunt

A. D. 1478. Edw. 4. terunt esse conversari & morari securè in Brabantiâ, Flandriâ, Hannoniâ, Hollandiâ, Zeellandiâ, Mechliniâ, & aliis Patriis *Dominorum Ducum* prædictorum, & in ipsarum Portubus seu Littoribus, cum eorum Bonis, Navibus, & Mercandisis Victualium & aliis quibuscúmque,

Et, pari modo, *Mercatores Brabantiæ*, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, & eorum Factores, Familiares, Nautæ, seu Magistri Navium & Marinarii, poterunt esse conversari & morari securè in Regno Angliæ, Dominio Hiberniæ, Villâ & Marchiis Calisiæ, & in ipsorum Portubus seu Littoribus, absque eo quòd, per Mercatores & Subditos Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, aut per alios (cujuscúmque Nationis vel Conditionis existant) fiat aut fieri possit aliquod Dampnum vel Impedimentum Mercatoribus Angliæ, Hiberniæ, & Calisiæ, seu per Mercatores & Subditos Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ, aut alios (cujuscúmque Nationis vel Conditionis existant) Mercatoribus Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, seu Mercatorum utriusque Partis Factoribus, Ministris, Nautis, seu Magistris Navium & Marinariis, occasione Guerræ vel Deprædationum & Attemptatorum antea factorum vel fiendorum, aut quavis aliâ Causâ;

Proviso tamen quòd Mercatores aliarum Patriarum & Nationum erunt & morabuntur securè, cum eorum Bonis, Mercandisis, & Navibus, in Brabantiâ, Flandriâ, Hannoniâ, Hollandiâ, Zeellandiâ, Mechliniâ, & cæteris Patriis & Dominiis *Dominorum Ducum* prædictorum, & in ipsorum Portubus vel Littoribus, absque eo quod eis, per Mercatores Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ, aliquod Malum vel Impedimentum fiat, seu fieri vel inferri possit; nec etiam, per Mercatores & Subditos aliarum Patriarum & Nationum, Mercatoribus Angliæ, Hiberniæ, Calisiæ, eorum Factoribus, Familiaribus, & Ministris, in dictis Patriis Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliis Patriis *Dominorum Ducum* prædictorum, aliquod Dampnum vel Impedimentum in eorum Personis vel Bonis fieri vel inferri poterit.

Item, quòd *omnes Piscatores*, tàm Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ, quàm etiam Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* (cujuscúmque Conditionis existant) poterunt ire ubique per Mare securè Piscari absque aliquo Impedimento Licentiâ vel Salvo Conductu,

Et, si contingeret aliquos ex Piscatoribus Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ, per Fortunam, Tempestatem Maris, Vim Hostium, aut alio modo, compelli intrare aliquem Portum vel Districtuum Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum; vel si contingeret aliquos ex Piscatoribus ipsarum Patriarum in aliquem Portuum vel Districtuum Angliæ, & Calisiæ intrare, ibidem pacificè & amicabiliter recipientur & tractabuntur Piscatores unius Partis, quibus talia contingerent, a Subditis alterius Partis; solvendo in locis, ubi applicabunt, Jura & Theolonia prædicta; & ab illis Portubus & Locis poterunt liberè Recedere & Redire, cum eorum Navibus & Bonis, sine aliquo Impedimento; dummodo tamen per ipsos Piscatores non committatur Fraus, seu per ipsos aliis Dampnum fiat.

Item, quòd in *Portubus* sive *Littoribus Brabantiæ*, Flandriæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum prædictorum, nulli Piratæ*, tàm Nationis Flandriæ, Franciæ, quàm alterius Nationis cujuscúmque, aliquo modo Receptabuntur, nec eis erit Permissum in ipsis Portubus habere Introitum vel Exitum ad Explorandum vel Dampnificandum Mercatores, seu eorum Factores, Familiares, Nautas, sive Magistros Navium, Marinarios, Clericos, Peregrinos, Piscatores, vel alios Subditos quoscúmque Partium Angliæ, in eorum Personis vel Bonis,

Et similiter, in *Portubus Angliæ*, Hiberniæ, & Calesiæ, *nullis Piratis* Anglicis, Hibernicis, Francis, vel aliis quibuscúmque licebit vel erit Permissum habere Introitum & Exitum, ad Dampnificandum Mercatores vel Subditos Brabantiæ, Flandriæ, Hanoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum prædictorum, in eorum Personis, Mercandisis, vel Bonis,

Et, si per aliquos Piratas aliqua Bona Mercatorum vel Subditorum Partium Angliæ, Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum super Mari caperentur, & in aliquem Portum unius vel alterius Partis adducerentur, non poterunt Bona sic Capta

A. D. 1478. Edv. 4. Capta & Deprædata ibidem per ipsos Piratas vel alios quoscúmque Amicos vel Inimicos poni ad Terram, vendi vel alienari,

Et, si nichilominus contingeret eadem Bona ad Terram poni, ibidemque vendi, de ipsis Bonis vel eorum Valore per Officiarios Locorum Restitutio fier Mercatoribus & Subditis Dampnificatis & Deprædatis, ad quas Restitutiones faciendas habebunt Officiarii Locorum Commissiones speciales in tali Casu requisitas, quibus mediantibus prædictas Restitutiones facere tenebuntur, sub Pœna ab eis Recuperandi, si compertum fuerit, per eorum Dolum, Culpam, Permissionem, vel Negligentiam, ipsa Bona, prout supradictum est, Capta & Deprædata, ad Terram posita, vendita & alienata fuisse, absque eo quòd ipsi Officiarii de ipsis Bonis vel eorum Valore deprædatis vel dampnificatis Restitutionem fecerint,

Fierent insuper Edicto Publico Prohibitiones pœnales in Portubus & Littoribus utriúsque Partis, nè quisquam (cujuscúmque Nationis existat) talia Bona, per Piratas Capta vel Deprædata, ad Terram poni permittat, vel ipsa aliquo modo emere præsumat.

ITEM, quòd Victualibus, Mercandisis, & aliis Bonis, venientibus de Partibus de Est versus Regnum Angliæ, vel de Calesiâ versus Brabantiam, Flandriam, per quascúmque Personas, non Inimicas uni Parti nec alteri, in quibuscúmque Vasis vel Navibus ducendis, non erit per unam Partem nec per alteram factum aliquod Impedimentum.

ITEM, quotienscúmque contingeret quòd aliquæ Naves, Oneratæ & non Ordinatæ ad Guerram, Partium Angliæ, Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum, per Tempestatem Maris, Vim Hostium, vel aliam Causam compellantur in aliquem Portum unius Partis vel alterius applicare vel intrare, Navis illius Partis, quibus talia contingent, cum Mercatoribus & Nautis seu Marinariis in ipsis existentibus, in alterius Partis Portubus securè erunt & Recipientur, & ab ipsis Portubus poterunt liberè Recedere, cum eorum Bonis Mercandisis, sine Contradictione & Impedimento; proviso quòd Bona seu Mercantias, quæ in ipsis Navibus erunt, non ponent ad Terram, nec in aliis Navibus, sine Licentiâ Officiariorum Principis Patriæ, vel aliorum ad hoc Potestatem habentium.

ITEM, quòd *Nautæ seu Magistri Navium, & Marinarii Partium Angliæ*, post Adventum eorum ad Portum Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum, poterunt imponere eorum Naves in eisdem Portubus, sive Littoribus ligare, eo modo quo poterunt Subditi ipsorum *Dominorum Ducum* prædictorum; & iisdem licebit *Nautis seu Magistris Navium & Marinariis Brabantiæ*, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum prædictarum, in Portubus Angliæ, Calesiæ, & Hiberniæ.

ITEM, *Mercatores, Nautæ, seu Magistri Navium*, Marinarii & Subditi Patriarum Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, non adducent aut adduci facient per Mare, fraudulosè vel quocúmque colore, aliqua Bona seu Mercandisas Inimicorum Angliæ, Hiberniæ, vel Calesiæ; & de hoc, quotienscúmque per Subditos Angliæ, Guerræ Operam dantes, fuerint interrogati, tenebuntur facere justam & veram Confessionem & Declarationem:

Et, pari modo, Mercatores, Nautæ, seu Magistri Navium, Marinarii, & Subditi Partium Angliæ, non ducent vel duci facient, fraudulosè vel quocúmque colore, aliqua Bona vel Mercandisas aliorum Forensium, Hostium, & Inimicorum Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum; &, quotienscúmque erunt super hoc per Subditos Patriarum prædictarum, in Guerrâ laborantes, interrogati, tenebuntur facere veram & justam Confessionem & Declarationem.

ITEM, quotienscúmque contigerit aliquam *Navem Partium Angliæ*, Bonis & Mercandisis Oneratam, per Tempestatem Maris, vel aliàs, tangere ad Terram, vel alio modo perire vel periclitari, prope Portus vel in Portubus Patriarum Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, & aliorum Dominiorum prædictorum, si in ipsa Navi remaneat Vir, Mulier, Puer, Canis, Cattus, vel Gallus vivens, Bona & Mercandisæ, quæ ad Terram applicabunt vel aliter salvari & recuperari poterunt, illis, ad quos spectabant, restituentur, solvendo tamen hiis, quorum Operâ & Diligentiâ talia Bona recuperabuntur, rationabile Salarium: nec poterunt, in Casu prædicto, talia Bona alligari seu dici Perdita vel Confiscata:

A. D. 1478. Edw. 4. Et idem observabitur in Littoribus & Portubus Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ, quoad Naves Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum, quæ, tangendo ad Terram vel alio modo, peribunt seu periclitabuntur.

ITEM, quòd *Mercatores Angliæ*, Hiberniæ, & Calesiæ poterunt habere & tenere, in Villis & Opidis Patriarum Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliarum Patriarum Dominorum Ducum, Domos pro ipsis; ibique eisdem Privilegiis, Libertatibus, & Franchisiis utentur & gaudebunt, quibus usi & gavisi sunt antea citra Sexaginta Annos, quibus Intercursus Mercantiæ fuit & habitus est inter Partes Angliæ & prædictas Patrias; ibique adeò Recipientur & benignè Tractabuntur, sicut aliæ Nationes ipsas Patrias & Villas frequentantes;

Et similiter Mercatores prædictarum Patriarum Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeellandiæ, Mechliniæ, & aliorum Dominiorum *Dominorum Ducum* prædictorum, poterunt in Civitatibus, Opidis, Villis Angliæ, Hiberniæ, & Calesiæ habere Domos pro eis, & ibi gaudebunt & utentur iisdem Privilegiis, Recipientúrque & Tractabuntur prout superiùs de Mercatoribus Angliæ dictum est.

ITEM, quòd, quotiensćumque *Mercatores Partium Angliæ*, pro Solutione habenda, suos convenient Debitores, in Patriis *Dominorum Ducum* prædictorum, coram Legislatoribus ad hoc ordinatis, & allegabunt Debitores suos suspectos fore de Fuga, & hac de Causâ petent ut ad statim Debitores sui Judicium subire cogantur, tunc Legislatores, sic Requisiti, Probationes dictorum Anglicorum, si quas obtulerint ad Probandum hujusmodi Suspitionem Fugæ, sine aliquibus morâ & difficultate eas admittent; &, si nullas habuerint, tunc ipsorum Anglicorum Juramento, quoad prædictam Fugæ Suspitionem, præstitâ per eos primitùs ydoneâ Cautione de Solvendo Expensas & Interesse hiis, quos sic ad Judicium trahi petent, casu quo ex eventu se Litem injustè movere constiterit; & hoc facto Debitores ponentur, absque aliis Monitionibus, ad statim sub Arresto, donec sufficientes Cautiones de Judicio sisti & Judicatum solvendo in eâ parte præstiterint: quibus tamen Debitoribus, sic Arrestatis & sub Arresto manentibus, si petant, dabitur Terminus Octo Dierum ad probandum se de Fugâ suspectos non esse; & hoc probato cessabit Arrestum: sed nihilominus, propter hujusmodi Dilationem Octo Dierum, Processus super Debito Principali nullatenus Retardabitur, sed omnia suo statu remanerent: A. D. 1478. Edw. 4.

Et similis Justitia ministrabitur in Angliâ Mercatoribus & Subditis Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum adversus eorum Debitores in Tribus Curiis (videlicet) in Curiis Cancellarii, Connestabularii, & Magni Concilii, etiam super Oblationibus factis ultra Mare & in Monetâ Flandriæ, etiam quarum Solutio Destinata est ad aliquem Locum Patriarum *Dominorum Ducum*, dummodo Dies Solutionis sit præterita; non obstantibus quibuscúmque Ordinationibus vel Consuetudinibus Civitatum, Opidorum, seu Locorum Angliæ in contrarium: in quibus quidem Curiis tenebuntur Anglici Debitores peremptoriè procedere, absque eo quod ipsas seu earum alteram ex aliquâ Causâ possint declinare.

ITEM, quòd mandabitur *Capitaneo Castri de Sclusa* quòd, quotienscúmque contigerit Mercatores vel Subditos Partium Angliæ, per ignorantiam intrare Portam ipsius Castri de Sclusa, quòd sic intrantes honestè & cum omni decentiâ tractet, absque eo quòd quicquam de eis propterea exigat.

ITEM, quòd *Officiariis Dominorum Ducum* prædictorum, ad Scrutandum Mercandisas in Navibus existentes ordinatis, strictè & sub certâ Pœnâ mandabitur ut, in visitando Anglicorum Mercantias vel Naves, nil Dampnificent de Bonis seu Mercibus ipsorum Anglicorum, absque violenter Frangendo, cum Pugionibus vel aliis Instrumentis, Pipas, Barillos, & Fardellos; sed quòd eas honestè visitent, & Contrafacientes punientur: Et idem fiet in Angliâ, per Officiarios *Domini Regis*, in Scrutando Mercantias Subditorum Dominorum Ducum prædictorum.

ITEM, quòd de cætero, in Patriis *Dominorum Ducum* prædictorum, non fient Scrutinia Billonæ super Anglicis, nisi per Commissarios *Dominorum Ducum* specialiter ad hoc deputandos, vel per Officiarios suarum Villarum, sine aliquâ Exactione ab ipsis Scrutandis petendâ seu exigendâ, & hoc solum in Opidis, aut Portubus, sive Littoribus dictorum Principum; ex parte quorum fient Edicta prohibitoria, per loca magis convenientia & oportuna, sub gravibus Multis & Pœnis; alibi verò per alios non fient hujusmodi Scrutinia Billonæ: Et idem observabitur in Angliâ quoad Subditos Dominorum Ducum scrutandos, nisi in Opidis, Portubus, vel Villis, ut supra. ITEM,

A. D. 1478. Edv. 4.

ITEM, poterunt *Mercatores & Subditi Regis Angliæ* deinceps quascúmque Massas Auri vel Argenti, vocatas Billionem, extra Patrias, Excellentis quondam & Recolendæ memoriæ, *Domini Ducis Karoli*, noviter Defuncti, per eos seu eorum Deputatos vel Factores emptas vel aliter acquisitas, seu imposterum emendas vel acquirendas, licenter & impunè per quæcúmque Loca Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum ducere seu duci facere, & ab eisdem Locis & Patriis in Regnum Angliæ, totiens quotiens voluerint, Conducere & Transportare poterunt & valebunt; Proviso quòd dicti Anglici, seu eorum Factores, hujusmodi Billonam, per Se aut Factores suos Emptam, seu, ut præmittitur, Acquisitam, unà cum Certificatione autentica Villæ vel Opidi ubi ipsam Billonam emerint vel aliter acquisierint, & de Emptione seu Acquisitione Ipsius Billonis & quantitatis ejusdem, principali Officiario *Dominorum Ducum*, vel in ipsius Absentia suas Vices gerenti, proximæ Villæ, post Introitum suum in Patrias *Dominorum Ducum*, exhibeant & ostendant; super quâ Ostensione ipsi Ostendentes Testimoniale seu Certificatorium, Manu dicti Officiarii, vel ipso absente suas Vices gerentis, signatum vel ipsius Sigillo sigillatum, ab eo cui talis Ostensio fiet recipient & habebunt; nichil penitùs pro dicto Testimoniali aut aliâ quâcumque Causâ solvendo, præter unum Solidum Grossorum Flandriæ: Et Casu quo dictus Anglicus hujusmodi Billonam, per Se vel suos Factores Emptam, seu, ut præmittitur, Acquisitam, educere voluerit, & in Exitu à Patriis Testimoniale seu Certificatorium prædictum non exhibuerit; tunc Pœnam illam incurret, quam incurrerent extrahentes Billonam, infra Patrias *Dominorum Ducum* prædictorum Emptam: Et idem licebit Subditis ipsorum Dominorum Ducum in Angliâ.

ITEM, quòd, quotiensceumque contigerit *Mercatores Partium Angliæ* venire ad Nundinas Andwerp. Bergenses, vel alias Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, eis ibidem licebit Emere tales Mercantias quales voluerint, & pro tali Pretio in quo simul cum Venditoribus convenire poterunt, absque eo quod Superior ipsorum Mercatorum Angliæ, vulgari Nomine *Courtmeestre* nuncupatus, per se seu cum aliquibus ejusdem Anglicanæ Nationis possit Mercibus, per Anglicos emendis, Pretium constituere limitatum, seu ordinare aliquam Pœnam in Transgredientes illud certum Pretium, prout antea aliquando factum est; unde sæpiùs conquesti sunt Mercatores Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum.

A. D. 1478. Edv. 4.

ITEM, quòd de cætero non licebit *Nationi Anglicanæ* Statuta seu Ordinationes facere contra aliqua Opida vel Personas Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum, ordinando quòd Merces vel Bona talis Villæ vel Personæ nullus Anglicorum Emat; & hoc quia Inhabitantes Villam Merces suas Vendere noluerunt Pretio per dictos Anglicos statuto, vel ad eorum beneplacitum & voluntatem, prout antea aliquando fecerunt, hujusmodi Personas per talia Statuta maximè dampnificando; unde etiam antea Mercatores Patriarum *Dominorum Ducum* prædictorum multas Querimonias fecerunt.

ITEM, non poterunt deinceps *Anglici* Statuere quòd *in Foro & Nundinis Andwerp* & Bergensibus, vel aliàs nullus Anglicus Mercator Emat Merces seu Bona, ad Subditos *Dominorum Ducum* spectantia, nisi usque ad Finem Nundinarum vel circa, sive de Prorogatione Nundinarum sint securi sive non, prout aliquando anteà fecerunt, quatenus Subditi *Dominorum Ducum* prædictorum tædio affecti, & per longam eorum Attendentiam, & ut citiùs ad proprios Fines Redirent, eorum Merces minori & viliori Pretio venderent, unde etiam sæpissimè conquesti sunt.

ITEM, quia *per Mercatores Patriarum Dominorum Ducum* multotiens Conquestum est de eo, quod Anglici Ordinaverunt quòd nulli liberi Mercatores Angliæ possent Emere a Subditis *Dominorum Ducum* aliqua Bona, nisi per Pondus *Domini Regis*: Quod Pondus adeò Magnum est & Exorbitans, quòd antedicti Mercatores super Centum Libris, quod etiam in Parte contingit ex eo, quod Magister Ponderis omnia Bona & Merces prædictorum Mercatorum dat & dare potest, ut asserit, Ipsis Anglicis, ultra eorum debitum Pondus, tantum quantum trahere potest suis Digitis: Sed quando Anglici vendunt eorum Bona seu Merces Mercatoribus prædictis, ipsi illa ponderant proprio & privato Pondere, quod vocatur Pondus parvum, & non cum Pondere Regio quod Magnum Pondus appellatur; certè hujusmodi Error realiter & cum effectu Auctoritate Domini Regis tolletur.

ITEM, quotiensc umq; contigerit *Anglicos a Subditis Dampnificari*, non poterunt propterea alii Mercatores seu Subditi *Dominorum Ducum* prædictorum, qui Dampna non intulerint, ad Petitionem Dampnificatorum vel aliquo modo arrestari,

A. D. 1478. Edv. 4. arrestari, in Personis vel Bonis debitis, Summationibus vel Monitionibus non præcedentibus; prout etiam antea aliquando factum extitit;

Notum facimus quòd Nos, Vigore & Virtute Facultatum, Auctoritatum & Potestatum, per supradictas Patentes Literas seu Commissiones Nobis traditarum & concessarum, omnia supradicta Capitula & Articulos, pro & Nominibus ipsius *Domini Regis* & *Dominorum Principum prædictorum*, in quantum ipsos ipsorumque hincinde Dominia & Subditos tangere seu concernere possunt, modo & formâ quibus superiùs sunt Concordata, Acceptata, & Conclusa, Acceptavimus, Emologavimus, & ipsis Consensimus, ac per Præsentes ipsa Acceptamus, Emologamus, & ipsis Consentimus;

Promittentes Nos, *Thomas de Plana* & *Justus Baldinus*, utriusque Juris Doctores, Commissarii, Deputati, & Procuratores antedicti, pro dictis *Dominis Ducibus*, quòd ipsi prædictum Intercursum, ac omnia & singula præscripta Capitula & Articulos, per Literas suas Patentes Ratificabunt, Confirmabunt, Approbabunt, tradenturque Literæ Ratificatoriæ *Dominorum Ducum*, in Villâ Calesiæ, in Manibus Domini Locumtenentis, sive in ejus Absentiâ Marescalli dictæ Villæ Calesiæ, infra Tres Menses proximò futuros; A. D. 1478. Edv. 4.

A quo Domino Locumtenente sive Marescallo tunc & ibidem ille vel illi, qui Literas dictorum *Dominorum Ducum* tradet seu tradent, consimiles Literas pro Parte *Domini Regis* recipiet seu recipient.

In quorum omnium Fidem & Testimonium Præmissorum Nos, Commissarii, Deputati, & Procuratores prædicti, præsentes Manibus nostris subsignavimus, ipsisque Sigilla nostra apposuimus.

Datum in *Opido Insulensi* Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, Mensis Julii Die Duodecimâ.

J. COOKE.
T. DE PLEINE.
JUSTUS BALDINUS.

Sub Sigillis suis Ceræ rubræ pendentibus a Caudis Pergamenæ.

Super Intercursu memorato & Gravaminibus Mercatorum.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr. JOhannes Cooke, Legum Doctor, in Officio Privati Sigilli Christianissimi & Invictissimi Principis & Domini Domini *Edwardi*, Dei gratiâ, *Regnorum Angliæ & Franciæ Regis, ac Domini Hiberniæ* Secundarius, & ad infrascripta ejusdem Domini Regis Ambassiator, Commissarius, Procurator, & Nuncius specialis, Parte ex unâ, *Thomas de Plana* Gubernator Cancellariæ Burgundiæ, & *Justus Baldinus*, utriusque Juris Doctores, Ordinariique Magistrij Requestarum Domûs, necnon Consiliatii Illustrissimorum & Potentissimorum Principum *Maximiliani* & *Mariæ*, eadem Gratiâ, *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Luxemburgiæ*, & *Gheldriæ*, Ducum, *Flandriæ*, *Arthesii*, & *Burgundiæ*, Palatinorum, *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, *Zeellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, Comitum, *Sacri Imperii* Marchionum, necnon *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, Dominorum, eorumdémque Principum Commissarii & Procuratores, ad Infrascripta sufficienter & legitimè deputati, Parte ex alterâ, *universis* & *singulis*, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm, de Mandatis & Auctoritatibus ejusdem *Domini Regis* & *Dominorum Principum* prædictorum, in præsentiarum tenta & habita fuerit inter Nos *certa Dieta, in hoc Oppido Insulensi*, de & super variis Querimoniis & Gravaminibus Mercatorum Stapulæ Calesiæ, Parte ex unâ, & aliorum Mercatorum Patriarum *Dominorum Ducum prædictorum* ipsam Stapulam Frequentantium, Parte ex alterâ, A. D. 1478.

De quibus antea, diversis Dietis, inter alios *Domini Regis* & quondam Excellentis memoriæ Domini *Karoli Ducis Burgundiæ* jam Defuncti Oratores tentis & habitis, multæ & variæ Communicationes & Prolocutiones, nullæ tamen Conclusiones habitæ fuerunt, prout de ipsorum Principum Mandatis in hac parte, per eorum Patentes Literas ipsorum Sigillis sigillatas, amplius constare potest,

Quarum quidem Literarum Tenores sequuntur, & sunt tales,

Edwardus &c. prout supra in Tractatu jam præcunte, usque hæc verba; viz.

In qua quidem DIETA Nos, Dominorum Principum nostrorum prædictorum Mandatis

A. D. 1478. Edw. 4. Mandatis humilimè ut tenemur Obtemperando, multas super ipsis Querimoniis & Gravaminibus, per Nos hincinde expositis, simultaneas Communicationes habuimus, nonnulla ex Capitulis illis Concludendo & Concordando, & nonnulla ex eisdem Tractando & Proloquendo, inexpedita nichilominus & inconclusa, usque AD DIETAM proximam seu ALIAS DIETAS in futurum tenendas, in Suspenso, modo & formâ sequentibus, Relinquentes,

SEQUUNTUR *Capitula Concordata & Conclusa super Querimoniis & Gravaminibus Mercatorum Stapulæ Calesiæ,*

INPRIMIS,

Super eo quòd Mercatores Stapulæ sæpissimè Conquesti sunt, quòd excludebantur a Receptione suorum Debitorum, per hoc quod Subditi Dominorum Ducum *suas Obligationes negabunt per eos in Calesia factas & admissas pro Lanis & Pellibus lanutis per eos ibidem Emptis, & quòd solo Juramento sic Negantium, secundùm Consuetudinem Patriæ, creditur, in dictæ Stapulæ Mercatorum Præjudicium non modicum & Gravamen,*

Inter Ambassiatores & Oratores dictorum Principum Concordatum, Conclusum, & finaliter Appunctuatum est, quòd deinceps hujusmodi Juramenta non admittentur contra Obligationes publicas vel privatas (non obstantibus Constitutionibus & Privilegiis Locorum in contrarium facientibus) nisi Creditor ad hoc consenserit.

ITEM,

Quoad Querimoniam Mercatorum dictæ Stapulæ Calesiæ de & super Appellationibus, quæ per Subditos Dominorum Ducum *fiunt & emittuntur Parisius, a Sententiis per Legislatores* Dominorum Ducum *latis,*

Inter eosdem Oratores & Ambassiatores Concordatum & Conclusum est, quòd hujusmodi Appellationes de cætero non Recipientur nec Admittentur.

ITEM,

Ubi per Mercatores Stapulæ Conquestum fuerat, quòd in nonnullis Villis & Locis dictorum Dominorum Ducum *prædicatur quædam Aastutia (videlicet) quòd, dùm unus ex Subditis* Dominorum Ducum *tenetur alteri in certa Pecuniarum Summa, Creditor Debitori suo concedit aliam Summam, puta viginti vel triginta Libras vel ultra, quâ pergunt Calesiam & Emunt ibi Lanas partim in Promptu solvendas & partim sub Credentia; & quamprimùm ille, qui sic Emerit Lanas in Calesia, easdem conduxerit ad Villam seu Locum ubi Moram trahit, talis primus Creditor suus facit arrestari omnes hujusmodi Lanas per ipsum, ut præmittitur, Emptas, tamquam propria Bona Debitoris sui, & per Dolum & Fraudem facit ipsum condempnari, & sic Recuperat omne suum Debitum tàm primò quàm secundò malitiosè sibi præstitum; & sic Mercatores Stapulæ dicunt se sæpiùs Defraudatos, qui Lanas suas ad Credentiam vendiderunt,* A. D. 1478. Edw. 4.

Super quo Ambassiatores & Oratores *Dominorum Ducum* dicunt & promittunt quòd super Præmissis providebitur Dampnificatis debitè, ita quòd erit singulis aliis Truphatoribus in Exemplum Justitiâ mediante; & si Reperiant Bona sic dolosè Empta seu Vendita Restituentur ipsis Venditoribus.

ITEM,

Quoad Queremoniam de Lanis & Pellibus lanutis, non Custumatis in Anglia, adductis in Patrias Dominorum Ducum, *& ibidem Distributis,*

Inter dictos Ambassiatores & Oratores Concordatum est & Conclusum, quòd Lanæ & Pelles lanutæ, quæ de suî natura debent Stapulari in Calesia, non adducentur neque permittentur Vendi in Patriis & Dominiis dictorum Dominorum Ducum, si prius non fuerant Stapulatæ in Calesia, & *Domino Regi Angliæ* in Anglia fideliter Custumatæ: Et, si quæ tales inposterùm Reperiantur, veniant Confiscandæ; & ipsæ, sic Confiscatæ, in Tres Partes Dividentur, quarum Trium Partium *unam Tertiam* habebit *Dominus Rex Angliæ* pro Custuma & Subsidio & Jure suo defraudato, *aliam Tertiam* habebunt hujusmodi Lanæ Exploratores seu Denunciatores.

ITEM, Concordatum est, inter Oratores amborum Principum, quòd Bona sive Debita Mercatorum seu alicujus Mercatoris Stapulæ Calesiæ, aut alicujus Inhabitantis Villam Calesiæ, in Manibus Mercatorum seu aliorum Subditorum *Dominorum Ducum* vel infra Patrias eorumdem Dominorum Ducum jam existentia, & quæ inposterùm erunt ex Mercandisiis Stapulæ procedentia, durante Termino Sex Annorum proximè futurorum & plenariè complendorum, nullo modo applicabuntur in Restitutionem Attemptatorum seu Attemptandorum super Mare per aliquos de Subditis *Domini Regis*; etiamsi, occasione talium Attempta-

A. D. 1478. Edv. 4. temptatorum seu Attemptandorum, Literæ Reprisaliarum seu de Marqua, ob denegatam Justitiam, vel aliam Causam quamcumque, super Anglicos vel Bona Anglicorum aut aliorum Subditorum *Domini Regis* per *Dominos Duces* concessæ fuerunt; dum tamen Mercator Stapulæ, vel alius Calesiam Inhabirans, talium Attemptatorum Perpetrator, Factor, Auxiliator, vel Consiliator non fuerit: Et, Casu quo fuerit hujusmodi Attemptator, Perpetrator, Factor, Auxiliator, vel Consiliator, ipse solus, sic perpetrans, faciens, auxilians, seu consulens, Tenebitur & nullus alius; proviso quòd dicti Mercatores Stapulæ, & alii Calesiam Inhabitantes, Remaneant sub Obedientiâ Domini *Regis Angliæ*, & ei sint Fideles durante toto tempore supradicto; & quòd Ligæ & Amicitiæ inter Dominos Regem & Duces remaneant & observentur.

Sequuntur *Capitula, Concordata & Conclusa super Querimoniis & Gravaminibus Mercatorum & Subditorum* Dominorum Ducum *concernentibus Stapulam Calesiæ,*

Inprimis,

Super eo quòd dicebant se Gravatos in hoc quòd ipsi, volentes Emere Lanas in Calesia, non poterunt offerre minus Pretio statuto super ipsis; quod si fecissent cogebantur, per modum Emendæ, præcisè Emere ab eo cui sic minus offerebant; Compellebant etiam illi de Stapula tàm Emptorem quàm Venditorem sollemne Juramentum præstare, quòd non erant Transgressi Ordinationem Pretii per Stapulam ordinati,

Concordatum est, inter amborum Principum Oratores, quòd de cætero prætensa Gravamina non fient.

Item,

Ubi conquerebantur Mercatores prædicti de eo, quòd Pecunia, quæ solvebatur, solebat tradi in manibus Thesaurarii Stapulæ, & Distribui inter alios non Vendentes Lanas, cuilibet secundum suam Quantitatem; quòd Redundabat in Præjudicium Mercatorum tàm Anglicorum *quàm Patriarum* Dominorum Ducum,

Concordatum est quod talia de cætero amplius non fient.

Super *alio Gravamine, quo conquerebatur, ex eo quòd Mercatores Stapulæ exigunt & volunt aliquando habere Partem Solutionis Lanarum Venditarum in Billona; &, si non possunt, cogunt Emptores ad aliquam Recompensam Pecuniarum loco Billonæ,*

Concordatum est quòd, si haberi non possit Billona (ad quam tamen habendam Mercatores instare poterunt) nichil in Recompensam exigetur, & si quid Exactum sit Restituetur.

Ubi *autem conqueruntur Mercatores prædicti de eo, quòd Lanæ Lavatæ mixtæ sunt cum non Lavatis, in grave præjudicium ipsorum,*

Concordatum est quòd Lanæ Lavatæ de cætero Paccabuntur de per se, & apponetur Signum quòd sint hujusmodi, & punientur qui eas cum aliis Miscuerint, & super ipsis Lanis non statuetur Pretium per Stapulam.

Sequuntur *aliæ Querimoniæ Mercatorum & Subditorum* Dominorum Ducum *prædictam Stapulam Calesiæ concernentes, quæ in parte Concordatæ sunt, & in Parte manent in suspensò non Concordatæ,*

Conqueruntur insuper Mercatores & Subditi *Dominorum Ducum* de Duobus Gravaminibus, ab invicem satis dependentibus,

Primò, *de Fraudibus, quæ cotidiè inveniuntur in Paccaturis Lanarum, & aliàs causâ fraudulosæ Nominationis Lanarum fiunt, nominando Lanas unius Patriæ seu Regionis Lanas alterius, in maximum præjudicium Mercatorum Patriarum* Dominorum Ducum,

Quare petunt (prout iteratis vicibus aliis Diebus petitum est) quòd talis Ordo & Provisio ponatur super ipsis Paccaturis, mediantibus quibus ipsæ Fraudes de cætero non fiant aut comperiantur.

Secundò, *de certa Consuetudine ymò potius Coruptela, quam habent illi de Stapula, quia non permittunt Mercatoribus Patriarum* Dominorum Ducum *Emere Lanas Novas sine Antiquis, etiam licet Antiquas Emere noluerint, quin ymmò ipsos compellunt Emere Antiquas cum Novis; Quâ de Causâ ipsi Mercatores sæpenumerò coguntur Inviti Emere Antiquas Lanas, licet Pejores & Deteriores sint Novis, pro cariori Pretio & in Pecunia prompta & numerata; quod nec Juri con-*

A. D. 1478. Edw. 4. *fonum est (secundùm quod non debet Invitus quis cogi ad aliquid Emendum) nec Æquitati, cùm Subditi* Domini Regis Angliæ *possunt in Dominiis* Dominorum Ducum *quæcunque volunt Emere & Vendere, Æquum ergo est ut Subditis* Dominorum Ducum *liceat idem facere in Dominiis Domini* Regis Angliæ,

Quod, ut ita fiat, instanter Petunt & Requirunt Oratores Dominorum Ducum,

Ad quæ Responderunt Oratores Domini Regis,

Et primò ad primum, quòd Regia Magestas, paucis jam lapsis Diebus, ob Bonum & Commodum tàm Mercatorum & Subditorum suorum quàm Subditorum *Dominorum Ducum*, cum magnis Laboribus, maturâ Deliberatione Consilii super hoc habitâ, ad Resistendum Fraudibus, ex Parte Subditorum *Dominorum Ducum* contra ipsos de Stapula prætensis, certas Ordinationes Statuta & Stabilimenta fecit, statuit, & ordinavit, Paccaturas Lanarum & Visitationes ipsarum tàm in Anglia quàm in Calesia concernentia; quibus tàm bona ac utilis Provisio facta est, quòd ammodò erunt benè, fideliter, & indifferenter Paccatæ & Nominatæ, sic quod Subditi *Dominorum Ducum* ex Ratione optimè erunt contenti.

Ad secundum dixerunt Oratores *Domini Regis*, Juri consonum esse & Rationi quòd Lanæ Veteres, quæ diù sine gravi Detrimento Mercatorum servando servari non possint, de quibus etiam Regia Jura sunt soluta & alia Onera a Mercatoribus supportata, in eorum Manibus omninò non pereant sed vendantur, quæ, nisi cum Novis in Venditione concurrerent, sæpissimè perirent, aut longè Deteriores fierent; verùm, quia Mercatores Patriarum *Dominorum Ducum* dicunt se multotiens in Emptione dictarum Lanarum antiquarum Gravatos fuisse in eo, quòd licet non sint ejusdem Bonitatis ut Novæ tamen pro Cariori Pretio & in Pecunia Prompta & Numerata Emere compellantur; dicunt ad hoc Oratores *Domini Regis* quòd, mediantibus illis Visitationibus, quæ ex Ordinationibus Regis hodiè fieri debent, *primò* in Angliâ & *deindè* in Calesiâ, Veteres erunt æquè bonæ sicut Novæ, nec Antiquæ super Novis in aliquo erunt Privilegiatæ, in Pretio aut Solutione Promptæ Pecuniæ vel alio modo quocùmque, prætérquam quòd in Venditione concurret Vetus cum Novâ, taliter quòd, Emens Quatuor Sarplerias Lanarum, cum Tribus Novis habebit unam de Antiquis: & dicent dicti Oratores hoc modo Mercatores Partium *Dominorum Ducum* non posse in Emptione Antiquarum Lanarum aliquod Dampnum consequi, & consequenter eos hoc Responso debere contentari.

Sed, isto Responso Oratores Dominorum Ducum non contenti, dixerunt quòd, etiam dato & præsupposito quòd prædictis Statutis & Ordinationibus Statutum & Ordinatum esset quemadmodum Oratores Angliæ supradixerunt, attamen semper est Juri & Rationi contrarium quòd quis cogendus sit Rem aliquam Invitus Emere; verum, si Lana Vetus in eadem Bonitate vendetur sicut Nova, ut continet Responsio Oratorum *Domini Regis*, ita libenter emetur sicut alia, & maximè cum pro eodem Pretio dabitur, & consequenter nullum poterunt Mercatores Antiquarum Lanarum Dampnum consequi:

Et, quod arguitur, favorabile esse nè Vetus Lana pereat, sed in Venditione cum Novâ concurrat, cum soluta sint Jura Regia &c. Istud nichil concludit, quia in Emptione Rerum solum Inspicienda est Intrinseca Bonitas Rerum & Desiderium Emptoris; sicut videmus in Speciebus & aliis Rebus, quæ ducuntur ex Candia & aliis Locis maximè distantibus cum multo majori Periculo & majoribus Expensis Theoloneorum & aliorum Jurium quàm ducantur Lanæ Calesiam; tamen compellitur quisquam Emere Veteres cum Novis; sed possunt ipsas Anglici Emere tales quales volunt, quemadmodùm & Emere possunt omnes alias Mercandisas aut Mercimonia in Patriis *Dominorum Ducum*, etiam licet Antiquarum Mercandisarum omnia Jura & Theoloneorum & aliorum Onerum soluta fuerint, aut etiam servando servari non possint, sicut sunt Garantiæ & multæ aliæ;

Quare iterùm Oratores Dominorum Ducum petunt quatinus Reciprocè idem liceat Mercatoribus & Subditis *Dominorum Ducum* in Dominiis Regis.

Ad quod dicunt Oratores *Domini Regis* quòd, licet regulariter verum sit Desiderium Emptoris in Rebus Emendis debere attendi, nec præcisè quem cogendum ad id Emendum quod habere non desiderat, tamen cùm Contractus Emptionis & Venditionis utrique Parti voluntarius esse debeat, nec in eo Emptor super Venditorem aliquod Privilegium habeat

A. D. 1478. Edv. 4. habeat fpeciale, & negari non poteft quòd Venditor imminens Dampnum vitando, & contra futura Pericula cautè fibi & Rebus fuis confulendo, ac fic Res, quæ fimul Venditæ majorem afferunt Commoditatem, eas non feperatim fed fimul Vendens neminem offendit, & maximè ubi Emptor ex eo nullum fubiturus eft Incommodum vel Jacturam; quod fit dùm Mercator Stapulæ, timens Lanas fuas, diutiùs cuftoditas, Vermiculofas effici, vel aliter Corrumpi poffe, Emptori, voluntariè venienti & ad Emendum non compulfo, dicit Lanas fuas non Vendendas nifi Antiquæ cum Novis vendantur; & fic, ceffante Coactione, utrafque Lanas Emptor fimul Emat, vel ambas Inemptas dimittat.

Dixerunt ultra Oratores *Domini Regis*, fi Subditis *Dominorum Ducum* liberè permitteretur Emere Lanas Novas fine Antiquis, ex Aftutia Ementium veniret quòd femper Emerent Novas & nullas Antiquas, & fic Antiquæ remanerent in Manibus Mercatorum quoufque adeò Deteriorarentur, quòd dicti Mercatores pro Vili Pretio & Indigno eas, non fine gravi Difpendio, dare compellerentur.

Et, ubi per Oratores *Dominorum Ducum* dicitur Solutionem Cuftumarum *Domini Regis* & Supportationem aliorum Onerum non concludere ad effectum quod Veteres Lanæ cum Novis vendi debeant, cum Mercandifæ Novæ, puta Species ductæ de Candia in Patriis *Dominorum Ducum*, fine Veteribus licitè pro voto Mercatoris emantur, Theoloneorum Solutionibus ac aliorum Onerum Supportationibus in aliquo non obftantibus:

Ad hoc dixerunt Ambaffiatores *Domini Regis* diverfam Confiderationem haberi debere fuper Lanis & Speciebus, quia Species funt quoad Patrias *Dominorum Ducum* Commoditas adquifita & adventitia, & Lanæ quoad Regnum Angliæ Commoditas naturalis & intrinfeca; pro quâ naturali Commoditate promovendâ non videbitur humana Induftria errare, fi ad hoc aliquando cum ipfa natura inclinet: Ipfæque Species diutiùs quàm Lanæ fine manifeftâ & apparente Corruptione fervari poffunt, quæ Species, licet etiam antiquæ fint, fi cum Novis mifceantur, fæpiffimè pro Novis venduntur; poft quarum Mixturam Novas a Veteribus difcernere fatis erit difficile, cùm omninò in Lanis contrarium reperiatur; & ideò non iniquum judicabitur, licet bona Provifio ponatur quomodo Mercandifæ, in bono ftatu exiftentes, congruis loco & tempore Venditioni exponantur.

A. D. 1478. Edv. 4. Qua de Re, cùm tota vis Refponfionum Oratorum *Domini Regis*, fuper ambobus Gravaminibus prædictis, ex Statutis & Ordinationibus dependeat, Oratores *Dominorum Ducum*, pro majori eorum Informatione & ad plenius & fecurius fuper omnibus Deliberandum, petierunt ipfas eis dari in Scriptis, tàm eas quæ fuper Vifitationibus Lanarum in Anglia factæ funt, quàm quæ fuper Vifitationibus Lanarum in Calefia;

Quæ quidem, per Oratores Angliæ, ipfis traditæ funt, modo & formâ fequentibus,

Ordinationes concernentes Stapulam Calefiæ,

ORDINATUM eft quòd, de cætero, nullus Ovium Poffeffor in Anglia, cui crefcunt Lanæ, neque alius quifcúmque, qui folet Involvere Plicare vel Formare Velleta, involvet vel implicabit feu involvi vel implicari faciet in Vellus quodcúmque alia Fragmenta Vellerum, aliquafve Pecias Lanæ pejoris quàm fit illud Vellus plicatum feu formatum, neque imponet feu imponi permittet infra aliquod Vellus Terram, Sordes, Petras, Fimum, Sabulum, Arenam, Pilos, aut quicquam aliud in fraudem, deceptionem, feu detrimentum Ementis, fub Pœna Forisfacturæ & Amiffionis vi. Denariorum pro quolibet Vellere in quo poterunt hujufmodi Fraus & Defectus reperiri.

ITEM, Ordinatum eft, quòd nullus Collector Lanarum, de Lanis unius Comitatûs, vel diverforum Comitatuum, extra Regnum Angliæ Deportandarum, eas paccet aut paccari faciat extra Comitatum illum in quo eas colligit vel colliget deinceps, fub Pœna Forisfacturæ totius Lanæ illius in uno Comitatu collectæ & in alio paccatæ:

Et, quia Comitatus Eboraci & Lincolniæ funt Comitatus ampli, habentes Patrias diverfas, in quibus inveniuntur Lanæ multùm differentes fecundùm Diverfitatem Locorum, diftincti igitur funt illi Comitatus quilibet in Tres diverfas Patrias,

Ut, primò, Comitatus Eboraci in Tria Loca, communiter vocata *Rydings*; Ordinatum eft igitur in illo Comitatu quòd Lanæ quæcúmque, ortum habentes in unaquâque illarum Patriarum vocatarum *Rydings*, nullibi paccari debeant nifi in eadem *Rydings* unde Ortæ funt,

Comi-

A.D. 1478. Edv. 4. Comitatus Lincolniæ dividitur in Tres diversas Partes sive Patrias (videlicet) Lindesey, Kesteven, & Hollandia; Ordinatum itaque est quòd Lanæ, Ortum vel Crescentiam habentes in quavis istarum Partium sive Patriarum Plaga, paccari debeant omninò in eadem Patria ubi creverunt, & non alibi sub Pœna prædictæ Forisfacturæ.

ITEM, Ordinatum est quòd quilibet Paccator de cætero, exerciturus Officium seu Occupationem Paccaturæ in Angliâ, antequam ad hoc admittatur aut permittatur illud Exercitium exercere, præstet Juramentum, coram Thesaurario & Baronibus Scaccarii Regis, quòd, absque Fraude, Collusione, aut Deceptione quacúmq; faciat Paccaturam Lanarum indifferenter & sufficienter: Et quòd fideliter nominabit quascúmque pro Patriis suis sive unde Ortæ sunt, & pro nulla alia Patria quovismodo; signando vel signari faciendo quodcúmque Sarplerium, Saccum, Poke, & Poket de Lanis, dictis EUDE WELLES, in Fine Sarplerii, Sacci, Poke, vel Poket, illis Signo vel Signis, per Dominum Regem ad hoc ordinatis, & de Lanis, dictis CLISTEWELLES, super Latus Sarplerii, Sacci, Poke, vel Poket, talibus formâ & modo, quòd Signum vel Signa, sic apposita, nequeant tolli sine Ruptura Sarplerii, Sacci, Poke, vel Poket; & quisque Paccarius, huic Ordinationi contraveniens, sic punietur ut aliis sit in Exemplum, & faciet Emendam Parti gravatæ eâ occasione.

ITEM, Ordinatum est quòd Custumarii & Contrarotulatores cujuscúmq; Portûs, unde evehuntur Lanæ, scribent seu scribi facient, seperatim & distinctè, in eorum Libris seu Registris, Nomina cujuscúmque Mercatoris vel alterius immittentis Lanas vel Pelles lanutas in Navim vel Naves infra Portum illum, faciendo mentionem in suis Libris seu Registris de Anno & Die quo immittuntur Lanæ vel Pelles lanutæ hujusmodi in Navem vel Naves supradictas, simul de Numero & Pondere omnium Sarpleriorum, Saccorum, Pokes, vel Pokets: facient idem Custumarii & Contrarotulatores Transcripta fidelia Librorum seu Registrorum hujusmodi de tempore in tempus, & eadem transmittent Domino Thesaurario Angliæ pro tempore existenti infra Mensem postquam hujusmodi Lanæ fuerint Eskippatæ.

ITEM, Ordinatum est quòd solùm illæ Lanæ, quæ Apportatæ fuerant Calesiam in Februario ultimò transacto vel ante, & Remanserunt ibidem non Venditæ Sextâ Aprilis ultimò præteritâ, Nominabuntur & Reputabuntur Lanæ Veteres: Et quæcúmque Apportatæ sunt A.D. 1478. Edv. 4. Calesiam citra Mensem Februarii prædicti, vel a tunc apportabuntur usque ad Sextam Aprilis, quæ erit Anno Domini Lxxviii. semper Nominabuntur & Reputabuntur Lanæ non Veteres: & similiter de Pellibus lanutis; nullum omninò habitum Præferrementum, In expositione ad Venditionem, Privilegium vel Beneficium, juxta Modos & Regulas seu quascúmque Ordinationes, antehac habitas seu usitatas in Stapulâ, super vel de Lanis aliàs ante dictis Veteribus, Pellibus lanutis Veteribus, aut aliter privilegiatis; quoad Lanas vel Pelles lanutas, nichilominus, ab eâ Sextâ Aprilis ultimâ Dicendas vel Reputandas Veteres, nullum habebunt Privilegium seu Beneficium vel Utilitatem Lanis Novis amplius; hoc solo Excepto quòd Præferendæ sunt in Venditione juxta hanc Ratam, unam Sarpleriam de istiusmodi Veteribus cum Tribus Lanarum Novarum; & eadem Rata conservanda est de Pellibus lanutis, ut prædicitur, dicendis Veteribus.

Ordinatum est insuper, quòd omnes hujusmodi Lanæ & Pelles lanutæ, ut prædicitur, Reputandæ Veteres, juxta prioris Ordinationis formam, aperientur & visitabuntur in Calesia, super earum ad Venditionem expositione, eo modo & per omnia sicut aperientur & visitabuntur quæcúmque Lanæ Novæ non Veteres cùm exponendæ sunt Venditioni; sed Pannifex seu Mercator, Lanas Empturus seu Pelles lanutas, non artabitur ad plus solvendum, in promptis Pecuniis, seu ad Solutionem Terminos arctiores pro illis dictis Veteribus quàm pro aliis Novis ejusdem Crescentiæ & Patriæ cujus sunt Veteres; neque Mercator aut Pannifex hujusmodi artabitur ad aliquid pro illis Veteribus, ultrà Ratam Pretii, pro quo appretiatæ fuerant, quando primò apportabuntur in Calesiam.

ITEM, si fortè evenerit quòd Lanis hujusmodi Veteribus aut Pellibus Fraus vel Deceptio quævis fuerit comperta, vel quòd Indebita Nominatio aut injusta Paccatura fiat, Venditor Emptori Reparabit Dampnum & Interesse, Judicio aliquorum Proborum Virorum de Calesia, per Capitaneum, Locumtenentem, seu ejus Deputatum limitandorum, non illorum qui primæ Apparturæ, seu Visitationi, seu noviter factæ Paccaturæ Venditioni ante in Calesiâ interfueraut.

ITEM, ut supra Ordinatum est quòd nullus Mercator seu Pannifex, qui consuetus est Emere dumtaxat unius Generis Lanas aut Pelles Veteres, præterquam illius Generis aut Patriæ Lanas seu Pelles,

A. D. 1478. Edw. 4. quas Mercator ille in suis Partibus aut Pannifex pannificare consueverat, Emere non artetur; Mercator verò, qui consuevit Lanas aut Pelles lanutas Emere, diversarum Patriarum simul Emet, earum tamen Patriarum quales Emere consuevit, dùm tales tamen fuerint in Stapula Veteres & pro tunc non venditæ, ipsis nichilominus Lanis aut Pellibus Veteribus apertis Scrutatis & Visitatis ante earum expositionem Venditioni, necnon absque omni Privilegio, aut Beneficio, seu Commodo, quoad Venditionem ut præfertur.

Item, Ordinatum est, sub Gravibus Pœnis, quòd nullus de Stapula Vendat alicui Mercatori seu Pannifici Lanas seu Pelles lanutas Veteres, absque eo quod in omnibus observet istam Ordinationem, neque aliquo modo eum artet aut inducat contra formam ejusdem, si contrarium fecerit graviter punietur.

Ordinationes concernentes Visitationem Lanarum, quæ fit in Calesia.

Primò, Commissarii, ad Infrascripta per *Dominum Regem* in Calesiâ specialiter deputati, videbunt & diligenter examinabunt utrum omnia & singula Capitula, concernentia Visitationem Lanarum & Pellium lanutarum in Angliâ, super Lanis & Pellibus lanutis ad Calesiam adductis, debitè sint Observata, an non; Et, si quâ Inquisitione invenient Custumarios, Contrarotulatores, Paccarios, vel alios quoscúmque dictas Ordinationes, pro manutenentia Stapulæ positas, in aliquo Violâsse, vel eas debitè non Observâsse, dicti Commissarii, cum omni diligentiâ, Dominum Regem Certiorabunt de omnibus & singulis Offensis perpetratis & commissis, unà cum Nominibus & Cognominibus ipsorum Offendentium, ut Regia Magestas ipsos Offendentes condignâ Severitate puniat & castiget.

Item, dicti Commissarii non permittent aliquas Lanas seu Pelles lanutas, ad Calesiam adductas, exponi Venditioni priusquam per eosdem Commissarios diligens Inquisitio fiat, vocatis ad hoc Paccariis & aliis quos duxerint advocandos, an dictæ Lanæ & Pelles lanutæ sint benè & fideliter, pro Patriis & Locis ubi creverunt, nominatæ & consignatæ per Paccarios in Angliâ; &, si invenerint quòd non sint fideliter nominatæ, tunc Lanæ malè nominatæ per dictos Commissarios in Manus *Domini Regis* venient confiscandæ. A. D. 1478. Edw. 4.

Item, erunt duo Paccarii Jurati, continuam Moram in Calesiâ facientes, qui, priusquam ad Exercitium Officii sui admittantur, Juramentum corporale præstabunt & subibunt, quòd ipsi in Personis suis omnes Ordinationes, Paccarios Lanarum in Angliâ concernentes, plenè & fideliter Observabunt: Qui quidem Paccarii Calesiæ omnes Sarpletias Lanarum, ad Calesiam de tempore in tempus adducendas, aperint, & eas de Novo paccabunt, ac Nomina & Signa sua eisdem apponent, cæteráque facient quæ de Paccariis in Angliâ superiùs sunt dicta.

Item, tàm Custumarii quàm Contrarotulatores, de & super Pellibus lanutis & Lanis ad Calesiam adductis & adducendis, Libros & Certificatoria sua Thesaurario & Baronibus Scaccarii *Domini Regis* in Angliâ danda & deliberanda facient & deliberabunt, modo & formâ quibus Custumarii & Contrarotulatores Portuum in Angliâ tradere & deliberare tenentur.

Item, si dicti Commissarii reperiant, per eorum Inquisitiones, vel aliis Mediis, Custumarios, Contrarotulatores, vel Paccarios Calesiæ circa Præmissa Deliquisse, vel in aliquo Offendisse, sic Punient Offendentes quòd eorum Pœna erit Metus multorum.

Quibus ad longum Visis, Lectis, & Intellectis, Oratores *Dominorum Ducum*, per modum Communicationis, Respondendo gradatim & articulatim super quolibet Articulo, dixerunt,

Protestando Dicendis per eos posse addere quæcúmque, pro Bono & Commodo Mercatorum & Subditorum *Dominorum Ducum*, ante Recessum Oratorum Anglicorum, eis videbuntur addenda,

Quoad Primum, quo Statuitur quòd nullus Ovium Possessor, aut aliquis qui solet involvere Vellera, involvet Fragmenta Vellerum aut alias Petias pejoris Lanæ quàm sit Vellus plicatum &c. quòd ille Articulus & rationabilis & utilis, si tamen benè observetur.

Secundus, quo cavetur quòd Collectores Lanarum Lanas suas paccari facient in Comitatibus ubi Ortum habuerunt, Divisio etiam per ipsum Articulum facta de Comitatibus de York & de Lincoln in Sex Partes, & Pœnæ indictæ contra Infractores, & alia in ipso & præcedenti contenta, videntur rationabilia, dùm benè observentur.

Similiter Tertius, Quartus, & Quintus videntur rationabiles, &

A. D. 1478 Edv. 4. Concordatum est quòd de cætero contenta in ipsis fient & observabuntur.

SUPER primâ Parte Articuli, concernentis Ordinationem factam super Veteri Lanâ, qua declaratur quæ Lanæ usque ad Mensem Aprilis Anno Lxxviii. proximè futuri vocabuntur Veteres & quæ Novæ, non volunt ipsi Oratores insistere; Et Concordatum est quòd ita fiet, in quantum in Fine Articuli subjungitur, quòd Lanæ Dicendæ vel Reputandæ Veteres a Sextâ Aprilis ultimò præteritâ in hoc præferendæ sunt, quod concurrent in Venditione una Sarpleria de Antiquis cum Tribus de Novis, non possunt Oratores *Dominorum Ducum* cum eo contentari per rationes supradictas; Dixerunt tamen quòd, si aliter fieri non posset, quin compellentur Mercatores *Dominorum Ducum* Emere Antiquas Lanas cum Novis, magis grave foret & dampnosum si de Quatuor Sarpleriis cogerentur Emere unam de Antiquâ: Quare dictorum *Dominorum Ducum* Oratores, sub Protestatione de non desistendo ab eorum Petitione, qua petierunt ut liceat Subditis *Dominorum Ducum* Emere tales Lanas quales voluerint, instanter petierunt ut, per modum Provisionis, & quousque aliter fuerit super facto Lanæ Veteris Ordinatum, non teneantur Subditi *Dominorum Ducum* Emere Antiquam Lanam nisi de Sex Sarpleriis Unam; Quodque, sub eadem Protestatione, & per modum Provisionis, compellatur Mercator Stapulæ, habens Antiquam Lanam, ipsam Vendere Subditis *Dominorum Ducum* eam Emere volentibus, sive ab ipsomet Mercatore ipsi Subditi *Dominorum Ducum* Novam Lanam Emere voluerunt sive non.

SUPER SECUNDO ARTICULO ipsius Ordinationis noluerunt etiam dicti Oratores multum insistere; quâ de re (sub Protestatione prædictâ, oon Consentiendo quòd Mercatores seu Subditorum *Dominorum Ducum* quicquam de Antiquâ Lanâ Emere compellentur) Concordatum est quòd, per Modum Provisionis donec aliter fuerit Ordinatum, de Lanis Veteribus eo modo fiat quemadmodum in ipso Articulo de ipsis Lanis & de Pannifice seu Mercatore contentum est: Et, quia, per Textum ipsius Ordinationis, dubitari potest an contenta in ipso Secundo Articulo solummodò sunt duratura usque ad sextam Diem Aprilis Anno Lxxviii. proximè futuri, an etiam ultra, petierunt instanter Oratores *Dominorum Ducum*, sub Protestatione prædictâ, ut, per modum Provisionis, tempus illud clarè & expressè prorogetur; super quo Oratores prædicti concesserunt quòd Ordinata in ipso Secundo Articulo, quoad hoc ut Lana Vetus, A. D. 1478. Edv. 4. Biennio durante, nullum habebit Præferrementum, nisi ut concurrat in Venditione cum Novâ modo ibi ordinato &c. etiam, ipso Biennio Elapso de cætero observabuntur; quare concordatum est quòd per Modum Provisionis ita fiet.

QUOAD SEQUENTEM ARTICULUM, quo in effectu Statuitur quòd, si in hujusmodi Lanis Veteribus Fraus fuerit comperta aut indebita Nominatio facta, tenebitur Venditor ad Dampna, Expensas, & Interesse Emptoris, Judicio aliquorum Proborum Virorum, qui per Locumtenentem Calesiæ Deputabuntur, non tamen illorum qui Primæ Visitationi interfuerunt, benè videbitur optimum Oratoribus *Dominorum Ducum* quàm Mercatoribus & Subditis suis, fiat in Calesiâ bona & brevis Justitia contra illos de quibus ibi conquerentur; verumptamen propterea non intelligunt quòd Mercatores & Subditi *Dominorum Ducum* teneantur solummodo Mercatores Stapulæ, Venditores Lanarum in quibus comperientur Fraudes & Defectus, in Calesiâ prosequi, sed quod, modo consueto per Wardarios aut aliis Mediis quibus de Jure melius poterunt, possint eorum Dampna & Interesse Recuperare; *Dixerunt insuper, addendo* in casu quo in Nominatione Lanarum inventa fuerit Fraus ex parte Mercatoris Stapulæ, quòd, non obstante Punitione quâ hac de Causâ veniet Fraudator Puniendus, erit tamen in Optione Mercatoris, per ipsam fraudulosam Nominationem defraudati, Lanam ipsam capere vel dimittere, qui fortasse ipsam Lanam, si benè & justè Nominata fuisset, non emisset.

QUARTUS VERÒ ARTICULUS videbitur rationabilis quoad Primam Partem, quo verò ad aliam Partem, concernentem Veterem Lanam, dicunt Oratores *Dominorum Ducum* ut supra, attamen sub prædictâ Protestatione de non Desistendo &c. per modum Provisionis, Concordatum est quòd contenta in ipso Articulo observabuntur, donec aliter super Facto Veteris Lanæ Concordatum fuerit.

TANDEM ULTIMO ARTICULO ordinatur, Statuto Pœnali, sub Gravibus Pœnis, nè Mercator Stapulæ de cætero vendat aliquas Lanas, absque servando prædicta in Ordinationibus contenta; super quo dixerunt Oratores *Dominorum Ducum* credere se ita fuisse Ordinatum, sed non omninò Observatum: Nam, ut asserunt Mercatores, citra tempus prædictarum Ordinationum, inventæ sunt non-

A. D. 1478. Edv. 4. nonnullæ Fraudes in Paccaturis Lanarum: dicunt etiam quòd, licet ab antiquo Statutum & Ordinatum fuerat certum Pretium seu certus Valor Libris, quibus emuntur Lanæ (videlicet) cuilibet Libræ Pretium *xxii. Solidorum & viii. d.* & quòd communi & antiqua Observantia consuetum sit certam Partem Pretii solvere in Pecunia prompta, & aliam Partem certis Terminis (videlicet) quoad aliquas Lanas de Sex Mensibus in Sex Menses, & quoad aliquas de Octo Mensibus in Octo; attamen sæpenumerò Mercatores Stapulæ, dictas Ordinationes & Consuetudinem Infringendo, compellunt Mercatores & Subditos *Dominorum Ducum* ad Solvendum pro qualibet Libra *xxiv. Solidos*, aliter nolunt ipsis Lanas suas vendere, nolunt etiam dare Terminum seu Tempus ad Solvendum: Cùm igitur parùm sit Statuta Condere nisi Observentur, Petunt & Requirunt Oratores *Dominorum Ducum* ut super Observatione prædictarum Ordinationum, in quantum concernunt Articulos per ipsos acceptatos, talis Provisio ponatur, mediante quâ imposterùm observentur.

CONCORDATUM tamen est insuper, quòd prædictæ Ordinationes, factæ super Visitatione Lanarum in Calesia, tamquam bonæ, deinceps observabuntur.

Angliæ verò Oratores, ad dicta per Oratores *Dominorum Ducum*, super Articulis prædictarum Ordinationum non concordatis, Respondentes, dixerunt,

Et, PRIMO, quoad dicta super Secundâ Parte primi Articuli Ordinationis, concernentis Lanas Veteres, dixerunt Ordinationem ipsam quo ad hoc esse rationabilem, prout supra per eos dictum extitit, nec ipsi pro nunc posse addere vel minuere; & nichilominus Concordatum est quòd, per Modum Provisionis, quousque super Facto Veteris Lanæ aliter fuerit concordatum, poterit Pannifex Subditus *Dominorum Ducum* pro Pannificio suo Emere in Calesiâ Unam vel Duas Sarplerias de Novâ Lanâ, absque eo quod compellatur Emere Antiquam, omni dolo & fraude semotis: sed, in quantum petunt Oratores *Dominorum Ducum* quòd, per Modum Provisionis, solùm concurrat in Venditione una Sarpleria Antiquæ Lanæ cum Quinque de Novis, Oratores *Domini Regis Responderunt* se ad longum super hoc cum ipsis de Stapulâ communicâsse, qui reputant se excessivè lædi per prædictam Ordinationem, qua ordinatur quod tantum Una de Antiquâ Lanâ cum Tribus de Novis concurret, cùm ante illam Ordinationem visum non fuerat quin tot de Antiquis quot de Novis simul in Venditione concurrerent; quare prædictæ Ordinationi se, quoad hoc, nil posse addere Dixerunt: *Quo Responso* Oratores *Dominorum Ducum* non fuerunt contenti, & sic mansit hic Articulus in Suspenso. A. D. 1478. Edv. 4.

In quantum verò per prædictos *Dominorum Ducum* Oratores, per modum Provisionis, Petitum est ut compellatur Mercator Stapulæ, habens Antiquam Lanam, eam vendere Mercatoribus & Subditis *Dominorum Ducum* eam emere volentibus, sive ab ipsomet Mercatores ipsi Subditi *Dominorum Ducum* Novam Lanam emere voluerint sive non, consentiunt Oratores *Domini Regis* quòd ita fiet de cætero; Concordatum ergo est quod ita fiet.

Quoad Dicta super sequenti Articulo, mentionem faciente de Punitione Fraudum, in Paccaturis vel fraudulosis Nominationibus compertatum, dicunt de Jure & Æquitate nullos talium Fraudum posse esse Judices alios quàm Deputatos in Calesiâ, cùm Actor teneatur sequi Forum Rei; Mercator igitur & Subditus *Dominorum Ducum*, qui de Fraude in Paccaturis Lanarum compertâ agere & conqueri vult, tenetur sequi Forum Rei Venditoris; est etiam Judicium, quod, mediantibus Wardariis, redditur in Patriis *Dominorum Ducum* super Defectibus Lanarum, iniquum & nullum, cùm fiat Parte absente & inauditâ, difficiliréque potest sciri in Partibus *Dominorum Ducum* an Fraus, quæ in Lanis ibi invenitur, commissa sit in Stapulâ, an per Emptorem Mercatorum, qui mediat inter Mercatorem Stapulæ & Pannarium, quod tamen per Remissionem Lanarum Calesiam clarè constare posset: Ex quibus inferunt Ordinata & Statuta in hac parte esse rationabilia, ipsosque Oratores *Dominorum Ducum* debere contentari; benè consentiunt quòd, quotienscùmque fiet fraudulosa Nominatio Lanarum per Mercatorem Stapulæ, in Emptoris optione sit tales Lanas accipere vel eas dimittere, aut Emendam prosequi; & *Concordatum* est quòd ita fiet.

Quoad Dicta ad ultimum Articulum, super Observantiâ Ordinationum, quòd *Rex*, qui cum magnâ Deliberatione & magnis Laboribus prædictas Ordinationes condidit, nè in vanum laborâsse videatur, ipsas strictissimè indubitanter observari faciet, neque credunt citra tempus ipsarum Ordinationum inventas fuisse Fraudes in Paccaturis Lanarum; & nichilominus offerunt Defraudatis, Fraude

A. D. 1478. Edv. 4. Fraude & Dolo in Calesiâ repertis, restitui facere omnia sua Dampna & Interesse, si ipsas Lanas Calesiam remittere voluerint.

Sed, quod attinet ad Valorem Libris Ordinatum, & Terminos Solutioni Lanatum statutos non Observatos, Dixerunt, verum esse quòd Libris, quibus emuntur Lanæ, Pretium *xxii. Solid.* & *viii. d.* statutum est, quod, Exaltationibus Monetarum, in Partibus *Dominorum Ducum* Cursum habentium, debitè reformatis, prout super Facto Monetarum *præsenti Dietâ* per particularem Literam conclusum est, omninò observabunt, punientúrq; Transgressores; aliter verò ipsum Pretium *xxii. Solid.* & *viii. d.* non posset observari, cùm secundùm Valorem Monetarum quæ in Partibus *Dominorum Ducum* Cursum habent, earumdémque Exaltationem vel Diminutionem, necesse sit Pretium Libris Calesiæ statutum; attamen certus Modus Solutionis Pretii Lanarum non est ordinatus, sed talis in quo Venditor & Emptor simul convenire possunt: *Oratores verò Dominorum Ducum*, in eorum Responsionibus persistentes, Dixerunt, ut supra, quo attinet Forum & Judicium, Lanarum fraudulosarum Ordinationem ipsam nullo pacto esse rationabilem; tùm quia valdè Incommodum esset & Dampnosum Lanas defectivas ex Partibus *Dominorum Ducum* reducere ad Calesiam, & maximè Mercatori sen Pannifico Quantitatis Lanarum, cui melius & commodius esset supportare Frandem quàm Calesiæ suum Dampnum prosequi; tùm quia laudabili Consuetudine in Possessione sunt, a tanto tempore, cujus Initii non extat memoria, In contrarium, faciendi ipsas Visitationes & Jodicia Recta desuper hoc dandi: Nichil autem est quod dicitur in Partibus *Dominorum Ducum* vix sciri posse an Fraus comperta, per Mercatorem Stapulæ commissa sit, an per Emptorem &c. nunquam enim Inventum est quòd talis Fraus commissa fuerit per Mercatorem Emptorem Lanarum Partium *Dominorum Ducum*, vel etiam per Pannarium; etiam nulla est Causa quare per eos committeretur, quia Mercator Grossatius plus capit Detrimenti in Diffamarione Lanarum suarum, quàm extendere potest Emenda quæ adjudicatur Pannariis; etiam non potest committere Fraudem, cùm Lanæ suæ per Juratos ad hæc visitentur.

ITEM, super eo quòd Oratores *Dominorum Ducum* Querimoniam fecerunt de hoc, quòd *Dominus Rex* contra Institutionem Stapulæ Calesiæ, quæ fuit Institnta pro omnibus Patriis Ultramarinis A. D. 1478. Edv. 4. huic Regno contiguis, mittit in Franciam bonas & fines Lanas Calesiæ non Stapulatas, Privilegiendo in hoc magis Francos quam Subditos *Dominorum Ducum*, qui non possunt tales Lanas non Stapulatas Emere; quod ut de cætero non fiat Instantissimè petebant Oratores prædicti:

RESPONDERUNT Oratores *Domini Regis* solum Regem, qui Legibus & Ordinationibus quibuscùmque solutus est, talia pro Commodo proprio semel solum fecisse, suámque Celsitudinem sine Causâ de cætero non facturam promiserunt:

QUA RESPONSIONE Oratores *Dominorum Ducum* non fuerunt contenti, Rationibus superius per eos allegatis; Et mansit hic Articulus in suspenso non Concordatus.

Notum facimus quòd Nos, pro Bono & Commodo Dominorum Principum nostrorum prædictorum, Dominiorúmque & Subditorum suorum hincinde, nonnullis Capitulorum & Articulorum supradictorum Finem & Conclusionem imponere volentes, Virtute Facultatum, Auctoritatum, & Potestatum, per prædictas Patentes Literas seu Commissiones Nobis traditarum & concessarum, pro & Nomine ipsorum Principum, in quantum eos seu eorum alterum ipsorumque hincinde Dominia & Subditos tangere seu concernere potest, hiis Modo & Formâ & pro eâ Parte quibus per suprascripta sunt Concordata, Acceptata, & Conclusa, Acceptavimus, Emologavimus, & ipsis Consensimus, an Tenore Præsentium ipsa Acceptamus, Emologamus, & Ipsis Consentimus;

Promittentes Nos, *Thomas de Plana* & *Justus Baldinus*, utriusque Juris Doctores, Commissarii, Deputati, & Procuratores antedicti, pro dictis *Dominis Ducibus*, quòd ipsi prædicta Concordata per Literas suas Patentes Ratificabunt, Confirmabunt, & Approbabunt, tradenturque Literæ Ratificatoriæ eorumdem *Dominorum Ducum*, in Villâ Calesiæ, In Manibus Domini Locumtenentis, vel in ejus Absentiâ Marescalli dictæ Villæ Calesiæ, infra Tres Menses proximò futuros;

A quo Domino Locumtenente sive Marescallo tunc & ibidem ille vel illi, qui Literas dictorum *Dominorum Ducum* tradet seu tradent, consimiles Literas pro Parte *Domini Regis* recipiet seu recipient.

Dimittentes insuper alios Articulos superiùs contentos, qui in Difficultate & Differentiâ remanserunt non acceptati

A. D. 1478. Edv. 4. seu concordati, & quoscúmq; alios prædictam Stapulam Calesiæ concernentes, in *anterioribus Dietis* communicatos, & in Libro super hoc confecto declaratos, de quibus inter Nos *præsente Dietâ* nulla Communicatio fuit habita, per modum Recessûs *præsentis Dietæ*, in quantum ipsos Articulos concernunt, in Statu in quo sunt, in Suspenso, usque ad *proximam Dietam*, vel *alias futuras Dietas*, inexpeditos inconclusos & non Determinatos.

In quorum omnium Fidem & Testimonium Præmissorum Nos, Commissarii & Procuratores prædicti, præsentes Manibus nostris subsignavimus, ipsisque Sigilla nostra apposuimus. A. D. 1478. Edv. 4.

Dat. in *Opido Insulensi* Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, Mensis Julii Die Duodecimâ.

J. Cooke.
T. de Pleine.
Justus Baldinus.

Sub Sigillis Commissariorum, pendentibus a Caudis Pergamenæ.

Procuratorium pro Episcopo Eluensi Legato Franciæ.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr.

LUdovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm Treugas, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Amicitiam, Confœderationes, aliásque Conventiones cum Illustrissimo Principe Confratre & Consanguineo nostro carissimo *Edwardo*, eadem Gratiâ, *Angliæ Rege* Potentissimo, ad Vitam utriusque nostrûm duraturas, partim per Nos, partim per Commissarios, Legatos, & Deputatos nostros, sufficientem ad hoc Potestatem a Nobis habentes, Iniverimus, Contraxerimus, Perfecerimus, Convenerimus, & Concluserimus,

Cúmque etiam Promiserimus, Concesserimus, & Obligaverimus Nos Solvere, & in Civitate Londoniarum in Anglia realiter deliberare, eidem Confratri & Consanguineo nostro *Regi Angliæ*, singulis Annis, Vitâ utriusque nostrûm durante, *Quinquaginta Milia Scutorum Auri*,

Necnon super omnibus Litibus, Quæstionibus, & Querelis, inter Nos & eundem Fratrem & Consanguineum nostrum pendentibus inpræsentiarum Indiscussis, Promiserimus & sub certis Pœnis Obligaverimus Nos, ad certa Tempora inter Nos concordata & limitata, stare & obtemperare Laudo, Determinationi, Judicio, & Arbitrio diversorum Arbitrorum, seu amicabilium Compositorum inter Nos nominatorum & electorum, quemadmodùm in certis Literis, super omnibus & singulis Præmissis confectis, pleniùs, latiùs, diffusiúsque continetur,

Notum facimus quòd Nos,

Non minus Luctu quàm Mœrore, piæ oculis habentes quo in Discrimine, Barbaras per Nationes, Orthodoxorum Sanguinem crebrò sitientes, Christiana Religio inpræsentiarùm premitur atque laceratur, quæ ad divam olim Felicitatem votivámque Prosperitatem & sanctiùs & celeriùs reduci nequeat quàm ipsius Religionis Principes, saltem potentiores, Pacis Amicitiæque Fœdere copulentur, A. D. 1478.

De Fidelitate, Literaturâ, Circumspectione, & Industriâ Dilecti & Fidelis Consiliarii nostri *Karoli de Martigny Episcopi Eluensis* plurimùm confidentes,

Ipsum nostrum verum & indubitatum Oratorem, Procuratorem, Legatum, Ambassiatorem, Commissarium, atque Nuncium specialem Ordinamus, Facimus, & Constituimus,

Dantes & Concedentes, per Præsentes, eidem Oratori, Procuratori, Legato, Ambassiatori, Commissario, atque Nuncio nostro plenam, perfectam, & sufficientem Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, Nomine nostro, & pro Nobis, Hæredibus, atque Successoribus nostris, Regno, Patriis, Terris, Dominiis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúmque, cum Illustrissimo Principe Confratre & Consanguineo nostro præcarissimo *Edwardo Rege Angliæ* amedictô, seu ejus Commissario, Procuratore, sive Deputato, Commissariis, Procuratoribus, Deputatisve suis sufficientem Potestatem & consimilem Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro pro Se, Hæredibus, atque Successoribus suis, Regno, Patriis, Terris, Dominiis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Faventibus, & Adhærentibus suis, ad hoc habentibus, Communicandi, Tractandi, & Conveniendi,

Atque

A. D. 1478. Edw. 4. Atque Treugas, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Amicitiam, Confœderationes, atque Conventiones antedictas, cum eodem Consanguineo nostro *Angliæ Rege*, ut præmittitur, initas, contractas, & conclusas, Prorogandi, Elongandi, & Extendendi ad Centum Annos post Mortem primò nostrûm Decedentis duraturas & inconcussè observandas;

Treugásque, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Pacem, Ligas, Amicitias, Confœderationes, Pactiones, aliásque Conventiones, post Mortem primo Nostrûm Decedentis, ad Centum Annos, extunc proximè futuros, continuò duraturas & illibatè inconcussèque observandas, prout eis meliùs visum fuerit, Ineundi, Firmandi, Vallandi, & Roborandi,

Necnon Promittendi & Obligandi Nos, Hæredes, & Successores nostros, Regnum, Patrias, Terras, omniaque & singula Dominia nostra, & Subditos nostros, eorúmque Bona quæcúmque ubicúmque fuerint reperta, ad Solvendum, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, dicto Consanguineo nostro *Angliæ Regi*, Hæredibus & Successoribus suis, in Civitate Londoniæ in Angliâ, *Quinquaginta Milia Scutorum Auri*, ejusdem Valoris & Æstimationis prout sunt inpræsentiarùm in Regno Franciæ, singulis Annis, Centum Annorum, post Mortem primo Nostrûm Decedentis proximè futurorum, astringendique Nos Hæredes & Successores nostros Obligari Jurejurando & sub Pœnis Cameræ Apostolicæ, necnon aliis modis sicuti eis videbitur ad firmam & securam ejusdem Solutionis Observantiam,

Ulteriúsque, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, Promittendi, atque Nos & Ipsos Obligandi, quòd Nos, Hæredes, & idem Successores nostri, durante Termino dictorum Centum Annorum, post Mortem illius Nostrûm qui primò Decesserit, si Lites, Quæstiones, & Differentiæ, pendentes inter Nos & eundem Consanguineum nostrum nunc indiscussæ, interim non Terminentur, Prorogabimus quoque & Innovabimus, de Trienniis in Triennium, aut in Tempora longiora; Potestatem Arbitrorum, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum, ut præmittitur, Electorum, aut in loco Ipsorum alteujusve eorum Eligendorum,

Et si contingat aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum, ex Parte nostrâ Hæredum Successorúmve nostrorum Electorum aut Eligendorum, Decedere, aliáve Causâ impediri quominus dictarum Litium, Quæstionum, & Differentiarum Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, quòd Nos, Hæredes, & Successores nostri, alium vel alios, in Locum ipsius ipsorúmve, cum simili Potestate Deputabimus & Subrogabimus,

Damúsque eidem Legato, Procuratori, & Oratori nostro plenam Potestatem & Auctoritatem Literas super omnibus & singulis Præmissis eaque concernentibus Conficiendi, & eidem Consanguineo nostro ejúsve Commissariis eas Deliberandi, atque ad omnium eorum & singulorum Præmissorum Observantiam Nos, Hæredes, & Successores nostros, per easdem Litteras, modo & & formâ quibus eis meliùs videbitur, Astringendi & Obligandi,

Cæteraque omnia & singula, quæ in Præmissis vel circa eorum aliqua necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Excercendi, & Exequendi, prout Nos faceremus si personaliter interessemus:

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid quod per præfatum Legatum, Procuratorem & Oratorem nostrum Actum, Gestum, Conclusum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, vel eorum aliquo:

Nolumus tamen quòd, vigore aut colore hujus Commissionis nostræ, aliquæ Confœderationes, Amicitiæ, Ligæ, Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Conventiones, Intelligentiæ, Promissiones, seu Obligationes, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum seu Nominibus nostris, aut pro Nobis contractæ & initæ, in parte vel in toto violentur, invalidentur, aut infirmentur, nec earum aliqua violetur, invalidetur, aut infirmetur; ymmò volumus quòd ipsæ & quælibet earum atque omnia & singula in eis contenta, prout in Literis superindè confectis pleniùs continetur, in suo firmo Robore & Effectu, juxta vim, formam, & effectum earumdem Literarum, permaneant & inviolabiliter observentur.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium, præsentes Literas Manû nostrâ subscriptione signavimus, & Sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Dat. in *Civitate nostrâ Atrebatensi*, Die Decimâ tertiâ Mensis Julii, Anno

A. D. 1478. Edw. 4. Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, & Regni nostri Decimo Septimo.

Loys.

Per Regem, vobis Magistris, *Johanne Chambon* Magistro Requestarum Hospitii, *Jocobo Louvet*, & aliis præsentibus. A. D. 1478. Edw. 4.

Sub Sigillo Magno suo cera albæ, pendente a Caudâ Pergamenæ.

Super Vacatione & Custodia Episcopatus Eliensis.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 25.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Ecclesia & Episcopatus Eliensis, per Mortem, bonæ memoriæ, *Willielmi Gray* nuper & *ultimi Episcopi* Loci illius, jam vacent & Pastoris Solatio sint destituti,

Et quòd Nobis, per *Priorem & Conventum* de Ely prædicta, & Successores suos, pro Custodiâ ejusdem Episcopatûs & Temporalium ejusdem Episcopatûs, Episcopatu illo Vacante, si per unum Annum vacaverit, de Duobus *Millibus Librarum pro Anno* illo, &, si minori vel majori tempore quàm per Annum hujusmodi Vacatio duraverit, tunc per eosdem Priorem & Conventum, & Successores suos prædictos, de Rata dictorum *Duorum Millium Librarum per Annum*, pro Rata Temporis, Nobis proinde responderi debeat,

De Gratiâ nostrâ speciali ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, *Willielmo Hastynges* de Hastynges Militi, *Thomæ Burgh* Militi, & *Thomæ Sentleger* Militi, & Assignatis suis, quòd ipsi, a tempore Mortis dicti *Willielmi Gray*, quamdiu Episcopatum prædictum de Episcopo dictæ Ecclesiæ Eliensis vacare contigerit, habeant & percipiant, per Manus *Prioris & Conventûs* dictæ Ecclesiæ Eliensis & Successorum suorum, dicta *Duo Millia Librarum*, si Vacatio Episcopatûs illius a tempore Mortis dicti *Willielmi Gray* per unum Annum duraverit,

Et, si Episcopatum illum minori vel majori tempore quàm per unum Annum a tempore Mortis dicti *Willielmi nuper Episcopi* vacare contigerit, quòd tunc iidem, *Willielmus Hastynges*, *Thomas Burgh*, & *Thomas Seintleger*, & assignati sui habeant & percipiant per Manus dictorum *Prioris & Conventûs* & Successorum suorum, omnes ac tantas & hujusmodi Denariorum Summas, quæ ad Nos per Mortem præfati *Willielmi nuper Episcopi*, & ratione Vacationis Episcopatûs illius, pertinent aut pertinere poterint seu debuerint, juxta Ratam *Duorum Millium Librarum per Annum*, pro Rata Temporis quo Episcopatum illum, a tempore Mortis dicti *Willielmi nuper Episcopi*, per minus vel majus Tempus vacare contigerit, & omne id quòd ad Nos de *Duobus Millibus Librarum* prædictis, occasione Vacationis prædictæ, pertinet aut pertinere debeat seu poterit, A. D. 1478.

Habendas, Tenendas, & Percipiendas eisdem, *Willielmo Hastynges*, *Thomæ Burgh*, & *Thomæ Seyntleger*, & Assignatis suis prædictis, de Dono nostro, adeò plenè integrè & liberè prout Nos vel Hæredes nostri, occasione hujusmodi Vacatione Episcopatûs prædicti, haberemus aut perciperemus si præsens Concessio nostra facta non fuisset,

Et insuper, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris prædictis, Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris prædictis, præfatis, *Willielmo Hastynges*, *Thomæ Burgh*, & *Thomæ Seyntleger*, & Assignatis suis prædictis, omnia & omnimoda Feoda Militum, quæ tenentur de Episcopatu prædicto, ac Advocationes Ecclesiarum, Capellarum, Cantariarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, & Escaetas Terrarum & Tenementorum, ac Bonorum & Catallorum quorumcúmque, cum Pertinentiis, prædicto Episcopatui Eliensi qualitercúmque pertinentia, spectantia, sive incumbentia, ac Custodiam omnium eorumdem, quæ per Mortem dicti *Willielmi nuper Episcopi*, durante Vacatione hujusmodi ejusdem Episcopatûs, ad Manus nostras sive ad Nos devenerunt aut acciderunt, seu devenire aut accidere debuerunt debeat, aut debebunt, seu devenient, a tempore Mortis ejusdem *nuper Episcopi*, durante hujusmodi Vacatione ejusdem Episcopatûs, ac omnes Denariorum Summas de Præmissis sive eorum aliquo provenientium,

Habenda & Tenenda omnia eadem Feoda Militum, Advocationes, & Escaetas cum Pertinentiis, ac Custodiam omnium

A. D. 1478. Edw. 4. omnium eorumdem, & Denariorum Summas, eisdem, *Willielmo Hastynges, Thomæ Burgh*, & *Thomæ Seyntleger*, & Assignatis suis prædictis, a tempore Mortis prædicti *Willielmi nuper Episcopi*, quamdiu Episcopatum illum Vacare contigerit, ac omnia cætera Præmissa, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis seu aliquo Præmissorum reddendo seu faciendo, & absque Impetitione, Molestatione, Perturbatione, sive Inquietatione Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum sive Hæredum nostrorum quorumcúmque,

Et insuper, ex certa Scientia & mero Motu prædictis, Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris prædictis, quòd tàm prædicti *Willielmus Hastynges, Thomas Burgh*, & *Thomas Seyntleger*, & Assignati sui prædicti, quàm *Prior & Conventus* & Successores sui prædicti, & eorum quilibet, de dictis *Duobus Millibus Librarum per Annum*, & qualibet indè Parcella pro Rata, indè Nobis pertinentibus, pro Tempore quo Episcopatum prædictum, a tempore Mortis dicti *Willielmi nuper Episcopi*, Vacare contigerit, pertinet, pertinebit, aut pertinere debuerit, erga Nos & Hæredes nostros Exonerentur & Acquietentur per Præsentes; eo, quòd expressa mentio de vero Valore annuo Præmissorum, sive eorum alicujus, aut de aliis Donis seu Concessionibus per Nos eisdem *Willielmo Hastynges, Thomæ Burgh*, & *Thomæ Seyntleger* sive eorum alicui ante hæc tempora factis, in Præsentibus facta non existit; aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, sive Restrictione quacúmque, ante hæc tempora facta, edita, sive provisa, non obstante. A. D. 1478. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Monstro capiendo.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 25.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Willielmo Stanley* Militi, *Thomæ Molyneux, Willielmo Griffith* Seniori, *Willielmo Bukley* Seniori, & *Johanni Boteler*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm quandam Armatam, Trescentorum Hominum ad Arma & Sagittariorum, cum Dilecto & Fideli nostro *Henrico Gray* Sublocumtenente ultimi Geniti Filii nostri *Georgii* Locumtenentis Terræ nostræ Hiberniæ, usque & versus Terram illam, in Resistentiam Inimicorum & Adversariorum nostrorum ibidem indies confluentium, ordinaverimus,

Et de Fidelitatibus & providis Circumspectionibus vestris plenius confidentes,

Assignavimus vos, ac vobis & cuilibet vestrûm plenam Potestatem & Auctoritatem per Præsentes Damus & Committimus, ad Monstrum sive Monstrationem Trescentorum Hominum ad Arma & Sagittariorum prædictorum, in aliquo Loco congruo propè Conwey, juxta sanas Discretiones vestras, Capiendum & Supervidendum, & Nos & Concilium nostrum tàm de Numero Hominum ad Arma quàm Sagittariorum prædictorum sine dilatione Certificandum. A. D. 1478.

Et ideò &c.

Damus autem &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Notyngham* nono Die Augusti.

De Tractando super Sponsalibus & Filiæ Regis Dotatione, in Francia.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 6.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm aliàs, inter Nos & Serenissimum Principem *Lodowicum Franciæ* Consanguineum carissimum, Promissum, Conventum, Concordatum, & Conclusum fuerit quòd Matrimonium contraheretur inter Illustrissimum Principem *Karolum*, dicti Serenissimi Principis *Lodowici Franciæ* Consanguinei nostri carissimi *Filium*, & Serenissimam Dominam *Elizabetham*, *Filiam nostram* præcarissimam, cùm ad Annos Nubiles pervenirent, A. D. 1478.

A.D. 1478. Edw. 4. Et quòd idem Sereniffimus Princeps *Lodowicus* ipfam *Dominam Elizabetham* a Regno Angliæ, pro Solempnizatione ejufdem Matrimonii, in parte Franciæ, Sumptibus & Expenfis fuis, Conduceret Conducive faceret,

Ipfámque ad *Sexaginta Millia Librarum Redditûs Anni in Affieta*, fecundùm Confuetudinem Regni Franciæ, annuatim Dotaret, illáque Dos affignaretur eidem Dominæ quamprimùm ipfa ad Annos Nubiles pervenitet,

Ad quod quidem Matrimonium fic, ut prædicitur, abfque fallo Celebrandum Nos Promiferimus, & uterque noftrûm in Verbo Principis & Fide præftitâ promiferit, omnibus fuis viribus fuas apponere Manus Adjutrices, & eum effectu fuos ad hoc continuè impendere Labores, prout in Literis Patentibus, fuperindè confectis (quarum Data eft, in *Civitate Ambianenfi*, *Die Vicefimâ Nonâ Menfis Augufti*, *Anno Domini Millefimo*, *Quadringentefimo*, *Septuagefimo quinto*) pleniùs continetur,

Cúmque idem Illuftriffimus Princeps *Karolus* (etfi Sponfalia contrahere valeat) indiffolubile Matrimonium, ob fuæ Ætatis defectum, cum eadem Filia noftra Elizabetha (quæ modo Duodecim eft Annorum completè & ultra) inpræfentiarùm contrahere nequeat,

Nos,

Inviolabilem Amicitiæ, inter Nos & eundem Confanguineum noftrum contractæ, Obfervantiam, dictúmque Matrimonium felicem juxta Promiffa confequi effectum (quo nil Nobis, Res inter fecundas, placabilius contingere queat) fummoperè anhelantes,

De Fidelitatibus & providis Circumfpectionibus, Dilectorum & Fidelium Confiliariorum noftrorum, *Richardi Tunftall* Militis, & Magiftri *Thomæ Langton* Decretorum Doctoris, pleniùs confidentes,

Ipfos noftros veros & indubitatos Ambaffiatores, Oratores, Procuratores, & Deputatos fpeciales Ordinamus & Conftituimus per Præfentes,

Dantes & Concedentes eifdem Ambaffiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, & Deputatis noftris plenam Poteftatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & fpeciale, pro Nobis & Nomine noftro, ac pro præfata Sereniffima Domina *Elizabetha* & ejus Nomine, ut Sponfalia, ad Requifitionem dicti Confanguinei noftri, inter eundem Illuftriffimum Principem *Karolum* ejus Filium & ipfam noftram Filiam *Elizabetham* ritè & debitè contrahantur, Promittendi Affentiendi, & Confentiendi; A.D. 1478. Edw. 4.

Dotémque *dictarum Sexaginta Millium Librarum Redditûs Anni in Affieta*, fecundùm Confuetudinem Regni Franciæ, eidem Sereniffimæ Dominæ *Elizabethæ* Filiæ noftræ ad nunc, juxta effectum dictarum Literarum Patentium, debitam, pro eo quòd ipfa Duodecim Annos completè egit, & fic ad Annos Nubiles pervenit, per eundem Confanguineum noftrum affignari & realiter cum effectu dari ab eo Petendi, Requirendi, & Obtinendi,

Ejufdémque Dotis fic Affignatæ vel Affignandæ Poffeffionem naturalem & Civilem, pro prædicta Sereniffima Domina *Elizabetha Filia noftra*, & ejus Nomine, Juris formâ & modo melioribus & legalioribus Adquirendi & Nanctfcendi, Poffeffionemque talem Naturalem & Civilem, fic Nactam & Adquifitam, a præfato Confanguineo noftro Cariffimo *Lodowico Franciæ* tutari & defendi Petendi,

Cæteraque omnia & fingula Faciendi, Excercendi, & Exequendi quæ in Præmiffis feu circa ea aut eorum aliquod neceffaria fuerint feu quomodolibet oportuna, etiam fi talia fint quæ de fe Mandatum exigant magis fpeciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid, quod per præfatos Ambaffiatores, Oratores, Procuratores, & Deputatos noftros Nomine noftro & ejufdem Dominæ *Elizabethæ* Filiæ noftræ Actum, Geftum, feu Procuratum fuerit in Præmiffis & quolibet Præmifforum.

In cujus &c.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* vicefimo fexto Die Augufti.

Per ipfum Regem.

Pro Episcopo Landavensi de Restitutione Temporalium.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 25.

REX Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ, ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm *Dominus Sixtus Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Episcopali Ecclesiæ Cathedralis Landavensis per Mortem, bonæ memoriæ, *Johannis* ejusdem Ecclesiæ *ultimi Pastoris & Episcopi*, Personam Venerabilis Viri Magistri *Johannis Marshall*, ejusdem Ecclesiæ Electi, in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Summi Pontificis*, Nobis ostensa, pleniùs constare poterit,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se Submisit; volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi* & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem; A. D. 1478.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Dancastr.* decimo octavo Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.

Consimile Breve dirigitur Escaetori subscripto, in Comitatu subscripto, sub eadem Data; videlicet.

Escaetori suo in Comitatu Salopiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Literis Acquietantiæ pro Margareta Regina.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 6.

REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos Recepisse & Habuisse, Die Confectionis Præsentium, per Manus *Gerardi Canizian*, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, *Decem Milia Coronarum Auri*, in Festo Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Millium Coronarum Auri*, Nobis infra Quinque Annos pro Prænobili Domina Principe *Margareta Regis Regnati Filia* Solvendarum, prout in Literis ejusdem Consanguinei nostri superinde confectis, pleniùs continetur; A. D. 1478.

De quibus quidem *Decem Millibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse solutum, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Tractatuum, duodecimo Die Mensis Julii habitorum, Ratificatio.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ex Autogr.

MAximilianus & *Maria*, Dei gratiâ, *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lothаringiæ*, *Brabantiæ*, *Stiriæ*, *Carinthiæ*, *Carniolæ*, *Limburgiæ*, *Lucemburgii*, & *Gheldriæ*, Duces, *Flandriæ*, *in Hapsburg*, *Tirolis*, *Arthesii*, *Burgundiæ*, Palatini, *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, Comites, *Sacriq; Imperii* Marchiones, Burgovii Landsgravii, *Alsatiæ*, *Frisiæ*, *Marchiæ*, *Sclavoniæ*, *Portusnaonis*, *Salinarum*, & *Mechliniæ* Domini, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem. A. D. 1478.

Cùm, super pluribus Querelis, Querimoniis, & Gravaminibus,

Ex

A. D. 1478. Edw. 4.

Ex parte Sereoiffimi & Potentiffimi Principis Domioi *Edwardi*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis*, *Dominique Hiberniæ* Coofanguioei noftri Præhonorandi, Nomine Mercatorum Stapulæ Calefiæ, & Regni fui Subditorum ex una, necnon Illuftris quondam *Ducis Karoli Burgundiæ*, *&c.* Soceri & Patris noftri, tàm fuo quàm Mercatorum Patriarum & Dominiorum fuorum ipfam Stapulam ftequentaotium Nominibus, pro Parte ex altera, eo tunc exortis,

Per utrarúmque Partium Deputatos quamplures Communicationes & Dietæ, pro Bono Pacis & Utilitate Reipublicæ, habitæ & practicatæ fuerint, oulla tamen Conclufione finali facta, ficque res permanferit ufque Obitum prædicti Soceri & Patris noftri,

Nos,

Defiderantes Amicitias & Antiquas Confœderationes, quas Prædeceffores noftri cum dicto Coofangolneo ooftro *Rege Angliæ* habuerunt, Manutenere, ipfafque, fi opus effet, Ampliare, ut etiam Communicatio Negotiationis & Intercurfus Mercandifiæ ioter Subditos Regni prædicti & Patriarum ooftrarum, ad ipfius Regoi & Domioiorum noftrorum Utilitatem & Commodltatem, Vigere poffit, Summéque affectantes dictis Querelis & Cootroverfiis Finem impooere,

Noftros Commiffarios & Oratores apud eumdem ooftrum Coofanguioeum Regem *Edwardum* Præbonoraodum fore mitteodos ordinâffemus (videlicet) Dilectos & Fideles noftros Coofiliarios Magiftros, *Thomam de Plana* Gubernatorem Cancellariæ noftræ Burgundiæ, & *Juftum Baldinum*, utriufque Juris Doctores, Nomine noftro fufficienter fuodatos, ot cum Oratoribus dicti *Angliæ Regis* antedictis Querelis Finem imponerent, ipfafque debito modo tractarent,

Qui quidem noftri Oratores eum dictis Regiis Oratoribus, poft plurimas Confultatiooes Rationefque, per utrofque Deputatos & Oratores, Nominibus quibus agebant, diverfis vieibus, invicem habitas & allegatas, *Die Duodecimâ Menfis Julii* ultimò præteriti, in *Opido noftro Infulenfi*, fuper eifdem Queremoniis, Gravaminibus, & Querelis Convenerunt, Tractârunt, Ordinârunt, Appunctuârunt, & Statuerunt quamplurima Statuta, Ordinationes, Puncta, & Articulos, in eorum Literis Patentibus, defuper per eofdem hincinde Deputatos concorditer confectis, Sigillifque eorum & Manibus propriis figoatis & figillatis, contenta, fpecificata, & declarata,

Quarum Literarum Teoor fequitur in hæc verba,

A. D. 1478. Edw. 4.

Johannes Cooke Legum Doctor *&c. ut fupra de Dat.* 12. *Julii* 1478. *ad hæc verba.*

Notum igitur facimus quòd, prædictis coofideratis, maximè quòd Statuta, Ordinationes, Puncta, & Articuli, modo præfcripto tractati, conclufi, accordati, & de verbo ad verbum ut præferrur fuperiùs inferri, Utilitatem & Commoditatem Reipublicæ noftrarum Patriarum, cujus Autores fore defideramus, permaximè concernunt, Præhonoraodo etiam Confanguioeo noftro *Regi Edwardo*, Nobifq; & utrarum Partium Subditis, Regno Angliæ ac Patriis & Dominiis ooftris, ut fperamus, maximam Pacem, Uuionem, & Tranquillitatem inducent, habitâque fuper hæc maturâ Confiliariorum noftrorum Deliberatione, Accepimus, Laudavimus, Ratificavimus, & Approbavimus, Tenoreque Præfentium Literarum Accipimus, Laudamus, Ratificamus, & Apptobamus Statuta, Ordinationes, Puncta, & Articulos, in dictis Literis Oratorum utrarúmq; Partium fuperius de verbo ad verbum declatata,

Jutavimúfq; & promifimus, Juramus etiam & Promittimus, io Verbo Principum, & fub Fide & Honoribus noftris, Obligationeque omoium Bonorum ooftrorum mobilium & inmobilium præfeotium etiam & futurorum, omnia prædicta, in toto & in parte, fideliter & inviolabiliter, per Nos, ooftrofq; Hæredes & Subditos, perpetuis futuris tempotibus, obfervare & adimplere, ac obfervari & adimpleri facere, realiter & cum effectu; fubmittentes Nos, quantum ad hoc, Cohertioni cujufcúmque Ptincipis & Domini Temporalis ac Ecclefiaftici,

Et, quia de hiis præfentibus uti coutinget io pluribus & diverfis Locis, volumus quòd Coppiæ aut Tranfumpto Præfentium Literarum, factis fub Sigillis autenticis, tanta Fides adhibeatur, ficuti præfentibus Originalibus,

Ut etiam Res hæc firma atque ftabilis permaneat, Nos eafdem Manu propriâ fignavimus, & Sigilli ooftri appenfione duximus comuniri.

Dat. in *Opido noftro Bruxellenfi*, Die decimâ Menfis Octobris, Anno Domini M. CCCC. LXXVIII.

Per Dominum Ducem & Dominam Duxiffam.

GOUPEBEKE.

Sub Sigillo Magno Ducum Ceræ rubræ pendente a Cauda Pergamenæ.

4 *Pro*

A. D. 1478. Edw. 4. A. D. 1478. Edw. 4.

Pro Episcopo Sarum.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 3. m. 18.

EDward, par la grace de Dieu, *Roy d'Angleterre & de France*, a tous ceulx, qui ces presentes verront ou orront, Salut.

Come, entre les Offices de nostre *Ordre de la Gartiere*, il n'y ait nul *Office de Chauncellier* par les primers Estatuz d'icelluy Ordre, le quel Office est bien licite & necessarie au dite Ordre,

Volons & Ordonons que, pur l'Exaltation & Bien du dite Ordre, en icelluy aura ung Officier nome CHAUNCELLIER,

Et, pur tant que l'Office est Graunde & de grande Charge, & requiert avoir ung Notable Personne, volons que nul ne soit en icelluy Office s'il n'est en Dignitee Ecclesiastique come Evesque,

Considerans en oultre que la Chapell de Saint George, en nostre Chapell Roy de Windesore, ou la dite Ordre est Foundee, est Assise & Establie dedens le Diocise de Salusbury,

Et Nous,

Aians regart aux Vertux Prudence & Diligence de Reverent Pere en Dieu nostre Chier & bien Ame Cousin *Richart Beauchamp*, a present Evesque du dite Diocise de Salusbury, qui pour l'Amour de Nous & l'Onneur du dite Ordre s'employe, de jour en jour, de vaquier & entendre a l'Avancement & bonne Perfection de la Belle Oevure, par Nous commences au dit Chastell de Wyndesore, sur la Largeur dessusdite Chapell, A. D. 1478.

Avons icelluy Reverent Pere en Dieu Ordonne & Estable, Ordonnons & Establissons, pour le Terme de sa Vie, *Chauncellier de la dite nostre Ordre de la Gartiere*, &, apres sa Vie, Volons & Ordonnons que les Successurs *Evesqnes de Salusbury*, a tous jours, aient & occupent *le dit Office de Chauncellier*, tout ainsi que cest nostre Concession, par l'advis des Confrees Chivaliers du dite Ordre, s'en mis en Execution, sans prejudice le l'Evesque de Winchestre en ce que, touchant la dite Ordre, par les Primiers Estatots, Lui en doit apparteinir,

Et ausi Volons & Ordonnons que le dessus dit *Chauncellier*, & ses Succeßeurs Evesques du dit Salusbury, avorit en garde le Graut Seall de la dessusdite nostre Ordre de la Gartiere,

Du quel Seal ilz ne purront Seelere nulles Lettres, se non par la forme & maniere come il est ordonne par les Estatuz du dite Ordre, ou par Commaundement especiall de Nous & de nous Succeßeurs Soverains du dite Ordre.

En Tesmoigne de quele Chose ceftes nostre Lettres avemons fait faire Patentes.

Tesmoign. Nous mesmes a *Westm.* le x. Jour d'Octobre.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Ambaxiatoribus Hispaniæ.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Infra Pell. Bag. E. 4. Bund. 1 N° 38.

EDward, by the Grace of God, *King of England and of Fraunce, and Lord of Irland*, to the Tresourer and Chamberlaine of our Eschequier Greting.

We Wol and Charge you that, incontinent upon the sight of thies oure Letters, ye Delivere unto the *Prothonotarie de Lucena* and the Knight his Felaw, Ambassadours of Spaygne, nowe beyng here, the Somme of lxxx *l.* in Redy Money, by wey of Rewarde, betwixt theim equally to be devyded,

And also xx *l.* more, to be Delivered, by way of Reward, to the *Messanger of Spaigne*, which broght us Letters of the *Birth of the Yonge Prince* there, A. D. 1478.

And theis our Letters shal be your Warrant sufficient at alle tymes in this behalf.

Yeven under our Pryve Seall *atte oure Paloys of Westminster*, the fourteenth Daye of October, the eighteenth Yere of oure Reigne.

HORWOD.

A. D. 1478. Edw. 4. A. D. 1478. Edw. 4.

Super Mercandisis, ad Partes Daciæ traducendis, Licentia Regis.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 6.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Licet in Statuto, in Parliamento, apud Westmonasterium, Anno Regni *Henrici Sexti*, nuper *de Facto & non de Jure Regis Angliæ*, octavo, tento, edito, Prohibitum sit & Stabilitum,

Ne quis Ligeorum & Subditorum nostrorum, propriæ Temeritatis ausu aliqua Regna, Terras, Dominia, Districtus, Territoria, Jurisdictiones, & Loca carissimi Consanguinei nostri Regis Daciæ, Norwegiæ Sweciæ, *Causa habendi vel optinendi Pisces, aut alia quæcumque Bona & Mercandisas, præterquam ad Stapulam suam de Norberne, adire ingredi seu intrare præsumat, sub Pœna Forisfacturæ omnium Bonorum suorum mobilium & Imprisonamenti Personæ suæ ad Voluntatem nostram,*

Prout in Statuto prædicto pleniùs continetur,

Nos tamen, de Gratia nostra speciali, Concessimus & Licentiam Dedimus, ac per Præsentes Concedimus & Licentiam Damus *Roberto Alcok*, quòd ipse, per Se, aut Factores, sive Attornatos suos, in quocúmque Portu sive in quibuscúmque Portubus Regni nostri Angliæ, quandam Navem Regni nostri Angliæ, Portagii Ducentorum & Quadraginta Doliorum, vel infra, quibuscúmque Bonis & Mercandisis (Stapulæ nostræ Calesii non pertinentibus) tàm de Bonis suis propriis quàm alienis, Nomine suo proprio, aut Factorum sive Attornatorum suorum, Carcare, & eandem Navem sic Carcatam, unà cum Magistro & Marinariis pro Gubernatione ejusdem Navis competentibus, versus & usque quascúmque Partes Islandiæ, totiens quotiens eis placuerit, durante præsenti Licentia nostra, Traducere & Cariare; & Terram illam Intrare & Ingredi, & Bona & Mercandisas prædicta inibi Vendere, aliaque Bona Pisces & Mercandisas quæcúmque ibidem Emere, & Navem illam cum eisdem Recarcare, & eam sic Recarcatam in dictum Regnum nostrum Angliæ Reducere valeat licitè & impunè, absque impedimento seu impetitione Nostri aut Officiariorum nostrorum quorumcúmque; Statuto prædicto, aut aliquo alio Statuto, Actu, sive Restrictione, in contrarium factis, editis, seu provisis, non obstantibus; A. D. 1478.

Proviso semper quòd Nobis de Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, Nobis in hac parte debitis, fideliter respondeatur ut est justum.

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Octobris.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, Concedimus, *& tunc sic*, & Licentiam Damus *Thomæ Alcok* quòd ipse, *&c. ut supra usque ibi*, ibidem quandam Navem, *& tunc sic*, Regni nostri Angliæ, Portagii Ducentorum & Quadraginta Doliorum vel infra *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

De Restitutione Temporalium Exon.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 20.

REX Escaetori suo in Comitatu Devoniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Exoniensi Ecclesiâ, per Mortem, bonæ memoriæ, *Johannis Bothe* nuper Episcopi ibidem vacante, de Persona sincerè Nobis Dilecti Magistri *Petri Courtenay*, nunc *Episcopi Exoniensis*, Auctoritate Apostolicâ duxerit Providendum, ipsum eidem Ecclesiæ Præficiendo in Episcopum & Pastorem, prout per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat, Nos, A. D. 1478.

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Eidem Electo (cujus Fidelitatem cepimus) Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes

A. D. 1478. Edv. 4. Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tertio Die Novembris.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet, A. D. 1478. Edv. 4.

Escaetori Regis in Com. Suth.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Suffex.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Cornub.

Et Mandatum est Milibus, &c.

De Injuriis per nuper Ducem Clarenciæ perpetratis.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ibid. m. 11. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Inclitæ memoriæ nostræ reducentes de grandibus Injuriis, Gravaminibusq; Offensis, non solùm Carissimo Consanguineo nostro *Antonio Comiti Ryvers*, verùm etiam Nobilibus Parentibus suis, per *Georgium nuper Ducem Clarenciæ* indignè perpetratis, & quòd *idem Dux*, Die quo obiit & anteà, voluit & intendebat quòd *prædictus Comes* omninò Recompensaretur,

Nos Præmissa considerantes, Salutemque Animæ intimè scitientes,

De Gratia nostra speciali, at ex certa Scientia & mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus *præfato Comiti* Maneria nostra de Sweynefton, Brigbiefton, Thorney, & Wellowe, cum omnibus suis Membris & Pertinentiis quibuscúmque,

Feodis Militum & Advocationibus Ecclesiarum, in Insula Vecta dictis Maneriis & eorum cuilibet pertinentibus sive spectantibus, Escaetis, Maritagiis, Wardis, & Releviis Nobis & Hæredibus nostris omninò Exceptis & Reservatis,

Habenda & Tenenda Maneria prædicta ac cætera Præmissa, cum suis Pertinentiis (exceptis præexceptis) *præfato Comiti* & Assignatis suis, a Festo Paschæ ultimò jam præterito, usque ad Finem & Terminum Sex Annorum extunc proximò sequentium & plenariè complendorum; A. D. 1478.

Proviso quòd ad Finem Termini prædicti Nobis respondeat de toto eo, quod indè recipiet ultra Summam *Mille Marcarum*,

Concessimus etiam *eidem Comiti* omnia Exitus, Reventiones, & Proficua Maneriorum prædictorum, ac cæterorum Præmissorum, cum suis Pertinentiis, provenientia a prædicto Festo Paschæ, absque aliquo alio, Nobis vel Hæredibus nostris, pro Maneriis prædictis, seu cæteris Præmissis, aut eorum aliquo, reddendo seu solvendo, aut Compotó indè faciendo; eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo Maneriorum prædictorum, seu cæterorum Præmissorum, aut alicujus eorum, seu de aliis Donis aut Concessionibus *eidem Comiti* per nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit; aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium factis, editis, sive ordinatis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Articulis, cum nuper Duce Burgundiæ Appunctuatis, Ducibus modernis Confirmatis.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 5. REX universis & singulis, præsentes Literas nostras visuris vel audituris, Salutem.

Ad Universitatis vestræ notitiam deducimus & deduci volumus, per Præsentes, quòd,

Cùm, inter cætera, quæ in nonnullis Literis Amicitiarum, Ligarum, & Confœderationum,

Ante *ultimam Profectionem nostram in Gallias*, inter Nos pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis nostris præsentibus & futuris, ex Parte una, ac bonæ memoriæ, *Karolum* nuper *Ducem Burgundiæ*, *Brabantiæ*, *&c. Comitem Flandriæ*, *Hanoniæ*, *Holandiæ*, *Selandiæ*, &c. Defunctum, pro Se, suis Hæredibus, A. D. 1478.

A. D. 1478. Edv. 4. redibus, Successoribus, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis præsentibus & futuris, ex altera Parte, confectis, expediiis, & Sigillatis,

Concordata & Conclusa fuerunt *Duo Capitula subscripta*, quæ per easdem Literas solenniter & in Verbo Regio Promisimus observare,

Quorum Capitulorum Tenor sequitur & est talis,

INPRIMIS, *Valuerunt, Consenserunt, & Convenerunt prædicti Principes, Voluntque, Consentiunt, & Conveniunt, quòd ab hac Die in Sempiternam sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, firma, sancta, & perpetua Pax & Amicitia, Liga, Confœderatio, & Unio, per Terram, Mare, & dulces Aquas, omni Ævo atque Tempore duratura, inter eos, eorumque Heredes, Successores, Regna, Patrias, Dominia, Vassallos, & Subditos quoscumque præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticas quàm Seculares, cujuscumque Gradûs & Conditionis existant.*

ITEM, *quòd omnes utriusque Principis Vasalli & Subditi, ubivis Locorum, sibi invicem faveant, sesque mutuis Officiis prosequantur & honestâ Affectione pertractent, possintque tutè & liberè hincinde ad Portus, Dominia, & Districtus quoscumque ipsorum Principum citra & ultra Mare accedere, in eisque commarari quamdiu volent, & secure abire quotiens duxerint abeundum, cum suis aut conductis vel cammadatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus quibuscumque, absque impedimento tàm in Terra quàm in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodùm propriis in Patriis hæc omnia ipsis liceret, ita quòd alio nulla Salvo Conductu generali aut speciali indigeant; salvis tamen semper Regionum Urbium ac Locorum Legibus, Statutis, & Consuetudinibus, quibus nichil quoad cætera per Præmissa censetur Derogatum.*

Nos igitur *Rex præfatus*, volentes præfata hujusmodi Confœderationum Capitula firmiter & inviolabiliter observari, ea pro Nobis, Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis nostris præsentibus & futuris, Illustrissimis & Potentissimis Principibus Dominis *Maximiliano & Mariæ, Austriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, &c.* Ducibus, *Flandriæ, Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, &c.* Comitibus, tanquam Hæredibus & Successoribus præfati *Karoli*, Tenore Præsentium, Confirmamus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo octavo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Tractando super Æqualitate Monetarum.

A. D. 1478. An. 18. E. 4. Ibid. m. 3.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm inter ea,

Quæ nuper per Nostros & Illustrissimorum Principum Dominorum *Maximiliani* & *Mariæ Austriæ, Burgundiæ, &c.* Ducum Consanguineorum nostrorum Carissimorum Oratores, pro prospero & felici Intercursu Mercandisarum inter Subditos hincinde excercendo, Tractata, Comunicata, Concordata, & Conclusa fuerunt,

Articuli ipsi, qui Factum Exaltationis Monetarum in Patriis eorumdem Consanguineorum nostrorum concernebant, tamquam Diffusiores & majori difficultati subnixi, ad quandam Dietam,

Duodecimo Die Mensis Januarii proximò futuro, inter Oratores nostros atque suos, in Villa Macaliniæ, aut in alio Loco ubi Carissima Soror nostra *Margareta Ducissa Burgundiæ* tunc Residere dinosceretur, tenendam,

Respectuati sunt, ad Finem ut omnes & singulæ Monetæ hujusmodi ad Æqualitatem & Proportionabilem Æstimationem & Valorem reducerentur,

Nos igitur,

Volentes Reductionem hujusmodi debitum sortiri effectum, nec valentes bono modo Incomoda, quæ per exaltationem hujusmodi Nobis & Regno nostro pervenerunt, diutius sustinere,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Prædilectorum Consiliariorum nostrorum, *Thomæ Mongomery* pro Corpore nostro ac Ordinis nostri Garterii Militis, Magistri *Johannis Cook* Legum Doctoris Secundarii in Officio Privati Sigilli nostri, ac *Hugonis Bryce* Aldermanni Civitatis nostræ Londoniæ Magistri Monetæ nostræ, plenissimè confidentes,

Eosdem, *Thomam, Johannem*, & *Hugonem*, Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales,

A. D. 1478. Edw. 4. per Præsentes, Damus & Concedimus eisdem & Duobus eorum Potestatem generalem & Mandatum speciale se Transportandi ad dictam Villam Macaliniæ, aut alium Locum in quo *præfatam Sororem nostram* ad dictum Duodecimum Diem Residere contigerit, ac ibidem cum ipsis *Consanguineis nostris*, Deputatisve aut Deputandis ab eisdem, ad hoc sufficientem Potestatem habentibus, de & super Facto Monetarum prædictarum, & earum Exaltationibus Reformandis, & ad Statum debitum Reducendis, occnon de & super Reformatione Attemptorum, citra Mortem *Ducis Karoli*, in Præjudicium Intercursûs Mercandisarum, hincinde commissorum, Tractandi, Communicandi, Concordandi pariter & Concludendi,

Unamque seu plures Literam aut Literas, per modum Capitulorum seu Articulorum, aut aliter, prout visum fuerit, desuper Conficiendi, Sigillandi, & Expediendi,

Cæteraque Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos, *Thomam*, *Johannem*, & *Hugonem*, Commissarios nostros, aut Duos eorum, in forma præmissa, Actum, Gestum, seu Conclusum fuerit in hac parte, oostrasque Literas Ratificatorias & Confirmatorias, formâ debitâ & autenticâ, desuper daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo octavo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Ely.

A. D. 1479. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 16.

REX Escaetori suo in Comitatibus Cantebrigiæ & Huntingdoniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Eliensi per Mortem. bonæ memoriæ, Venerabilis Patris *Willielmi ultimi Episcopi* Loci illius, de Persona Dilecti Clerici oostri *Johannis Morton* Electi Eliensis providerit, ipsúmque in Episcopum Ecclesiæ prædictæ præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram nobis palàm & expressè Renonciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi* & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* quarto Die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.
Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Et Mandatum est Dilectis Regis in Christo *Priori & Conventui de Ely* quòd se de Temporalibus Episcopatûs prædicti ulterius in aliquo nullatenus intromitant.

Teste ut supra.

De Tractando cum Ambassiatore Franciæ, super Elongatione & Extentione Conventionum.

A. D. 1479. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 4.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Treugas, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Amicitiam, Confœderationes, aliásq; Conventiones, cum Illustrissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo, ad Vitam utriusque nostrûm duraturas, partim per Commissarios, Legatos, & Deputatos nostros, sufficientem ad hoc Potestatem a Nobis habentes, Iniverimus, Contraxerimus, Perfecerimus, Convenerimus, & Conclusimus,

A. D. 1479. Edw. 4.

Cúmque etiam Promiserimus & sub certis Pœnis Obligaverimus Nos ad certa Tempora, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum concordata & limitata, super omnibus Litibus, Quæstionibus, & Querelis, inter Nos & eundem *Consanguineum nostrum* pendentibus inpræsentiarum Indiscussis, stare & obtemperare Laudo, Determinationi, Judicio, & Arbitrio diversorum Arbitrorum, seu amicabilium Compositorum, inter Nos nominatorum & electorum, quemadmodùm in certis Literis, super omnibus & singulis Præmissis confectis, pleniùs, latiùs, diffusiúsque continetur,

Notum facimus quòd Nos,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis Venerabilis in Christo Patris *Roberti Episcopi Bathoniensis & Wellensis*, Dilecti Nobis in Christo *Johannis Electi Eliensis*, carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Henrici Comitis Essexiæ*, & *Antonii Comitis Ryvers*, ac, Dilectorum Consiliariorum nostrorum, *Johannis Dudley* de Dudley Militis, *Johannis Dynham* de Dynham Militis, *Johannis Howard* de Howard Militis, & *Johannis Gunthorp* Decani Ecclesiæ Cathedralis Bathoniensis & Wellensis, plurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales Ordinamus, Facimus, & Constituimus,

Dantes & Concedentes, per Præsentes, eisdem Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis nostris, *Septem*, *Sex*, *Quinque*, *Quatuor*, *Tribus*, vel *Duobus* eorum plenam, perfectam, & sufficientem Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, Nomine nostro, & pro Nobis, Hæredibus, atq; Successoribus nostris, Regnis, Patriis, Terris, Dominiis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúmque, cum Venerabili Patre *Karolo de Martigny Eluensi Episcopo*, Oratore, Procuratore, Legato, Ambassiatore, & Commissario, & Nuncio Illustrissimi Principis *Lodowici Franciæ* Consanguinei nostri antedicti, sufficientem Potestatem & consimilem Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro pro Se, Hæredibus, atque Successoribus suis, Patriis, Terris, Dominiis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Faventibus, & Adhærentibus suis, ad hoc habente, Communicandi, Tractandi, & Conveniendi,

Atque Treugas, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Amicitiam, Confœderationes, atque Conventiones antedictas, cum eodem Consanguineo nostro, ut præmittitur, initas, contractas, & conclusas, Prorogandi, Elongandi, & Extendendi ad Centum Annos post Mortem primò nostrûm Decedentis duraturas & inconcussè observandas,

A. D. 1479. Edw. 4.

Treugásque, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Pacem, Ligas, Amicitias, Confœderationes, Pactiones, aliásque Conventiones, post Mortem primo Nostrûm Decedentis, ad Centum Annos, extunc proximò futuros, continuò duraturas & illibatè inconcusséque observandas, prout eis meliùs visum fuerit, Ineundi, Firmandi, Vallandi, & Roborandi,

Necnon Juramentum, Cautiones, & Obligationes, sub Pœnis Cameræ Apostolicæ, ac alias Obligationes & Astrictiones quascúmque, pro firma & secura Solutione *Quinquaginta Millium Scutorum Auri*, ejusdem Valoris & Æstimationis prout sunt inpræsentiarùm in Regno Franciæ, Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, in Civitate nostra Londoniæ in Angliâ, singulis Annis, Centum Annorum, post Mortem primò Nostrûm sic ut præmittitur Decedentis proximè futurorum, per dictum Illustrissimum Principem *Lodowicum* Consanguineum nostrum carissimum, Hæredes & Successores suos, solvendorum, Petendi, Exigendi, Acceptandi, & Recipiendi,

Ulteriúsque Promittendi, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, atque Nos & Ipsos Obligandi, quòd Nos, Hæredes, & iidem Successores nostri, durante Termino dictorum Centum Annorum, post Mortem illius Nostrûm qui primò Decesserit, si Lites, Quæstiones, & Defferentiæ, pendentes inter Nos & eundem Consanguineum nostrum nunc indiscussæ, interim non Terminentur, Prorogabimus quoque & Innovabimus, de Triennio in Triennium, aut in Tempora longiora, Potestatem Arbitrorum, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum, ut præmittitur, Electorum, aut in loco ipsorum alicujusve eorum Eligendorum,

Et, si contingat aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum, ex Parte nostrâ Hæredum Successorúmve nostrorum Electorum aut Eligendorum, Decedere, aliáve Causâ impediri, quominus dictarum Litium, Quæstionum, & Defferentiarum Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, quòd Nos, Hæredes, & Successores nostri, aliúmve alios, in Locum ipsius ipsorúmve, cum simili Pote-

A. D. 1479. Edw. 4. Potestate Deputabimus & Subrogabimus,

Damúsque eisdem Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis nostris, *Septem*, *Sex*, *Quinque*, *Quatuor*, *Tribus*, vel *Duobus* eorum plenam Potestatem & Auctoritatem Literas super omnibus & singulis Præmissis eaque concernentibus Conficiendi, & eidem Venerabili Patri *Episcopo Eluensi* Deliberandi,

Atque ad omnium eorum & singulorum Præmissorum Observantiam Nos, Hæredes, & Successores nostros, per easdem Literas, modo & formâ quibus eis meliùs videbitur, Astringendi & Obligandi,

Cæteraque omnia & singula, quæ in Præmissis vel circa eorum aliqua necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Faciendi, Exercendi, & Exequendi, prout Nos faceremus si personaliter interessemus:

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid quod per præfatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros, *Septem*, *Sex*, *Quinque*, *Quatuor*, *Tres*, vel *Duos* eorum, Actum, Gestum, Conclusum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, vel eorum aliquo: A. D. 1479. Edw. 4.

Nolumus tamen quòd, vigore aut colore hujus Commissionis nostræ, aliquæ Confœderationes, Amicitiæ, Ligæ, Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Conventiones, Intelligentiæ, Promissiones, seu Obligationes, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum, seu Nominibus nostris, aut pro Nobis contractæ & initæ, in parte vel in toto violentur, invalidentur, aut infirmentur, nec eorum aliqua violetur, invalidetur, aut infirmetur; ymmò volumus quòd ipsæ & quælibet earumdem, atq; omnia & singula in eis contenta, prout in Literis superindè confectis pleniùs continetur, in suo firmo Robore & Effectu, juxta vim, formam, & effectum earumdem Literarum, permaneant & inviolabiliter observentur.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Protectione.

A. D. 1479. An. 18. E. 4. Pat. 18. E. 4. p. 2. m. 9.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Venerabilis in Christo Pater *Willielmus Archiepiscopus Dublinensis*, Carissimus Consanguineus noster *Geraldus Fitz Morice Comes de Kildare*, ac, Dilecti & Fideles nostri, Frater *Jacobus Ketyng Prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem* in Hibernia, *Willielmus Prior omnium Sanctorum* juxta Dublinium, & *Alexander Plunkette*, unà cum aliis Personis in Comitiva sua, a Terra nostra Hiberniæ ad Præsentiam nostram, ob certas grandes Causas Pacem Quietam & Commodum Terræ nostræ prædictæ intimè concernentes, ad quasdam Ordinationes & Derectiones per Nos ex Causis præmissis Ordinandum & Providendum, Deo Duce, infra breve sint venturi,

Nos,

Pro Quiete, Securitate, & Tranquillitate prædictorum, *Venerabilis Patris*, *Comitis*, *Priorum*, & *Alexandri*, ac secum Commitantium, dùm in Regno nostro Angliæ circa Negotia prædicta & ea tangentia moreantur & exspectaverint, nè ipsi per Æmulos suos aut alios quoscúmque Molestentur, Inquietentur, seu in aliquo Graventur, aut eorum aliquis Molestetur, Inquietetur, seu Gravetur, providere volentes, A. D. 1469.

Præfatos, *Archiepiscopum*, *Comitem*, *Priores*, & *Alexandrum*, ac secum Commitantes, & eorum quemlibet, in Tuitionem, Protectionem, & Defensionem nostras speciales nostrâ Regiâ Prærogativâ Ponimus & Suscepimus,

Per Præsentes omnibus & singulis, Inhibentes & Prohibentes, nè quis (cujuscúmque Status, Gradûs, seu Conditionis fuerit) præfatis, *Archiepiscopo*, *Comiti*, *Prioribus*, & *Alexandro*, & secum commitantibus, seu eorum alicui, aliquod Dampnum, Impedimentum, Arestum, Impetitionem, Violentiam, seu Perturbationem quamcúmque, occasione alicujus Debiti, Transgressionis, Contractûs, Rei, vel Materiæ cujuscúmque, faciat seu facere præsumat, nè erga eum, tanquam nostræ Regiæ Magestatis Contemptorem & præsentis Salvæ Gardiæ nostræ Infractorem, Capiamus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Februarii.

Per ipsum Regem.

De

De Conventionibus cum Rege Daciæ.

A. D. 1479. An. 18. E. 4. Franc. 18. E. 4. m. 2.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis,

Quamquam aliàs, per Nostros atque Serenissimi Principis Domini *Cristierni Daciæ, Sweciæ, & Norwegiæ Regis* Ambassiatores & Nuncios, tunc in *Opido Hamburgensi, Bremensis Diœcesis*, ad hoc congregatis, inter *Nos* præfatúmque *Daciæ Regem* Regnorúmque nostrorum hincinde Incolas & Subditos Concepta, Inita, & Celebrata, atque expost Approbata & Confirmata Pacis, Concordiæ, & Amicitiæ Liga seu Confœderatio, temporum successu, Perversorum (quorum totus conatus ad Turbandum Pacem anhelat) Sinistris Actibus Violata Interuptáque sit,

Nos tamen atque præfatus *Rex Daciæ*, ad quos pervigili Solicitudinis oculo Rgnorum & Subditorum nostrorum Profectum atque Salutem contueri pertinet,

Considerantes quòd, veluti Discordiâ Res Magnæ Periere, atque Concordiâ Res Parvæ Crescere consueverunt, sic ex Pacis Interuptione prædictâ Regnorum nostrorum hincinde Incolis & Subditis nullus Fructus Salutis at undecúmque Damnum & Detrimentum suborțum est,

Perversorum itaque Conatibus hujusmodi obviare Pacisque Reparationi summo studio intendere Decrevimus,

Et post, eo prætextu, de Novo inter Nos habitis Scriptis, Ambassiatis, atque Tractatibus, tandem, Septiformis Munere ab Alto gratiosè superinfuso, *Nos* atque præfatus *Rex Daciæ* ad has resolidatæ devenimus Concordiæ Metas & Puncta, articulatim subinserta,

Primo, itaque confitemur quòd inter *Nos* & dictum *Daciæ Regem* Conventum atque Conclusum est, quòd, non obstantibus quibuscúmque Actibus Sinistris, quibus contra Confœderationem prædictam quomodolibet actum, illaque Violata esse poterit, volumus tamen, sicut & jam volumus *Nos* atque *Rex Daciæ* præfatus. Incipiendo *ad Primum Diem Mensis Octobris ultimò elapsum, & ad Biennium ab illo Die proximò futurum inclusivè continuando*, Ligam & Confœderationem prædictas, prout illa aliàs inter Nos Concepta, Celebrata, atque Sigillata est, in omnibus suis Punctis & Articulis firmiter & inconcussè, ac si nonquam Intercupta fuisset, Observare, neque eidem aliquatinus quacúmque ratione vel causâ in toto vel in parte contravenire.

Secundo, Determinatum atque Conventum est quòd omnes & singulæ Actiones, per tempus Interuptæ Confœderationis prædictæ inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* & nostrorum & illius Regnorum Incolas exortæ, atque Subditis nostris suisque quomodolibet vicissim (alteri, videlicet, contra alterum) competentes, in Amicitia integra manebunt suspensæ usque ad Dietam infrascriptam sub Biennio prædicto celebrandam, nec ante Finem ejusdem aliqui Subditorum nostrorum vel dicti *Daciæ Regis*, conjunctim aut divisim, per Se vel per alios, viâ Juris vel Facti, contra se invicem quomodolibet ex Causis prædictis attemptabunt.

Tertio, Conclusum est *Dietam ipsam*, inter *Nos* & antefatum *Daciæ Regem, in Civitate Hamburgensi, Die beati Petri ad Vincula, sub Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo*, celebrari; ubi tunc Ambassiatores utriusque Partis omnia & singula, post & contra Confœderationem prædictam quomodolibet Acta, Audiant, Examinent, Judicent, Reforment, atque Differentias & Causas prædictas in Amicitiâ aut Jure Terminent ac perpetuo Silentio Finiant, Confœderationemque prædictam Renovent, Resolident, & in pristinos Punctos Reducant atque Continuent, prout Rationi consonum atque ipsis visum fuerit expedire; Stante illo quòd ea, quæ a Die Exspirationis Literarum, super hujusmodi Ligâ Confœderationis & Amicitiæ nuperimè, inter *Nos* & dictum *Daciæ Regem*, pro utriúsque Partis nostrûm nostrorúmque Subditorum & Regnorum Pace & Salute, initâ, concessarum, usque in ipsum Primum Diem Mensis Octobris proximò futurum, per ipsius *Regis Daciæ* nostrosque Subditos, hinc indè per Mare, Terras, & Dominia, taliter qualiter Acta, Attemptata, seu Perpetrata fuerint, sine ambarum Partium Discussione, sorti relinquantur.

Quarto, Diffinitum est, quòd, infra Biennium antedictum, Mercatores Incolæque nostrorum & dicti *Regis Daciæ* Regnorum prænominatorum, & quilibet ipsorum, pro libito suæ Voluntatis, securè & liberè, quoti ns placuerit,

4 Regna

A. D. 1479. Edw. 4. Regna præfata hincinde (de Dacia, videlicet, Swecia, & Norwegia ad Angliam, atque de Anglia ad Daciam, Sweciam, & Norwegiam) poterint cum Rebus & Mercatoribus suis, tàm per Mare quàm per Terram, visitare in omnibus & per omnia, juxta prædictæ olim conceptæ, celebratæ, & sigillatæ Confœderationis vim, formam, & tenorem, sub libero atque securo salvo Conductu,

Quem Nos *Edwardus Rex* prædictus dicti *Regis Daciæ* Incolis & Subditis, & idem *Rex Daciæ* nostris Incolis & Subditis, totiens quotiens requisiti seu requisitus fuerimus seu fuerit, dabimus & dabit,

Prout & Nos *Edwardus Rex* prælibatus hujusmodi securum & salvum Conductum exnunc *Regis Daciæ* Subditis, melioribus modis & formâ quibus ipsis validiùs & efficaciùs dare poterimus, per totum Biennium prædictum, validè atque plenariè, Vigore hujusmodi Literarum nostrarum, Concedimus & Impartimur,

Hoc specialiter Excepto, quòd Incolæ Regni nostri Angliæ prædicti, sine speciali Licentiâ atque Conductu ab ipso *Cristierno Rege* sæpefato specialiter obtinendo, per hujusmodi Biennium, Terram suam Islandiam nullatenus visitabunt, aut inibi Mercancias excercebunt,

A. D. 1479. Edw. 4. Quos quidem Articulos & Puncta, causâ Confœderationis inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem*, pro nostrorum atque illius Regnorum eorumdemque Incolarum Salute, Renovandæ, Reintegrandæ, Resolidandæ, atque Recontinuandæ conceptos, Nos *Edwardus* in vim hujusmodi nostrarum Literarum Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, Gratos & Ratos habere volumus, sub Fide nostræ Regalis Magestatis, omnia & singula in hujusmodi nostris Reconciliationis Literis contenta, firma & inconcussa, quantum ad Nos spectat & pertinet, inviolabiliter Observare, nec Contravenire eisdem per Nos neque per alium seu per alios, quovis quæsito colore vel ingenio, de Jure vel de Facto.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Robur atque Fidem has nostras Patentes Literas fieri fecimus, ut ad Manum ipsius *Regis Daciæ*, vel in Manus Reverendi in Christo Patris *Episcopi Lubicensis*, infra Solempnitatem Paschalem proximò adventuram, juxta de super præconventa, fideliter Transmittantur.

Dat. apud *Palatium nostrum Westm.* duodecimo Die Februarii.

Per ipsum Regem.

Litera de Annuo Censu continuando.

A. D. 1479. An. 16. E. 4. Ex Autogr. UNiversis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Carolus de Martigny*, Divinâ Permissione, *Eluensis Episcopus*, Christianissimi Principis *Ludovici*, Dei gratiâ, *Francorum Regis* Legatus, Procurator, & ad Infrascripta sufficienter Deputatus, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm dictus Illustrissimus Princeps *Ludovicus Francorum Rex* Concesserit, Promiserit, & se Obligaverit Solvere & realiter Deliberare Serenissimo Principi *Edwardo*, eadem gratiâ, *Angliæ Regi*, in Civitate Londoniarum, singulis Annis Vitâ utriusque eorum durante, *Quinquaginta Millia Scutorum Auri*, quemadmodùm in Literis indè confectis,

Quarum Data est, in Civitate Ambianensi, Vicesimo nono Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto,

Pleniùs continetur,

Ego præfatus *Carolus Eluensis Episcopus*, Legatus, Procurator, & Deputatus supradictus, pro Serenissimo Principe *Francorum Rege* antedicto, ejusque Hæredibus & Successoribus, atque ejus & eorum Nomine, Auctoritate michi ab ipso Rege per suas Literas Patentes in hac parte nuper commissâ, A. D. 1479.

Quarum Tenor sequitur, & est talis,

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm Treugas, *&c. ut supra in Procuratorio Dat. 13. Julii, tunc sic.*

Concessionem, Promissionem, & Obligationem Annuæ Solutionis dictorum *Quinquaginta Millium Scutorum*, ad Vitam tantùm dictorum Principum, vigore dictarum Literarum, modo & formâ in ipsis Literis specificatis, inpræsentiarùm duraturas, ipsámque Annuam eorumdem *Quinquaginta Millium Scutorum*, ut præmittitur, Solutionem, *ad Centum Annos, post Mortem alterius dictorum*

A. D. 1479. Edw. 4. ctorum Principum primò Decedentis proximò futuros, & ad eorumdem Centum Annorum Finem, Prolongo, Extendo, Continuo, & Prorogo,

Pro ipsoque Illustrissimo Principe *Ludovico Francorum Rege*, suisque Hæredibus & Successoribus, atque ejus & eorum Nomine, Auctoritate michi in hac parte commissâ, Spondeo & Promitto dicto *Regi Angliæ*, necnon eundem Serenissimum Principem *Ludovicum Francorum Regem*, suosque Hæredes & Successores, per Præsentes, eidem *Angliæ Regi* Astringo & Obligo, quòd ipse *Ludovicus Rex Francorum*, juxta Vigorem dictarum Literarum suarum, durante Vitâ suâ, solvet seu solvi faciet, &, post ipsius Obitum, ipsius Hæredes & Executores solvent seu solvi facient, singulis Annis, per *Centum Annos*, post Mortem alterius ipsorum Principum ut præmittitur primò Decedentis proximò sequentes, Illustrissimo Principi *Edwardo Angliæ Regi* supradicto, suisque Hæredibus & Successoribus, in Civitate Londoniarum, *Quinquaginta Millia Scutorum Auri*, unoquoque eorum Scutorum Triginta quinque Magnos Albos, secundùm Cursum & Valorem hodiernum in Franciâ, valente & valituro,

Quódque ipsam Annuam Solutionem idem *Rex Franciæ* fideliter, ut præmittitur, faciet, suique Hæredes & Successores facient, atque Cautionem & Securitatem, pro hujusmodi Solutione annua fideliter facienda, ipse idem Princeps Franciæ præstabit sub modo & formâ qui sequuntur; videlicet,

Quod præfatus Christianissimus Princeps, *Ludovicus Francorum Rex* solvet & realiter deliberabit, solvive & realiter deliberari faciet singulis Annis, durante Vitâ suâ, & post ejus Mortem ipsius Hæredes & Successores solvent & realiter deliberabunt, solvive & realiter deliberari facient, annuatim per *Centum Annos*, Mortem alterius dictorum Principum ut præmittitur primo Decedentis proximò sequentes, Serenissimo *Regi Angliæ* supradicto, suisque Hæredibus & Successoribus, aut ejus eorúmve ad Receptionem hujusmodi Deputato, in Civitate Londoniarum, *Quinquaginta Millia Scutorum Auri* valoris & æstimationis prædictæ, ad Duos Anni Terminos, per æquales Portiones (scilicet) in Festo Paschæ *Viginti & quinque Millia Scutorum Auri*, & in Festo Sancti Michaelis Archangeli alia *Viginti & quinque Millia Scutorum Auri*,

Ad quam quidem Solutionem, per ipsum *Regem Franciæ* durante ejus Vitâ, & per ipsius Hæredes & Successores durantibus dictis *Centum Annis* Mortem alterius ipsorum Principum ut prædicitur primò Decedentis proximò sequentibus, benè, fideliter, & firmiter singulis Annis, ut præmittitur, faciendam, Auctoritate michi commissâ & omnibus Viribus quibus possum Astringo & Obligo dictum Principem *Ludovicum Regem Francorum*, suosque Hæredes & Successores, Regnum, Patrias, Dominia, & Bona sua præsentia & futura, atque singulos ejus & eorum Subditos, necnon eorum Bona ubicúmque fuerint reperta,

Atque Nomine ipsius *Regis Franciæ*, suorúmque Hæredum & Successorum, necnon pro eo & eis, Renuncio cuicúmque Exceptioni Doli mali, Vis, Metûs, Fraudis in Factum, Actioni, Conditioni Indebiti ob turpem Causam, sine Causa, & ex injusta Causa, non sic celebrati Contractûs, aliter fuisse Dictum sive Recitatum quàm Scriptum vel Factum, & è converso, Petitioni Libelli, necnon Privilegiis Feriarum, Messium, Vindemiarum, Appellationum, Querelarum, & Supplicationum, Remedio & Recursui ad Arbitrium boni Viri, quibuscúmque Constitutionibus, Gratiis, Privilegiis, Indultis aut Indulgendis, Statutis specialibus & generalibus localibus & temporalibus a Jure vel ab Homine editis, ac in genere & specie concessis vel concedendis, omnibúsque & singulis aliis Exceptionibus, Juribus, & Defensionibus, per quos, quas, & quæ hujusmodi Summæ *Quinquaginta Millium Scutorum*, ut prædicitur, Solutio ullo modo impediti quomodolibet vel differri poterit, & specialiter Juri dicenti Generalem Renunciationem non valere nisi præcesserit specialis.

Insuper, pro eodem Serenissimo Principe *Ludovico Francorum Rege*, ejúsque Nomine, dicto *Regi Angliæ* Spondeo & Promitto, ymmò eundem *Ludovicum Regem* Potestate michi commissâ eidem *Angliæ Regi* Astringo & Obligo, quòd idem *Rex Ludovicus* ad omnium & singulorum Præmissorum Inviolabilem Observantiam Obligabit se solempni Juramento, tactis per eum corporaliter Sacrosanctis Ewangeliis, atque sub Pœnis Cameræ Apostolicæ, & per Obligationem de *Nisi*,

Quodque procurabit & faciet Societatem & Socios *Banci de Medicis* proinde Obligari, eorumque Cautionem, in Scriptis ritè superinde confectam, dicto *Regi Angliæ* deliberabit deliberarive faciet,

Aut Rescriptum Apostolicum Sigillo plumbeo munitum, quo omnia & singula

3

A. D. 1479. Edw. 4. gula Præmissa Sedis Apostolicæ Auctoritate cofirmentur, appositis Pœnis interdicti in Regnum, Patrias, & Dominia sua, atque Excommunicationis in Personam suam & Hæredum atque Successorum suorum, si ea ut præfertur non servaverit & perimpleverit, aut non servaverint & perimpleverint, Sumptu & Ære suo proprio impetrabit & obtinebit, impetrarive & obtineri faciet,

Ipsámque Obligationem sive Cautionem Sociorum *Banci de Medicis*, aut Rescriptum Apostolicum sic per ipsum impetratum, dicto Serenissimo *Regi Angliæ*, ejusve Deputato, infra Octodecim Menses post Datam Præsentium proximò sequentes, in Anglia Deliberabit, Deliberarive realiter faciet,

Quódque præfatus *Francorum Rex* omnia & singula Præmissa, in hiis Literis contenta, suis Literis Patentibus, Magno suo Sigillo sigillatis, Manúque propriâ subscriptis, innovabit aut ratificabit & confirmabit, & ea, sic per ipsum innovata aut ratificata & confirmata, per Tres Status Regni Franciæ (videlicet) per Prælatos, Clerum, Nobiles, & Plebem ejusdem Regni, infra Duodecim Menses proximos post Datam Præsentium, Ratificari, Confirmari, & Auctorizari faciet, necnon a Sede Apostolicâ & per Auctoritatem ejusdem Confirmari, Vallari, & Roborari procurabit & cum effectu faciet,

Eâ tamen Modificatione Præsentibus adhibitâ, quòd ea, quæ erant in Civitate Ambianensi, dicto vicesimo nono Die Mensis Augusti, per prædictum Illustrissimum Principem Franciæ, ut præmittitur, Concessa, Promissa, seu Obligata, hac Prorogatione, Promissione, sive Obligatione, aut hiis præsentibus, minimè tollantur innoventúrve, aut eis Præjudicium aliquod in parte vel in toto inferatur, sed in suo Robore, secundùm Literarum superinde confectarum Tenorem, maneant & effectu. A. D. 1479. Edw. 4.

INSUPER *Regi Angliæ* antedicto Polliceor atque Promitto, & eundem *Regem Franciæ* Dominum meum Supremum, Potestate, ut præmittitur, ab ipso michi commissâ, per Præsentes eidem *Regi Angliæ* Obligo, quòd idem *Francorum Rex* omnia & singula Præmissa Ratificabit, Auctorizabit, & Confirmabit, eaque realiter & cum effectu pro Parte sua exequetur & faciet quæ Præmissorum Tenor exigit & requirit, suasque Literas Patentes, superinde ritè confectas, Magno suo Sigillo munitas, Illustrissimo Principi Confratri & Consanguineo suo carissimo *Angliæ Regi* supradicto, cùm ad hoc debitè requisitus fuerit, deliberabit deliberative faciet;

Salvis omnibus & singulis aliis Pactionibus, Conventionibus, Confœderationibus, Amicitiis, Intelligentiis, Promissionibus, & Obligationibus quibuscúmque, inter antedictos *Angliæ* & *Franciæ Principes*, Nominibusve eorum, aut pro eis, ante hæc tempora, quovis Pacto Initis, Conventis, Celebratis, aut Habitis.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu propriâ subscriptis, Sigillum meum apposui.

Datum in *Civitate Londoniarum*, Die decimâ quartâ Mensis Februarii, Anno Domini, secundùm Cursum & Computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo.

CAROLUS ELUENSIS EPISCOPUS.

Sub Sigillo suo, Ceræ rubræ, pendente a Cauda Pergamenæ.

Conventionum, prius Ambianis Appunctuatarum, Extentio & Prolongatio.

A. D. 1479. An. 18. E. 4. Ex Autogr. UNiversis & singulis, ad quorum Notitiam præsentes Literæ pervenerint, *Karolus de Martigny Episcopus Elnensis*, Illustrissimi Principis Metuendissimi Domini mei Suppremi *Ludovici*, Dei gratiâ, *Francorum Regis* Commissarius, Procurator, & ad Infrascripta Deputatus, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, inter multa præclara atque salutaria Infirmitatis Humanæ Remedia, sive divino Munere Nobis sive humano Studio & Labore inventa, nil profectò Amicitiâ & Benivolentiâ utilius, nil tàm Naturæ aptum támque conveniens, ad Res vel Secundas vel Adversas ferendas, nil melius nil ad benè beatéque Vivendum accommodatius, nec potest esse summo illi Deo, qui omnem hunc Mundum Regit, gratius nil acceptius quàm Cœtus, A. D. 1479.

A. D. 1479. Edv. 4.

Cœtus, Conventus Hominum, Reges Catholicos & Regna Catholica Amore & Benevolentiâ sociari,

Omnes autem Virtutes, quæ ad Conciliandum Observandumque Hominum inter se Benivolentiam & Societatem plurimùm valent, nulla tamen Dignior, nulla Præstantior, nulla Utilior videri solet quàm illa quam Amicitiam vocamus, cujus in Nos Beneficia atque Commoda quotiens memoriâ repetimus, totiens eam Nervum & Sustentaculum Rerum publicarum, omniumque inter se Hominum Conjunctionum & Societatum Causam esse animadvertimus, adeò ut, qui eam colant & observent, hii ad Communem Utilitatem & Generis Humani Conservationem nati esse videantur,

Ego, Amicitiam, inter dictum Illustrissimum Principem meum *Francorum Regem* & Serenissimum Principem Confratrem & Consanguineum suum carissimum *Edwardum Angliæ Regem* jam paulo ante divinitùs contractam, pro eorum Vita tantummodo duraturam, ad longiora Tempora, pro utriusque eorum Utilitate, eorumque Hæredum & Successorum necnon Regnorum, Dominiorum, Patriarum, atque Subditorum suorum, Extendi & Prorogari summoperè anhelans, pro eodem Principe meo *Francorum Rege*, atque suis Hæredibus & Successoribus, ejusque & eorum Nomine, Auctoritate sua per Literas suas Parentes, & Sigillo suo Magno sigillatas, michi commissâ,

Quarum Tenor sequitur & est talis,

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm Treugas, *&c. ut in Procuratorio supramemorato.*

Dato in *Civitate nostra Atrebatensi*, Die Tertiâ decimâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo, & Regni nostri Decimo septimo.

Cùm, Reverendis in Christo Patribus, *Roberto Bathoniensi & Wellensi*, & *Johanne Eliensi*, Episcopis, ac *Henrico Essexiæ* & *Antonio Ryvers*, Comitibus, necnon *Johanne Dudley* de Dudley Milite, *Johanne Dynham* de Dynham Milite, *Johanne Howard* de Howard Milite, & *Johanne Gunthorp* Decano Ecclesiæ Cathedralis Wellensis, dicti Illustrissimi Principis *Edwardi Regis Angliæ* Legatis, Procuratoribus, Oratoribus, sive Ambaxiatoribus, ad Infrascripta, per ipsius Literas Patentes, Magno ejus Sigillo munitas, Deputatis,

A. D. 1479. Edv. 4.

Quarum Tenor sequitur in hæc Verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm Treugas, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Amicitiam, Confœderationes, aliásque Conventiones, cum Illustrissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo, ad Vitam utriusque nostrûm duraturas, partim per Commissarios, Legatos, & Deputatos nostros, sufficientem ad hoc Potestatem a Nobis habentes, Iniverimus, Contraxerimus, Perfecerimus, Convenerimus, & Concluserimus,

Cúmque etiam Promiserimus & sub certis Pœnis Obligaverimus Nos ad certa Tempora, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum concordata & limitata, super omnibus Litibus, Quæstionibus, & Querelis, inter Nos & eundem *Consanguineum nostrum* pendentibus inpræsentiarum Indiscussis, stare & obtemperare Laudo, Determinationi, Judicio, & Arbitrio diversorum Arbitrorum, seu amicabilium Compositorum, inter Nos nominatorum & electorum, quemadmodùm in certis Literis, super omnibus & singulis Præmissis confectis, pleniùs, latiùs, diffusiúsque continetur,

Notum facimus quòd Nos,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis Venerabilium in Christo Patrum *Roberti Bathoniensis & Wellensis*, & *Johannis Eliensis*, Episcoporum, Carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Henrici Comitis Essexiæ*, & *Antonii Comitis Ryvers*, ac, Dilectorum Consiliariorum nostrorum, *Johannis Dudley* de Dudley Militis, *Johannis Dynham* de Dynham Militis, *Johannis Howard* de Howard Militis, & *Johannis Gunthorp* Decani Ecclesiæ Cathedralis Wellensis, *Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Trium*, vel *Duorum* eorum, plurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales Ordinamus, Facimus, & Constituimus,

Dantes & Concedentes, per Præsentes, eisdem Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis nostris,

A. D. 1479. Edv. 4. nostris, *Septem*, *Sex*, *Quinque*, *Quatuor*, *Tribus*, vel *Duobus* eorum plenam, perfectam, & sufficientem Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, Nomine nostro & pro Nobis, Hæredibus, atq; Successoribus nostris, Regnis, Patriis, Terris, Dominiis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúmque, cum Venerabili Patre *Karolo de Martigny Eluensi Episcopo*, Oratore, Procuratore, Legato, Ambassiatore, Commissario, & Nuncio Illustrissimi Principis *Lodowici Franciæ* Consanguinei nostri antedicti, sufficientem Potestatem & consimilem Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro pro Se, Hæredibus, atque Successoribus suis, Patriis, Terris, Dominiis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Faventibus, & Adhærentibus suis, ad hoc habente, Comunicandi, Tractandi, & Conveniendi,

Atque Treugas, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Amicitiam, Confœderationes, atque Conventiones antedictas, cum eodem Consanguineo nostro, ut præmittitur, initas, contractas, & conclusas, Prorogandi, Elongandi, & Extendendi ad Centum Annos post Mortem primò nostrûm Decedentis duraturas & inconcussè observandas,

Treugásque, Guerrarum Abstinentias, Mercium Intercursus, Pacem, Ligas, Amicitias, Confœderationes, Pactiones, aliásque Conventiones, post Mortem primo Nostrûm Decedentis, ad Centum Annos, extunc proximò futuros, continuò duraturas & illibatè inconcusséque observandas, prout eis meliùs visum fuerit, Ineundi, Firmandi, Vallandi, & Roborandi,

Necnon Juramentum, Cautiones, & Obligationes, sub Pœnis Cameræ Apostolicæ, ac alias Obligationes & Astrictiones quascúmque, pro firma & secura Solutione *Quinquaginta Millium Scutorum Auri*, ejusdem Valoris & Æstimationis prout sunt inpræsentiarùm in Regno Franciæ, Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, in Civitate nostra Londoniæ in Angliâ, singulis Annis, Centum Annorum, post Mortem primò Nostrûm sic ut præmittitur Decedentis proximè futurorum, per dictum Illustrissimum Principem *Lodowicum* Consanguineum nostrum carissimum, Hæredes & Successores suos, solvendorum, Petendi, Exigendi, Acceptandi, & Recipiendi,

Ulteriúsque Promittendi, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, A. D. 1479. Edv. 4. atque Nos & Ipsos Obligandi, quod Nos, Hæredes, & iidem Successores nostri, durante Termino dictorum Centum Annorum, post Mortem illius Nostrûm qui primò Decesserit, si Lites, Quæstiones, & Differentiæ, pendentes inter Nos & eundem Consanguineum nostrum nunc indiscussæ, interim non Terminentur, Prorogabimus quoque & Innovabimus, de Triennio in Triennium, aut Tempora longiora, Potestatem Arbitrorum, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum, ut præmittitur, Electorum, aut in loco ipsorum alicujusve eorum Eligendorum,

Et, si contingat aliquem vel aliquos dictorum Arbitrorum, ex Parte nostrâ Hæredum Successorúmve nostrorum Electorum aut Eligendorum, Decedere, aliáve Causâ impediri, quominus dictarum Litium, Quæstionum, & Differentiarum Examinationi commodè vacare valeat aut valeant, quòd Nos, Hæredes, & Successores nostri, alium vel alios, in Locum ipsius ipsorúmve, cum simili Potestate Deputabimus & Subrogabimus,

Damúsque eisdem Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis nostris, *Septem*, *Sex*, *Quinque*, *Quatuor*, *Tribus*, vel *Duobus* eorum plenam Potestatem & Auctoritatem Literas super omnibus & singulis Præmissis eaque concernentibus Conficiendi, & eidem Venerabili Patri *Episcopo Eluensi* Deliberandi,

Atque ad omnium eorum & singulorum Præmissorum Observantiam Nos, Hæredes, & Successores nostros, per easdem Literas, modo & formâ quibus eis meliùs videbitur, Astringendi & Obligandi,

Cæteraque omnia & singula, quæ in Præmissis vel circa eorum aliqua necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Excercendi, & Exequendi, prout Nos faceremus si personaliter interessemus:

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid quod per præfatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros, *Septem*, *Sex*, *Quinque*, *Quatuor*, *Tres*, vel *Duos* eorum, Actum, Gestum, Conclusum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, vel eorum aliquo:

Nolumus tamen quòd, vigore aut colore hujus Commissionis nostræ, aliquæ Confœderationes, Amicitiæ, Ligæ, Treugæ,

A. D. 1479. Edv. 4. Trengæ, Guerrarum Abstinentiæ, Conventiones, Intelligentiæ, Promissiones, seu Obligationes, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum, seu Nominibus nostris, aut pro Nobis contractæ & initæ, in parte vel in toto violentur, invalidentur, aut infirmentur, nec earum aliqua violetur, invalidetur, aut infirmetur; ymmò volumus quòd ipsæ & quælibet earumdem, ac omnia & singula in eis contenta, prout in Literis superindè confectis pleniùs continetur, in suo firmo Robore & Effectu, juxta vim, formam, & effectum earumdem Literarum, permaneant & inviolabiliter ob serventur.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium, præsentes Literas Manûs nostræ subscriptione signavimus, & Sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Teste meipso apud *Westmonosterium* octavo Die Februarii, Anno Regni nostri Decimo octavo.

Conveni, Contraxi, & Conclusi, & per Præsentes Convenio, Contraho, & Concludo, quòd Amicitia, ad Vitam dictorum *Franciæ & Angliæ Principum* a tempore Inceptionis ejusdem duratura, inter eosdem Principes, superioribus hiis Diebus, in *Civitate Ambianensi* conventa, inita, & conclusa, quemadmodùm in Literis, pro Parte utriusque ipsorum Principum indè confectis, eorumque Manibus subscriptis & Sigillis sigillatis, quarum *Dato est Vicesimo nono Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto*, pleniùs continetur, atque omnia Capitula & Articuli & singula, in ipsis Articulis inclusa, in præfatis Litteris contenta, dictam Amicitiam concernentia, *ad Centum Annos, post Mortem alterius dictorum Franciæ & Angliæ Principum primò Decedentis proximò futuros*, & ad eorumdem *Centum Annorum Finem* Prolongentur, Extendantur, Continuentur, & Prorogentur,

Ipsámque Amicitiam, & omnia Capitula & Articulos eam concernentia, in præfatis Literis ut præmittitur contenta, ego, dicti *Regis Francorum* Deputatus antedictus, &, dicti Reverendi Patres, *Robertus Bathon. & Wellen.* & *Johannes Elien.* Episcopi, ac *Henricus Comes Essexiæ*, *Antonius Comes Ryvers*, *Johannes Dudley*, *Johannes Dynhom*, *Johannes Howard*, & *Johonnes Gunthorp*, Nomine dictorum *Franciæ & Angliæ Principum*, & pro eis, eorumque Hæredibus & Successoribus, Potestate & Auctoritate michi, &, eisdem Reverendis Patribus, *Roberto Bothon. & Wellen.* & *Johanni Elien.* Episcopis, ac *Henrico Comiti Essexiæ*, *Antonio Comiti Ryvers*, *Johonni Dudley*, *Johanni Dynhom*, *Johanni Howard*, & *Johonni Gunthorp*, in hac parte commissis, *ad & per Centum Annos, proximò post Mortem alterius dictorum Principum, ut præmittitur, primò Decedentis, duraturam*, Prolongamus, Extendimus, Continuamus, & Prorogamus,

A. D. 1479. Edv. 4.

Capitula verò, Matrimonium, Assignationem, & Dationem Dotis, Traductionem, cæteraque dictum Matrimonium concernentia, modo & formâ de quibus in dictis Litteris fit mentio, Volumus in suo Robore & Firmitate permanere,

Et, ad pleniorem aliquorum dictorum Capitulorum & Articulorum intellectum, firmiorémque eorum Observantiam, ego, dicti *Regis Francorum* Deputatus supradictus, & antedicti Reverendi Patres, *Robertus Bathon. & Wellen.* & *Johannes Elien.* Episcopi, ac *Henricus Comes Essexiæ*, *Antonius Comes Ryvers*, *Johannes Dudley*, *Johonnes Dynham*, *Johannes Howard*, & *Johannes Gunthorp*, dicti Illustrissimi Principis *Regis Angliæ* ut præmittitur Deputati, Nomine dictorum Franciæ & Angliæ Principum, & pro eis, atque eorum utroque eorumque Hæredibus & Successoribus, Auctoritate prædictâ michi & eis commissâ, Amicitiam, Ligam, Intelligentias, atque Fœdera Contraximus, Convenimus, & Conclusimus, & per Præsentes Contrahimus, Convenimus, & Concludimus, modo & formâ in Articulis qui sequuntur, contentis,

Quarum Tenor sequitur & est talis,

Inprimis, quòd, inter Potentissimum Principem *Ludovicum Regem Francorum* antedictum ipsiusque Hæredes & Successores, & Serenissimum Principem *Edwardum Regem Angliæ* Confratrem & Consanguineum suum carissimum supranominatum atque ipsius Hæredes & Successores, vera, sincera, & perfecta sit Amicitia, a Data Præsentium, durante eorumdem Principum Vitâ, juxta dictarum Litterarum, in Civitate Ambianensi, ut præmittitur, confectarum, vim, formam, & effectum, & *per Centum Annos proximò post Mortem alterius primò dictorum Principum Decedentis futuros*; sicque ad eorum Principum Vitam, & usque ad Finem dictorum *Centum Annorum*,

A. D. 1479. Edv. 4. *rum*, Guerræ, Bella, & Hostilitates inter eos eorumque Hæredes & Successores omninò cessabunt, ymmò & Benivolentiâ & Amore Se & Sua mutuo interim pertractabunt.

ITEM, quod præfatus Illustrissimus *Princeps Franciæ*, ejusque Hæredes & Successores, in & adversus Subditos dicti Regis Angliæ, atque ipsius Hæredum & Successorum, qui cum aut eos, durante Amicitiâ prædictâ, Armis Invadent, & in Regno, Patriis, & Dominiis suis Rebellionem facient, eum & eos Succurret & Adjuvabit, Succurrent & Adjuvabunt; & pariformiter Serenissimus Princeps *Rex Angliæ* antedictus, ejusque Hæredes & Successores, in & adversus Subditos dicti Illustrissimi Principis *Consanguinei sui Franciæ*, atque ejus Hæredum & Successorum, qui eum aut eos, ipsâ Amicitiâ durante, Armis invadent, & in Patriis & Dominiis suis in Regno Franciæ Rebellionem facient, eum & eos Succurret & Adjuvabit, Succurrentque & Adjuvabunt.

ITEM, quòd Neuter dictorum *Franciæ & Angliæ Principum*, nec aliquis eorum Hæredum & Successorum, Auxilium & Juvamen eorum alterius Subditis, aut alicujus eorum Hæredum & Successorum Subditis, ad eorum Principem Invadendum, & Guerram apertam in suis Patriis & Dominiis adversus eum faciendam, præfatâ Amicitiâ durante, impendet & præstabit, nec tales Subditos, sic Invadentes, in alterius Principis præjudicium, in ejus Patriis & Dominiis Receptabit & Sustinebit.

ITEM, si contingat aliquem dictorum *Ludovici Franciæ* & *Edwardi Angliæ* Principum, eorúmve Hæredum aut Successorum, Dolo, Calliditate, & Inobedientiâ Subditi Subditorúmve alicujus eorum, a Patriis & Dominiis suis (quod Deus avertat) expelli, alteriúsque eorumdem Principum aut alicujus eorum Hæredum & Successorum Partes propter ejus Succursum petere, & de ejus Opere atque Auxilio ipsum Principem, ad cujus Partes sic convolaverit, requirere & interpellare; quòd eo tunc *ipse Princeps*, sic Requisitus & Interpellatus, *ipsum Principem*, sic Expulsum, omni cum Humanitate Recipiet, & eum atque suos juxta Vires suis Facultatibus Sustinebit, seque & sua, ut in Statum proprium & pristinum reponatur & restituatur, Guerram apertam faciendo, cum omni diligentia & affectione exponet.

ITEM, quòd *Neuter dictorum Principum*, nec aliquis eorum Hæredum & Successorum, aliquas Ligas seu Intelligentias cum aliquo alterius eorum nunc Confœderato & Alligato, durante Amicitiâ supradictâ, contrahat & faciet, nisi prius *ipso Principe* ejusve Hærede, cum quo sic Confœderatur, superindè consulto & hoc consentiente. A. D. 1479. Edv. 4.

ITEM, quòd talis verus & debitus Pecuniæ & Monetæ utriusque Regni Franciæ & Angliæ Valor & Æstimatio pro ipsius Cursu apponatur & statuator, quo ipsa Regna magis habundare, dictorúmque Principum Subditi exinde ad commune eorum Bonum Locupletiores fieri valeant.

ITEM, in Casu quòd hæc Amicitia in aliqua ejus Parte amodò violetur, aut aliquid, in hiis Capitulis sive Articulis contentum, non Observetur aut Infringatur, quòd ea propter præfata Amititia, inter prædictos Principes eorumque Hæredes & Successores, ut præmittitur, contracta, minimè Violetur sive Rumpatur; sed talia, contra dictam Amicitiam sic Attemptata, maturiori modo quo fieri poterit Reparentur & in Statum debitum Reducantur, ipsâ Amicitiâ in suo Robore & Effectu semper remanente.

ITEM, quòd præfatus Illustrissimus Princeps Franciæ dictam Amicitiam, sic inter eum ejusque Hæredes & Successores & antedictum *Regem Angliæ* atque ipsius Hæredes & Successores ut præmittitur contractam, atque omnia & singula Capitula prædicta in hiis Literis contenta, Literis suis Patentibus, suo Magno Sigillo Sigillatis, Manúque propriâ subscriptis, Innovabit, aut Ratificabit, & Confirmabit, ipsamque Amicitiam & dicta Capitula, sic per eum innovata, aut ratificata, & confirmata, per Tres Status Regni Franciæ (videlicet) per Prælatos, & Clerum, Nobiles & Plebem ejusdem Regni, infra Duodecim Menses proximos post Datam Præsentium, Ratificari, Confirmari, & Auctorizari faciet; & peræquè dictus Serenissimus *Rex Angliæ* Amicitiam & Capitula antedicta suis Literis Patentibus, Magno suo Sigillo Sigillatis, atque Manu propriâ subscriptis, Innovabit, aut Ratificabit, & Confirmabit, ipsamque Amicitiam & ea Capitula, sic per eum innovata, aut ratificata, & confirmata, per Tres Status Regni sui Angliæ (videlicet) per Prælatos, & Clerum, Nobiles & Plebem ejusdem Regni, infra alios Duodecim Menses antedictos Duodecim Menses proximò sequentes, Ratificari, Confirmari, & Auctorizari faciet,

Quódque *uterque Principum* prædictorum prædictam Amicitiam, & omnia Capitula

A.D. 1479. Edw. 4.

Capitula antedicta, per Sedem Apostolicam, & per Auctoritatem ejusdem Confirmari, Vallari, & Roborari procurabit & cum effectu faciet,

Ea tamen Modificatione Præsentibus adhibitâ, quòd Amicitia, Matrimonii Promissio, cæteraque alia in Civitate Ambianensi, inter prædictos Principes, in dictis Litteris, ut præmittitur, contracta, conventa, sive conclusa, hac Prorogatione, Conventione, sive hiis præsentibus, minimè tollantur innoventúrve, aut eis Præjudicium aliquod in parte vel in toto inferatur, sed in suo Robore, secundùm Literarum superinde confectarum Tenorem, maneant & effectu.

INSUPER ego *Karolus de Martigny Episcopus Eluensis*, Serenissimi *Regis Francorum* Deputatus antedictus, Promitto, & eundem *Regem Francorum* Dominum meum Suppremum, Potestate, ut præmittitur, ab ipso michi commissâ, per Præsentes Obligo, quòd Idem *Rex Francorum* omnia & singula Præmissa Ratificabit, Auctorizabit, & Confirmabit, eaque realiter & cum effectu pro Parte sua exequetur & faciet quæ Præmissorum Tenor exigit & requirit, suasque Literas Patentes, superinde debitè confectas, Magno suo Sigillo munitas, Illustrissimo Principi Confratri & Consanguineo suo carissimo *Regi Angliæ* expedito, cùm ad hoc debitè requisitus fuerit, deliberabit deliberarive faciet;

A.D. 1479. Edw. 4.

Salvis omnibus & singulis aliis Pactionibus, Conventionibus, Confœderationibus, Amicitiis, Intelligentiis, Promissionibus, & Obligationibus quibuscúmque, inter antedictos *Franciæ* & *Angliæ Principes*, Nominibusve eorum, aut pro eis, ante hæc tempora, quovis Pacto Initis, Celebratis, aut Conventis,

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu propriâ subscriptis, Sigillum meum apposui.

Dat. in *Civitate Londoniarum*, Die decimâ quintâ Mensis Februarii, Anno Domini, secundùm Cursum & Computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo octavo.

CAROLUS ELUENSIS EPISCOPUS.

Sub Sigillo suo, Ceræ rubræ, pendente a Cauda Pergamenæ.



De Communicando & Tractando super Statu Orthodoxæ Fidei.

A.D. 1479. An. 19. E. 4. Franc. 19. E. 4. m. 8.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, providis Circumspectionibus, & Industriis, Dilecti & Fidelis Patris Consiliarii nostri, Domini *Johannis Abbatis Sanctæ Mariæ de Abyngdon*, Sacræ Theologiæ Professoris, Sanctissimi Domini nostri *Sixti Quarti Pontificis Summi* & Sedis Apostolicæ Assistentis, unius Dominorum Parliamenti nostri, ac, Dilectorum Nobis in Christo, *Johannis Shirwode* Apostolicæ Sedis Prothonotarii Archidiaconi Richemondiæ Sacræ Theologiæ Professoris, *Johannis de Gilis* Decretorum Doctoris Censûs Apostolici in Angliâ Collectoris, & *Johannis Doget* Decretorum Doctoris Thesaurarii Ecclesiæ Cathedralis Cicestriæ, pleniùs confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Legatos, & Nuncios nostros speciales Ordinavimus & Constituimus, ac per Præsentes Ordinamus & Constituimus,

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Commissariis, Legatis, & Nunciis nostris, conjunctim & divisim, plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, ad Sanctissimum in Christo Patrem & Dominum Dominum nostrum *Sixtum Quartum Pontificem Summum*, & ad Illustrissimum Principem *Ceciliæ & Ungariæ Regem* Confratrem nostrum carissimum, quamplures etiam Duces, Principes, ac Nobiles Ytaliæ, se transferendi,

A.D. 1479.

Et certa Negotia nostra, *Statum Orthodoxæ Fidei* & totius Religionis Christianæ; Nos & Regnum nostrum Angliæ, & Subditos nostros ejusdem, concernentia, coram eodem Sanctissimo in Cristo Patre & Consistorio Generali Curiæ Romanæ, juxta effectum quarumdam Instructionum eis indè per Nos traditarum & deliberatarum, Proponendi & eadem Negotia nostra Declarandi, ac cum *eodem Sanctissimo in Christo Patre* de & super Negotiis prædictis & eorum Circumstantiis, pro Nobis & Nomine nostro, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi,

Et

A. D. 1479. Edw. 4. Et eadem Negotia vel alia coram eodem *Illustrissimo Principe Confratre nostra carissimo*, ac Ducibus, Principibus, & Nobilibus antedictis, juxta effectum quarumdam Instructionum, per Nos in hac parte similiter traditarum & deliberatarum, Proponendi & Negotia illa declarandi, & cum eodem *Illustrissimo Principe Confratre nostro* carissimo, ac Ducibus, Principibus, & Nobilibus antedictis, de & super Negotiis illis & eorum Circumstantiis, pro Nobis & Nomine nostro, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Determinandi,

Caeteraque omnia & singula, quae in Praemissis seu circa ea & eorum quodlibet necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Excercendi, & Exequiendi, prout Nos faceremus si personaliter interessemus, etiam si talia sint quae de se Mandatum exigant magis speciale; A. D. 1479. Edw. 4.

Promittentes, bona Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid, quod per praefatos Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Legatos, & Nuncios nostros Actum, Gestum, sive Conclusum fuerit in Praemissis, vel aliquo Praemissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Locumtenente Hiberniae, de Potestate Deputatos Constituendi.

A. D. 1479. An. 19. E. 4. Ricardus Secundus Filius Illustrissimi Principis *Edwardi Quarti*, Dei Gratia, *Regis Angliae & Franciae*, & *Domini Hiberniae*, *Dux Eborum & Norffolciae, Comes Warrenae, Surriae*, & *Notinghamiae*, *Comes Marescallus* & *Marescallus Angliae*, ac *Dominus de Segrave, de Mowbray*, & *de Gower*, omnibus, ad quos praesentes Literae pervenerint, Salutem.

Cum idem Excellentissimus Princeps Pater & Dominus meus Metuendissimus *Edwardus*, Dei gratia, *Rex Angliae & Franciae*, & *Dominus Hiberniae*, per Literas suas Patentes, quarum Data est *apud Wyndesoram* Quinto Die Maii, Anno Regni sui Decimo nono, ordinaverit Nos praefatum *Ricardum* Locumtenentem suum dictae Terrae suae Hiberniae,

Habendum, Tenendum, & Occupandum dictum Officium pro Termino Duorum Annorum, post Datam praedictam proximo sequentium & plenarie complendorum,

Dans & Concedens Nobis eidem *Ricardo*, Vigore Literarum Patentium, sub Nobis Facere, Ordinare, & Constituere Deputatum nostrum Terrae praedictae, ad eandem Terram in Absentia nostra Custodiendam & Gubernationem inde habendam,

Dans insuper & Concedens, vigore earumdem Literarum Patentium, quod Deputatus noster, in Absentia sua, Deputatum suum, durante Termino praedicto, sub Magno Sigillo Angliae dicti Domini mei Regis, sive sub Sigillo ejusdem Domini mei Regis quo utitur in Terra praedicta, facere possit, A. D. 1479.

Sciatis Nos, praefatum *Ricardum*, vigore Literarum Patentium praedictarum, Fecisse, Ordinasse, & Deputasse, ac per Praesentes Constituisse, Dilectum nostrum *Robertum Prestan Dominum de Gormanston* Deputatum nostrum in Officio praedicto infra Terram praedictam,

Habendum, Occupandum, & Excercendum idem Officium praefato *Roberto*, in Absentia nostra, ac dicto Deputato suo, in Absentia sua, ut praedicitur, faciendo a Die Datae Praesentium usque ad finem Duorum Annorum, extunc proximo sequentium & plenarie complendorum,

Dantes & Concedentes eidem *Deputato nostro*, ac dicto *Deputato suo* in Absentia sua per ipsum faciendo, Tenore Praesentium, plenam Potestatem & Auctoritatem Faciendi, Exercendi, & Exequendi omnia & singula, in dictis Literis Patentibus contenta & specificata, quae ad dictum Officium Locumtenentiae Terrae praedictae tite pertinent, adeo plene & integre prout Nos, praefatus *Ricardus*, vigore ac virtute dictarum Literarum dicti Domini mei Regis Patentium, facere possemus, seu faceremus si ibidem personaliter interessemus;

Concessionibus tamen Officiorum majorum Officiariorum illius Terrae (videlicet) Cancellarii, Thesaurarii, Duorum Principalium Justiciariorum, & Capitalis Baronis Scaccarii, Magistri Monetae ipsius

A. D. 1479. *Edw. 4.* ipsius Terræ, Ordinationibúsque Monetam hujusmodi & Officiariis ejusdem qualitercúmque concernentibus, Nobis specialiter Reservatis.

In cujus rei Testimonium, quia Sigillum nostrum ad Arma pluribus est incognitum, Sigillum Privatum ejusdem Excellentissimi Principis Patris mei Regis præsentibus apponi procuravimus. A. D. 1479. *Edw. 4.*

Dat. Septimo Die Maii Anno Regni præfati Metuendissimi Domini & Patris mei Regis supradicto.

Huccheson.

De Matrimonio, inter Primogenitum Ducis Austriæ & Annam Regis Filiam, Promisso.

A. D. 1479. *An. 19. E. 4.* Franc. 19 E. 4. m. 3.

REX universis & singulis, ad quorum Notitiam præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, ex Parte Potentissimi Principis *Maximiliani*, eadem gratiâ, *Ducis Austriæ*, &c. Consanguinei nostri carissimi, pro Bono Matrimonii, inter Illustrissimum Principem *Philippum* dicti nostri Consanguinei Filium & *Annam* Filiam nostram Dilectissimam, Deo annuente, Contrahendi, per eundem Consanguineum nostrum & Serenissimam Principem *Mariam* ejus Conjugem novissimè Nobis Promissum fuerit, quòd, infra Tres Annos, non facient nec procurabunt fieri ullam Affinitatem, ratione Matrimonii per eorum Filium contrahendi, cum aliqua alia aut in alio Loco quàm cum dicta Filia nostra, prout in eorum Literis indè confectis pleniùs continetur, quarum Data est apud *Sanctum Audomarum Decimo octavo Die Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo nono,*

Sciatis quòd Nos, dictum Matrimonium honestis Mediis fieri atque celebrari summoperè anhelantes, in Verbo Regio, peræquè Promittimus quòd, durantibus dictis Tribus Annis, non faciemus nec fieri procurabimus, aliquam Affinitatem, Vigore Matrimonii per dictam Filiam nostram contrahendi, cum aliquo alio aut in alio Loco, quàm cum dicto Illustrissimo Principe *Philippo* nostri Consanguinei Filio. A. D. 1479.

In cujus rei Testimonium hiis præsentibus Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. in *Villa nostra de Guldeford* Sextodecimo Die Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo Nono, Regni verò nostri Decimo nono.

Per ipsum Regem.

De Matrimonio, inter Primogenitum Castellæ Regis, & Katerinam, Regis Angliæ Filiam, appunctuando.

A. D. 1479. *An. 19. E. 4.* *Ibid. m. 7.*

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Licet non solùm, superioribus Annis, inter Nobiles Progenitores nostros, ex una, atque Serenissimos *Reges Castellæ & Legionum*, ex altera Partibus, verumetiam, temporibus nostris, inter *Nos* & bonæ memoriæ Dominum *Henricum dictorum Regnorum Regem*, nuper Defunctum, nonnulla Capitula perpetuæ Pacis & Amicitiæ, ad Utilitatem Principum & Regnicolarum hincinde contracta, firmata, & observata fuerint, perpetuis futuris temporibus Domino annuente inviolabiliter duratura,

Mediantibus tamen quibusdam gravibus & circumspectis Personis, perpetuum ipsius Pacis & Amicitiæ Robur summâ mente zelantibus, desuper addendo novo quodam Nexu atque firmissimo Vinculo ejusdem Pacis Sermo & Tractatus haberi cepit, ita (videlicet) ut Matrimonium inter Excellentissimum *Infantem Johannem*, Serenissimi Principis Domini *Ferdinandi*, Consanguinei nostri carissimi, *Regnorum Castellæ, Legionum, Aragoniæ, & Siciliæ Regis*, suæque Conthoralis, Reginæ eorumdem Regnorum, *Primogenitum & Heredem*, nostramque Filiam Juniorem *Katerinam*, superveniente Ætate legitimâ, Divinâ mediante Gratiâ, contrahi posset & deberet, A. D. 1479.

Nos

A.D. 1479. Edw. 4.

Nos igitur,

Summoperè cupientes Sermonem & Tractatum ejusmodi, quoad in Nobis est, felicem sortiri effectum,

De Fidelitate, Probitate, & Circumspectione, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Coke* Legum Doctoris Consiliarii nostri, ac *Bernardi de la Farce* Armigeri & Servitoris nostri Domestici, plenissimè confidentes,

Ipsos nostros Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, & Ordinamus, per Præsentes,

Dantes & Concedentes eis & eorum utrique, Potestatem generalem & Mandatum speciale ad Regna Castellæ & Legionis, seu eorum alterum, versus præfatos Consanguineos nostros, ipsorum Regnorum *Regem* & *Reginam*, seu ipsorum Concilium se Transportandi,

Ibidémque pro Nobis & Nomine nostro, de & super Sponsalibus & Matrimonio, inter dictum Excellentissimum *Infantem Johannem* nostramque *Filiam Katerinam* memoratam, Contrahendis,

Dotéque, & Dotalitio, seu Donatione propter Nuptias, Vi & Virtute Matrimonii hujusmodi, Promittendis, Dandis, & Persolvendis, necnon super sic Promissis, Datis, & Persolutis, Repetendis & Restituendis, Paciscendi & Conveniendi cum dictis Serenissimis *Rege* & *Regina* Consanguineis nostris carissimis, aut suis Oratoribus, Commissariis, seu Procuratoribus, sufficientem habentibus Potestatem, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & Concludendi, Locorum, Modorum, Conditionum, Cautionum, & Securitatum quibus Præmissa compleantur & perficiantur Certitudinem, Specificationem, & Qualitatem Statuendi, & super eisdem Consentiendi & Concordandi,

A.D. 14-. Edw. 4.

De & super firma, perpetuâ, & reali Pace & Amicitiâ, Ligisque & Confœderationibus, Treugisve & Abstinentiis Guerrarum, pro Nobis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Ligeis, Subditis, Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, & Dominiis nostris, hincinde ineundis, contrahendis, aut priùs contractas renovandis, & confirmandis, necnon super quibuscúmque, per Subditos hincinde, contra Pacem, Amicitiam, & Confœderationes priùs contractas perpetratis & commissis, Reformandis, Tractandi, Communicandi, Concordandi, Concludendi, & Componendi, aliamq; *Dietam* pro Præmissis, si oporteat, Statuendi & Præfigendi,

Cæteraque Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, ea omnia habituros Nos Rata, Grata, & Firma imperpetuùm, quæ per dictos nostros Ambassiatores, Oratores, & Nuncios, Tractata, Communicata, Appunctuata, Concordata, seu Conclusa fuerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Ypoteca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Guldeford* vicesimo octavo Die Augusti.

De Literis Acquietantiæ pro Lodowico Franciæ.

A.D. 1479. An.19. E. 4. Ibid.

REX universis, præsentes Literas nostras inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos Recepisse & Habuisse, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per Manus *Petri le Roy Viginti & quinque Milia Coronarum Auri*, Nobis in Festo Paschæ ultimò præterito solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Milium Coronarum Auri* annuatim Solvendarum, prout in Literis superinde confectis, pleniùs continetur;

A.D. 1479.

De quibus quidem *Viginti & quinque Milibus Coronarum Auri* fatemur Nobis fideliter esse solutum, dictúmq; Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cicestr.* octavo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Acquietantia

A. D. 1480. Edw. 4.

Acquietantia pro Parte Annui Census.

¶ ¶

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 14.

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, universis, præsentes Literas nostras inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo, per Manus *Petri le Roy Viginti & quinque Milia Coronarum Auri*, in Festo Sancti Michaelis ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Milium Coronarum Auri* annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superinde confectis pleniùs continetur; A. D. 1480.

De quibus quidem *Viginti & quinque Milibus Coronarum Auri* fatemur Nos fideliter esse Solutos, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Martii, Anno Regni nostri Vicesimo.

Acquietantia super plena Solutione pro Margareta Regina.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid.

REX universis, præsentes Literas nostras inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Ludowico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per Manus *Petri le Roy*, *Decem Milia Coronarum Auri*, in Festo Sancti Michaelis ultimò præterito Nobis fuisse solvendarum, in plenam & perfectam Solutionem *Quinquaginta Milium Coronarum Auri*, Nobis pro Prænobili Principe *Domina Margareta Regis Regnati Filia* debitarum, prout in Literis ejusdem Consanguinei nostri superinde confectis pleniùs continetur; A. D. 1480.

De quibus quidem *Quinquaginta Milibus Coronarum Auri* fatemur Nos fideliter esse Solutos, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus &c.

Teste ut supra.

Pro Turcuplerio Rhodi de Intendendo.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 1. m. 20.

REX universis & singulis Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Officiariis, Ministris, necnon cæteris Fidelibus Subditis nostris in Terra nostra Hiberniæ quibuscúmque, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, capitalis & odiosissimus Inimicus Christianæ Fidei, *Magnus Turcus* non solum totam *Greciam* set etiam quamplures Provincias, Civitates, & Insulas adjacentes in Captivitatem & Tributum Subduxerat,

Ac jam *Civitatem de Rhodes*, & Insulas sibi pertinentes, necnon *Castrum de Seynt Piere* aliàs dictum Castrum de Seynt Petre, in *Terra Turkiæ* situatum,

Quod quidem Castrum, per importibilia Onera & Custagia *Magistri & Conventûs Ordinis Sancti Johannis Jerusolimitani in Rhodes prædicta*, a longo tempore elapso, Custoditum extitit, A. D. 1480.

Totaliter Destruere & Subicere infra breve intendit ut accepimus, quod absit,

Super quibus Dilectus & Fidelis noster Frater *Johannes Kendall* Miles, *Turcoplerius Rhodi* & Locumtenens *Magni Magistri* in Italia, Anglia, Flandria, & Hibernia, cunctis Christicolis per totam Christianitatem, qui Manus Adjutrices ad Defensionem Christianæ Fidei, & Manutenentiam dictorum Ordinis Sancti Johannis Insulæ de Rhodes, ac aliarum Insularum eidem pertinentium, necnon dicti Castri de Seynt Piere apponent, a Sanctissimo in Christo Patre *Sixto Papa* moderno quamplures Indulgentias & Remissiones nuper optinuit, sicut per Literas Bullatas, & Transumpta earumdem superinde confecta, pleniùs poterit apparere,

Cujus

A. D. 1480. Edv. 4. Cujus rei Executionem, in præfata Terra nostra Hiberniæ, idem Sanctissimus Pater præfato *Johanni Kendall Turcuplerio* ac ejus Commissariis sive Subrogatis injunxit & commisit,

Volumus igitur & Mandamus quòd eundem *Johannem Kendall Turcoplerium*, ejúsque Commissarios, sive Subrogatos in hac parte, & eorum quemlibet, benignè & omni humilitate Recipere & Tractare euretis, adhibentes eidem *Johanni Kendall Turcoplerio*, ejusque Commissariis sive Subrogatis, & eorum cuilibet, prompto animo & diligentiâ Consilia, Auxilia, & Favores singulis suis Agendis; quâ in Re, ab Altissimo magnam Remunerationem accepturi, Nobis singulariter complacebitis. A. D. 1480. Edv. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo nono Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Willielmo Saunderson Milite Elemosinæ Regis constituto.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 1. m. 22. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, consideratione laudabilis fidelis & continuati Servitii, quod Dilectus Nobis *Willielmus Saunderson* tàm inclito Principi Nobilis Memoriæ Patri nostri quàm Nobis ante hæc tempora, in omnibus nostris Victoriosis Conflictibus & Necessitatibus, impendit, Concessimus *eidem Willielmo* quòd ipse, exnunc durante Vitâ suâ, sit unus *Militum Elemosinæ* nostræ infra Collegium nostrum *Sancti Georgii infra Castrum nostrum de Wyndesore*,

Habenda & Percipienda in eodem omnimoda Jura, Deveria, Privilegia, & Commoditates, eidem aliquo modo de Jure debita & spectantia, durante Vitâ suâ, in tàm amplis modo & formâ prout aliquis *Miles Elemosinæ* ibidem, temporibus Progenirorum sive Prædecessorum nostrorum, habuit & percepit. A. D. 1480.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Communicando & Tractando super Conventionibus Franciæ.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 13. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm dudùm, inter *Nos* & Serenissimum Principem *Lodowicum Consanguineum nostrum Franciæ* carissimum, Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Amicitiæ, Confœderationes, alia denique Pacta & Conventiones *Ambianis* tractatæ, factæ, initæ, & conclusæ fuerint,

Cúmque hæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, quæ *Septem dumtaxat Annos* duraturæ fuerant, per nostros postea & præfati Consanguinei nostri carissimi Oratores & Deputatos, *pro Vita nostra suaq; ac ad unum Annum post illius Obitum qui Prior è Vita Decesserit*, Prolongatæ Prorogatæque fuerant,

Postremúmque, per certos nostros Commissarios, & Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dominum *Elnensem Episcopum*, præfati Consanguinei nostri Procuratorem sufficiente Potestate & Auctoritate in ea parte suffultum, præfatæ Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, aliæque Conventiones ad *Centum Annos, post illius Mortem qui prius Obiret*, fuerint Prorogatæ, Initæ, atque Factæ, A. D. 1480.

Nos,

Ea omnia, quæ inter Nos & carissimum *Consanguineum nostrum*, nostrosq; ac suos Commissarios, celebrata, facta, & conclusa sunt, pro singulari quadam Benivolentia, quæ Nobis secum intercedit, inviolabiliter teneri & observari cupientes,

Unanimi Consensu ac Voluntate Dominorum de nostro Concilio Decrevimus, Dilectos & Fideles nostros Consiliarios, *Johannem Howard* Dominum de Howard Militem, ac *Thomam Langton* Ecclesiæ Exoniensis Thesaurarium Decretorum Doctorem, ad nostri præfati Consanguinei Præsentiam Transmittere,

De Fidelitatibus igitur, Circumspectionibus, & Industriis ipsorum Consiliariorum nostrorum plenissimè confidentes,

A. D. 1480. Edw. 4.

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Negotiorum nostrorum Gestores, ac Nuncios speciales Facimus, Deputamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Damúsque & Concedimus eisdem Oratoribus, Commissariis, & Procuratoribus nostris Potestatem generalem & Mandatum speciale Exigendi, Requirendi, ac Petendi a Serenissimo *Consanguineo nostro* antedicto Literas,

Per Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dominum *Elnensem Episcopum*, de & super Prorogatione Treugarum, Guerrarum Abstinentiæ, cæterarúmque Conventionum, ac nonnullis aliis Conventionibus, cum certis Commissariis nostris factas & expeditas,

Per eundem *Consanguineum nostrum* Approbari, Ratificari, & Confirmari,

Literasque suas Patentes approbatorias & confirmatorias desuper per eundem *Consanguineum nostrum* debitè & sufficienter fieri & expediri,

Ac ipsas, sic factas & expeditas, eisdem Commissariis nostris dari, tradi, & liberari,

Damus insuper & Concedimus Commissariis & Oratoribus nostris prædictis plenam & omnimodam Potestatem & Auctoritatem Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi, cum eodem *Consanguineo nostro*, suisve in ea parte Deputatis aut Deputandis quibuscúmque, de & super reali, effectuali, & celeri Traductione *Elizabethæ Filiæ nostræ carissimæ* ab Anglia in Franciam, ac de Loco & Tempore Modo & Formâ hujusmodi Traductionis fiendæ, aliisque in ea parte Necessariis & Requisitis quibuscúmque,

Necnon Requirendi, Exigendi, & Petendi Dominia, Terras, & Possessiones, Redditus & Proventus, ad *Valorem Annuum Sexaginta Millium Librarum in Assieta*, dictæ *Filiæ nostræ* carissimæ, ad Terminum Vitæ suæ, pro honorabili Sustentatione Statûs suæ Personæ ac Onerum ei incumbentium Supportatione, dari & assignari,

Ipsam quoque Filiam nostram carissimam ac ejus Nomine dictos nostros Commissarios in omnium & singulorum Dominiorum, Terrarum, Reddituum, & Proventuum, sic datorum & assignatorum, seu dandorum & assignandorum, naturalem & civilem Possessionem, ad omnem Juris effectum, poni, mitti, & realiter indui, necnon omnia & singula, dictam carissimam *Filiam nostram* quoad Præmissa concernentia seu qualitercúmque respicientia, tàm per Tres Status Regni Franciæ, quàm per Sacrosanctam Sedem Apostolicam, sub Pœnis Cameræ Apostolicæ ac quibuscúmque aliis Censuris & Pœnis approbari, ratificari, & confirmari,

A. D. 1480. Edw. 4.

Damus insuper Potestatem eisdem Procuratoribus, Commissariis, & Oratoribus nostris, cum præfato *Consanguineo nostro* carissimo, de & super Treugis, Guerrarum Abstinentiis, inter eundem *Consanguineum nostrum* carissimum ex una Parte, & Dilectum Consanguineum nostrum *Maximilianum Austriæ Ducem* ejusque *Consortem Mariam* Parte ex altera, ineundis, contrahendis, faciendis, & firmandis, ac de Modis, Conditionibus, & Temporibus, sub & in quibus ipsæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ Incipere, Finire, & Durare valeant, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & Concludendi,

Et generaliter omnia alia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nos facere possemus si Præsentes personaliter interessemus, etiam & si talia essent quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid, quod per dictos Procuratores, Commissarios, & Oratores nostros, sub eorum Signis manualibus & Sigillis, Communicatum, Tractatum, Appunctuatum, & Conclusum fuerit in Præmissis, seu eorum aliquo, aut aliquibus Præmissorum, sub Ypotheca & Obligatione omnium & singulorum Bonorum nostrorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Maii.

Per ipsum Regem.

De

De Communicando super Pretio Monetarum.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm nuper, inter certos Oratores Sereniſſimi Principis Domini *Lodowici Conſanguinei noſtri Franciæ* ex una, atque quoſdam Conſiliarios noſtros per *Nos* Deputatos ex altera Partibus, de & ſuper *Pretio & Æſtimatione Monetarum* in Terris tàm Nobis quàm dicto Conſanguineo noſtro ſubjectis Fabricatarum, Tractatum ſit eo modo, quo conveniens & rationabilis Æſtimatio utriuſque Monetæ per ipſos Declarata extiterit,

Atque depoſt præfatus *Conſanguineus noſter*, Tractatum & Declarationem hujuſmodi pro ſua Parte inſequendo, per Literas ſuas Patentes, voluerit & ordinaverit quòd, quantum ad Monetas noſtras, quas infra Ditionem ſuam reperiri contigerit, Æſtimatio ſit & habeatur in forma ſequenti; videlicet,

Quòd *Nobile Anglicanum de Signo Roſe* Ponderis Sex Denariorum ſit, & æſtimetur *ad Sexaginta quinque Solidos Turonenſes Dimidia ſeu Quarta Pars ejuſdem Nobilis,*

Et *Nobile* appellatum *ſub Nomine Angeli*, cujus formæ Tres Peciæ æquipollent Duobus Nobilibus ad Roſam, *ſingulæ Peciæ*, ſecundùm Ratum ſuum Proportionis, *Groſſus Anglicanus* de Argento, *ad Duos Solidos, Sex Denarios Turonenſes, Dimidia & Quarta Pars ejuſdem Groſſi*, ſecundùm Ratam Æſtimationis ipſius Groſſi, æſtimentur & curſum habeant,

Prout in præfatis Literis, de Data xxvii. Die Januarii ultimò præterito, pleniùs continetur, A. D. 1480.

Notum facimus quòd,

Cùm in dictis Tractatu & Declaratione Pretii Monetarum, in Regno Franciæ Fabricatarum, per noſtros Deputatos, adviſatum ſit quòd *Scutum antiquum Franciæ ad Quatuor Solidos Duos Denarios Monetæ Anglicanæ, Scutum Novum Franciæ ad Solem* ad *Quatuor Solidos Tres Denarios Obolum* & *Quadrantem prædictæ* Monetæ, *Magnus Groſſus Argenteus Franciæ* ad *Quatuor Denarios Anglicanos & unum Obolum, Duæ Peciæ* de Argento *vocatæ Duodenæ* cum Dimidia ad *Quatuor Denarios Anglicanos*, Duæ Peciæ de Argento *vocatæ Undenæ* cum Tribus Quartis unius hujuſmodi Peciæ ad *Quatuor ſimiles Denarios Anglicanos* æſtimantur,

Nos, pro noſtra Parte vim & effectum Tractatûs & Declarationis hujuſmodi pariformiter Obſervare volentes, Statuimus, Ordinamus, & Volumus, per Præſentes, quòd memoratæ Monetæ, ſi aliquando in Regno noſtro Angliæ, aut aliis Locis Nobis ſubjectis, reperti fuerint, ſub altiori Pretio quàm ſupra limitatum eſt, nullatenus Recipi debeant ſive poſſint.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* duodecimo Die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro Duce Glouceſtriæ, de Poteſtate commiſſa, contra Invaſionem Scotorum.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 1. m. 8.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quanquam Trengæ Guerrarúmque Abſtinentiæ inter Nos & *Jacobum Scotiæ Regem* paulò ante contractæ, concluſæ, & initæ fuerint, prout in Literis indè confectis pleniùs continetur, idem tamen *Scotiæ Rex*, inveteratâ Inimicitiâ, induratâque Malitiâ involutus, ſpretâ ipſius Nominis omniſque Nobilitatis Famâ, perculſum per eum Fœdúſque ſuam in hac Parte Promiſſionem Violare cupiens, Bellum contra Nos, citiùs re quàm Verbo, Indicere, noſtraſque Armis ſubitò Invadere, prout nobis datur intelligi, Decrevit, A. D. 1408.

Nos igitur, ejus Malitiis obviare tantamque Injuriam propulſare intendentes, Præcariſſimum Fratrem noſtrum *Ricardum Glouceſtriæ Ducem*, in quem, non modo propter ejus Sanguinis Propinquitatem atque Fidelitatem, verumetiam propter ejus approbatam in Artibus Bellicoſis Militiam cæteraſque ejus Virtutes, pleniſſimè confidimus, *Locumtenentem noſtrum generalem*, in noſtri Abſentia, ad dictum *Scotiæ Regem* noſtrum Inimicum Capitalem ejúſque Subditos

A. D. 1480. Edw. 4. ditos Adhærentes & Faventes Devincendum, Debellandum, & Expugnandum, quotiens opus fuerit, si nostri Regni sive Ditionis Fines Limitésve modo hostili Ingredi temptaverit temptaverintque, Nominavimus, Deputavimus, & Ordinavimus, prout per Præsentes Nominamus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eidem *Fratri Locumtenenti nostro* Potestatem & Auctoritatem plenariam, omnes & singulos Ligeos & Subditos nostros, tàm in Marchiis nostris versus Scotiam, quàm in Comitatibus eisdem Marchiis adjacentibus (cujuscúmque Status, Gradûs, aut Conditionis fuerint) Evocandi & Levandi, ut Nobis Serviant, ipsique *nostro Locumtenenti* Assistentiam, Succursum, Auxilium, & Juvamen, in Bello contra præfatum *Scotiæ Regem* nostrum inimicum gerendo, quotiens idem *Frater noster* in eodem personaliter interesse voluerit, præstent,

Eosdemque Subditos & Ligeos nostros, sic Evocatos & Levatos, cùm personaliter interesit, Ducendi, Regendi, & Gubernandi, atque Belli Ordinandi, necnon omnia & singula, quæ pro Defensione Regni & Marchiarum prædictorum necessaria fuerint & oportuna, in propriâ Personâ suâ Faciendi & Exequendi, sicut ea faceremus si personaliter interessemus: A. D. 1480. Edw. 4.

Damus autem universis & singulis Ligeis & Subditis nostris Marchiarum & Comitatuum prædictorum, tàm Gardianis Marchiarum illarum quàm aliis quibuscúmque (cujuscúmque Gradûs seu Conditionis fuerint) Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd *præfato Locumtenenti nostro*, cùm in Executione Præmissorum personaliter intererit, Intendentes sint, Assistentes, Auxiliantes, & Obedientes in omnibus diligenter quotiens & quando per ipsum, ex Parte nostra, requisiti fuerint seu eorum aliquis requisitus fuerit.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Thoma Episcopo Lincolniensi de Custodia Temporalium Eborum.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, necnon pro bono & gratuito Servitio, Nobis ante hæc tempora impenso, Concessimus & per Præsentes Concedimus Venerabili in Christo Patri *Thomæ Rotherham Episcopo Lincolniensi* Cancellario nostro Custodiam omnium Temporalium Archiepiscopatûs Eborum, cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quæcúmque, necnon quascúmque Portiones & Pensiones, quæ Nobis, per Mortem, bonæ memoriæ, *Laurentii*, nuper *ultimi Archiepiscopi* Loci prædicti, & ratione Vacationis ejusdem Archiepiscopatûs, aliquo modo pertinent seu pertinere poterunt aut debent,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Episcopo*, Assignatis, & Executoribus suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Mortis *præfati nuper Archiepiscopi*, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerint remanere,

Ac unà cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præpositurarum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis reddendo aut solvendo, seu Compoto indè faciendo, A. D. 1480.

Et ulterius Concessimus *præfato Episcopo* plenariam Potestatm & Auctoritatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentia, cuicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint, seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum, Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi, & quoscúmque Senescallos, Receptores, Ballivos, ac alios Officiarios quoscúmque, & Officia quæcúmque Archiepiscopatui prædicto pertinentia, ac quoscúmque & quæcúmque hujusmodi

A. D. 1480. Edw. 4. modi Officiarios & Officia, quos & quae aliquis Archiepiscopus Eborum perantea legitimè assignavit, fecit, seu donavit, durante Vacatione praedictâ, Assignandi, Faciendi, & Donandi, absque impetitione, impedimento, perturbatione, seu gravamine nostri, vel Haeredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque;

Eo, quòd expressa mentio de vero Valore annuo aut certitudine Praemissorum, seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Episcopo* per Nos ante haec tempora factis, in praesentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, inde in contrarium factis, editis, sive ordinatis, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacumque, non obstante. A. D. 1480. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Licentia Eligendi.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 1. m. 13.

REX, Dilectis Nobis in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiae Cathedralis beati Petri Eborum*, Salutem.

Ex Parte vestra Nobis est humiliter Supplicatum quòd,

Cùm Ecclesia vestra praedicta, per Mortem felicis recordationis *Laurentii nuper Archiepiscopi* Loci illius, Pastoris sit solatio destituta,

Alium vobis Eligendi in Archiepiscopum & Pastorem Licentiam vobis concedere dignaremur,

Nos (Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati) Licentiam illam vobis duximus Concedendam; A. D. 1480.

Mandantes quòd talem vobis Eligatis in Archiepiscopum & Pastorem, qui, Deo Devotus, Ecclesiae vestrae Necessarius, Nobisque & Regno nostro Utilis & Fidelis existat.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Invasione Scotorum, de Monstrationibus capiendis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid. m. 14. dor.

REX Praecarissimo Fratri nostro *Ricardo Duci Gloucestriae*, ac Carissimo Consanguineo suo *Henrico Comiti Northumbriae*, necnon, Dilectis & Fidelibus suis, *Radulpho Graystok* de Graystok Militi, *Roberto Constable* Militi, *Willielmo Evers* Militi, *Waltero Gryffith* Militi, *Marmaduco Cunstable*, *Roberto Hillyard*, *Johanni Melton*, & *Johanni Cunstable*, Salutem.

Cùm nuper quidam de Scotia, non obstantibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis inter Nos & Consanguineum nostrum *Jacobum Regem Scotorum* initis & conclusis, Regnum nostrum Angliae,

Villatas & Habitationes Ligeorum nostrorum in Marchiis nostris ibidem Comburendo, ac Ligeos nostros quosdam ex eis ut Prisonarios Capiendo, & quosdam Interficiendo & Depraedando, & Mala quamplurima eisdem Faciendo,

Hostiliter Ingressi fuerant, & iterùm Regnum & Marchias praedicta, ad Mala Prioribus Pejora si poterint faciendum & perpetrandum, cum Multitudine magna ingredi proponunt, & adhuc se parant & fortificant ut accepimus, A. D. 1480.

Nos (eorum Malitiae obviare & pro Defensione Regni & Marchiarum illarum prospicere volentes, ac de Fidelitatibus & providis Circumspectionibus vestris pleniùs confidentes) assignavimus Vos, conjunctim, & divisim, ad omnes & singulos Homines ad Arma, Armatos, Hobelarios, & Sagittarios ad Laborandum Potentes, in Estrithingo in Comitatu Eborum, tàm infra Libertates quàm extra (videlicet) quemlibet eorum juxta Statûs sui exigentiam & Facultates suas, Armis competentibus arraiari & muniri, & eos sic Arraiatos & Munitos in hujusmodi Arraiatione teneri, faciendum; ita quòd iidem Homines ad Arma, Armati, Hobelarii, & Sagittarii semper Prompti sint & Parati ad Proficiscendum, in Defensione Regni & Marchiarum nostrorum praedictorum, quotiens & quando opus fuerit & necesse,

 super

A. D. 1460. *Edw. 4.*

super brevi Præmonitione eis indè facienda,

Et ad Monstrum sive Monstrationem eorum Hominum ad Arma, Armatorum, Hobelariorum, & Sagittariorum, de tempore in tempus, cùm opus fuerit, Capiendum & Supervidendum,

Et ad Nos & Concilium nostrum de Numero Hominum ad Arma, Armatorum, Hobelariorum, & Sagittariorum prædictorum, & eorum Arraiatione, sub Sigillis vestris, vel unius vestrûm, distinctè & apertè, sine dilatione Certificandum;

Et ideò vobis & cuilibet vestrûm Mandamus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis præsentibus, vos ipsos armari & parari, & omnes & singulos Homines Estrithingi prædicti, per quos Arraiatio & Munitio hujusmodi melius fieri poterit & debeat, ad certos Dies & Loca, quos ad hoc provideritis, venire & vocari, & eos armari, arraiari, & muniri, & eos armatos, arraiatos, & munitos in hujusmodi Arraiatione, ex causa prædicta, teneri faciatis.

Damus &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Junii.

Consimiles Literas Patentes Regis habent Personæ subscriptæ, in Comitatibus & Locis subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Ricardus Dux Glouceftr.
Henricus Comes Northumbr.
Radulphus Graystok de Graystok Miles.
Franciscus Lovell de Lovell.
Ricardus Fitzhugh de Fitzhugh.
Johannes Scrope de Bolton Miles.
Thomas Scrope de Massam.
Robertus Graystoke Armiger.
Willielmus Parre Miles.
Johannes Conyeres Miles.
Ricardus Strangways Miles.
Edmundus Hastinges Miles.
Radulphus Asshton Miles.
} in Northrithingo in Com. Eborum.

Ricardus Dux Glouceftr.
Henricus Comes Northumbr.
Humfridus Dacre de Dacre Miles.
Christoferus Moresby Miles.
Thomas Strikland Miles.
Thomas Middelton.
Jacobus Pykering.
Willielmus Thornburgh.
Ricardus Musgrave Jun.
Ricardus Musgrave Sen.
Thomas Wharton.
Reginaldus Wercop.
} in Com. Westmer'.

Ricardus Dux Glouceftr.
Henricus Comes Northumbr.
Radulphus Graystoke de Graystoke Miles.
Jacobus Haryngton Miles.
Willielmus Gascoyn Miles.
Willielmus Redman Miles.
Thomas Martynfeld Miles.
Henricus Vavasour Miles.
Robertus Ryder Miles.
Johannes Nevyl de Leversegge
Thomas Fitz William.
Thomas Wirteley.
Johannes Sayvile.
Carolus Pylkington,
} in Westrithingo in Com. Eborum.

Ricardus Dux Glouceftr.
Henricus Comes Northumbr.
Radulphus Graystoke de Graystoke Miles.
Robertus Maners Miles.
Rogerus Heron Armiger.
Johannes Wytheryngton.
Robertus Colyngwode.
Ricardus Ratclyffe.
Johannes Cartyngton.
Johannes Lilbourn Jun.
Johannes Hegerston.
} in Comitatu Northumbr.

Ricardus Dux Glouceftr.
Henricus Comes Northumbr.
Humfridus Dacre de Dacre Miles.
Willielmus Parre Miles.
Johannes Huddelston Miles.
Christoforus Moresby Miles.
Willielmus Lee Miles.
Thomas Broughton Miles.
Ricardus Huddelston.
Ricardus Salkeld de Kerby.
Thomas Ratclyffe.
} in Com. Cumbr.

De

A. D. 1480. Edw. 4. A. D. 1480. Edw. 4.

De Attemptatis, contra Amicitiam & Fœdera Ispaniæ, Emendandis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 10.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, inter nostros ex una Parte, & Serenissimorum Principum *Ferdinandi Regis* ac *Elizabethæ Reginæ Castellæ & Legionum* Consanguineorum nostrorum carissimorum Subditos ex alterâ, de & super nonnullis Captionibus, Spoliationibus, & Deprædationibus, contra Intelligentias, Fœdera, & Amicitiam inter Nos & dictos Consanguineos nostros a diu habita & observata, hincinde factis, perpetratis, & commissis, nonnullæ Quæstiones & Differentiæ hucusque remaneant suspensæ & indecisæ,

Nos omnibus & omnimodis Dampnis, Rapinis, Deprædationibus, ac Attemptatis hujusmodi, necnon Quæstionibus & Differentiis quandam Obligationem, per quendam Henricum Æmulum & Adversarium nostrum notoriè existentem ac Jura nostra Regia aliquamdiu Usurpantem factam, concernentibus, licet ipsius prætensæ Obligationis Onus, divino humanóve Jure, agnoscere in Nosve suscipere minimè teneamur, quantum tamen cum Deo & Æquitate possumus Finem imponi cupientes,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum Consiliariorum nostrorum, Magistri *Johannis Coke* Secundarii in Officio Privati Sigilli nostri, & Magistri *Johannis Fox*, Legum Doctorum, plenissimè confidentes,

Ipsos nostros veros & legitimos Commissarios, Procuratores, Factores Negotiorum nostrorum, Gestores, ac Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Deputato vel Deputatis, Commissario seu Commissariis, Nuncio vel Nunciis, Procuratore vel Procuratoribus, dictorum Consanguineorum nostrorum *Regis & Reginæ Castellæ* Gubernatorúmve, aut Communitatum Provinciæ Biscaiæ, necnon quorumcumque Subditorum ipsius Regis, tàm de & super omnibus & singulis hujusmodi Spoliationibus & Attemptatis, per nostros Ipsorumve Consanguineorum nostrorum Subditos quomodocumque factis, perpetratis, & commissis, quàm super dictâ Obligatione & Contentis in eadem, Tractandi, Communicandi, Componendi, Concordandi, & Concludendi, necnon finaliter Determinandi, & Diffiniendi,

Ac de & super hujusmodi Tractatis, Communicatis, Compositis, Concordatis, & Conclusis Literas, Scripturas, Instrumenta quæcumque Faciendi, Dandi, Tradendi, & Liberandi,

Et alia quæcumque in Præmissis necessaria seu oportuna, ad Commodum & Utilitatem nostram, Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Cæteraque omnia & singula, quæ in Præmissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendi & Excercendi;

Promittentes, bonâ Fide & Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Stabile habituros totum & quicquid quod per dictos Commissarios, Procuratores, Factores, Gestores, & Nuncios Nomine nostro Tractatum, Communicatum, Compositum, Concordatum, Conclusum, Determinatum, & Diffinitum fuerit in Præmissis seu eorum aliquo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Liga & Confœderatione cum Rege Daciæ.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid. m. 2.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem, cum prosperorum Successuum incrementis, per eum qui in Terris Nobis Ceptra commisit.

Salvatoris nostri Jhesu Cristi, qui Pacem suam Nobis donavit, Pacemque suam reliquit, insequendo Doctrinam, ea quæ ad Pacem sunt summoperè duximus amplectanda,

Quamquam itaque aliàs,

Per Nostros atq; Serenissimi Principis Domini *Cristierni Daciæ, Sweciæ, Norweg. Sclavorum, Gotthorumq; Regis* Fratris nostri caris-

A.D. 1480. Edw. 4. cariſſimi Ambaſſiatores & Nuncios, tunc in *Civitate ſeu Opido Hamburgenſi, Bremenſis Diœceſis*, ad hoc congregatos,

Inter *Nos* præfatúmque *Daciæ, &c. Regem*, Regnorúmque hincinde Incolas & Subditos, Concepta & Celebrata, atq; expoſt Approbata & Confirmata Pacis, Concordiæ, & Amicitiæ Liga ſeu Confœderatio, temporum ſucceſſu, Perverſorum (quorum totus conatus ad Turbandum Pacem anhelat) Siniſtris Actibus Violata Interuptáque ſit,

Nos tamen atque præfatus *Rex Daciæ*, ad quos pervigili Solicitudinis oculo Regnorum & Subditorum noſtrorum Profectum atque Salutem contueri pertinet,

Conſiderantes quòd, veluti Diſcordiâ Res Magnæ Periere, Concordiâ Res Parvæ Creſcere conſueverunt, ſic ex Pacis Interruptione prædictorum Regnorum noſtrorum hincinde Incolis & Subditis nullus Fructus Salutis, ſet undecúmque Dampnum & Detrimentum ſubortum eſt,

Perverſorum itaque Conatibus hujuſmodi obviare Paciſq; Reformationi ſummo ſtudio intendere Decrevimus,

Et, poſt, eo prætextu, de Novo inter Nos habita Scripta, Ambaſſiatas, atque Tractatus, tandem, Septiformis Muneris ab Alto gratioſè infuſo, *Nos* atque præfatus *Rex Daciæ, &c.* ad has reſolidatæ devenimus Concordiæ Metas & Puncta, articulatim ſubinſerta,

PRIMO, igitur confitemur quòd inter *Nos* & dictum *Daciæ Regem* Conventum atque Concluſum eſt, quòd, non obſtantibus quibuſcúmque Siniſtris Actibus, quibus contra Confœderationem prædictam quomodolibet actum, illaq; violata eſſe poterit, volumus tamen *Nos* atq; *Rex Daciæ* præfatus, Incipiendo *ad Primum Diem Menſis Octobris proximò futurum poſt Datam Præſentium, & ab illo Die uſque ad Biennium proximò futurum incluſivè continuando*, Ligam & Confœderationem prædictam, prout illa aliàs inter Nos Concepta, Celebrata, atque Sigillata eſt, in omnibus ſuis Punctis & Articulis firmiter, inconcuſsè, ac ſi nunquam Violata fuiſſet, Obſervare, nec eidem aliquatenus quacúmque ratione vel cauſâ in toto vel in parte contravenire.

SECUNDO, Determinatum atque Conventum eſt quòd omnes & ſingulæ Actiones, per tempus Interuptæ Confœderationis prædictæ inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem, &c.* noſtrorum & illius Regnorum Incolas exortæ, atq; Subditis noſtris ſuiſque quomodolibet viciſſim (alteri, videlicet, contra alterum) competentes, in Amicitia integra manebunt A.D. 1480. Edw. 4. ſuſpenſæ uſque ad Dietam infraſcriptam ſub Biennio prædicto celebrandam, nec ante Finem ejuſdem aliquis vel aliqui Subditorum noſtrorum vel dicti *Daciæ Regis*, conjunctim aut diviſim, per Se vel per alios, viâ Juris vel Facti, contra ſe invicem ex Cauſis prædictis attemptabit ſeu attemptabunt.

TERTIO, Concluſum eſt quòd, Biennio illo currente, quamprimùm opportunitas permiſerit, aliqua competentia Loca & Tempora, pro *Dietâ* inter *Nos* & præfatum *Daciæ Regem* celebrandâ, deputentur; ubi tunc Ambaſſiatores utriuſque Partis omnia & ſingula, poſt & contra Confœderationem prædictam quomodolibet acta, Audiant, Examinent, Judicent, Reforment, atque perpetuo Silentio Finiant, Confœderationemque prædictam Renovent, Reſolident, & in priſtinos Punctos Reducant atque Continuent, prout Rationi conſonum & ipſis viſum fuerit expedire.

QUARTO, Diffinitum eſt, quòd, infra Biennium antedictum, Mercatores Incolæque noſtrorum ac dicti *Daciæ Regis* Regnorum prænominatorum, & quilibet ipſorum, pro libito ſuæ Voluntatis, ſecurè & liberè, quotiens placuerit, Regna prædicta hincinde (de Anglia, videlicet, ad Daciam, Sweciam, & Norwegiam, atque de Dacia, Swecia, & Norwegia ad Angliam) poterint, cum Rebus & Mercibus ſuis, tàm per Mare quàm per Terram, Viſitare, in omnibus & per omnia, juxta prædicta olim concepta celebrata & ſigillata Confœderationis vim formam & tenorem, ſub libero atque ſecuro ſalvo Conductu: quem Nos *Edwardus Rex* præfatus dicti *Regis Daciæ*, & idem *Daciæ Rex noſtris* Incolis & Subditis, totiens quotiens requiſitus ſeu requiſiti fuerimus ſeu fuerit, dabimus & dabit: prout Nos, *Edwardus Rex* prælibatus, hujuſmodi ſecurum & ſalvum Conductum exnunc *Regis Daciæ* Subditis, melioribus modo & formâ quibus ipſis validiùs & efficaciùs dare poterimus, per totum Biennium prædictum validè atque plenariè, vigore hujuſmodi Literarum noſtrarum, Concedimus & Impartimur;

Hoc ſpecialiter excepto, quòd Incolæ Regni noſtri Angliæ, ſine ſpeciali Licentia atque Salvo Conductu a *Criſtierno Rege* ſæpefato ſpecialiter obtinendo, per hujuſmodi Biennium, Terram ſuam Iſlandiæ nullatenus Viſitabunt, aut inibi ſuas Mercantias excercebunt.

Quos

A. D. 1480. Edw. 4.

Quos quidem Articulos & Puncta, Causâ Confoederationis inter *Nos* & *Regem Daciæ* præfatum, pro nostrorum atque illius Regnorum eorúmque Incolarum Salute, Renovandæ, Reintegrandæ, Resolidandæ, atque Recontinuandæ concepta, Nos, *Edwardus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ* antedictus, in vim hujusmodi Literarum nostrarum, Acceptamus, Approbamus, Gratósque & Ratos habere Volumus,

Promittentes, sub Fide nostræ Regiæ Majestatis, omnia & singula, in hujusmodi nostris Reconciliationis Literis contenta, firma & inconcussa, quantum ad Nos spectat & pertinet, inviolabiliter Observare, nec Contravenire eisdem per Nos, neque per alium seu alios, quovis quæsito Colore vel Ingenio, de Jure vel de Facto.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum majus Robur, firmiorem Fidem, ac evidentius Testimonium, harum Literarum nostrarum Duæ unius quidem effectûs (scilicet, Una sub Nostris, Alia verò sub dicti *Regis Daciæ* Nominibus, Sigillis, atque Manuum nostræ & suæ propriarum Subscriptionibus) confectæ, constructæ, atque sigillatæ sunt, quarum una (videlicet) præsens sub Nomine nostro Sigillo & Subscriptione apud præfatum *Regem Daciæ*, & alia (videlicet) sub sæpefati *Regis Daciæ* Nomine Sigillo & Subscriptione, expeditæ, apud Nos, erunt & remanebunt.

A. D. 1480. Edw. 4.

Dat. apud *Palatium nostrum Westm.* Quinto Die Julii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literæ Regis Patentes emanârunt, sub eadem Data, pro hujusmodi Ligâ & Confoederatione per Triennium duraturâ, inter ipsum *Regem* & præfatum *Regem Daciæ*.

De Communicando cum Rege præfato.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 10.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistrorum, *Johannis Doget* Decretorum Doctoris Thesaurarii Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis, *Willielmi Lacy* in Legibus Bacallarii, Consiliariorum nostrorum, ac Strennorum & Nobilium Virorum, *Bartholomæi de Ryvers* Militis, & *Thomæ Clarencewe Heraldi*, *Regis Armorum*, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Procuratores, Deputatos, ac Nuncios generales ac speciales Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Constituimus & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, ac Nunciis generalibus & specialibus nostris, Tribus, aut Duobus eorum, conjunctim, & divisim, plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum tàm generale quàm speciale, cum Illustrissimo *Rege Daciæ, &c.* Fratre nostro carissimo, seu ejus Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, ac Nunciis generalibus & specialibus, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Rege ad hoc habentibus, in *Civitate seu Opido Hamburgensi* seu alibi Conveniendi,

A. D. 1480.

Communicandi, Tractandi, Concordandi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi, & finaliter Concludendi, tàm de & super Pace perpetuâ, quàm de & super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, ac Amicitiâ, Confoederatione, & Concordiâ, inter *Nos*, Hæredes, & Successores nostros, ac Regna & Dominia nostra, ac Subditos, Alligatos, Confoederatos nostros, ac alios Nobis Adhærentes quoscúmque, & dictum *Regem Daciæ, &c.* Hæredes & Successores suos, atque Loca & Dominia sua, Subditósque Alligatos suos & sibi Adhærentes, ineundis, capiendis, & firmandis, necnon de & super omnibus Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Interfectionibus Subditorum alicujus Partium prædictarum, Dampnis, Injuriis, Deprædationibus, tàm per Mare, quàm per Terram, ac etiam super quibuscúmque Causis, Querelis, Litibus, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, quæ inter *Nos* & *præfatum Regem*, ac Loca, Dominia, Subditos, Alligatos, & Adhærentes prædictos, hincinde pendere noscuntur Indecisa,

Universáque & singula, quæ inter eos Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Roborandi & Assecurandi per Fidei Interpositionem &

A. D. 1480. Edw. 4.

Juramentum in Animam nostram præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis, ac Dependentiis ab eisdem, omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, ac Literas sigillatas Concedendi, Faciendi, & Expediendi, prout eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis prædictis, Tribus seu Duobus eorum, ut præfertur, videbitur expedire,

Quæ talem tantámque Vim, Auctoritatem, & Effectum volumus optinere, ac si ea in Præsentia fecissemus,

Et, si necesse fuerit, *Dietam* ac Diem & Locum pro eadem appunctuandi & assignandi,

Cæteraque omnia & singula, quæ in Præmissis Conclusa & Concordata fuerint, Expediendi & Perficiendi, & pro Parte nostra Perimplendi ac debitè Exequendi, etiam si majora fiot & Mandatum de sui natura exigant magis speciale, & quæ Nosmetipsi facere possemus si personaliter præsentes essemus;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Rata, Grata, & Firma habituros totum & quicquid per dictos Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, Tres vel Duos eorum, ut præfertur, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Julii.

Per ipsum Regem.

De Requestu.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid.

REX universis & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilibus, Præsidibus, Potestatibus, Gubernatoribus, Rectoribus, & Custodibus Regionum, Provinciarum, Patriarum, Civitatum, Villarum, Opidorum, & Locorum Rectoribus, Portuum, Pontium, Passagiorum, Districtuum, & aliorum Locorum, Exercituum Ducibus, Armiferorum Capitaneis, Castellanis, Locatenentibus, Constabulariis, Marescallis, Viceadmirallis, Præpositis, Majoribus, Scabinis, cæterisque Justiciariis, Officiariis, & Subditis suis, aut eorum Locatenentibus, Amicis, Confœderatis, Benivolis, Theolonariis, Tributariis, cæterisque (cujuscúmque Dignitatis, Præeminentiæ, Status, Gradûs, seu Conditionis fuerint) videlicet, tàm per Terram quàm per Mare constitutis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilecti & Fideles nostri, Magister *Johannes Doget* Decretorum Doctor Thesaurarius Ecclesiæ Cathedralis Cicestrensis, *Willielmus Lacy* in Legibus Bacalarius, Consiliarii nostri, ac, Strenui & Nobiles Viri, *Bartholomeus Ryvers* Miles, & *Clarenceewe Heraldus Rex Armorum*, Ambassiatores, Oratores, & Commissarii nostri, versus *Cristiernum Daciæ Regem* Fratrem nostrum carissimum, circa certa Negotia nostra agenda, profecturi sunt, & iterum ab eodem *Rege Daciæ*, Dei mediante Licentiâ, divertere se intendunt,

Vos, præfatos Principes, Reges, ac cæteros Nobiles & Benivolos, & vestrûm quemlibet attentiùs & efficaciùs quo possumus Requirimus & Rogamus, aliisque omnibus & singulis Subditis nostris Præcipimus & Mandamus, quatinus eosdem Ambassiatores, Oratores, & Commissarios nostros, cùm ipsos seu eorum aliquem per Regna, Terras, Dominia, seu Loca vobis seu Ditioni vestræ Subdita, aut Regimini Potestati seu Gubernationi vestræ commissa, transire contigerit, ipsos & eorum quemlibet per eadem transire, ibidem morari, perhendinare, & abinde, cum Familiaribus, Amicis, & Benivolis suis, Equis, Bonis, Maoticis, Malis, Malettis, Bogeis, Kasketis, Malonibus, Literis apertis & non apertis, Jocalibus, Auro & Argento monetato vel non monetato, cæterisque Rebus omnibus ac aliis Bonis suis quibuscúmque, sine Solutione Dacii, Pedagii, Gabelli, aut Aperitione Manticarum, Malorum, Kasketorum, aut cæterorum Præmissorum, liberè & favorabiliter Redire permittatis,

Necnon salvum & securum Conductum sibi, si necesse fuerit, suis Sumptibus & Expensis, haberi faciatis,

Non inferentes eis seu eorum alicui, nec quomodolibet inferri permittentes, in Personis seu Bonis eorumdem, Dampnum, Impedimentum, Violentiam, Injuriam, Molestiam, seu Gravamen, quin potius eis & eorum cuilibet, in agendis nostris prædictis, si opus fuerit, Ministrare dignemini Consilium, Auxilium, & Favorem, Scortam & salvum & securum Conductum Hominum per Passus, Loca, & Dominia vestra, & cujuslibet vestrûm,

A. D. 1480. Edw. 4. vestrûm, ut præfertur, rationabilibus eorum Sumptibus & Expensis ordinando,

Et, si quid (quod absit) eis & eorum cuilibet, in Personis vel Rebus eorum, in aliquo Injuriatum fuerit, id eis indilatè Reformari faciatis, nostris Precibus & Amore,

Nos siquidem Subditis vestris & cujuslibet vestrûm, cùm ad Regna seu Dominia nostra aliquos ex ipsis declinare contigerit, Favorem consimilem seu majorem, si indiguerit, grato Animo impendere promittimus, & de Facto veraciter impendemus. A. D. 1480. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Julii.

De Literis Acquietantiæ pro Censu Annuo.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid. m. 5. REX universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodowico Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo, per Manus *Petri le Roy Viginti & quinque Milia Coronarum Auri*, Nobis in Festo Paschæ ultimò præterito solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Milium Coronarum Auri*, annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superinde confectis pleniùs continetur; A. D. 1480.

De quibus quidem *Viginti & quinque Milibus Coronarum Auri* fatemur Nos fideliter esse Solutum, dictúmque Consanguineum nostrum superinde fore Quietum per Præsentes.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Julii.

Per ipsum Regem.

Conventionum, cum Carolo nuper Burgundiæ Duce, per Modernos Duces Ratificatio.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ex Autogr. MAXIMILIANUS & *Maria*, Dei gratiâ, Duces *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Lymburgiæ*, *Lucemburgiæ*, & *Ghelriæ*, Comites *Flandriæ*, *Arthesii*, *Burgundiæ*, Palatini *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, *Sacrique Imperii* Marchiones, ac Domini *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm perpetuas Amicitias inire Sanctum sit, initas Confirmare & Continuare Sanctius, quo pacto Pax & Transquilitas inter Christianos Principes Fimbrias suas dilatant, Catholicæ Fidei nostræ Sustentacula non parva ponuntur, Infidelium Conspirationes, Scismaticorum Divisiones hiis Mediis, tanquam Propugnaculis firmissimis, a Provinciis nostris longius deppellentur,

Ad Universitatis vestræ Notitiam deducimus, & deduci volumus per Præsentes, quòd,

Cùm in Litteris, de & super perpetuis Amicitiis, Ligis, & Confœderationibus, superioribus Annis initis,

Inter Serenissimum & Potentissimum Principem & Consanguineum nostrum Præhonorandum *Edwardum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ*, *&c.* pro Se, suis Hæredibus, Successoribus, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis, Parte ex una, & bonæ memoriæ Socerum & Patrem nostrum carissimum *Ducem Carolum &c.* Deffunctum pro Se, suis Hæredibus, Successoribus, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis, ex altera Parte, A. D. 1480.

Confectis, expeditis, & sigillatis,

Continentur Capitula quæ sequuntur,

HÆC SUNT perpetuarum Amicitiarum, Ligarum, & Confœderationum CAPITULA,

Consilii maturâ deliberatione firmata & conclusa inter Serenissimum, Excellentissimum, & Potentissimum Principem Dominum *Edwardum*, Dei gratiâ, *Regem Franciæ & Angliæ*, & *Dominum Hiberniæ*, pro sua Celsitudine, suis Successoribus & Hæredibus, Regnis, Patriis, & Dominiis, Vassallis & Subditis præsentibus & futuris, ex una Parte, & Illu-

A. D. 1480. Edv. 4.

Illustrissimum & Potentissimum Principem Dominum *Carolum*, eadem gratiâ, *Ducem Burgundiæ*, &c. pro Se, suis Hæredibus, Successoribus, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis præsentibus & futuris, ex altera Parte, ad summi maximique Dei & gloriosæ Virginis & Divi Georgii Laudem & Gloriam,

INPRIMIS, Voluerunt, Consenserunt, & Convenerunt prædicti Principes, Voluntque, Consentiunt, & Conveniunt, quòd ab hac Die in sempiternum sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, firma, sancta, & perpetua Pax, Amicitia, Liga, Confœderatio, & Unio, per Terram, Mare, & dulces Aquas, *omni Ævo atque Tempore* duratura, inter eos eorúmque Hæredes, Successores, Regna, Patrias, Dominia, Vassallos, & Subditos quoscumque præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos, quàm Seculares, cujuscumque Gradûs & Conditionis existant.

ITEM, quòd omnes utriusque Principis Vassalli & Subditi, ubivis locorum, sibi invicem faveant, seque mutuis Officiis prosequantur, & honestâ Affectione pertractent, possintque tutè & liberè hincinde ad Portus, Dominia, & Districtus quoscumque ipsorum Principum, citra & ultra Mare, accedere, in eisque commorari quamdiu velint, & securè abire quotiens duxerint abeundum, cum suis aut conductis vel commodatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Marcimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus quibuscumque, absque ullo Impedimento, tàm in Terra quàm in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodum propriis in Patriis hæc omnia ipsis licerent; ita quòd nullo alio Salvo Conductu generali aut speciali indigeant: salvis tamen semper Regionum Urbium ac Locorum Statutis & Consuetudinibus; quibus nichil quoad cætera per Præmissa censetur Derogatum.

ITEM, quòd Serenissimus Dominus *Rex*, & sui pro tempore Hæredes & Successores, in quibuscumque aliis Confœderationibus, cum quovis Principe, Vniversitate, Communitate, Societate, aut alia qualibet Persona contrahendis, semper teneantur expresse & nominatim Reservare Illustrissimum Dominum *Burgundiæ Ducem*, suosque Hæredes & Successores; &, versâ vice, Illustrissimus Dominus *Dux*, & sui pro tempore Hæredes & Successores, in quibuscumque aliis Confœderationibus cum quovis Principe, Universitate, Communitate, Societate, aut aliâ qualibet Persona contrahendis, semper teneantur expresse & nominatim Reservare Serenissimum Dominum *Regem* suosque Hæredes & Successores.

A. D. 1480. Edv. 4.

ITEM, Conventum & Concordatum extitit quòd neutra Partium præstabit Auxilium, Consilium, vel Favorem notoriis Inimicis Hostibusve alterius Partis, per Terram, Mare, vel Aquas dulces; sed bonâ Fide se mutuis Auxiliis Militaribus Gentium Armatorum adjuvabunt quotiens opus fuerit: In quorum Auxiliorum præstatione, quoad Numerum attinet Armatorum, habenda erit facultatis Ratio illius Partis, quæ de ferenda Ope rogabitur seu interpellabitur, ut (scilicet) non in plus teneatur quàm tunc facere poterit commodè, consideratâ temporis opportunitate & statu Rerum suarum.

Nos igitur, *Duces prædicti*, Recognoscentes omnia & singula prædictæ Confœderationis Capitula ex Animo & certâ Scientiâ dicti Soceris & Patris nostri carissimi *Ducis Caroli* indubitanter processisse, niebilque Rationabile aut Legitimum obstitisse aut obstare quominus præfata Confœderationis Capitula perpetuum Robur Firmitatis obtineant, tanquam ea quæ in Nostri, Hæredum, & Subditorum nostrorum summam Utilitatem tendere manifestè dinoscuntur, ea omnia & singula Nos, tanquam, causâ & prætextu Matrimonii inter *Nos* contracti, dicti Soceri & Patris nostri carissimi *Ducis Caroli* Hæredes & Successores, pro Nobis & quibuscúmque futuris Hæredibus & Successoribus Nobis *Mariæ Ducissæ* præfatæ, Patriis, Dominiis, Vassallis, Subditiis nostris præsentibus & futuris, dicto Consanguineo nostro Domino *Regi Angliæ*, suisque Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis præsentibus & futuris, Tenore Præsentium, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus, perpetuúmque Robur & Firmitatem habere volumus;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Principis, sub Honore nostro, & sub Obligatione & Ypothequâ omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum, omnia & singula Capitula supradicta Consanguineo nostro Domino *Regi Angliæ*, &c. prædicto, ipsiúsque Hæredibus, Successoribus, Patriis, & Dominiis inviolabiliter, ut præmittitur, Observare; omni Fraude & Dolo semotis.

In cujus Rei Testimonium præsentibus Litteris Sigillum nostrum apposuimus.

Dat.

A. D. 1480. Edw. 4. Dat. in *Opido nostro Bruxellensi*, Die Primâ Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo.

Per Dominos Duces in eorum Concilio, *in quo vos, Dominus* Comes de Chimay *Primus Cambellanus Domini*, *Dominus* Comes de Vincestre *Miles* *Honoris Dominæ*, *Dominus* Martinus de Pollein, *& quamplures alii erant*. A. D. 1480. Edw. 4.

BATAULT.

Sub rubeo Sigillo pendente a Candâ Pergamenæ.

Ratificatio, ex Parte Regis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 9. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm perpetuas Amicitias inire Sanctum sit, initas Continuare & Confirmare Sanctius, quo pacto Pax & Tranquilitas inter Christianissimos Principes Fimbrias suas dilatant, Catholicæ Fidei nostræ Sustentacula non parva ponuntur, Infidelium Conspirationes, Scismaticorum Divisiones hiis Medlis, tanquam Propugnaculis firmissimis, a Provinciis nostris longius depellentur,

Ad Universitatis vestræ Notitiam deducimus, & deduci volumus per Præsentes, quòd,

Cùm in Litteris, de & super perpetuis Amicitiis, Ligis, & Confœderationibus, superioribus Annis initis,

Inter Nos pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus, Regnis, Patriis, Dominils, Vassallis, & Subditis nostris, ex Parte una, ac bonæ memoriæ *Karolum* nuper *Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comitem Flandriæ, Hanoniæ, Hollandiæ, Sclandiæ, &c.* Defunctum, pro Se, suis Hæredibus, Successoribus, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis, ex altera Parte,

Confectis, expeditis, & sigillatis,

Quarum Dat. est apud *Westm. vicesimo quinto Die Julii*, Anno Regni nostri quartodecimo,

Quas quidem Amicitias, Ligas, & Confœderationes, atque earum Capitula per easdem Literas solempniter & in Verbo Regio promisimus observare,

Quarum verò Amicitiarum Capitula sequuntur & sunt talia,

HÆC SUNT perpetuarum Amicitiarum, Ligarum, & Confœderationum CAPITULA,

Consilii maturâ deliberatione firmata & conclusa inter Serenissimum, Excellentissimum, & Potentissimum Principem Dominum *Edwardum*, Dei gratiâ, *Regem Franciæ & Angliæ*, & *Dominum Hiberniæ*, pro sua Celsitudine, suis Hæredibus & Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis & Subditis præsentibus & futuris, ex Parte una, & Illustrissimum & Potentissimum Principem Dominum *Carolum*, eadem gratiâ, *Ducem Burgundiæ, &c.* pro Se, suis Hæredibus, Successoribus, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis præsentibus & futuris, ex altera Parte, ad summi maximique Dei & gloriosæ Virginis & Divi Georgii Laudem & Gloriam, de & super perpetuis Amicitiis, Ligis, & Confœderationibus, hiis actis diebus, initis & conventis, A. D. 1480.

INPRIMIS, Voluerunt, Consenserunt, & Convenerunt prædicti Principes, Volùntque, Consentiunt, & Conveniunt, quòd ab hac Die in sempiternum sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, firma, sancta, & perpetua Pax, Amicitia, Liga, Confœderatio, & Unio, per Terram, Mare, & dulces Aquas, *omni Ævo atque Tempore* duratura, inter eos eorúmque Hæredes, Successores, Regna, Patrias, Dominia, Vassallos, & Subditos quoscumque præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos, quàm Seculares, cujuscumque Gradûs & Conditionis existant.

ITEM, quòd omnes utriusque Principis Vassalli & Subditi, ubivis locorum, sibi Invicem faveant, seseq; mutuis Officiis prosequantur, & honestâ Affectione pertractent, possintque tutè & liberè hincinde ad Portus, Dominia, & Districtus quoscumque ipsorum Principum, citra & ultra Mare, accedere, in eisque commorari quamdiu volent, & securè abire quotiens duxerint abeundum, cum suis aut conductis vel commodatis Naviglis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Marcimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus quibuscumque, absque ullo Impedimento, tàm in Terra quàm in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodum propriis in Patriis hæc omnia ipsis licerent; ita quòd alio nullo Salvo Conductu generali aut speciali indigeant: salvis tamen semper Regionum Urbium ac Locorum Legibus, Statutis, & Consuetudinibus; quibus nichil quoad cætera per Præmissa censetur Derogatum.

A. D. 1480. Edw. 4.

Item, quòd Sereniſſimus Dominus *Rex*, & ſui pro tempore Hæredes & Succeſſores, in quibuſcumque aliis Confœderationibus, cum quovis Principe, Univerſitate, Communitate, Societate, aut alia qualibet Perſona contrahendis, ſemper teneantur expreſsè & nominatim Reſervare Illuſtriſſimum Dominum *Burgundiæ Ducem*, ſuoſque Hæredes & Succeſſores; &, verſâ vice, Illuſtriſſimus Dominus *Dux*, & ſui pro tempore Hæredes & Succeſſores, in quibuſcumque aliis Confœderationibus cum quovis Principe, Univerſitate, Communitate, Societate, aut aliâ qualibet Perſonâ contrahendis, ſemper teneantur expreſsè & nominatim Reſervare Sereniſſimum Dominum *Regem* ſuoſque Hæredes & Succeſſores.

Item, Conventum & Concordatum extitit quòd neutra Partium præſtabit Auxilium, Conſilium, vel Favorem notoriis Inimicis Hoſtibuſve alterius Partis, per Terram, Mare, vel Aquas dulces; ſed bonâ Fide ſe mutuis Auxiliis Militaribus Gentium Armatorum adjuvabunt quotiens opus fuerit: In quorum Auxiliorum præſtatione, quoad Numerum attinet Armatorum, habenda erit facultatis Ratio illius Partis, quæ de ferenda Ope rogabitur ſeu interpellabitur, ut (ſcilicet) non in plus teneatur quàm tunc facere poterit commodè, conſideratâ temporis oportunitate ac ſtatu Rerum ſuarum.

Nos igitur, *Rex antedictus*, Recognoſcentes omnia & ſingula præfatæ Confœderationis Capitula ex noſtris Animo & Scientiâ certitudinaliter proceſſiſſe, nichilque Rationabile aut Legitimum obſtitiſſe aut obſtare quominus perpetuum Robur Firmitatis obtineant, tanquam ea quæ in Noſtri, Hæredum, & Subditorum noſtrorum ſummam Utilitatem tendere manifeſtè dinoſcuntur, ea omnia & ſingula pro Nobis, Hæredibus, Succeſſoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vaſſallis, & Subditis noſtris præſentibus & futuris, Illuſtriſſimis Principibus *Maximiliano* & *Mariæ Auſtriæ*, *Burgundiæ*, &c. Ducibus, *Flandriæ*, *Holandiæ*, &c. Comitibus, Conſanguineis noſtris cariſſimis, tanquam dicti *Karoli Ducis*, prætextu Matrimonii inter dictum *Maximilianum* & *Mariam Filiam* unicam & Hæredem ipſius *Ducis Karoli* contracti, Hæredibus & Succeſſoribus, cæteriſque quibuſcúmque ipſius *Dominæ Mariæ* Hæredibus præſentibus & futuris, Patriis, Dominiis, Vaſſallis, & Subditis ſuis præſentibus & futuris, Tenore Præſentium, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus, perpetuúmque Robur & Firmitatem habere volumus;

A. D. 1480. Edw. 4.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, ſub Honore noſtro, & ſub Obligatione & Ypothecâ omnium Bonorum noſtrorum præſentium & futurorum, omnia & ſingula Capitula ſupradicta Conſanguineis noſtris prædictis, ipſorúmque Hæredibus, Succeſſoribus, Patriis, & Dominiis inviolabiliter, ut præmittitur, Obſervare; omni Fraude & Dolo ſemotis.

In quorum &c.

Dat. primâ Die Menſis Auguſti, Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Octogeſimo.

Per ipſum Regem.

De Succurſu præſtando.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid.

Rex omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Pacem, Amicitiam, Ligam, & Fœdera, pro Nobis, Hæredibus, Succeſſoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vaſſallis, & Subditis noſtris quibuſcúmque, cum Illuſtriſſimo Principe Conſanguineo & Confratre noſtro cariſſimo *Karolo*, bonæ memoriæ, nunc Defuncto, *Duce nuper Burgundiæ*, &c. æquo modo pro Se, Hæredibus, Succeſſoribus, Patriis, Dominiis, Vaſſallis, & Subditis ſuis quibuſcúmque, Contraxerimus, Percuſſerimus, Firmaverimus, & Concluſerimus, prout in Literis indè confectis pleniùs continetur,

Quarum Data eſt, Viceſimo quinto Die Junii, Anno Regni noſtri Quartodecimo, A. D. 1480.

Et in eiſdem Literis, inter cætera, continetur,

Quòd in Auxilio, ab altera Partium præſtando, quoad Numerum attinget Armatorum, habenda erit Facultatis Ratio illius Partis, quæ de ferendâ Ope rogabitur, ſeu interpellabitur, ut (ſcilicet) in plus non teneatur quàm tunc facere poterit commodè, conſideratâ temporis Oportunitate Rerumque ſuarum Statu,

Quarum quidem Literarum Capitula, in eiſdem Literis contenta, Illuſtriſſimis Principibus *Maximiliano* & *Mariæ* ejus Conjugi,

A. D. 1480. Edv. 4. Conjugi, tanquam Filiæ & Hæredi dicti *Ducis Karoli*, *Austriæ Ducibus*, jam Confirmaverimus,

Cùmque *præfati Duces*, per *Regem Lodowicum Franciæ* graviſſimè, ut aſſerunt, Injuriati, Oppreſſi, fuiſque Terris, Patriis, & Dominiis ad maximum eorum Diſpendium ſpoliati, Nos ſæpenumerò rogaverint & interpellaverint, pro Injuriâ dicti *Regis Lodovici* propulſandâ, & ad ſuam Patriarúmque ſuarum Defenſionem, Auxilium, & Juvamen, certum numerum Virorum Armatorum, eorum Sumptibus, eis concedere & præſtare velimus,

Nos, ſentientes quòd nil magis Æquitati naturali eſt conveniens quàm Pacta ſervare, Nolentéſque dictos Conſanguineos noſtros *Auſtriæ Duces*, noſtro ex Defectu aut Culpa, tantis Dampnis & Injuriis affici, Conceſſimus & per Præſentes Promittimus & Concedimus eiſdem Conſanguineis noſtris, ad dictam Injuriam propulſandam, & in ſuam Patriarúmque ſuarum Defenſionem, Succurſum, & Juvamen, *Sex Milia Virorum Architenentium* & infra ex noſtris Subditis, Expenſis eorum Conſanguineorum noſtrorum, prout inter eos concordari poterit, aut Expenſis eorum rationabiliter per Nos taxandis Caſu quo inter eos aliter concordari non poterit, locandorum, tranſmittendorum, & ſtipendiandorum; quos verò tranſmitti faciemus totiens quotiens per dictos Conſanguineos noſtros debitè ad hoc requiſiti fuerimus.

In quorum &c.

Dat. Tertio Die Menſis Auguſti, Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Octogeſimo.

Per ipſum Regem.

Super Annuitate Franciæ, de Securitate per Duces Burgundiæ præſtanda.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ex Autogr.

Maximilianus & Maria, Dei gratiâ, Duces *Auſtriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Lucemburgiæ*, & *Gheldriæ*, Comites *Flandriæ*, *Arthefii*, *Burgundiæ*, Palatini *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, *Sacrique Imperii* Marchiones, ac Domini *Friſiæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm Nos,

Vigore & virtute quarumdam Confœderationum, inter Sereniſſimum Principem Dominum & Conſanguineum noſtrum Præhonorandum *Edwardum Regem Angliæ &c.* ex Parte unâ, ac recolendæ memoriæ Socerum & Patrem noſtrum cariſſimum Dominum *Carolum Ducem Burgundiæ* ex altera Parte, pro Se & ſuis utrímque Hæredibus, Succeſſoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vaſſallis, & Subditis eorum utriúſque, olim captarum & concluſarum,

Prout in Literis, de *Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Septuageſimo quarto*, ſuper hoc inter dictum *Regem* & *Ducem* expeditis & ſigillatis (quarum Literarum certa Capitula dictus *Dominus Rex* & *Nos* viciſſim Confirmavimus) pleniſſimè continetur,

Certum Numerum Armatorum, pro Succurſu, Juvamine, & Deffenſione noſtrarum Patriarum, Dominiorum, & Subditorum noſtrorum, contra & adverſus Incurſiones, Agreſſus, & Invaſiones quas *Rex Ludovicus* hactenus fecit & intulit, & adhuc actualiter facit, & infert Nobis & Patriis, Dominiis, & Subditis noſtris impræſentiarùm, ab eodem *Domino Rege* exegerimus, petierimus, & imploraverimus, quem Numerum dictus Sereniſſimus *Rex* Nobis per ſuas Literas Patentes concordavit & conceſſit,

Unde ex veriſimile *Rex Ludovicus* a præſtatione annuâ *Quinquaginta Millium Scutorum*, quam ipſi *Regi Angliæ* facere debit & conſuevit, ceſſare, & ipſam ſubtrahere ſe diſponet, & conſequenter dictus Conſanguineus noſter in Guerram contra dictum *Regem Lodovicum* incider, quam non ſine magnis ſuis Expenſis exequi valebit,

Notum facimus quòd, Nos dictum *Dominum Regem* de & ſuper hoc recompenſare volentes, promiſimus & promittimus per Præſentes eidem Domino Rege quòd, in eventum quo ipſe *Rex Ludovicus* ab hujuſmodi Præſtatione & Solutione annua *Quinquaginta Milium Scutorum* ceſſaverit, & ipſam Solutionem de facto ſubtraxerit, dictúſque Conſanguineus noſter in Guerram adverſus dictum *Regem Ludovicum* inciderit, dicto Domino *Regi Angliæ*, quolibet Anno, Vitâ ipſius durante, Summam *Quinquaginta Milium Scutorum*, ad Duos Terminos cujuſlibet Anni; videlicet,

Viginti

A. D. 1480. Edw. 4. *Viginti quinque Milia*, unà cum omni eo quod de dictis *Quinquaginta Milibus Scutis* contingerit a Retro fieri eidem *Regi Angliæ* per dictum *Regem Ludovicum* non solutum, infra Sex Menses postea quam dictus *Rex Ludovicus* a Solutione dictorum *Quinquaginta Milium Scutorum* cessaverit, & dictus *Dominus Rex* in Guerram adversus eum inciderit,

Et alia *Viginti quinque Milia* infra alios Sex Menses sequentes,

Et consequenter, similibus Terminis, de Anno in Annum, Vitâ Domini *Regis Angliæ* durante, solvemus seu solvi faciemus fideliter, in Civitate Londoniæ, ipsi Domino *Regi Angliæ*, seu Deputatis aut Commissariis suis habentibus, in ea parte, Literas sufficientes Acquietantiarum, sub Magno Regis Sigillo, quas solventi seu Solventibus Pecunias ipsas nominibus nostris incontinenti tempore Solutionis hujusmodi dabunt & liberabunt,

Ad quam quidem annuam Præstationem sive Solutionem dictorum *Quinquaginta Milium Scutorum*, in forma præmissa, dicto Domino *Regi Angliæ* faciendam, *Obligamus* Nos, Hæredes & Successores nostros, sub Pignore & Ypothequa omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum;

Promittentes insuper, in Verbo Principum, quòd, pro ampliori Securitate Obligationis & Præstationis hujusmodi, Literas Obligatorias Trium Statuum Patriarum nostrarum *Flandriæ*, *Brabantiæ*, *Hollandiæ*, & *Zellandiæ*, sufficientes & legitimas, simul & alias nostras Literas Obligatorias per Sanctissimum Dominum nostrum *Papam*, sub quibuscúmque Sententiis, Censuris, & Pœnis, & sub Pœnis Cameræ Apostolicæ confirmandas, fieri & expediri, dictoque Domino *Regi Angliæ* tradi & liberari faciemus, infra Duos Annos Datam Præsentium proximè sequentes. A. D. 1480. Edw. 4.

In cujus Rei Testimonium præsentibus Litteris Sigillum nostrum apposuimus.

Dat. in *Opida nostro Bruxellensi* Die Quartâ Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo.

Per Dominos Duces in Concilio eorum, *in quo vos Dominus* Comes de Chimay *Primus Chambellanus Domini*, *Dominus* Comes de Vincestre *Miles Honoris Dominæ*, *Dominus* Martinus de Pollein, *& alii quamplures erant.*

De Beere.

Sub Sigillo Magno Ducum, Ceræ rubræ, pendente a Cauda Pergamenæ.

Tractatus Matrimonii inter Philippum Comitem Cadrelesii Filium & Hæredem Maximiliani & Mariæ Ducum Burgundiæ & Annam Filiam Regis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ex Autogr. Maximilianus *& Maria*, Dei gratiâ, Duces *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Lymburgiæ*, *Lucemburgiæ*, & *Ghelriæ*, Comites *Flandriæ*, *Arthesii*, *Burgundiæ*, Palatini *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, & *Zuytphaniæ*, *Sacrique Imperii* Marchiones, ac Domini *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm, superioribus Diebus, pro stabiliendis Fœderibus inter Angliæ, ex unâ, Austriæque Burgundiæ, ex altera Parte, Familias & Domos, variis hincinde Legationibus, Prolocutum sit de Matrimonio inter Prædilectum Filium nostrum *Philippum Comitem Cadrelesii*, & Illustrissimam Principem Dominam *Annam Filiam* Serenissimi & Potentissimi Principis Consanguineique nostri Præhonorandi *Edwardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, *&c.* Contrahendo, tandem cum dicto Consanguineo nostro *Domino Rege* Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, ac ipse Nobiscum, de & super Matrimonio prædicto cum dictis *Philippo* & *Anna*, aut altero seu utroque eorum (quod absit) Deficiente cum cæteris Liberis dicti *Domini Regis* & Liberis Nostris contrahendo, cum Deppendentiis & Circunstantiis suis, prout in subscriptis Articulis continetur, A. D. 1480.

Sequuntur

A. D. 1480. Edw. 4.

A. D. 1480. Edw. 4.

Sequuntur Capitula Matrimonii prolocuti inter Dominum Philippum Comitem Cadrelesii *Filium & Heredem Dominorum* Maximiliani *&* Mariæ Austriæ *&* Burgundiæ *Ducum, ac Dominam* Annam Filiam *Serenissimi Principis Domini* Edwardi Regis Angliæ & Franciæ, *ac de & super nonnullis Dependentibus ex eodem Matrimonio, seu, ipso forsan Deficiente, Consequentibus ex eodem, concordata & conclusa.*

INPRIMIS, Voluerunt, Consenserunt, & Convenerunt dicti Principes, Volunt, Consentiunt, & Conveniunt, quòd inter Illustrissimum Principem *Philippum Comitem Cadrelesii* dictorum Illustrissimorum Principum *Maximiliani* & *Mariæ Austriæ* & *Burgundiæ* Ducum *Filium*, & Serenissimam Principem *Annam* dicti Illustrissimi Principis *Regis Angliæ Filiam* Matrimonium contrahetur, & solemnizabitur quam primùm ipsi *Philippus* & *Anna* ad Annos Nubiles pervenerint.

ITEM, præfatus *Angliæ Rex* Dabit cum Filia sua *Domina Anna* antedicta, causâ & Nomine Dotis, *Centum Milia Scutorum:* Quorum *Quinquaginta Milia* infra Mensem post Datam Præsentium, & alia *Quinquaginta Milia* infra Duos Annos, dicti Matrimonii Solemnizationem proximè sequentes, præfatis Principibus *Maximiliano* & *Mariæ Ducibus*, ipsisve Contrahentibus solventur.

ITEM, quamprimùm ipsa *Anna* ad Duodecim Annorum Ætatem pervenerit, dicti *Austriæ Duces* eidem *Annæ*, pro ejus Sustentatione, annuam Pensionem *Sex Milium Coronarum Auri*, ejusdem Valoris & Æstimationis prout Datæ harum Litterarum tempore in Francia sunt, annuatim & continuè solvent & realiter dabunt, quousque ambo futuri Conjuges ad Annos Nubiles pervenerint.

ITEM, dicti Illustrissimi Principes *Austriæ Duces* eidem *Annæ*, in Dotem, Dotalitium, sive Donationem propter Nuptias, Dominia, Terras, Redditus, & Tenementa, ad Valorem annuum *Duarum Milium Librarum Grossorum Monetæ Flandriæ*, ante dicti Matrimonii inter *Eam* & præfatam *Philippum* ut præmititur Contractum, & ejusdem Contractûs Solemnizationem, nominabunt, assignabunt, & dabunt, ad talem finem & effectum quòd ipsa ejusdem Dominiis, Terris, Redditibus, & Tenementis, si post Solemnizationem prædictam, ipsa superstite, dictus *Philippus* Decedat ab Humanis, utatur, fruatur, & gaudeat, Vitâ suâ naturali durante; salvis tamen eidem *Dominæ Annæ* omnibus aliis Juribus, quæ sibi de Jure Patriarumve Consuetudine, prætextu aut vigore hujusmodi Matrimonii quovismodo pertinent pertineréve poterunt aut debebunt.

ITEM, quòd ipsam *Annam* a Regno Angliæ, pro Solemnizatione ejusdem Matrimonii, in eorum Partes Flandriæ, aut alibi ubi ipsa Solemnizatio celebrabitur, Sumptibus & Expensis suis iidem *Austriæ Duces* honorificè conducent conducive facient.

ITEM, si contingat dictum *Philippum Annamve* præfatam ante hujusmodi Matrimonii Solemnizationem Mortem obire, quod Deus avertat, quòd tunc inter dictum *Philippum* seu alium vel aliam ejusdem *Ducis Filium aut Filiam* & Hæredem, & ipsam *Annam* sive aliam vel aliam dicti *Regis Filiam aut Filium*, quos eis Deus dederit, in Ætate tamen Propinquiores, consimile Matrimonium contrahetur atque solemnizabitur,

Ipsaque alia dicti *Regis Filia* a Regno Angliæ in eorum Partes Flandriæ alibíve Sumptibus ipsorum *Austriæ Ducum*, aut alia ipsorum Filia & Hæres in Partes Angliæ ipsius *Regis Angliæ* Sumtibus honorificè conducetur, & eisdem temporibus modo & formâ, sicuti de Domino *Philippo* & Domina *Anna* supra fit mentio, Mulieris Sustentatio Dos atque Dotalitium seu Donatio propter Nuptias, tàm a *præfato Rege*, quàm *dictis Ducibus*, Nominabitur, Assignabitur, Dabitur, Solvetur, atque realiter Tradetur.

ITEM, omnes & singuli Principes antedicti Promiserunt, Tactisque per eos Sacrosanctis Euvangeliis Jurârunt, se pro viribus facturos, curaturos, atque omnem eorum Operam Impensuros quòd inter dictorum *Regis* & *Ducum* Liberos hujusmodi Matrimonium, sicuti prædicitur, omni seclusо dubio, contrahetur & solemnizabitur.

Quæ omnia & singula, sicut præmittitur, Capitulata, Concordata, Conclusa & in præcedentibus Articulis contenta, Nos, ex certa nostra Scientia, in Verbo Principis, bonâ Fide solenniter Promittimus & Promittimus per Præsentes, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus

A. D. 1480. Edw. 4. nostris, quatinus Nos concernunt, Facere, Observare, & Perimplere, nec eis Contravenire ullo modo.

In cujus Rei Testimonium præsentibus Litteris Sigillum nostrum apposuimus.

Dat. in *Opido nostro Bruxellensi* Die Quintâ Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo.

A. D. 1480. Edw. 4. *Per* Dominos Duces in Concilio eorum, *in quo vos Dominus* Comes de Chimay *Primus Chambellanus Domini*, *Dominus* Comes de Vincestre *Miles Honoris Dominæ*, *Dominus* Martinus de Pollein, *& alii quamplures erant.*

Batault.

Sub rubeo Sigillo pendente a Caudâ Pergamenæ.

Consimiles Literæ, ex Parte Regis, factæ sunt & Datæ ut supra.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 8. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, superioribus Diebus, pro stabiliendis Fœderibus inter Angliæ, ex unâ Parte, Austriæque Burgundiæ, ex alterâ Parte, Familias & Domos, variis hincinde Legationibus, Prolocutum sit de Matrimonio inter Prædilectum Consanguineum nostrum *Philippum Comitem Cadrelesii*, & Illustrium, Excellentissimorum Principum *Maximiliani* & *Mariæ Austriæ, Burgundiæ, &c. Ducum* Primogenitum & Hæredem, *nostramque Filiam Annam* Carissimam, per Dei gratiam, Contrahendo, A. D. 1480.

Tandem cum dictis Consanguineis nostris Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, ac ipsi Nobiscum, de & super Matrimonio prædicto cum dictis *Philippo* & *Anna*, ac altero seu utroque eorum (quod absit) Deficiente eum cæteris Liberis nostris & Liberis dictorum Consanguineorum nostrorum contrahendo, cum Dependentiis & Circumstantiis suis, prout in subscriptis Articulis continetur,

Sequuntur Capitula Matrimonii prolocuti inter Dominum Philippum Comitem Cadrelesii *Filium & Hæredem Dominorum* Maximiliani *&* Mariæ Austriæ, Burgundiæ, &c. Ducum, *ac Dominam* Annam *Filiam Serenissimi Principis Domini* Edwardi Regis Angliæ & Franciæ, *ac de & super nonnullis dependentibus ex eodem Matrimonio, seu, ipso forsitan deficiente, consequentibus ex eodem, concordata & conclusa.*

Inprimis, Voluerunt, Consenserunt, & Convenerunt dicti Principes, Volunt, Consentiunt, & Conveniunt, quòd inter Illustrissimum Principem *Philippum Comitem Cadrelesii*, dictorum Illustrissimorum Principum *Maximiliani* & *Mariæ Austriæ* & *Burgundiæ* Ducum Filium, & Serenissimam Principem *Annam*, dicti Invictissimi Principis *Regis Angliæ Filiam*, Matrimonium contrahetur, & solempnisabitur quamprimum ipsi *Philippus* & *Anna* ad Annos Nubiles pervenerint.

Item, præfatus *Angliæ Rex* dabit cum Filia sua Domina *Anna* antedicta, Causâ & Nomine Dotis suæ, Centum Milia Scutorum: quorum Quinquaginta Milia infra Mensem post Datam Præsentium, & alia Quinquaginta Milia infra Duos Annos dicti Matrimonii Solempnisationem proximò sequentes, præfatis Principibus *Maximiliano* & *Mariæ* Ducibus ipsisve contrahentibus solventur.

Item, quamprimùm ipsa *Anna* ad Duodecim Annorum Ætatem pervenerit, dicti *Austriæ Duces* eidem *Annæ*, pro ejus Sustentatione, Annuam Pensionem *Sex Milium Coronarum Auri*, ejusdem Valoris & Æstimationis prout Dar. harum Literarum tempore in Franciâ sunt, annuatim & continuè solvent & realiter dabunt, quousque ambo futuri Conjuges ad Annos Nubiles pervenerint.

Item, dicti Illustrissimi Principes *Austriæ Duces* eidem *Annæ*, in Dotem, Dotalitium, sive Donationem propter Nuptias, Dominia, Terras, Redditus, & Tenementa, ad Valorem annuum Duorum Milium Grossorum Monetæ Flandriæ, ante dicti Matrimonii inter eam

A. D. 1480. Edw. 4. eam & præfatum *Philippum*, ut præmittitur, Contractum, & ejusdem Contractûs Solempnisationem, nominabunt, assignabunt, & dabunt, ad specialem finem & effectum quòd ipsa eisdem Dominiis, Terris, Redditibus, & Tenementis, si post Solempnisationem prædictam, ipsâ superstite, dictus *Philippus* decedat ab humanis, utatur, fruatur, & gaudeat, Vitâ suâ naturali durante; salvis tamen eidem Dominæ *Annæ* omnibus aliis Juribus, quæ sibi de Jure Patriarúmve Consuetudine, prætextu aut vigore hujusmodi Matrimonii, quovis modo pertinent pertineréve poterint aut debebunt.

ITEM, quòd ipsam *Annam* a Regno Angliæ, pro Solempnisatione ejusdem Matrimonii, in eorum Partes Flandriæ, aut alibi ubi ipsa Solempnisatio celebrabitur, Sumptibus & Expensis suis, iidem *Austriæ Duces* honorificè conducent conducive facient.

ITEM, si contingat dictum *Philippum Annámve* præfatam, ante hujusmodi Matrimonii Solempnisationem, Mortem obire (quod Deus avertat) quòd tunc inter ipsum *Philippum* seu alium vel aliam ejusdem *Ducis Filium* aut *Filiam* & Hæredem, & ipsam *Annam* sive aliam vel alium dicti Regis Filiam aut Filium, quos eis Deus dederit, in ætate tamen propinquiores, consimile Matrimonium contrahetur & solempnisabitur,

Ipsaque alia dicti Regis Filia a Regno Angliæ in eorum Partes Flandriæ alibive, Sumptibus ipsorum *Austriæ Ducum*, aut alia ipsorum *Ducum* Filia & Hæres in Partes Angliæ, ipsius *Regis Angliæ* Sumptibus, honorificè conducetur, & eisdem temporibus modo & formâ, sicuti de Domino *Philippo* & Dominâ *Anna* supra fit mentio, Mulieris sustentatio, Dos, atque Dotalitium, seu Donatio propter Nuptias, tàm a præfato Rege, quàm dictis Ducibus, nominabitur, assignabitur, dabitur, solvetur, atque realiter tradetur. A. D. 1480. Edw. 4.

ITEM, omnes & singuli Principes antedicti promiserunt, tactísque per eos Sacrosanctis Evangeliis jurârunt, se pro Viribus facturos, curaturos, atque omnem eorum operam impensuros, quòd inter dictorum Regis & Ducum Liberos hujusmodi Matrimonium, sicut prædicitur, omni secluso dubio, contrahetur & solempnisabitur.

Quæ omnia & singula, sic ut præmittitur Capitulata, Concordata, & Conclusa, & in præcedentibus Articulis contenta, Nos, ex certa nostra Scientiâ, in Verbo Regio, bonâ Fide, solempniter Promisimus, & Promittimus per Præsentes, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, quatenus Nos concernunt, Facere, Observare, & Perimplere, nec eis Contràvenire ullo modo.

In quorum omnium Testimonium atque Robur præsentibus Sigillum nostrum apposuimus.

Dat. Quinto Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo.

Per ipsum Regem.

Super Matrimonio prætacto de Dote assignandâ.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ex Autogr. MAximilianus & Maria, Dei gratiâ, Duces *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Lymburgiæ*, *Lucemburgiæ*, & *Ghelriæ*, Comites *Flandriæ*, *Artbesii*, *Burgundiæ*, Palatini *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zeellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, *Sacrique Imperii* Marchiones, ac Domini *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Inter cætera,

Quæ de & super Matrimonio prolocuto, inter Carissimum Filium nostrum *Philippum Comitem Cadrelesii* & Illustrissimam Principem Dominam *Annam Filiam* Serenissimi & Excellentissimi Principis Consanguineique nostri Præhonorandi *Edwardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ &c.* per Dei Gratiam Contrahendo Tractata, Concordata, & Conclusa sunt, A. D. 1480.

Nos *Duces prædicti* cum eodem Consanguineo nostro *Domino Rege*, & ipse Nobiscum, pro majori Securitate dicti Matrimonii, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus ea quæ in sequenti Articulo continentur,

Tractatum, Conventum, Concordatum, & Conclusum est inter Principum Partes supradictorum, quòd quamprimum dicti Illustrissimi Principes Dominus Philippus *& Domina* Anna *ad Ætatem Nubilem pervenerint, & dicta Domina* Anna *in dictum Dominum* Philippum *tanquam in Virum suum consenserit, nec a suo sic legitimo Consensu de post Recesserit;*

A. D. 1480. *ferit, ſic quòd per ipſam non ſteterit quominus inter eos promiſſum Matrimonium ſuum debitum ſortiatur effectum, habebit & recipiet a præfatis* Auſtriæ Ducibus, *pro ejus Suſtentatione, durante ipſius Vitâ, Dominia, Terras, & Redditus ad Valorem* Octo Milium Librarum Artheſienſium *annuatim*,

Edw. 4.

Si verò ipſa Domina Anna *poſt Duodecimum Annum Diſſentiat, prout Diſſentire non debet, & ob ipſo ſic promiſſo per eam Matrimonio recedat, ita quòd per eam ſteterit quominus ipſum Matrimonium debitum ſuum ſortiatur effectum, quòd tunc* Quadraginta Milia Librarum Artheſienſium *præfatus* Dominus Rex *& ſui Hæredes & Succeſſores dicto* Philippo, *infra Annum dictum Diſſenſum proximè ſequentem, Solvant & realiter Tradant*,

Quæ omnia & ſingula, in præſenti Articulo contenta, Nos *Duces* antedicti, ex certa noſtrâ Scientia, & bonâ Fide, & in Verbo Principum, Promiſimus, & Promittimus per Præſentes, pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, quatenus Nos concernunt, Facere, Obſervare, & Perimplere, nec eis ullo modo Contravenire; Renunciando & Renunciamus omnibus & omnimodis Exceptionibus, Allegationibus, & Deffenſionibus, aliiſque tàm Facti quàm Juris Remediis quibuſcùnque, per quæ præſens Concordia annullari, infirmari, derogari, ſeu impugnari poſſet quoquomodo.

A. D. 1480. Edw. 4.

In cujus Rei Teſtimonium præſentibus Litteris Sigillum noſtrum appoſuimus.

Dat. in *Opido noſtro Namurcenſi*, Die ſeptimâ Menſis Auguſti, Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Octuageſimo.

Per Dominos Duces in Conſilio eorum, *in quo vos, Dominus* Comes de Chimay *Primus Cambellonus Domini, Dominus* Comes de Vinceſtre *Miles Honoris Dominæ, Dominus* Martinus de Pollein, *& quamplures alii erant.*

De Beere.

Sub rubeo Sigillo, pendente a Cauda Pergameuæ.

Conſimiles Literæ ex Parte Regis Dat. ut ſupra.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 9.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Inter cætera,

Quæ nuper de & ſuper Matrimonio prolocuto, inter Cariſſimum Conſanguineum noſtrum *Philippum Comitem Cadrelcſii* Illuſtriſſimorum Principum *Maximiliani* & *Mariæ Auſtriæ, Burgundiæ, &c. Ducum*, Conſanguineorum noſtrorum Cariſſimorum, & noſtram *Filiam Cariſſimam Annam*, per Dei gratiam contrahendo, Tractata, Concordata, & Concluſa ſunt,

Nos *Edwardus Rex memoratus* cum dictis Conſanguineis noſtris, & ipſi Nobiſcum, pro majori Securitate dicti Matrimonii, Convenimus, Concordavimus, & Concluſimus ea, quæ in ſequenti Articulo continentur,

Tractatum, Conventum, Concordatum, & Concluſum eſt, inter Principum Partes ſupradictorum, quòd, quamprimùm dicti Illuſtriſſimi Principes, dictus Philippus *& Domina* Anna, *ad Ætatem nubilem pervenerint, & dicta Domino* Anna *in dictum Dominum* Philippum *tanquam in Virum ſuum conſenſerit, nec a ſuo ſic legitimo Conſenſu depoſt receſſerit, ſic quòd per ipſam non ſteterit quominus inter eos promiſſum Matrimonium ſuum debitum ſortiatur effectum, habebit & recipiet a præfatis* Auſtriæ Ducibus, *pro ejus ſuſtentatione, durante ipſius Vitâ, Dominia, Terras, & Redditus ad Valorem* Octo Milium Librarum Artheſien. *annuatim*,

A. D. 1480.

Si vero ipſa Anna *poſt dictum Duodecim Annum Diſſentiat, prout Diſſentire non debet, & ab ipſo ſic promiſſo per eam Matrimonio recedat, ita quòd per eam ſteterit quominus ipſum Matrimonium debitum ſuum ſortiatur effectum, quòd tunc* Quadraginta Milia Librarum Artheſienſium *præfatus* Rex *& ſui Hæredes & Succeſſores, infra Annum dictum diſſenſum proximò ſequentem, præfato* Philippo *ſolvant & realiter tradant*,

Quæ omnia & ſingula, in præſenti Articulo contenta, Nos *Edwardus Rex* ſupraſcriptus, ex certa noſtra Scientia, bonâ Fide, & in Verbo Regio, Promiſimus, & Promittimus per Præſentes, pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, quatenus Nos concernunt, facere, obſervare, & perimplere, nec eis contravenire ullo modo; Renunciando

A. D. 1480. Edw. 4. ciando & Renunciamus omnibus & omnimodis Exceptionibus, Allegationibus, & Defensionibus, aliisque tàm facti quàm juris remediis quibuscúmque, per quæ præsens Concordia annullari, infirmari, derogari, seu impugnari posset quoquo modo.

In quorum &c.

A. D. 1480. Edw. 4. Dat. vii. Mensis Die Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo.

Per ipsum Regem.

Super Solutionibus antedictis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 8.

REX universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, Illustrissimi Principes & Consanguinei nostri carissimi, *Maximilianus* & *Maria Austriæ, Burgundiæ, &c. Duces* Nobis, per Literas suas, Promiserunt & Polliciti fuerint, in eventum quòd, si *Rex Ludovicus* cessaverit a Solutione Annuæ Pensionis *Quinquaginta Milium Scutorum*, quam Nobis solvere debet & consuevit, & ipsam de facto subtraxerit, Nósque in Guerram adversus dictum *Regem Ludovicum* devenerimus, Nobis in horum Recompensam solvere Summam *Quinquaginta Milium Scutorum* quolibet Anno, Vitâ nostrâ durante, Terminis in Literis, de hoc mentionem facientibus, plenè specificatis & designatis, prout hæc omnia per easdem Literas latiùs constare possunt,

Unde cùm Consanguinei nostri *Duces prædicti*, per alias Literas suas, Summam *Centum Milium Scutorum*,

Quam Nos, in Favorem & Contemplationem Matrimonii, prolocuti, tractati, & conclusi, inter *Philippum Comitem Cadrelesii eorum Filium* & *Annam Filiam nostram* Carissimam, eidem *Annæ* Causâ & Nomine Dotis Constiterimus & Promiserimus, Nobis liberaliter Quietaverint & Remiserint,

A. D. 1480. Nos igitur, hæc attendentes, & propter alias certas & rationabiles Causas ad hoc moventes, eisdem Consanguineis *Ducibus prædictis*, pro Se & eorum Hæredibus & Successoribus, exnunc prout extunc, cùm dictam Recompensam Locum habere contigerit & suum sortiri effectum, Quitamus & Remittimus Summam *Quinquaginta Milium Scutorum*, quam ipsi primo Anno aliàs Nobis virtute dictarum Literarum solvere tenerentur.

In quorum &c.

Dat. decimâ Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo.

Per ipsum Regem.

De Succursu præstando, nisi Ludovicus Franciæ steterit Arbitrio Regis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid. m. 11.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm inter Majores nostros Angliæ Reges Serenissimos & Austriæ, Burgundiæ, & Flandriæ Familias Nobilissimas, Illustrissimorum Principum *Maximiliani* & *Mariæ Conjugis suæ Austriæ Burgundiæ Ducum* Antecessores, vetustissima Fœdera inita Sanctæque Amicitiæ contractæ fuerint,

Et jam novissimè cum, recolendæ memoriæ, Principe Confratre nostro carissimo *Karolo Defuncto Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Duce*, pro Nobis, nostrisque & suis Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis quibuscúmque, certas Ligas & Amicitias contraxerimus, ut in Literis super inde confectis, *Vicesimo quinto Die Julii Regni nostri Anno Quartodecimo Datis*, pleniùs continetur,

A. D. 1480. Quarum Ligarum & Amicitiarum Capitula Illustrissimis Principibus *Maximiliano* & *Mariæ* ejus Conjugi, ut *Filiæ & Heredi præfati Ducis Karoli*, Confirmaverimus, quemadmodùm in hujusmodi Confirmatoriis Literis plenissimè liquet, quarum Data est &c.

Jam verò præfati *Austriæ Duces*, per *Ludovicum Franciæ* gravissimè, ut asserint, Injuria lacessiti, & Spoliis oppressi, suisque Patriis, Terris, & Dominiis ad maximum eorum Dispendium exuti, Opem eis ferri, Partem eorum amplecti,

 & pro

A. D. 1480. Edw. 4. & pro eis contra dictum *Regem Lodovicum* nos declarare sæpenumero Requesiverunt,

Nos verò,

Eis, in quibus virtute Literarum prædictarum tenemur, deesse nolentes,

Pacem apud omnes Christianæ Religionis Principes, hac saltem Tempestate qua Immanissimus ille Turcus in omnes Cristiani Nominis Principes conspirat & sevitiâ crudelissimâ indies Turget, haberi summoperè cupientes,

Promisimus, & per Præsentes Promittimus, *dictis Consanguineis nostris* quòd, pro Treugis inter *Regem Ludovicum* & dictos *Austriæ Duces*, in quibus Consanguineus noster carissimus *Petrus Comes Sancti Pauli* comprehendatur, usq; ad Pascham proximò futuram capiendis, & re ipsâ obtinendis, eisdémque, eorumdem Concensu, si opus fuerit, Prorogandi, pro viribus Operam dabimus, sic quòd, Treugis durantibus, inter ipsos, de Pace congruentiùs & maturiùs tractare & componere valeamus.

Item, dabimus Operam quòd super Differentiis, Litibus, & Querelis, inter *Regem Lodovicum* & ipsos *Austriæ Duces* jam pendentibus indiscussis, tàm petitorium quàm possessorium & Restitutionem Spoliatorum concernentibus, nostro Laudo & Arbitrio præfatæ Partes se submittent, stabunt, & obtemperabunt; quo in casu, juxta hincinde exhibita & liquidè probata coram Nobis Jura, Deum præ oculis habentes, cum Juris peritorum Consilio, Justitiam utrique Parti, citra Festum Paschæ, ante dictum, dictorum Terminum Treugarum, ut præmittitur, eorum Concensu, Prorogandarum, prout melius noverimus, Ministrabimus.

Item, si *Rex Ludovicus* hujusmodi Treugis, ad nostras Instantias, citra Pascham capiendis & obtinendis, assentire, aut nostro Laudo & Arbitrio, alteriúsve Personæ idoneæ ex eorum nostroque Concensu Nominandæ, in Præmissis Submittere, Stare, & Obtemperare noluerit, set omninò recusaverit, Treugásve aut Pacem, inter eos per Nos compositas sive decretas, aut hujusmodi Arbitrii Virtute composita sive decreta, prædictus *Rex Ludovicus* non servaverit, quòd eo tunc Partem prædictorum *Austriæ Ducum*, ad eorum Defensionem & Subsidium, ut eorum Amici & Confœderati, amplectemur, pro eis in ea Parte contra dictum *Regem Ludovicum*, dicto Festo Paschæ lapso, in eorum Tutelam, Auxilium, Succursum, & Juvamen Nos Declarantes.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Acquietantia Dotis 100000 *Scutorum promissorum per Regem pro Dote Filiæ suæ Annæ.*

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ex Autogr. Maximilianus & *Maria*, Dei gratiâ, Duces *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Lucemburgiæ*, & *Gheldriæ*, Comites *Flandriæ*, *Arthesii*, *Burgundiæ*, Palatini *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ*, *Sacrique Imperii* Marchiones, ac Domini *Frisiæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, universis, præsentes Litteras visuris vel audituris, Salutem.

Cùm in Tractatu Matrimonii,

Quod nuper Prolocutum, Tractatum, & Conclusum est inter *Philippum Comitem Cadrelesii Filium nostrum carissimum*, Parte ex una, & Illustrissimam Principem Dominam *Annam Angliæ Filiam* Illustrissimi, Excellentissimi, & Potentissimi Principis & Consanguinei nostri Præhonorandi *Edwardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, Parte ex altera,

Inter cætera contineatur & caveatur, A. D. 1480. *Quòd idem* Dominus Rex *Dabit cum Filia sua* Domina Anna, *causâ & nomine Dotis suæ*, Centum Milia Scutorum, *quorum* Quinquaginta *infra Mensem post Datam Litterarum Tractatûs dicti Matrimonii*, *& alia* Quinquaginta Milia *infra duos Annos dicti Matrimonii Solemnizationem proximè sequentes Nobis seu ipsis contrahentibus solvere tenebitur*,

Prout hæc per Litteras Tractatûs dicti Matrimonii ampliùs constare possunt,

Notum facimus quòd, propter certas Causas & Considerationes, ad hoc Nos moventes, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, dictam integram Dotem seu Summam *Centum Milium Scutorum*, per dictum *Dominum Regem* dictæ Dominæ *Annæ* Filiæ suæ, in favorem

A. D. 1480. Edw. 4. rem & contemplationem dicti Matrimonii, nomine Dotis constituram & promissam, eidem *Domino Regi* suisve Hæredibus & Successoribus Remisimus, Relaxavimus, & Acquittavimus, ac sic Remittimus, Relaxamus, & Acquitamus per Præsentes; neque poterimus Nos seu Hæredes & Successores nostri a dicto *Domino Rege*, ejusve Hæredibus & Successoribus umquam, causa & nomine Dotis prædictæ, quovismodo quicquam petere seu exigere.

In cujus Rei Testimonium præsentibus Litteris Sigillum nostrum apposuimus.

Dat. in *Opido nostro Namurcensi*, Die vicesima Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo. A. D. 1480. Edw. 4.

Per Dominos Duces in Concilio eorum, *in quo vos, Dominus* Comes de Chimay *Primus Cambellanus Domini, Dominus* Comes de Vinceltre *Miles Honoris Dominæ, Dominus* Martinus de Pollein, *& alii quamplures erant.*

De Beere.

De Communicando cum Ludovico Franciæ super Sponsalibus sæpefatis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Franc. 20. E. 4. m. 11. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quum super Treugis, Amicitiis, Confœderationibus, & cæteris Intelligentiis inter Nos & Serenissimum Principem *Ludovicum Consanguineum nostrum Franciæ* ante hæc initiis & observatis, pro majore ipsarum Subsistantia & Ampliatione, nonnulla Prolocuta sunt,

Quæ quidem, sine maturâ utriusque Principis Oratorum Communicatione, ad id sufficientia Mandata habentium, ad speratos Effectus produci non poterunt,

Nos igitur,

Nolentes quantum in Nobis est quicquam nostra ex Parte deficere, quod dictarum Confœderationum perpetuitatem corroboret,

De Fidelitatibus & Circumspectionibus, Dilectorum Consiliariorum nostrorum, *Johannis Weston Religiosi Sancti Johannis Jherosolimitani in Anglia Prioris*, ac *Thomæ Langton Ecclesiæ Cathedralis Exoniensis Thesaurarii*, plenissimè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro & pro Nobis, se versus præfatum Serenissimum Principem Consanguineum nostrum Carissimum *Ludovicum Franciæ* Transferendi, A. D. 1480.

Cúmque eodem Consanguineo nostro, Oratoribúsve Commissariis aut Deputatis suis quibuscúmque, de & super Præmissis Fœderibus ampliandis, firmandis, & plenius roborandis, déque Modis, Formis, Locis, & Temporibus quibus Affinitas, sæpissimè prolocuta, ratione Matrimonii, inter inclitum Principem *Karolum Viennæ Delphinum* dicti Consanguinei nostri Primogenitum nostrámque *Filiam Elizabetham* per Dei gratiam Contrahendi, breves & optatos exitus consequi mereatur, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi pariter & Concludendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, Exequendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea seu eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid, quòd per præfatos Oratores, Procuratores, & Deputatos nostros nostro Nomine Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis & Præmissorum quolibet.

In cujus &c.

Teste Rege in *Civitate Londoniarum* vicesimo quarto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

De

A. D. 1480. Edv. 4. A. D. 1480. Edv. 4.

De Restitutionibus Eborum.

A. D. 1480. An. 20 E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 1. m. 3.

REX, Escaetori suo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm Dominus *Sixtus Summus Pontifex*, Reverendissimum in Christo Patrem *Thomam* nuper *Episcopum Lincolniensem* a Vinculo, quo dictæ Ecclesiæ Lincolniensi, cui tunc præerat, tenebatur, de Apostolicæ plenitudinis Potestate Absolvens, ipsum ad Eborum Ecclesiam Auctoritate Apostolicâ Transtulerit, ipsúmque in Archiepiscopum Loci illius Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Thomas* omnibus Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Thomæ*, Nobis pro Temporalibus dictæ Ecclesiæ Eborum debitam, & *eidem Thomæ* Temporalia Archiepiscopatûs illius, prout moris est, Restituimus;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Thomæ* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet. A. D. 1480.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono Die Septembris.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Esc. Regis in Com. Northumbr.
Esc. Regis in Com. Notyngh. & Derb.
Esc. Regis in Com. Lincoln.
Esc. Regis in Com. Oxon.
Esc. Regis in Com. Midd.
Esc. Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.
Dilecta Regis Majori Villæ de Kyngeston super Hull *ac Escaetori suo in eadem Villa.*
Dilecta Regis Majori Civitatis Eborum *ac Escaetori suo in eadem Civitate.*

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Restitutionibus Lincoln.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid.

REX, Escaetori suo in Comitatu Lincolniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Sixtus Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem *Johannem*, nuper *Episcopum Roffensem*, a Vinculo, quo dictæ Roffensi Ecclesiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Apostolicæ plenitudinis Potestate Absolvens, ipsum ad Lincolniensem Ecclesiam Vacantem Auctoritate Apostolicâ Transtulerit, ipsúmque in Episcopum Loci illius Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Johannes* omnibus Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se Submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius *Johannis*, Nobis pro Temporalibus dictæ Ecclesiæ Lincolniensis debitam, & eidem *Johanni* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, prout moris est, Restituimus; A. D. 1480.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Johanni* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono Die Septembris.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Data prædicta; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Leyc.
Escaetori Regis in Com. Cantebr. & Hunt.
Escaetori Regis in Com. Northampt. & Rotel.
Escaetori Regis in Com. Oxon.

A. D. 1480. Edw. 4. *Escaetori Regis in Com. Notingh.*
Escaetori Regis in Com. Hertf.
Escaetori Regis in Com. Bed. & Buk.
Dilecto Regis Baribo. James *Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.*

Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Lincolniæ *ac Escaetori suo in eadem Civitate.* A. D. 1480. Edw. 4.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Armata Potentia in Succursum Ducis Burgundiæ Conducenda.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 1. m. 1. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, ad specialem Requisitionem Præcarissimi Consanguinei nostri *Maximiliani Austriæ & Burgundiæ Ducis, &c.* quandam Armatam Potentiam de Subditis nostris, ad ejus Vadia & Stipendia, & ad & in suam suarúmque Patriarum Defensionem & Munitionem, ad Partes suas transmitti concesserimus,

Nos, pro Conductione Armatæ prædictæ providere volentes, ac de Fidelitate & provida Circumspectione Dilecti & Fidelis Militis nostri pro Corpore nostro *Johannis Middelton* pleniùs confidentes, eidem *Johanni* plenam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, Damus & Committimus ad Armatam prædictam ad Patrias prædictas Conducendum, Regendum, & Gubernandum,

Necnon ad quoscúmque de Armata prædicta, quos Regimini & Gubernationi Mandatis Proclamationibus Ordinationibus *ipsius Johannis*, Nomine nostro in hac parte faciendis & ordinandis, Contrarios seu Inobedientes invenerit, juxta Discretionem suam & Delinquentium Demerita Castigandum & Puniendum, ac Castigari & Puniri faciendum, A. D. 1480.

Omniaque alia & singula, in Præmissis necessaria & oportuna, Faciendum & Exequendum;

Nolumus tamen quòd *præfatus Johannes*, aut aliquis de Comitiva prædicta, Terras, Dominia, seu Territoria aliquorum, seu alicujus, de nostra Liga, Confœderatione, seu Amicitia, existentium, ad aliquod Dampnum, Bellum, Præjudicium, aut Gravamen Terris, Dominiis, seu Territoriis illis vel Inhabitantibus eorumdem inferenda, ingrediatur quoquo modo:

Damus autem universis & singulis Ligeis & Subditis nostris, de Comitiva prædicta, firmiter in Mandatis quòd *præfato Johanni*, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, & Obedientes, aliisque Justiciariis & Ministris nostris, quorum interest in hac parte, Auxiliantes & Assistentes existant in omnibus diligenter.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Ducissa Burgundiæ.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ibid. p. 2. m. 9. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac ex certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, Præcarissimæ Sorori nostræ *Margaretæ Ducissæ Burgundiæ* Potestatem & Auctoritatem, quòd ipsa annuatim, durante Vitâ suâ, per Se Factores vel Assignatos suos, Mille Boves & Duo Millia Arietum infra Regnum nostrum Angliæ emere & providere, & eos sic emptos & provisos, in quibuscúmque Portubus Regni nostri Angliæ, unâ vice vel diversis vicibus, Eskippare & ad Partes Flaudriæ, Holandiæ, vel Selandiæ Traducere & Cariare A. D. 1480. possit & possint licitè & impunè, absque impedimento aliquo Nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, & absque aliquibus Custumis, Subsidiis, aut aliis Deveriis Nobis indè aliqualiter solvendis seu reddendis, aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Restrictione quacúmque, ante hæc tempora factâ, editâ, seu provisâ, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Septembris.

Per ipsum Regem.

A. D. 1480. Edw. 4. A.D. 1480. Edw. 4.

Pro Archiepiscopo Eborum.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 2 m. 23.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem. Sciatis quòd, de Gratiâ nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, *Pardonavimus*, *Remisimus*, & *Relaxavimus* Reverendissimo Patri *Thomæ Archiepiscopo Eborum* Angliæ Primati Cancellario nostro Angliæ, nuper *Episcopo Lincolniensi*, túncque Cancellario nostro Angliæ, nuper Custodi Privati Sigilli nostri, *ipsique Thomæ* nuper *Roffensi Episcopo*, tunc etiam Custodi Privati Sigilli nostri, seu quocúmque alio Nomine sive Additione nominis *idem Archiepiscopus* censeatur aut nuncupetur, omnimoda Debita, Compota, Præstita, & Arreragia Firmarum & Compotorum, necnon omnimodas Actiones, Impetitiones, Sectas, Querelas, & Demandas, quas Nos solus vel Nos conjunctim cum aliis Personis vel alia Persona versus ipsum habemus seu habere poterimus ratione quacúmque, necnon omnimodos Fines adjudicatos sive adjudicandos, Redemptiones, Amerciamenta, Exitus, Forisfacta, Relevia, & Scutagia, Nobis ante præsentem Diem qualitercúmque debita sive pertinentia,

Ac etiam *Pardonavimus*, *Remisimus*, & *Relaxavimus* præfato Reverendissimo *Patri* omnimoda Transgressiones, Mesprisiones, Contemptus, Concelamenta, Impetitiones, Conventiones, Contractus, Deceptiones, Negligentias, Ignorantias, Forisfacturas, & alia Malefacta quæcúmque, per ipsum ante eundem præsentem Diem qualitercúmque facta sive perpetrata, necnon omnimoda Escapia & Evasiones quorumcúmque Felonum & Clericorum Convictorum sive Attinctorum quoquo modo Custodiæ suæ commissorum, & firmam Pacem nostram ei indè Concedimus per Præsentes, A. D. 1480.

Eo quod expressa mentio de certitudine alicujus Recordi, Præmissa seu aliquid Præmissorum concernentis sive tangentis, in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, vel Restrictione, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, in contrarium factâ, editâ, ordinatâ, habitâ, seu provisâ, in aliquo non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* primo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Instrumentum Publicum tangens Matrimonium inter Philippum Comitem Caldrelesii, & Dominam Annam Filiam Regis.

A. D. 1480. An. 20. E. 4. Ex Autogr.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Per hoc præsens Publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter, & sit notum, quòd Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo, Indictione Decimâ tertiâ, Die verò Sabbati Decimâ sextâ Mensis Decembris, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Sixti*, Divinâ Providentiâ, *Papa Quarti* Anno Decimo, in quâdam altâ Camerâ infra Domum Residentiæ Illustrissimæ Dominæ, Dominæ *Margaretæ Ducissæ Burgundiæ, Brabantiæ, &c.* infra Opidum Brugense, me Notario Publico & Testibus infrascriptis tunc præsentibus, personaliter constituti, Illustrissimi, Potentissimi, ac Metuendissimi Principes & Domini Domini *Maximilianus* & *Maria Austriæ*, *Burgundiæ*, *&c. Duces*, Exposuerunt, Recitaverunt, & Dixerunt qualiter per eos, & suos Oratores, Parte ex unâ, necnon Illustrissimum & Christianissimum Principem *Edwardum Angliæ & Franciæ Regem*, suósque Oratores, ex alterâ, certus Tractatus de & super Matrimonio habendo, inter Serenissimos Principes *Dominum Philippum Cadrelesii Comitem*, Filium suum Primogenitum & Hæredem, ac Dominam *Annam* dicti *Edwardi Regis Filiam*, habitus & conclusus extitit, sub certis Formis, Conditionibus, & Capitulis, in Literis desuper confectis, de Data *Quintâ Die Augusti ejusdem Anni Octuagesimi*, eorum Magnis Sigillis sigillatis, latiùs declaratis, A. D. 1480.

Et quia in dicto Tractatu, inter cætera, expressè contineri dixerunt, quòd Principes præfati hincinde hujusmodi Tractatum, ac omnia & singula in eo contenta firmiter inviolabiliter observaturos,

A. D. 1480. Edv. 4. vaturos, & completuros jurare promiserunt; ipsique volentes pro Parte sua omnia & singula in dictis Litteris contenta Facere, Observare, & Perimplere,

Igitur ad Nobilis Circumspectorúmque Virorum, Domini *Thomæ Montgommery* Ordinis Garterii Militis, *Johannis Cock* Legum Doctoris, in Officio Privati Sigilli Secundarii, & *Guillermi Slifyldis* Secretarii apud eosdem Duces dicti Regis Ambassiatorum, & Oratorum instantiam, ex eorundem certâ Scientiâ in Excellentis Dominæ *Margaretæ Ducissæ præfatæ*, ac Potentissimorum Principum & Dominorum, *Petri de Luxemburgo Sancti Pauli*, *Philippi de Croy de Chimoy*, ac *Ludovici de la Guithuse de Winchestre*, Comitum, Ordinis Velleris Aurei Militum; necnon honorandi magnæque Prudentiæ Viri *Johannis Carondelet* Cancellarii, ac Reverendi Patris Domini *Johannis de Lannoy Abbatis Monasterii Sancti Bertini de Sancto Audomaro*, Testium ad hoc vocatorum & rogatorum, meique Notarii Publici infrascripti stipulan. & recipien. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, præsentiâ, tactis per eos & eorum quemlibet Scripturis Sacrosanctis, ad Sancta Dei Ewangelia corporaliter Jurârunt, & in Verbo Principum Promiserunt, Tractatum Matrimonialem hujusmodi, sicut præfertur, initum & conclusum, ac omnia & singula Matrimonium hujusmodi concernentia, firmiter & inviolabiliter Tenere, Implere, & Observare, seu Teneri, Impleri, & Observari facere, nec ullo unquam tempore per se vel alios Contravenire seu Opponere, A. D. 1480. Edv. 4.

De quibus Præmissis omnibus & singulis Partes præfatæ hincinde petiêrunt sibi fieri atque tradi Instrumentum Publicum unum vel plura Test. innotan.

Acta fuerunt hæc Loco, Anno, Indictione, Die, Mense, Pontificatu, ac Testibus quibus supra requisitis specialiter & rogatis.

Et ego Marandus Dannet *Presbiter de Morino, Publicus Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus, Curiæque Morinensis Notarius Juratus, quia Promissionibus & singulis dum & prout suprascribuntur, agerentur, dicerentur, & fierent unà cum prænominatis Testibus præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, scivi & audivi, ac in Notam sumpsi, ex quâ hoc præsens Publicum Instrumentum Manu meâ propriâ fideliter scriptum confeci, & in hanc Publicam Formam redegi, Signóque & Nomine meis solitis & consuetis signavi, in Fidem, Robur, & Testimonium Veritatis omnium & singulorum Præmissorum requisitus specialiter & rogatus.*

M. DANNET.

Pro Armata Potentia supra Mare contra Scotos.

A. D. 1481. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 2. m. 5.

REX, Dilecto sibi, *Ricardo Symondes*, Magistro Navis nostræ vocatæ le Grace de Dieu, Salutem.

Scias quòd,

Cùm Nos quandam Armatam Potentiam, ad proficiscendum supra Mare in Resistentiam illius Infidelis & antiqui Inimici nostri *Regis Scottorum*, Ordinaverimus,

Assignavimus Te ad tot Marinarios, quot pro Conductione & Gubernatione Navis prædictæ necessarii fuerint & oportuni, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates, quàm extra, Arestandum & Capiendum, & eos in Navi prædicta, Nobis ad Vadia nostra deservituros, Ponendum & Poni faciendum;

Et ideò &c.

Damus &c.

In cujus &c. per Dimidium Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quinto Die Februarii. A. D. 1481.

Consimiles Literæ Regis Patentes diriguntur Personis subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Roberto Michelson Magistro Navis Regis vocatæ *le Mary*.

Ricardo Hubbard Magistro Navis Regis vocatæ *le Antony*.

Johanni Stevens Magistro Navis Regis vocatæ *le Great Portingole*.

Johanni Hamond Magistro Navis Regis vocatæ *le Spaynard*.

Waltero Cokke Magistro Navis Regis vocatæ *le Mary Asshe*.

Johanni Cappe Magistro Navis vocatæ *la George Cobbom*.

A. D. 1481. Edw. 4.

Simoni Miller Magiſtro Navis vocatæ *la Marye de Lynne.*

Thomæ Coke Magiſtro Navis vocatæ *la Kervell de Gippewico.*

Thomæ Wilkilſon Magiſtro Navis vocatæ *la Pakker de Harwiche.*

Ricardo Lokwode Magiſtro Navis vocatæ *la Kateryne.*

Super Invaſione Scotorum de Providendo.

A. D. 1481. An. 20. E. 4. Pat. 20. E. 4. p. 2. m. 14. dor.

REX, Dilecto ſibi, *Willielmo Tempyll*, Salutem.

Scias quòd, ut accepimus, *Jacobus Rex Scotorum* Regnum noſtrum Angliæ cum Armata Potentia, ad Mala quæ Nobis & Ligeis noſtris inferri poterit, ingredi intendit,

Nos, Malitiæ ſuæ obviare, & pro Defenſione Marchiarum noſtrarum verſus Scotiam proſpicere volentes, ac de Fidelitate & Circumſpectione tuis pleniùs confidentes,

Aſſignavimus Te tàm ad Carpentarios vocatos Whelers & Cartwrightes, quàm alios Carpentarios, Lathamos, Fabros, Plumbatores, & alios Artifices & Operarios quoſcúmque pro Operationibus Ordinationum noſtratum, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Eccleſiæ dumtaxat excepto) pro Denariis noſtris in hac parte rationabiliter ſolvendis, Areſtandum & Capiendum, necnon ad Bumbardos, Canones, Culverynes, Fowelers, Serpentynes, & alios Canones quoſcúmque, ac Pulveres Sulphureos, Saltpetre, Petras, Ferrum, Plumbum, & omnimodas alias Stuffuras pro eiſdem Canonibus neceſſarias & oportunas, necnon Arbaliſtas & Tractum pro eiſdem, Arcus, Sagittas, Boweſtrenges, Langdebeves, Lanceas, Gleyves, & Mallias, ac omnia alia pro Ordinationibus noſtris prædictis neceſſaria & oportuna, necnon Cariagium ſufficiens pro eiſdem, tàm per Terram quàm per Aquas, ac Equos vocatos Hakeneys, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Eccleſiæ dumtaxat ſimiliter excepto) pro Denariis noſtris, in hac parte ut præmittitur rationabiliter ſolvendis, Areſtandum, Capiendum, & Providendum,

Ac etiam Aſſignavimus te ad omnes illos, quos tibi in Executione Præmiſſorum Rebelles inveneris, Priſonis noſtris Committendum, ibidem moraturos quouſque aliàs pro eis duxerimus ordinandum;

Et ideò &c.

Damus &c.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* Secundo Die Martii.

Conſimiles Literæ Regis Patentes diriguntur Perſonis ſubſcriptis, ſub eadem Datâ; videlicet,

Ricardo Cony.
Johanni Leke.
Roberto Olyver.
Ricardo Copcot.
Johanni Muklowe.
Ricardo Reynold.
Willielmo Fareley.
Reginaldo Wellysburn.



De Tractando cum Domino Inſularum.

A. D. 1481. An. 21. E. 4. Franc. 21. E. 4. m. 8.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Nobis in Animo ſit cum cariſſimo Conſanguineo noſtro *Domino Inſularum Comite Roſſenſi, &c.* quaſdam amicabiles Intelligentias, pro mutuis hincinde ſucceſſibus, contractari,

De Fidelitatibus & Circumſpectionibus, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Magiſtri *Patricii Holyborton* Capellani, *Henrici Pole* Capitanei Claſſis noſtræ, ac *Johannis Bayn* Majoris Villæ noſtræ de Cragvergus, pleniùs confidentes,

Ipſos noſtros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commiſſarios, & Nuncios ſpeciales Facimus, Ordinamus, & Conſtituimus per Præſentes,

Dantes & Concedentes eiſdem, ac Duobus eorum, Poteſtatem generalem & Mandatum ſpeciale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum dicto *Comite Domino Inſularum*, ac cum Conſanguineis & Conſiliariis ſuis, de quibus eis videbitur ſignatis, cum Prædilecto Conſanguineo noſtro *Donaldo Gorne* de & ſuper Ligis, Amicitiis, Confœderationibus, & Intelligentiis amicabilibus, inter Nos ex unâ Parte, ac *dictum Comitem* & ſuos ex alterâ; ineundis, componendis,

A. D. 1481. Edw. 4. nendis, & firmandis, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Conveniendi, Concordandi, & Concludendi,

Ac hujusmodi Amicitias, Ligas, Confœderationes, & Intelligentias, sub Modis & Conditionibus quibus eis videbitur, Faciendi, Componendi, & Contrahendi,

Nósque ad firmam Observantiam earumdem, sub Sacramento in Animam præstando, Obligandi,

Cæteráque Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per dictos Procuratores & Commissarios nostros, seu Duos eorum, Nomine nostro, Tractatum, Conventum, Factum, Contractum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Pignore & Ipothecâ omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum. A. D. 1481. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Curia Adjornanda, propter Resistentiam Scotorum.

A. D. 1481. An. 21. E. 4. Claus. 21. E. 4. m. 1.

REX Justiciariis suis, ad Placita coram Nobis tenenda assignatis, Salutem.

Quia, ob certas Causas Nos & Bonum Regni nostri Angliæ ad præsens tangentes, & præsertim propter Resistentiam Inimicorum & Adversariorum nostrorum Scotiæ, de avisamento Concilii nostri, Ordinavimus quòd omnia Placita, Loquelæ, Brevia, & Præcepta, quæ coram Nobis ab Octabis Sanctæ Trinitatis proximò futuris, ac, tàm in Crastino Sancti Johannis Baptistæ & Quindena Sanctæ Trinitatis, quàm in Octabis & Quindena Sancti Johannis Baptistæ, extunc proximè futuris, aut interim, ab eisdem Octabis Sanctæ Trinitatis, Diem habentia Placitari, seu Retornari deberent, vel Diem habent, ab eisdem Octabis Sanctæ Trinitatis, usque Octabas Sancti Michaelis tunc proximò sequentes Adjornentur,

Vobis Mandamus quòd omnia Placita, Loquelas, Brevia, & Præcepta, coram Nobis, tàm in prædictis Crastino Sancti Johannis & Quindena Sanctæ Trinitatis, vel in Octabis & Quindena Sancti Johannis, aut interim ab prædictis Octabis Sanctæ Trinitatis ad aliquem Diem Retornanda, sive Diem habentia, ab Octabis Sanctæ Trinitatis prædictis usque dictas Octabas Sancti Michaeliis sine dilatione adjornetis & adjornari faciatis, A. D. 14..

Et Partibus in eisdem Placitis, Loquelis, Brevibus, & Præceptis, easdem Octabas Sancti Michaelis coram Nobis indè Præfigatis,

Mandantes insuper singulis Vicecomitibus, Officiariis, & aliis Ministris nostris quibuscúmque, Regni nostri Angliæ, quòd ipsi omnia & singula Brevia & Præcepta, coram Nobis, tàm in dictis Crastino Sancti Johannis & Quindena Sanctæ Trinitatis, quàm in dictis Octabis & Quindena Sancti Johannis, aut interim, ab prædictis Octabis Sanctæ Trinitatis ad aliquem Diem Retornabilia, penes se singillatim Retineant, & ea ad prædictas Octabas Sancti Michaelis coram Nobis Retornent,

Et quòd vos, ad easdem Octabas Sancti Michaelis, super eisdem Brevibus & Præceptis, ac in aliis Præmissis, Procedatis & Processus faciatis, acsi Brevia & Præcepta illa in dictis Crastino Sancti Johannis, vel Quindena Sanctæ Trinitatis, aut in dictis Octabis seu Quindena Sancti Johannis, aut interim, ad aliquem Diem ab eisdem Octabis Sanctæ Trinitatis Retornata, ac cætera Præmissa absque Adjornatione fuissent.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Junii.

 Pro

A.D. 1481. Edv. 4. A.D. 1481. Edv. 4.

Pro Filia Ducis Britanniæ, de Matrimonio cum Primogenito Regis.

A.D. 1481. An. 21. E. 4. Ex Autogr.

FRanciscus, Dei gratiâ, *Britanniæ* Dux, *Montisfortis, Richemondiæ, Estamparum*, & *Virtutiorum* Comes, universis & singulis, ad quorum Notitiam præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm quemque Principem de ejus Subditorum Quiete Utilitatéque cogitare, atque suæ sic Posteritati consulere quòd ipsius Principatus nullâ ætate depereat, maximè deceat,

Quas ad Res conficiendas aliquid magis conveniens fieri nequeat, quàm Fœdera cum illis Principibus percutere & stabilire, qui suis Confœderatis perpetuè velint & facile possint favere atque auxiliari,

Tum etiam animadvertamus quæ Regna, Terras, atque Dominia amplissima nostris convicina habeat, quantáque Constantiâ Integritate & Fide splendeat Serenissimus Princeps Consanguineus noster carissimus *Edoverdus*, eadem gratiâ, *Angliæ Rex*, cui pro Fœderis Sanguinis & Immortalis suæ Benivolentiæ jure usque adeò devincimur, ut nullius Principis Amicitiam, Affinitatem, & Confœderationem magis appetamus.

Notum facimus quòd, hiis & aliis justis de Causis rationi consonis permoti, *Nos* cum eo Contraximus, Fecimus, Perfecimus, & Conclusimus, atque per Præsentes Contrahimus, Facimus, Perficimus, & Concludimus, bonas, sinceras, veras, & perpetuas Amicitias, Ligas, & Confœderationes; in quibus utrinque & permixtim Hæredes & Successores, Regna, Ducatus, Patrias, Dominia, Vassallos, & Subditos comprehendimus, secundùm Articulorum & Capitulorum, sequentium formam,

Quorum Tenor est talis,

Hæc sunt perpetuarum Amicitiarum, Ligarum, Affinitatum, & Confœderationum Capitula,

Maturâ Consilii Deliberatione firmata & conclusa inter Serenissimum, Excellentissimum, & Potentissimum Principem Dominum *Edoverdum*, Dei gratiâ, *Angliæ Regem*, pro Se, suis Hæredibus & Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis, Vasallis, & Subditis præsentibus & futuris, ex Parte unâ, & Illustrissimum ac Serenissimum Principem Dominum *Franciscum*, eadem gratiâ, *Britanniæ Ducem*, &c. pro Se, suis Hæredibus, Successoribus, Patriis, Dominiis, Vassallis, & Subditis præsentibus & futuris, ex alterâ Parte, ad suum maximíque Dei ac Gloriosæ Virginis Laudem & Gloriam,

A.D. 1481.

INPRIMIS, inter *Edoverdum Angliæ Regem* & *Franciscum Britanniæ Ducem*, Principes antedictos, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd Matrimonium contrahetur inter Excellentissimum Principem *Edoverdum Principem Walliæ*, dicti Serenissimi Regis Primogenitum, & Inclitissimam Dominam *Annam, præfati Ducis Filiam Seniorem*, cùm ipsi ambo ad Annos nubiles pervenerint.

ITEM, quòd, si dicta Domina *Anna* (quod Deus avertat) Decedat ante Annos Nubiles hujusmodi, vel priusquam Matrimonium præfatum Contractum & Consummatum extiterit, Domina *Ysabellis Secunda Filia præfati Ducis*, aut, ipsâ Decedente, *alia ipsius Ducis Filia*, si qua in Humanis tunc fuerit, eidem *Domino Principi*, in Ætate suâ Nubili, ut præfertur, matrimonialiter conjungetur.

ITEM, quòd, quousque cum dicta Domina *Anna* Matrimonium prælocutum hujusmodi Solemnizatum & Consummatum fuerit, non fiet Contractus neque Tractatus Matrimonialis obivis locorum pro dicta Domina *Ysabella*, neque pro *alia qualibet dicti Ducis Filia*, casu quo dicta Domina *Anna* præmortua fuerit, quousque dictam Dominam *Ysabellem* præfato Domino *Principi Walliæ* matrimonialiter conjunctam esse constiterit;

PROVISO tamen quòd Matrimonium ipsum, cum unâ aut aliâ de Filiabus supradictis contrahendum, & solemnizetur incontinenti postquam ipsa Filia Duodecimum suæ Ætatis Annum expleverit.

ITEM, quòd, si Dominus *Princeps Walliæ* ab hoc migraverit Seculo (quod Deus avertat) ante Consummationem dicti Matrimonii, eo in Casu contrahetur Matrimonium inter alium *dicti Serenissimi Regis* Filium Seniorem non Maritatum, & Filiam *dicti Ducis* Seniorem tunc in Humanis agentem, dùm tamen *Filius Regis* sit Ætatis non nimiùm Discrepantis ab Ætate *Filiæ ipsius Ducis*.

2 ITEM,

A.D. 1481. Edv. 4. ITEM, quòd *Dominus Dux* Conducet Conducive faciet *Filiam suam* hujusmodi, propriis suis Expensis, ad Civitatem res rien seu London, ubi Solemnizatione institui contigerit; & hoc quamprimùm ipsa ad Ætatem ydoneam & legitimam pervenerit ut prædicitur.

ITEM, quòd in eventu Matrimonii prædicti, postquam Solemnizatum & Consummatum fuerit, si dictus Dominus *Princeps Walliæ* venerit in Britanniam, *Dominus Dux* eum tractabit in omnibus sicut proprium Filium vel melius, nec erit sibi opus recurrere nisi ad Personam ipsius Ducis.

ITEM, Conventum & Concordatum est inter dictos *Regem* & *Ducem*, quòd, Auctoritate & Consensu omnium quorum interest, Statuúmque Parliamentorum tàm Regni Angliæ quàm Ducatûs Britanniæ, ita Statuetur quòd, in eventu quo Dominus *Princeps Walliæ* ex Filiâ prædictâ Hærede Britanniæ plures Masculos suscitaverit, *ille Dux erit Britanniæ*, Arma ipsius Patriæ portabit & in ea Moram faciet qui in ordine nascendi proximus post Hæredem Angliæ Filius aut Frater extiterit, & quòd omnia supra & infra Concordata Auctoritate dictorum Parliamentorum confirmabuntur & approbabuntur.

ITEM, si, ante aut post Solemnizationem & Consummationem Matrimonii memorati, *Dominus* dederit *præfato Duci* aliquem Filium naturalem & legitimum, *Domino Rege* habente pro tunc aliquam Filiam innuptam, Ætatis non nimiùm discrepantis ab Ætate Filii hujusmodi, promittetur & concordabitur Matrimonium inter eos; si autem in eo casu *Domino Regi* talis Filia innupta defuerit, non poterit *Dominus Dux* tractare de Matrimonio Filii sui nisi de sano & bono Consilio dicti *Domini Regis*.

ITEM, Conventum & Concordatum est, quòd in casu, quo *Filia dicti Domini Ducis*, *Domino Principi* maritanda, per Nativitatem alicujus Masculi, Hæres Duci non extiterit, constituantur *eidem Filiæ* in Dotem suam *Ducenta Millia Scutorum Auri*; quorum *Centum Millia Scutorum* solventur Die Solemnizationis Matrimonii, & altera *Centum Millia* in Quinque Annis proximò extunc sequentibus, per æquales Portiones, ad Onus *ipsius Ducis*:

Si autem, nullo nato Filio, Hæreditas ipsius Ducatûs Britanniæ in ea remanserit, Dos *ipsius Filiæ* erit ad *Centum Millia Scutorum* præcisè; quorum *Quinquaginta Millia* solventur in Die Solemnizationis Matrimonii, & alia *Quinquaginta Millia* in Duobus Annis proximò extunc sequentibus, per æquales Portiones: A.D. 1481. Edv. 4.

Et, quia tempus Nativitatis hujusmodi Masculi (videlicet) si accidat ante aut post Solemnizationem supradictam, plurimùm diversificat Modum Solutionis prælibatæ, Concordatum est inter dictos *Regem* & *Ducem* quòd, si post Solemnizationem Matrimonii *Domini Principis Walliæ* supradicti Filius *Domino Duci* Hæres nascetur, quicquid de *Centum Millibus Scutorum*, ultra *Quinquaginta Millia* dicto Die Solemnizationis soluta, in tempore Nativitatis hujusmodi Filii restabit Insolutum, solvetur infra Annum Nativitatem hujusmodi Filii proximò sequentem; *postrema autem Centum Millia*, in eo casu debita, solventur in Quinque Annis exindè proximò futuris, per æquales Portiones;

Provisotamen quòd, quocúmque Casu qui accidere poterit, juxta Contingentiam Præmissorum, si *Dominus Rex* habuerit *Filiam Filio Domini Ducis* Ætate Parem, aut ab ipsius Ætate per Quatuor, Quinque, aut Sex Annos sub aut supra non discrepantem, quæ quidem *Filia*, prout supradictum est, *tali Filio* Copulari debet, tunc *postrema Centum Millia* supradicta de Dote *Filiæ Domini Ducis* detrahi debent, atque ita in suis manibus retineri tanquam a *Domino Rege* fuissent data in Dotem & pro Matrimonio *Filiæ suæ*, unà cum omnibus aliis quæ, ultra Summam prædictam, placuerit *Domino Regi* donare pro Matrimonio *Filiæ suæ* supradictæ.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, inter dictos *Regem* & *Ducem*, quòd Dominus *Rex* Teneatur Domino *Duci* in Verbo Regio & sub Honore suo, & dictus Dominus *Dux* teneatur Domino *Regi* in Verbo Principis & sub Honore suo, se facturos & curaturos quòd præfatæ ipsorum *Proles* maritabuntur adinvicem, prout supratactum est, quamprimùm ad suos Ætates Nubiles pervenerint, aliásque Securitates, quas de Jure facere possunt, invicem præstabunt.

ITEM, habebit *Filia Domini Ducis*, pro Dotalitio suo, ratione Matrimonii inter ipsam & dictum Dominum *Principem* contrahendi, *Viginti Millia Scutorum* Angliæ Annui Redditûs, casu quo dictus *Dominus Princeps Walliæ*, post hujusmodi Matrimonii Solemnizationem, Decesserit ante Dominum *Regem* Patrem suum: quod si supervixerit ipsa Dotabitur eo modo & tàm amplè,

A. D. 1481. Edw. 4. quemadmodum aliqua alia Regina Angliæ Dotata fuerit temporibus retroactis.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd de cætero, fiot & habeantur bonæ & firmæ Amicitiæ, Ligæ, & Intelligentiæ inter dictos Dominum *Regem* & *Ducem*, corúmque Hæredes & Successores; per quas tenebitur *Dominus Rex* Adjuvare *Dominum Ducem*, ejusque Hæredes & Successores, de toto Posse suo, pro Deffensione ipsorum Patriæque & Ducatûs sui Britanniæ, contra quoscúmque voleotes Ipsos aut Patriam suam prædictam invadere: & per quas pariformiter *Dominus Dux* Tenebitur ad Adjuvandum *Dominum Regem*, & ejus Hæredes & Successores, de toto Posse suo, ad Defensionem eorum & Regni sui ac Terrarum & Dominiorum suorum, contra omnes qui Ipsos aut Regnum, Terras, & Dominia sua hujusmodi invadere voluerint.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, inter dictos *Regem* & *Ducem*, quòd, Casu quo *Rex Ludovicus Franciæ, Delphinis Viennie*, sive aut alterius eorum Hæredes & Successores, aut alia Persona seu Natio quæcúmque, per Opem & Favorem dicti *Regis Ludovici* ejúsve Hæredum & Successorum, invadat præfatum *Dominum Ducem* aut ejus Hæredes & Ducatum suum Britanniæ, & fecerit sibi Guerram, Tenebitur Dominus *Rex Angliæ* Succursum præstare *Domino Duci*, & ejus Hæredibus, de Tribus Milibus Sagitariorum, Stipendiandorum ad Expensas *Domini Regis* & de ejus proprio Ære, pro tempore & spatio Trium Mensium simul, & de alio Numero sufficieote quem *Dux Britanniæ* antedictus ejúsve Hæredes requirent ad proprias Expensas *Domini Ducis* sive Hæredum suorum, & usque ad Numerum Quatuor Millium Sagitariorum si tantum requirent:

Quos quidem Sagitarios, & Numerum alium sufficientem, ut præmittitur, a *Duce* aut ejus Hæredibus petitum, dictus *Dominus Rex* mittet versus *Dominum Ducem*, aur ejus Hæredes, infra Mensem aut Sex Septimanas a tempore Requisitionis per *Ducem* aut ejus Hæredes factæ, in quantum possibile fuerit; Proviso quòd ipse *Dominus Dux* ejúsve Hæredes facient Trajectum & Passagium eorum Expensis suis:

Et *Dominus Dux* Tenebitur, ejúsque Hæredes & Successores Tenebuntur, postquam Guerram ita ut præfertur adversus se & Ducatum suum Britanniæ incepta fuerit, dictúmque Subsidium a præfato *Domino Rege* sibi impensum extiterit, ipse se declarabit ad faciendum A. D. 1481. Edw. 4. Guerram, pro *Domino Rege* & in sua Querela, adversus præfatum *Regem Ludovicum*, seu alium Occupantem Regnum & Coronam Franciæ, atque ad adjuvandum *Dominum Regem* de Numero pari (videlicet) Trium Millium Sagittariorum, ad suas proprias Expensas, pro simili spatio Trium Mensium, ut præfertur; & similiter eo tempore *Dominus Rex* se declarabit in Guerra, pro dicto *Domino Duce*, contra suos Inimicos prædictos; ita tamen quòd ipse *Dominus Dux* non Tenebitur *Regem Ludovicum*, nec alios Occupantes dictum Regnum & Coronam Franciæ, oec Regnum Franciæ, pro dictâ Querelâ Domini *Regis*, invadere, nec infra idem Regnum Franciæ Guerram facere, quousque dictus Dominus *Rex* aut ejus Locumtenens, cum forti Armata, ad faciendum Conquestum in dicto Regno Fraociæ, Mare transfretaverit, & Conquestum suum inchoaverit: Quo facto ipsi Principes dictos communes eorum Hostes pro viribus infestabunt, Terrásque per communes eorum, Hostes occupatas cum omni Conatu invadent, sibique invicem Auxilium præstabunt.

Item, post præsentem Tractatum, neque Dominus *Rex*, neque Dominus *Dux*, tractabit aliquas Ligas novas (unus, videlicet, eum Hoste aut Inimico alterius) absque scitu & consensu alterius.

Item, si Domious *Rex*, in exequendo Guerram, in Francia, pro dictâ suâ Querelâ, pervenerit Conquærendo ad Loca & Limites, ubi Terræ & Possessiones hæreditariæ dicti Domini *Ducis*, ejúsve Subditorum in Ducatu suo Britanniæ ad præsens commorantium, dicto Domino *Duci* Assistentium, & Guerram contra Dominum *Regem Angliæ* seu contra Domioum *Ducem* non facientium, nec Opem seu Auxilium Inimicis Regis aut Ducis præstantium, si quæ infra Regnum Franciæ situantur, Dominus *Dux* ejúsque Subditi supradicti gaudebunt Terris & Possessionibus suis, & specialiter ipse Dominus *Dux* gaudebit Comitatibus *de Montfort*, *d'Estampes*, & *de Vertus*, & aliis Terris & Hæreditatibus suis dicto Conquestu novo te simul & Comita ensi sibi sub Ypothecea Ducentorum Millium Scutorum Auri obligato.

Item, quòd Mercatores Britanniæ tractabuntur in Regnum Angliæ, quantum ad Custumas & cæteras Res, concernentes Ini Nationes quæcúmque non habentes Privilegia eorumdem mea ibidem

A. D. 1481. ibidem
Edv. 4.

fiet Continuatio & Prorogatio Intercursûs merca

Regem ejúsque Hæredes & Successores pro Se & Subditis suis, & dictum *Ducem* ejúsque Hæredes & Successores pro Se & Subditis suis, ad tempora longiora, quamprimùm alter Principum alterum requisierit.

Quos quidem Articulos & Capitula suprascripta, omniáque & singula in eis contenta & specificata, modo & formâ superius descriptis & declaratis, Nos, *Franciscus*, Dei gratiâ, *Britanniæ Dux* supradictus, Promittimus & Obligamus Nos, Hæredes, & Successores nostros, in Verbo Principis, sub Honore nostro, medio Juramento, & sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, Tenere, Adimplere, & inviolabiliter Observare.

A.D. 1481. Edv. 4.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium, & ad inviolabilem eorum pro Parte nostrâ Hæredum & Successorum nostrorum observantiam, Nos, *Franciscus Britanniæ Dux* antedictus, hiis præsentibus Literis nostris Patentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. in *Civitate nostra Nannetensi*, Die vicesimâ secundâ Mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo primo.

FRANCOYS.

Per Ducem de ejus mandato.

GUEGUEN.

Sub Sigillo Magno suo, Ceræ rubræ, pendente a Cauda Pergamenæ.

De Acquietantia, super Solutione Annui Census.

A. D. 1481. An. 21. E. 4. Franc. 21. E. 4. m. 9.

REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem. *Sciatis Nos Recepisse & Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Ludovico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per manus *Petri le Roy*, *Viginti & Quinque Milia Coronarum Auri*, in Festo Paschæ ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Milium Coronarum Auri* annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superindè confectis pleniùs continetur;

A. D. 1481.

De quibus *Viginti & Quinque Milibus Coronarum Auri* fatemur Nos fideliter esse solutos, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Renovatio Conventionum Portugaliæ.

A. D. 1482. An. 21. E. 4. Ex Autogr.

JOhannes, Dei gratiâ, *Rex Portugaliæ & Algarbiorum* citra & ultra Mare in Africa, universis & singulis, has præsentes Literas inspecturis, Salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Omnibus, qui honestam & tranquillam Vitam ducere cupiunt, Paci, quâ nichil melius Deus Optimus Generi humano dare potuit, studere oportet; ipsa certè facit ut in quietâ Vitâ æternam beatitudinem consequantur.

Nos autem, hujusmodi Sententiam secuti quantum nobis possibile erit, Duce Altissimo Deo, omni Diligentiâ ipsam conservare conabimur, prout Majores nostri cum Christi Fidem colentibus facere soliti sunt.

Considerantes igitur inter Serenissimum & Clarissimum bonæ memoriæ *Regem Dominum Jo.* Dominum & Proavum meum, & Serenissimos felicis recordationis *Ricardum* & *Henricum*, quondam *Reges Angliæ & Franciæ*, summâ quadam Religione, veram Pacem, Amicitiam, Concordiam, & Confœderationem per longam temporum continuationem fuisse servatam & custoditam, animadvertimus honestissimum utilissimúmque fore sanctissima quadam Perpetuatione inviolatam conservare manutenere & augmentare in melius semper velle,

A. D. 1482.

Eáque de re videntes & examinantes Tractus inter præmissos Reges sic concordatos & firmatos, omniaque & singula in eis contenta (prius tamen de

A. D. 1482. Edw. 4. Consilio Ducum, Comitum, necnon aliorum de nostro Concilio Procerum) diligenter prospecta & examinata, ne fortè ob temporis diuturnitatem prælibatorum Regum sic tractantium aliqui oriantur Rumores, néve aliqua causaretur Oblivio quæ ex hoc nasci posse videretur, nostra Voluntas & Intentio est dictam Pacem, Concordiam, Amicitiam, & Confœderationem in totum & qualibet ejus parte servare, custodire, & manutenere quantum, propitio Deo, in Nobis fuerit, meritò per has præsentes Literas, de Consilio prædictorum, Approbamus, Laudamus, Confirmamus, & Ratos habentes dictos Tractus, Amicitiam, Concordiam, Pacem, & Confœderationem in totum & eorum qualibet parte, cum omnibus & singulis Clausulis, Conditionibus, & quibuscúnque aliis Incidentibus & Emergentibus, in dictis Tractibus apositis, & illos quovis modo concernentibus,

In quorum Corroborationem Promittimus & Juramus, ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tactis scripturis, pro Nobis Successoribúsque nostris, quòd perpetuò & omni tempore illos semper in totum & qualibet eorum parte fideliter Servabimus, Manutenebimus, Custodiemus, & inviolabiliter Adimplebimus, & nullo tempore per Nos vel per alios illos in aliqua eorum parte Violabimus, Rumpemus, vel Infringemus, set toto nostro Posse semper operam dabimus quatenos, cessante omni dolo, & quacúnque alia machinatione, per quam fraus fiat dictis Tractibus, præfacta Pax, Amicitia, & Concordia manuteneatur, conservetur, & adimpleatur, secundùm sui totalem Formam,

Cæterùm Operam dabimus, quantum de jure ex forma dictorum Tractuum obligemur, ut semper Stabiles, Firmi, & omni tempore Inviolati permaneant sub quacúnque Pœnâ Conventionali & Juratoria, in dictis Tractibus, sive inter dictos Reges quondam Concordatis, Firmatis & Juratis, comprehensa,

Quâ quidem Pœnâ commissâ, solutâ vel non solutâ, Volumus nichilominus & sic Promittimus & Juramus eo modo quo supra, quòd Tractus, Pax, Amicitia, Concordia, & Confœderatio, necnon omnia & singula in eis contenta, semper & omni tempore sint firma, rata, stabilia, & perpetuò duratura.

In cujus rei Testimonium has præsentes Literas Patentes, præsente publico Notario in Regnis nostris, nostra Regia Auctoritate, Testibus infra nominatis, fieri jussimus, nostro proprio Nomine firmatas & Sigillo plumbeo munitas.

Datas in *Oppido Montis majoris*, octavo Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo secundo.

EL ROY.

Sub Sigillo pendente a Filis fericis multicolor.

De Liga cum Incolis de Guipuscoa.

A. D. 1482. An. 21. E. 4. Franc. 21. E. 4. m. 6.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, superioribus Annis, nonnullæ Ligæ, Guerrarum Abstinentiæ, ac certæ amicabiles Intelligentiæ, inter *Nos* Ligeos & Subditos nostros ex una Parte, ac *Inhabitantes & Incolas Nobilis & Fidelis Provinciæ de Guipusca* ex altera, factæ, tentæ, & observatæ fuerint, quas non solum futuris temporibus observari, set etiam ampliari cupimus & desideramus,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Roberti Morton* Rotulorum Cancellariæ nostræ Custodis, *Johannis Coke* in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, & *Henrici Aynesworth*, Legum Doctorum, plenissimè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios, & Deputatos speciales Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Damúsque & Concedimus eis, & eorum Duobus, Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro & pro Nobis, Ligeis, & Subditis nostris, cum, Discretis & providis Viris, *Sebastiano de Olacaball* Bacallario, *Johanne de Ayunes*, & *Martino Petri de Percastegui*, Procuratoribus, Deputatis, Oratoribus, & Commissariis *Provinciæ de Guipusca*, ac Villarum, Locorum, & Inhabitantium in eadem. de & super Treugis, Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Fœderibus, & aliis amicabilibus Intelligentiis, mutuáque Communicatione & Intercursu Mercandisarum, inter Subditos & Incolas utriúsque Partis observandis, ac de & super Reformatione Attemptatorum, hincinde, contra Vim & Effectum Intelligentiarum hujusmodi, Communicandi, Tractandi, & Conveniendi,

A. D. 1482. niendi, Concordandi, & Concludendi secundùm Modos, Conditiones, & Formas, prout inter eos meliùs poterit concordari,

Edv. 4.

Cæteráque Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per dictos, *Robertum*, *Johannem*, & *Henricum*, aut Duos eorum, Tractatum, Conventum, Concordatum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Pignore & Ipothecâ omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum. A. D. 1482. Edv. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Februarii.

Per ipsum Regem.

Pro Filia Regis, de Matrimonio cum Primogenito Regis Castellæ.

A. D. 1482. An. 21. E. 4. Ibid. m. 5.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Licet non solùm, superioribus Annis, inter Nobiles Progenitores nostros, ex unâ, atque Serenissimos *Reges Castellæ & Legionum*, ex alterâ Partibus, verùm etiam, temporibus nostris, inter *Nos* & bonæ memoriæ Dominum *Henricum dictorum Regnorum Regem* nuper Defunctum, nonnulla Capitula perpetuæ Pacis & Amicitiæ, ad Utilitatem Principum & Regnicolarum hincinde, contracta, firmata, & observata fuerint, perpetuis futuris temporibus, Domino annuente, inviolabiliter duratura,

Mediantibus tamen quibusdam gravibus & circumspectis Personis, perpetuum ipsius Pacis & Amicitiæ robur summâ mente zelantibus, de superaddendo novo quodam Nexu atque firmissimo Vinculo ejusdem Pacis Sermo & Tractatus haberi cepit, ita (videlicet) ut Matrimonium inter Excellentissimum *Infantem Johannem* Serenissimi Principis Domini *Ferdinandi* Consanguinei nostri carissimi *Regnorum Castellæ*, *Legionum*, *Arragonniæ*, *& Siciliæ Regis* suæque Contboralis Reginæ eorumdem Regnorum *Primogenitum & Heredem*, *unámque de nostris Filiabus* etiam in Ætate Infantili constitutam, superveniente Ætate legitimâ, Divinâ mediante gratiâ, contrahi posset & deberet,

Nos igitur,

Summoperè cupientes Sermonem & Tractatum ejusmodi quoad in Nobis est felicem sortiri effectum,

De Fidelitate, Probitate, & Circumspectione, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris, *Bernardi de la Force* Armigeri & Servitoris nostri Domestici, ac *Arnoldi Trussell*, plenissimè confidentes,

Ipsos nostros Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes, A. D. 1482.

Dantes & Concedentes eis Potestatem generalem & Mandatum speciale ad Regna Castellæ & Legionum, seu eorum alterum, versus præfatos Consanguineos nostros, ipsorum Regnorum *Regem & Reginam*, seu ipsorum Consiliarios, se transportandi,

Ibidémque, pro Nobis & Nomine nostro, de & super Sponsalibus & Matrimonio, inter dictum Excellentissimum *Infantem Johannem* nostrámque *Filiam Katerinam*, aut, ipsâ (quod absit) decedente, *Aliam* convenientis Ætatis, sive (quod absit) *dicto Johanne* decedente, inter *Alium* eorumdem *Regis & Reginæ Filium* & Hæredem, dictámque *Katerinam* seu *Aliam de Filiabus nostris* Ætatis aptioris contrahendo, Doteque & Dotalitio seu Donatione propter Nuptias, vi & virtute Matrimonii hujusmodi, Promittendis, Dandis, & Persolvendis, necnon super sic Promissis, Datis, & Persolutis Repetendi & Restituendi, cum dictis Serenissimis Rege & Regina Consanguineis nostris carissimis, aut suis Oratoribus, Commissariis, seu Procuratoribus sufficientem habentibus Potestatem, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & Concludendi,

Locorum, Modorum, Conditionum, Cautionum, & Securitatum, quibus Præmissa compleantur & perficiantur, certitudinem specificationem & qualitatem Statuendi & super eisdem Consentiendi & Concordandi,

De & super firmâ, perpetuâ, & reali Pace & Amicitiâ, Ligisque & Confœderationibus, Treugisve & Abstinentiis Guerrarum, pro Nobis, Amicis, Alligatis,

A.D. 1482. Edw. 4. gatis, Confœderatis, Ligeis, Subditis, Hæredibus, Successoribus, Regnis, Patriis, & Dominiis, hinc inde Ineundis, Contrabendis, aut, prius Contractis, Renovandis, & Confirmandis, necnon super quibuscúmque, per Subditos hinc inde contra Pacem, Amicitiam, & Confœderationes, priùs contractas, perpetratis, & commissis, Reformandis, Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Concordandi, Concludendi, & Componendi, *aliamque Dietam* pro Præmissis si oporteat Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, ea omnia habituros Nos Rata, Grata, & Firma imperpetuum, quæ per dictos nostros Ambassiatores, Oratores, & Nuncios, aut Duos eorum (quorum præfatum Magistrum *Henricum Aynesworth* unum esse volumus) Tractata, Communicata, Appunctuata, Concordata, seu Conclusa fuerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum. A.D. 1482. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Martii.

Per ipsum Regem.

¶ ¶ *Incolarum Guipuscoæ, ex Licentia Ferdinandi & Isabellæ Regis & Reginæ Hispaniarum, Capitulationes.*

A.D. 1482. An. 22. E. 4. Ex Autogr. UNiversis & singulis, præsentes Literas inspecturis, pateat, per Præsentes, quòd Nos, *Sebastianus de Olacabal* Bachalarius, *Johannes Ayunes*, & *Martinus Petri de Percastegni*, & ad Infrascripta Procuratores, Deputati, Oratores, & Commissarii *Provinciæ de Guipusca* ac Villarum, Locorum, & Habitantium in eadem sufficienter & legitimè constituti, Tractantes & Communicantes cum, Honorabilibus Viris, *Roberto Morton* Rotolorum Cancellariæ *Domini Regis* Custode, *Johanne Coke* Secundario in Officio Privati Sigilli ejusdem Domini Regis, & *Henrico Aynesworth*, Legum Doctoribus, Deputatis, Commissariis, & Procuratoribus dicti *Domini Regis Angliæ*, de & super Materiis infrascriptis, tandem Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus cum Ipsis, & Ipsi Nobiscum, tàm vigore Literarum Dominorum nostrorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionum, Arragoniæ, &c.* necnon *Povinciæ antedictæ*, quàm dicti Serenissimi *Regis Angliæ*,

Quarum Literarum Tenores inferius describuntur,

Prout in subscriptis Articulis continetur; salvis semper Pacis & Amicitiæ Fœderibus ac aliis Intelligentiis, inter Castellæ & Angliæ Regna prius contractis, quibus per Infrascripta nolumus in aliquo derrogari.

INPRIMIS, quòd inter Serenissimum *Regem Angliæ* antedictum, pro Se, Hæredibus, Successoribus, Hominibus, Vassallis, Ligeis, Subditis, Regnis, Patriis, Terris, & Dominiis suis quibuscúmque, ex una Parte, ac Nobiles & Probos Viros Gubernatores, Incolas, Homines omnes & singulos dictæ *Provinciæ de Guipusca*, pro Se, Hæredibus, Successoribus, Terris, Patriis, Dominiis, Villis, & Locis quibuscúnque, Parte ex altera, erunt de cætero bonæ & firmæ Ligæ, Abstinentiæ Guerrarum, & amicabiles Intelligentiæ tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces; ita quòd Homines unius aut alterius Partium prædictarum sese mutuò ubíque locorum amicabiliter tractabunt, & hæc durante spatio Decem Annorum a Die Datæ Præsentium proximò futurorum & plenariè completorum; nisi dictus *Dominus Rex Angliæ*, per Sex Menses integros, *Dominum Regem Castellæ* præmonuerit quòd sub hujusmodi Liga & Abstinentia diutiùs persistere noluerit, vel è converso *Dominus Rex Castellæ Dominum Regem Angliæ*, per hujusmodi Sex Menses integros, præmonuerit quòd Homines antedictæ Povinciæ hujusmodi Ligam & Abstinentiam diutiùs observare noluerint. A.D. 1482.

ITEM, quòd, durantibus Ligis, Abstinentiis, & Intelligentiis memoratis, benè licebit Hominibus unius Partis liberè accedere ad Terras, Patrias, & Loca alterius Partis, & ibidem cum Hominibus cujuscúnque Nationis, illuc pro tempore repertis, conversari & mercari, Emendo, Vendendo, Communicando,

seu

A. D. 1482. Edw. 4. seu quodlibet aliud genus Mercimonii cujuscúmque Exercendo, taliter & eo modo sicut eis in eorum propriis Patriis liceret; salvis Juribus & Consuetudinibus, Civitatibus, Villis, & Locis hactenus ab antiquo concessis & ab eis usitatis.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, per publicas Proclamationes, in singulis Portubus utriúsque Partis quamtociùs faciendis, mandabitur quòd nulla Navis Armata prius ad Mare exponatur, quàm Præsidentibus & Gubernatoribus hujusmodi Portuum & Locorum sufficienter Cautum fuerit, per Possessores Vittellarios seu Magistros ejusdem, quòd nihil attemptabitur per Homines illius Navis contra formam & effectum Ligarum, Abstinentiarum, & Intelligentiarum prædictarum: Et, si contingat, durantibus Ligis, Abstinentiis, & Intelligentiis supradictis, aliquid (quod absit) in contrarium attemptari, si Malefactores absint vel non sint Solvendo, statim, fine dilatione aliquâ, ad Literas Serenissimi *Domini Regis Angliæ*, certificantes talem Prædam esse factam, facient Satisfieri Damnificatis de Bonis Fidejussorum; vel, si Fidejussores reperti fuerint non solvendo, tunc de Bonis Gubernatorum Villæ, Opidi, vel Portûs, unde hujusmodi Malefactores cum Navibus exierunt; &, eis non solvendo existentibus, de Bonis publicis Villæ, Opidi, seu Portûs hujusmodi dicti Domini Gubernatores fieri facient Damnificatis integram Satisfactionem; & simili modo, in omnibus & per omnia, *Dominus Rex Angliæ*, pro Parte suâ fieri faciet & exequetur super Subditos suos aliquid contra hujusmodi Treugas & Intelligentias Attemptantes.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, durantibus Intelligentiis supradictis, si contigerit aliquas Reprisalias ob prætensum Defectum Justitiæ, per Principem unius aut alterius Regnorum prædictorum, super Homines aut Subjectos alterius Principis concedi, propter aliqua Attemptata quæ Homines illius Provinciæ originaliter non concernunt, non patietur *Dominus Rex Angliæ* Reprisalias, a se contra Hispanos concessas, in Personis aut Rebus Hominum dictæ Provinciæ, nec illi de *Provincia Guipuscæ* antedictæ patientur Reprisalias, a *Rege Castellæ* adversus Anglicos fortassis concedendas, infra Loca seu Portus ejusdem Provinciæ, aut alibi in Personis & Rebus Anglicorum quomodolibet Executioni demandari.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd Oratores, Commissarii, & Procuratores *dictæ Provinciæ de Guipusca*, citra Festum Nativitatis Domini proximò futurum, procurabunt & optinebunt omnia & singula Præmissa, per Literas Serenissimorum Principum *Dominorum Regis & Reginæ Castellæ, &c.* ac dictæ *Provinciæ de Guipusca* Approbari, Ratificari, & Confirmari, ac ipsas Literas, eorum Magnis Sigillis sigillatas, citra Festum prædictum, ad Illustrissimum *Dominum Regem Angliæ* transmittent, & ei liberabunt; quibus transmissis & liberatis *Dominus Rex Angliæ* suas Literas conformes & consimiles, pro Parte sua, sine dilatione seu difficultate aliquâ, dabit & liberabit.

Quæ omnia & singula dictos *Dominos nostros* ac omnes & singulos *dictæ Provinciæ* Incolas & Inhabitatores, quatenus ipsos ipsorúmve aliquem concernunt, plenè & fideliter observaturos, facturos, & perimpleturos, & in contrarium non venturos Pollicemur Spondemus & Promittimus Nos *Sebastianus, Johannes*, & *Martinus* Oratores, Comissarii, Procuratores, & Nuncii antedicti.

Sequuntur Tenores Literarum Serenissimorum Dominorum Regis & Reginæ Castellæ, *ac* Provinciæ de Guipusca, *per me* Sebastianum de Olacabal *antedictum, de vulgari nostro Ispanico, in Latinum fideliter Translatarum, necnon Tenor Literarum Serenissimi Domini* Regis Angliæ, *& sunt tales*,

Serenissime Rex, noster carissime & amantissime Consanguinee, *Rex Castellæ & Aragonum, Legionum & Scicilia, &c.* Salutem quamplurimam vobis mittimus, sicut ei quem multum amamus & preciamus, & pro quo vellemus tantam Felicitatem, Honorem, & Salutem quantum pro Nobismet ipso desideramus.

Serenissime Rex,

Novimus a Gubernatoribus *Provinciæ Guipuzcoæ*, cum quanta Benivolentia eos tractatis & tractavistis, recipiendo pro eis & Rebus suis, & mandando provideri eis de Victualibus & aliis Rebus eisdem necessariis; cum eodemet amore cupimus, quando casus evenerit, tractare res vestras, pro reddendo debitum

A.D. 1482. Edv. 4. tum Amicitiæ & Confœderationis, quæ inter Vos & Nos stant situatæ, pro quo sumus parati semper, & quandocúmque ad Nos recurrerint, & quòd in omnibus servetur Amicitia quæ est inter Vos & Nos, per Domenjon Goncalez, Nomine prædictæ Provinciæ, Nobis supplicatum extitit demus Licentiam prædictis de dictâ Provinciâ ad situandum & capitulandum certas Res concernentes Bonum & Proficuum vestrorum Subditorum & nostrorum & ad conservationem Pacis & Amicitiæ, taliter quòd Tractantes unius & alterius Partis securi possint ambulare, & Malefactores castigentur, & Damnificati satisfiant, pro quibus Nos & Serenissima Regina, nostra carissima & amantissima Uxor, providimus in certa forma, secundùm quòd per Latorem Præsentium vobis dicetur.

Proinde vos rogamus quòd, cum eadem Affectione & Voluntate, cum qua hucusque fecistis pro dictis de dicta Provincia, cum eademmet vos habeatis deinceps, habendo eos tàm in particulari quàm in generali specialiter recommendatos, sicut & Nos faciemus erga Subditos vestros & Res vestras quandocúnque casus evenerit; nam Voluntas nostra est quòd ea, quæ per eos, servato Servitio nostro, erunt situata & capitulata, circa dictam Pacem, ab eis serventur & adimpleantur, secundùm quod verbis locuti sumus cum *Arnaldo Trussell* Alumpno seu Servitore vestro, & latiùs de Voluntate nostrâ Vos informabit Lator Præsentium, quem pro eo mittimus; & oneravimus quòd, ex parte nostrâ, loquatur vobis; Rogamus Vos quòd eidem fides adhibeatur.

Serenissime Rex, noster Carissime & Amantissime Consanguinee, Sancta Trinitas sit vestra continua Protectio.

Dat. *Barchinonæ* decimo sexto Septembris, Anno Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo primo.

E. REX.

Celsissime ac Clarissime ac Potentissime Princeps, Rex, & Domine, humiles Servitores Celsitudinis vestræ, *Procuratores & Gubernatores nobilis & legalis Provinciæ Guipuzcoæ*, qui stamus coadunati in Junctâ, in loco assueto de Ussarraga, cum humillima ac debita Reverentia, vestras Regias Manus osculamur, ac vestræ Celsæ Dominationi Nos commendamus.

Cui scire placeat quòd ad Celsitudinem vestram mittimus *Sebastianum de Olacabal* Bacalarium Præsidentem nostrum, & *Johannem de Ayunes*, & *Martinum Petri de Percastegni*, & *Johannem Antonii de Guibzteguius*, Fratres nostros, pro aliquibus rebus condecentibus Servitio Dei, & Regis & Reginæ, nostrorum Dominorum, ac Celsitudinis vestræ, & Conservationi priorum Intelligentiarum, & Quieti & amicabili Contractationi & Conversationi inter Subditos Celsitudinis vestræ, & inter Habitantes istius dictæ Provinciæ, præcedente Licentiâ, pro hoc & aliis *Nobis*, per Celsitudines suas Nobis concessâ.

Et quòd, *Potentissime Domine*, circa hæc & alia, habuimus Practicas vestras cum *Bernardo de la Forse*, & *Arnaldo Trussell*, & quòd omnia hæc & alia prædicti nostri Nuncii Celsitudini vestræ explanabunt, non facimus verba latiora, salvo quod Regali vestræ Magestati supplicamus eisdem Fidem adhibere placeat, & ea quæ justæ ex parte nostra petierint adimpleri mandare; in quibus Celsitudo vestra Deo Servitium impendet, & præfatis nostris Supremis Placitum, & Nobis maximam Mercedem.

Serenissime ac Potentissime Princeps, Rex, & Domine, Omnipotens conservet & arrestat Vitam & Statum Regalem vestræ Celsitudinis longævè & prosperè, prout cor suum regale desiderat, ad Sanctum Servitium suum.

Ex nostra Congregatione de *Ussarraga* xxiii. Octobris, Anni lxxxi. ut Præsentibus Fides adibeatur, easdem muniri mandavimus & fecimus Sigillo nostro, ac Subscriptione nostri fidelis Scribæ præcepto Junctæ.

Domenjon.

Dompnus Fernandus, & *Dompna Isabel*, Dei gratiâ, *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Siciliæ, Toleti, Valantiæ, Galliciæ, de Mallorcas, Sivilie, de Cerdena, de Cordaua, de Cortega, de Murcia, de Jahen*, & *Algarbe, de Algezira, de Gibralter*, Comes & Comitissa *de Barcalona*, & Domini *de Bizcaya* & *de Molina*, Duces *de Atenas* & *de Neapatria*, Comites *de Rossellon* & *de Cerdania*, Marchiones *de Orestayn* & *de Gociano*, vobis Junctæ & Procuratoribus Scutiferorum & nobilium Villarum & Locorum vestræ nobilis & fidelis *Provinciæ Guipuzcoæ* Salutem & gratiam.

Sciatis quòd vidimus vestram Petitionem, quam cum *Domenjon Goncalez de Andia*, nostrum Scribam fidelem ipsius dictæ Provinciæ, & Bachalario *Petro de Vicunna*, & *Johanne Michaelis de Cacayo*, & *Ocoa de Vergora*, Nobis misistis, sigillatam cum vestro Sigillo, & signatam de *Martin Lopez*,

A. D. 1482. Edv. 4.

Per quam Nobis retulistis quòd, Ratione & Causâ Assensûs Pacis, quam *Rex Henricus* Frater noster, qui Sanctam Gloriam possidear, fecit cum *Rege Angliæ*, nostro Carissimo & Amantissimo Consanguineo, dicitis quòd fecistis cum dicto *Rege Angliæ* certum Assensum Pacis, ad hoc quod Tractantes utriúsque Partis possint ambulare & ambulent securi, & quòd Dampna, quæ ex una Parte alteri, & ex altera alteri fuissent facta, essent Satisfacta & Soluta, & quòd nunc de novo velletis facere eundem Assensum, & pro eo Nobis misistis supplicare quòd placeret Nobis dare nostram Licentiam ad hoc, quòd, servato in omnibus nostro Servitio, possitis facere vestram Contractationem & Capitulationem cum dicto *Rege Angliæ*, vel cum Ambaxiatoribus suis, solummodo ad hoc quòd Tractantes unius & alterius Partis possint ambulare & ambulent securi, & Dampnificati qui fuerunt satisfiant, & possitis facere super Præmissis qualésvis Obligationes & Contractus & Scripturas quæ opus fuerint, servato ut prædictum est in omnibus Servitio nostro,

Et Nos, viso quòd vestra Supplicatio est justa & decens Servitio nostro, & Bono comuni dictæ Provinciæ, habuimus illud pro bono, & Mandavimus dare & dedimus hanc nostram Cartam, per quam damus vobis Licentiam & Facultatem ad hoc, quòd nunc & inposterum, quamdiu nostra voluntas fuerit, possitis assentire & capitulare cum dicto *Rege Angliæ*, vel cum Ambaxiatoribus suis, qualésvis Contractationes & Capitula, cum qualibúsvis Obligationibus & Scripturis, quæ opus fuerint,

Ad hoc quòd dicti Tractantes & aliæ Personæ unius ad alteram Partem & alterius ad alteram possint ambulare & ambulent securi, & quod Dampnificati utriúsque Partis sint Satisfacti de Dompnis; quæ ex una Parte alteri & alterius alteri fuerint illata.

Quam dictam Contractationem & Capitulationem, quam sic feceritis, Volumus & est Voluntas nostra valere & Firmam fore quandiu nostra Voluntas fuerit, servato semper in omnibus Servitio nostro.

Rursùm volumus quòd, quandocúmque Vobis Mandatum miserimus quòd ulterius non utamini dictâ Contractatione & Assensu, quam cum dicto *Rege Angliæ* feceritis vel cum Ambaxiatoribus suis, quòd sic servetis & ponatis in opere sicut vobis Mandatum miserimus.

Sed, ut *dictus Rex* & dictum Regnum Angliæ non patiantur Dolum, Volumus & est Intentio nostra quòd ex Die, quâ dictum Præceptum nostrum vobis fuerit notificatum, usque ad Sex Menses primò sequentes, possitis uti dicta Contractatione & Capitulatione quam sic feceritis, non obstante dicto nostro Præcepto, eo quod, durante dicto tempore dictorum Sex Mensium, possitis notificare *dicto Regi* & Regno *Angliæ*, & omnibus Locis dictæ Provinciæ, qualiter misimus vobis mandare quòd ulteriùs non servetis dictum Capitulationem & Assensum, quem cum *dicto Rege* & Regno Angliæ fecistis,

A. D. 1482. Edv. 4.

Super quibus mandavimus dare hanc Cartam nostram, Nominibus nostris roboratam, & Sigillo nostro sigillatam.

Dat. in Nobili Civitate *Barchinonæ* Tertiâ Die Mensis Septembris, Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo primo.

EGO REX.
EGO REGINA.

Ego *Alfonsus de Avila*, Secretarius Regis & Reginæ Dominorum nostrorum, feci eam scribi Mandato suo.

Concordata, *Rodericus* Doctor, Hmel. Doctor.

Registrata, Doctor *Didacus Vazquez* Cancellarius.

Et eo quòd Concesserimus certa Capitula in unum cum Magistro *Bernardo de la Forsa* & *Arnaldo Trussell*, Ambaxiatoribus dicti Domini *Regis Angliæ*, & illi Nobiscum, ad Conservationem Quietis & amicabilis Contractationis unius & alterius Partis, ideò Concedimus & Confitemur quòd Facimus, Ordinamus, Constituymus, & Stabilimus nostros sufficientes & abundantes Procuratores, & totius dictæ Provinciæ, & Villarum & Locorum & Habitantium illius, *Sebastianum de Olacabal* Bachalarium, & *Johannem de Ayunes*, & *Martinum Petri* de Percastegni, & *Johannem Antonii* de Guihztegni, omnes in unum, & quemliber eorum in solidum, taliter quòd dictus *Sebastianus de Olacabal* Bachalarius sit in illo,

Ad hoc quod pro Nobis & Nomine nostro possint Præsentare & Præsentent certa Capitula per Nos pro prædictis concessa, nostro Sigillo, & per *Domenjon Gançalez* de Audia nostrum Scribam fidelem, Custodem nostri Sigilli roborata, ante dictum *Dominum Regem Angliæ*, vel ante eos quos Celsitudo sua pro eo deputaverit,

Et

A. D. 1482. Edv. 4. Et ad hoc prædictam *Provinciam* & Villas & Loca ejusdem possint Obligare & Obligent ad Observantiam dictorum Capitulorum, & sub Pœna in eis contenta, vel alia majori vel minori,

Et ad hoc quòd, si viderint fore conveniens, possint Addere, & Minuere, & Corigere, & Emendare dicta Capitula, vel Facere & Concedere alia de novo, sub Pœnis, & Vinculis, & Obligationibus, & Submissionibus, & Fortaliiis quæ eis benè visa erunt, taliter quòd dictus *Rex Angliæ*, vel hii qui Nomine ejus per Celsitudinem suam pro eo deputabuntur cum Potestate sua sufficiente, concedant eadem Capitula, & sub eisdem Pœnis & Obligationibus & Submissionibus, & in eadem forma qua dicti nostri Procuratores concesserint,

Et ad Petendam Emendam & Satisfactionem de Dampnis, per Subditos dicti Regis Angliæ & per quemlibet eorum, Vicinis *dictæ Provinciæ*, & cuilibet eorum, illatis,

Et ad Conveniendum & Componendum super illis & super quolibet eorum,

Et ad Recipiendum & Recuperandum ea quæ in Emendam & Satisfactionem eorum fuerint sibi data,

Et ad Dandum & Concedendum Apocam de Soluto de hiis quæ receperint, & pro omnibus illis Rebus, quas viderint esse convenientes & concedentes Quieti & amicabili & pacificatæ Contractationi Subditorum dicti Domini *Regis Angliæ* cum *Dictis de Provincia prædicta*,

Et, quantam completam & sufficientem Potestatem pro hoc habemus, talem & tàm completam Damus & Concedimus dictis nostris Procuratoribus & cuilibet eorum, taliter quòd, sicut prædictum est, sit in ea præfatus *Sebastianus de Olacabal* Bachalarius,

Et ad Habendum pro Firmis, Ratis, Gratis, Stabilibus, & Valituris omnia, quæ dicti nostri Procuratores & quilibet eorum, unà cum dicto *Sebastiano de Olacabal* Bachalario fecerint, tractaverint, & firmaverint, Obligamus Bona dictæ *Provinciæ* & Villarum, & Locorum, & Habitantium illius, & Relevamus dictos nostros Procuratores ab omni Onere satisdandi, &, pro eo quod hæc sint certa, & indubitata, & firma, Concessimus hanc Cartam Potestatis ante dictum *Domenjon Gonçalez* de Andia nostrum Scribam fidelem, & nostro Sigillo sigilatam.

Facta fuit & Concessa, in dicto loco de *Usarraga*, Vicesimâ Die Mensis Octobris, Anno a Nativitate Domini nostri Jehu Christi Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo primo; Præsentibus, Auctoritate & Mandato Junctæ, & Procuratorum dictæ Provinciæ Guipuzcoæ, A. D. 1482. Edv. 4.

DOMENJON.

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, superioribus Annis, nonnullæ Ligæ, Guerrarum Abstinentiæ, ac certæ amicabiles Intelligentiæ, inter *Nos* Ligeos & Subditos nostros ex una Parte, ac *Inhabitantes & Incolas Nobilis & Fidelis Provinciæ de Guipusca* ex altera, factæ, tentæ, & observatæ fuerint, quas non solum futuris temporibus observari, set etiam ampliari cupimus & desideramus,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Roberti Morton* Rotulorum Cancellariæ nostræ Custodis, *Johannis Coke* in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, & *Henrici Aynesworth*, Legum Doctorum, plenissimè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios, & Deputatos speciales Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Damúsque & Concedimus eis, & eorum Duobus, Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro & pro Nobis, Ligeis, & Subditis nostris, cum, Discretis & providis Viris, *Sebastiano de Olacaball* Bacallario, *Johanne de Aynnes*, & *Martino Petri de Percaflegni*, Procuratoribus, Deputatis, Oratoribus, & Commissariis *Provinciæ de Guipusca*, ac Villarum, Locorum, & Habitantium in eadem, de & super Treugis, Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Fœderibus, & aliis amicabilibus intelligentiis, mutuáque Communicatione & Intercursu Mercandisarum, inter Subditos & Incolas utriúsque Partis observandis, ac de & super Reformatione Attemptatorum, hinc inde, contra Vim & Effectum Intelligentiarum hujusmodi, Communicandi, Tractandi, Conveniendi, Concordandi, & Concludendi secundùm Modos, Conditiones, & Formas, prout inter eos meliùs poterit concordari,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Pro-

A. D. 1482. Edw. 4. Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per dictos, *Robertum*, *Johannem*, & *Henricum*, aut Duos eorum, Tractatum, Conventum, Concordatum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Pignore & Ipothecâ omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Februarii, Anno Regni nostri vicesimo primo.

Per ipsum Regem.

IVE.

In quorum omnium Fidem & Testimonium Præsentibus, super hoc confectis, Literis Sigilla nostra apposuimus.

Dat. in *Civitate London*, Nono Die Mensis Martii, Anno Domini secundùm Cursum & Computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo primo.

A. D. 1482. Edw. 4. HÆC CLAUSULA *sequens debet poni in lineâ tricesimâ primâ immediatè ante hæc verba*, DOMPNUS FERNANDUS.

Noverint universi, hanc Cartam Potestatis visuri, quòd Nos, Procuratores & Gubernatores Scutiferorum & Nobilium *Nobilis & Fidelis Provinciæ Guipuzcoæ*, qui sumus Juncti in Juncta, in loco de Ussarraga, Concedimus & Confitemur quòd, eo quòd *Rex & Regina Hispaniarum* nostri Supremi Concesserunt nobis Licentiam & Promissionem ad Capitulandum & Contractandum & Habendum Intelligentias nostras cum Serenissimo Domino *Domino Rege Angliæ*, prout per Cartam dictæ Licentiæ suis Nominibus cum Consilio suorum Consiliariorum Nominibus suis roboratam & Sigillo suo sigillatam apparet,

Cujus Tenor est in forma sequenti.

SEBASTIANUS Bachalarius.

MARTYNUS *Arcazteguy*.

Literæ Acquietantiæ pro Annuo Censu.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Franc. 22. E. 4. m. 18. REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem. *Sciatis Nos Recepisse & Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Ludovico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per manus *Petri le Roy*, *Viginti & Quinque Milia Coronarum Auri*, in Festo Sancti Michaelis ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Milium Coronarum Auri*, annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superindè confectis plenius continetur;

A. D. 1482. De quibus *Viginti & Quinque Milibus Coronarum Auri* fatemur Nos fideliter esse solutos, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Martii.

Per ipsum Regem.

Restitutiones pro Episcopo Sarum.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Pat. 22. E. 4. p. 1. m. 16. REX, Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wiltesiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Sarum, per Mortem bonæ memoriæ *Ricardi ultimi Episcopi Loci illius*, eidem Ecclesiæ de Dilecto Clerico nostro Magistro *Leonello Wydeville* providerit, & ipsum in Episcopum Loci illius Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas

A. D. 1482. Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constar, Nos,

Pro eo quòd idem *Leonellus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

A.D. 1482. Edw. 4. Cepimus Fidelitatem *ipsius Leonelli*, & Temporalia dicti Episcopatûs Sarum Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Leonello* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet, A.D 1482 Edw. 4.

Esc. Regis in Com. Somerf. & Dorf.
Esc. Regis in Com. Lincoln.
Esc. Regis in Com. Oxon. & Berk.
Esc. Regis in Com. Surr. & Sussex.
Esc. Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.
Dilecto Regis Willielmo Heryot *Majori Civitatis Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.*

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Paupere Milite in Collegio de Windesor.

A.D. 1482. An. 22. E. 4. Ibid. m. 27. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, & pro certis consideratiónibus Nos specialiter moventibus, Concessimus Dilecto Servienti nostro *Thomæ Holme*, aliàs dicto *Clarencew uni nostrorum Regum Armorum*, quòd ipse de cætero, durante Vitâ suâ, sit unus *Pauperum Militum* in Collegio nostro de *Wyndesore*, cum omnibus Juribus, Deveriis, & Proficuis, eidem pertinentibus, percipiendis in tàm amplis & eisdem modo & formâ pront *David Thomas* habet & percipit ibidem,

Et quòd prædictus *Thomas Holme*, aliàs dictus *Clarencew*, habeat unam Mansionem & Gardinam infra Castrum nostrum prædictum, in qua *Johannes Sigemond*, nuper ibidem unus *Pauperum Militum*, dùm vixit habuit & inhabitavit, A.D. 1482.

Habendas & *Tenendas* Mansionem & Gardinam prædictas, cum Pertinentiis, durante Vitâ suâ prædictâ, cum omnibus Proficuis & Commoditatibus eisdem Mansioni & Gardinæ pertinentibus sive spectantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo nono Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Magistro Navis qui Ducem Albaniæ in Angliam Conduxit.

R. E.

By the King.

A.D. 1482. An. 22. E. 4. Infra Bag. E. 4 Bund. 1. n. 11. Pen. Cler. Pell. *Right Reverend Fadre in God, Right Trusty and Welbeloved, We grete you wele*, and Woll and Charge you that, undre oure Prive Seal, being in youre Warde, ye doo make oure Letters in fourme folowing,

Edward, by the Grace of God, *&c.* to the Tresorer and Chamberlains of oure Eschequier, Greting.

We late you wite that, for certaine Causes us moeving, we have appointed *James Douglas* Maister of the Carvell named the Michell, which of late conveyhed oure Cousin the *Duc of Albony* into this oure Reilme, to doo us Service upon the See, with oon Hundred Souldyers in his Company, for the space of eight Wekes the Date hereof next ensuyng, A.D. 1482.

Wherfor we Wol and Charge you that, of such oure Treasoure as restith in youre hands, ye doo Delivere, aswel for the said *James* and his Retynue, as for the Vitailling of the said Carvell, such Somes of Money as, during the said Seafon, other our like Souldyours rately have hade in tyme passed, withouten any Prest or other Charge to be had or sett upon hym or theim for the same,

And thise oure Letters shal be youre Warraunt sufficient anempst us in that behalve.

Yeven &c.

A. D. 1482. Edw. 4. And thise oure Letters &c. Yeven undre oure Signet at oure *Paloys of Westm.* the ix. Day of May the xxii. Yere of oure Reige.

GREGORY.

Dorf. A. D. 1482. Edw. 4.

To the Right Reverend Fadre in God our Right Trusty and Welbeloved the Bishop of Lincoln Keper of our Prive Seall.

De Liga cum Domicello Insularum Schellingiæ.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Franc. 22. E. 4. m. 14.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm nostræ mentis intentio ea semper fuerit ut cum iis, qui nostram Pacem & Amicitiam expetunt, amicabiliter conversemur, hinc est quòd,

Animadvertentes gratum & benivolum Animum quem Spectabilis Vir *Folkerus Reyner, Insularum Scellingiæ Dominus sive Domicellus,* Nobis & Subditis nostris debet, quantámque Affectionem gerit ut Regni nostri dictarúmque Insularum Incolæ sese mutuis Affectionibus, tàm in Mercandisarum Intercursu quàm omnibus aliis justis & rationabilibus Mediis, prosequantur,

Volentes cum *dicto Folkero,* suisque Civibus, Incolis quoque & Habitatoribus Insularum prædictarum omnibus & singulis, eorúmque Hæredibus & Successoribus, Pacem & Amicitiam habere,

Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, pro Nobis, Hæredibus, Successoribus, Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis nostris præsentibus & futuris, cum dicto *Folkero,* pro Se, Hæredibus, Successoribus, Insulis, Terris, Patriis, Dominiis, Incolis, Civibus, Subditis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis suis quibuscúmque præsentibus & futuris, bonas, veras, & sinceras Amicitias, Ligas, & Confœderationes, prout in sequentibus Articulis continetur,

INPRIMIS, inter Serenissimum Principem Dominum *Edwardum Regem Angliæ & Franciæ,* ac *Dominum Hiberniæ,* ex una, ac Spectabilem Virum *Folkerum Reyner, Dominum sive Domicellum Insularum Scellingiæ,* ex altera Partibus, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd de cætero cessabunt inter eos, suósque Hæredes, Successores, Subditos, Amicos, Alligatos, & Confœderatos, hincinde, omnes Bellorum Motus Hostilitates atque Inimicitiæ ubique per Terram, Mare, & Aquas dulces, eruntq; inter Partes & Habitatores Partium prædictarum universos & singulos, a Die Datæ Præsentium, imperpetuum bonæ & firmæ Ligæ, Confœderationes, & amicabiles Intelligentiæ ubique Locorum; ita quòd Homines unius & alterius Partium prædictarum sese mutuò amicabiliter Tractabunt, possintque & debeant liberè, tutè, & securè, insimul aut separatim, ad eorum beneplacitum, inter Se aut cum aliis Personis quibuscúmque Contrahere, Emendo, Vendendo, Commutando seu aliquod aliud genus Mercimonii cujuscúmque Excercendo, Ireque & Redire, Navigare Morari & Conversari, in suis & alienis Terris & Locis quibuscúmque, absque eo quòd una Pars super alteram aliquod Dampnum, Gravamen, seu Molestiam, per Captiones Personarum Navium, Mercium, Bonorum, seu Rerum quarumcúmque, faciat seu ex quacúmque Causâ attemptet facere quovis modo.

A. D. 1482.

ITEM, in eventu quo Homines unius aut alterius Partium prædictarum quicquam, per viam Facti, super Homines alterius Partis, in Terra aut Mari, quacúmque Violentia (quod absit) contigerit attemptare, non fierint Dampna pro Dampnis, aut Captiones pro Captionibus, sed omnia & singula Attemptata hujusmodi, ad Prosecutionem Dampnum passi, de & super Bonis eorum, qui Dampna intulerunt, per Judices suos competentes, debitè Reparabuntur Justitiâ mediante.

Quæ omnia & singula Nos, *Edwardus Rex Angliæ* memoratus, Promittimus, bonâ Fide & in Verbo Regio, per Nos, Hæredes, & Successores nostros, Vassallos, Ligeósque, & Subditos Coronæ Angliæ, *dicto Folkero* Civibúsque, Incolis, & Habitatoribus Insularum prædictarum, eorúmque Hæredibus & Successoribus, inviolabiliter esse Tenenda, Perimplenda, & Observanda.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Conven-

Conventiones Ducis Albaniæ, assumpto sibi Titulo Regis Scotiæ.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Ex Autogr. I *Allexander, King of Scotlande*, Promittis, Oblysis, ande Bynddis me totak, fra this Day furtht, the Parte of *King Edwerde the Fyrde King of Englande and of France, and Lord of Irlande*, and of his Heyris, and to Help and Ayde Hym and thaim with all my Powar in all His and thare Tytillis and Qaharellis aganys all zerdly Pryncis ande Persònys, and never to gyf Help nor Aide to ony of his or thare Enymyes or Rebellis contrare to hym, thaim, or the Realme of England.

ITEM, I sall do my Fewte and Hommage, for my Realm of Scotland, on to the faide *King of Englande* within vi. Monethr efter that I am Posseft of the Crown ande the Marpart of the Realme of Scotlande, withont it be by the famy Kingis of Englande Assent to be put to ony langer Day; the quhilk Day, fa differit, I fal than in semable wyes obserse and Kepe.

ITEM, I sall Breke and cause to be uterly Brokyn the Confederationes and Allyance, the quhylk has heyn maide and contenuyt betuexe the Realmys of Scotlande and France, and sall not fra this Day forwarde mak ony new Alyance or Confederationes, with ony King, Prince, or Communite, contrare to the faid Kingis of England and hys Heyrs or hys Realme of Englande. A. D. 1482.

ITEM, I sall mak reall ande perpetuall Transport of the Town and Castell of Berwyk with thar Partenenc, ande Deliver or do to be Deliverit, to the uterste of my Power, the famy Town ande Castell, with the Partenantis, unto the faide King of Englande and hys Heyris, within Fourten Days next efter that the Ost of the famy King of England haf brnht me onto Edinburg, or alsoefter as sal be thoht to the Lordis haffyng the Conduyt of the Ost of the King of England, than beande present, convenable and possible.

In Wytnes quharof I the faide *Allexander* haffe subscriwyt thir Presentis at the *Castell of Fodringay* the Tenth Day of Juyn the Zer of God One thousand four hundred eighty two Zer.

ALEXANDER R.

Sub Sigillo suo Cera rubra.

Appunctuamenta inter Ipsum & Edvardum Regem.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. TO ALL CRISTYN PEPILLE, tyle quhom thir Presentis sal com, BE IT KNOWYN that it is Promisite, Aggreyt, Cowennantir, and Contraitit betwen *Edwarde*, be the Grace of Gode, *King of Englande and of France, and Lord of Irland*, on the ta Parte, and *Alexander King of Scotlande*, be the Gyfte of the King of England, on the tothet Parte, in Maner and Form as foloys.

FIRST, the said *Alexander King of Scotlande* Oblyssis and Bynddis hymself and hys Heirs, fra this Day furtht, to tak the Parte of the faid *King of England* and his Heyris, and to Help and Aide hym and thaim, at all thar Power, in all Titillis and Quharrelles partenyng to the faid Kiug of England, agains all zerdly Prince and Personnes, and to gyfe na Help nor Aide to ony of Enimyis of the faid King, his Heyris, or the Realme of England.

INLYKWYIS, the faide *King of England* Oblyssis and Bynddis hymselfe and his Heyris to Help and Aide the faide *Alexander* to the Gettyng and Enjoffing of the faid Realme of Scotland and of the Crown of the famyn Land, with all Landdis, and other Partenentis tharto belunging, the quhylk *James*, now holding the Crowne of Scotland, at this tyme occupyis or in ony thym passit hade occupyit, and to Deffend the *said Alexander* and his Heyris agains the *same James*, and all thaim that sall mak ony distribulans aganys hym, in Possession and Browking of the faid Realme and Crowne of Scotland; fawyn alway to the *King of Englande* and his Heyris the Town and Castell of Berwyke, with the Pertenentis, Leddellesdayle, Esthdaill, Ewsdayll, Annanderdaill with the Castell of Lowmaban with thar Partenantis. A. D. 1482.

ITEM, the faid *Alexander* Prnmyttis and Bynddis hymself, be thir present, that,

A. D. 1482. Edv. 4. that, within six Monethis, next efter that he shal be Possessit of the saide Crown and the Mar Parte of Scotlande, at the ferreste, he sall mak his Hommage and Fewte to the *King of Englande*, in sic wyse as other Kings of Scotland, quhylk had frendly Intelligence wyth the Realm of England, hafe done in ony Zer passit to the King of England; without that, he the King of England consent, it be towcht to be put to an langer delay, the quhylk Day, sa differryt, he sall than in femabille wyise obserse and kepe.

ITEM, the saide *Alexander* Promyttis and Byndis himselfe to mak reall ande perpetuall Transport of the Town ande Castell of Berwyk with the Partenentis, ande the famyn to Deliver, or at the uterefte of his Powar do to be Deliverit, to the saide *King of Englande* ande his Heyris within Fourten Days next efter that the Ost of the King of England hafe broht hym on to Edinburgh, or alsson efter as sal be thoht to the Lordis of the Kingis Consell of Englande, than beande present, to hym possibille.

ITEM, Alssone as the *saide Alexander* sall haf Possession of the Crown and Mar Parte of the Realm of Scotlande, he sal Brek and cause to be Brokyn the Confederationes and Allyance quhylk has beyn made and contenuit betuext the Realmys of Scotland and France, ande newer he, na ony of hys Heyris sall mak ony newe Allyauce or Confederation, with ony King, Prince, or Communite, contrare to the saide King of England, hys Heyris, or his Realme of Englande. A. D. 1482. Edv. 4.

ITEM, It is Promisit ande Aggreir, betuexe the saide botht Princis, that, gyf the *said Alexander* can mak hymself clere fro all other Women, according to the Lawes of Cristian Chyrche, within an Zer next ensuyng or sonner, the said *Kinng of Englande* sall gyf my *Lady Cecille his Douchter* on to the saide *Alexander*, ande the samyn *Alexander* sall tak hyr till hys Wyfe; Ande, gyf he cannot sa clere hym, that than he sall not Mary his Son and Heyr, gyf ony sic sall be, but by the Kingis of England Ordinance unto sum Lady of hys Blude, sic as thai bacht can be aggreabill unto.

In Wytnessyng quher of the Princis abovesaide has Signect thir Presentis with thar Signetis Manuellis, ande interchangellabylly put to thar Selles, at the *Castell of Fodringay* the xi. Day of Juyn, the Zer of oure Lorde a M. iv C. Lxxxii Zer.

ALEXANDER R.

Sub Sigillo suo manuali ceræ rubræ, a duplici eandâ pergamenæ pendente.

Pro Ricardo Duce Glouceſtriæ Locumtenente Generali constituto contra Scotos.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Scot. 22. E. 4. m. 3.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quamquam Trengæ Guerrarúmque Abstinentiæ inter *Nos* & *Jacobum Scotiæ Regem* paulò ante contractæ, conclusæ, & initæ fuerint, prout in Literis indè confectis pleniùs continetur,

Idem tamen *Scotiæ Rex*, inveteratâ Inimicitiâ induratâque Malitiâ involutus, spretâ ipsius Nominis omnísque Nobilitatis famâ, perculsum per eum Feodus suúmque in hac parte Promissionem violavit, Bellum contra Nos tàm Re quàm Verbo indicere, Nostratésque Armis subitò Invadere decrevit,

Nos igitur, ejus Malitiis obviare, tantámque Injuriam propulsare intendentes, præcarissimum Fratrem nostrum *Ricardum Glouceſtriæ Ducem*,

In quem non modò propter ejus Sanguinis Propinquitatem atque Fidelitatem, verumetiam propter ejus approbatam in Artibus Bellicosis Militiam cæterasque ejus Virtutes, plenissimè confidimus, A. D. 1482.

Locumtenentem nostrum Generalem, in nostri Absentia, ad dictum *Scotiæ Regem* nostrum Inimicum capitalem, ejusque Subditos, Adhærentes, & Faventes, Devincendum, Debellandum, & Expugnandum, quotiens opus fuerit, Nominavimus, Deputavimus, & Ordinavimus, prout per Præsentes Nominamus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eidem *Fratri nostro* Locumtenenti nostro Potestatem & Auctoritatem plenariam, omnes & singulos Ligeos & Subditos nostros, tàm in Marchiis nostris versus Scotiam quàm in Comitatibus eisdem Marchiis adjacentibus (cujuscúmque Statûs, Gradûs, aut

S f Condi-

A. D. 1482. Edw. 4.

Condltionis fuerint)evocandi & levandi ut nobis serviant, ipsiq; nostro Locumtenenti Assistentiam, Succursum, Auxilium & Juvamen in Bello, contra præfatum *Scotiæ Regem* nostrum Inimicum gerendo, quotiens idem *Frater noster* in eodem personaliter interesse voluerit, præstent, eosdémque Subditos & Ligeos nostros sic Evocatos & Levatos, cùm personaliter intererit, Ducendi, Regendi, & Gubernandi, atque Acies Belli Ordinandi, necnon omnia & singula, quæ tàm pro Invasione in dictum Regnum Scotiæ quàm pro Desensione Regni nostri Angliæ & Marchiarum prædictarum necessaria fuerint & oportuna, in propria Persona sua Faciendi & Exequendi, sicut ea faceremus si personaliter interessemus,

Damus autem universis & singulis Ligeis & Subditis nostris Marchiarum & Comitatuum prædictorum, tàm Gardianis Marchiarum illarum quàm aliis quibuscúmque (cujuscúmque Gradûs seu Conditionis fuerint) Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd *præfato Locumtenenti* nostro, cùm in Executione Præmissorum personaliter intererit, Intendentes sint, Assistentes, Auxiliantes, & Obedientes in omnibus diligenter, quotiens & quando per ipsum ex parte nostra requisiti fuerint, seu eorum aliquis requisitus fuerit.

In cujus &c. ad Placitum Regis duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Junii.

Pro Viagio Scotiæ de Provisionibus faciendis.

By the King.

A.D. 1482. An. 22. E. 4. Penes Pell. Infra Bag. E. 4. Bund. 1. n. 21.

R*ight Reverend Fadre in God, right trusty and welbeloved, we Grete you well*, and Wol and Charge you that, undre oure Prive Seale, beyng in youre Ward, ye doo make our Letters in Fourme folowing.

Edward, by the Grace of God, *&c.* to our Trusty and Welbeloved Counselour *John Elryngton* Knight Tresorer of oure Houshold and Werres Greiyng.

Where we have appointed the Some of CC*l.* of Money of our Gyfte to be delyvered unto our moost Dere Brothre *Richard Duc of Glouncestre*, for the Cariage of his Ordenance into Scotland, for the Subduyng of our Rebelles and Enemyes the Scotts in this his Viage,

Ann C*l.* for the Beying of CXX. Draughr Horsez for the Cariage of our Ordenance fro oure Towne of Newcastell Northwardes into the said Parties of Scotland,

And CC *Marc*, for the Bying of ii Mil. Sheves of Arrowes to be bought and spende in the seide Parties for the Subduying also of oure said Rebelles and Enemyes in the said Viage,

Wyll and Charge you that, of such Money as ye have Receyved of Us into your Charge, towardes oure seid Werres in the seide Viage, that ye Paye unto oure *seid Brothre* CC*l.* of Money for the Cariage of his seid Ordenance into the saide Parties of Scotland, and that ye Pay C*l.* of Money unto the Maistre of oure Ordenance for the Bying of CXX. Draught Horsez for the Cariage of our seid Ordenance fro our seid Towne of Newcastell Northward into the seld Parties of Scotland, and also that ye paye CC *Marc* of Money for the Bying of ii Mil. Sheves of Arrowes to be spent in the seide Parties for the Subduyng of oure seid Rebelles and Enemyes the Scotts in the seid Viage,

A. D. 1482. Edw. 4.

And that ye overse aswel the Provision of the seid CXX. Draught Horses, as the Bying and Provision of the forseid ii Mil. Sheves of Arrowes,

And thise oure Letters, undre oure Prive Seale, shal be to you sufficiant Warrant and Discharge upon your Accomptez annempst Us at all tymes in that behalve.

Yeven &c.

And thise oure Letters shal be to you sufficiant Warrannt.

Yeven undre oure Signet at oure *Towr of London* the xxx. Day of Juyn the xxii. Yere of our Reigne.

Gregory.

Dors.

To the Right Reverend Fadre in God, Right trusty and welbeloved the Bishop of Lincoln, Keper of oure Prive Seale.

Restitu-

Restitutiones pro Episcopo Menevensi.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Pat. 22. E. 4. p. 1. m. 14.

REX, Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Menevensi, per Mortem bonæ memoriæ *Roberti ultimi Episcopi Loci illius*, eidem Ecclesiæ Menevensi de Dilecto Consiliario nostro Magistro *Ricardo Martyn* providerit, & ipsum in Episcopum Loci illius Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Ricardus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, A. D. 1482.

Cepimus Fidelitatem *ipsius Ricardi*, & Temporalia dicti Episcopatûs Menevensis Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Ricardo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* primo Die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimile Breve dirigitur Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Capitaneo Armatæ constituto.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos quandam Armatam Potentiam, ad proficiscendum supra Mare, cum Dilecto & Fideli nostro *Roberto Radclyf* Armigero pro Corpore nostro, in Resistentiam Adversariorum & Inimicorum nostrorum supra Mare se tenentium, Ordinaverimus,

Assignavimus & Constituimus *præfatum Robertum* (de cujus Fidelitate & providâ Circumspectione plenam fiduciam obtinemus) Capitaneum Armatæ prædictæ hac vice,

Ac ei plenam & sufficientem Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, Damus & Committimus ad Armatam prædictam Conducendum, Regendum, & Gubernandum,

Et ad Adversarios & Inimicos nostros prædictos, viis & modis quibus poterit, Expugnandum & Debellandum,

Necnon ad quoscúmque de Armata prædicta, ac alios ad *ipsum Robertum* confluentes, Delinquentes & Regimini, Gubernationi, Mandatis, Proclamationibus, & Ordinationibus suis, in hac parte faciendis & ordinandis, Contrarios seu Inobedientes (si quos invenerit) juxta sanam Discretionem suam & eorum Demerita Castigandum & Puniendum, ac Castigari & Puniri faciendum, A. D. 1482.

Omniáque alia & singula necessaria & opportuna Faciendum, Excercendum, & Exequendum;

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Castellanis, & eorum Loca tenentibus, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Ballivis, Constabulariis, Officiariis, & Ministris, ac Ligeis & Subditis nostris quibuscúmque, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd *eidem Capitaneo*, in Præmissis faciendis & exequendis, Pareant, Obediant, & Intendant in omnibus prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Julii.

Per ipsum Regem.

De

A.D. 1482. Edw. 4. A.D. 1482. Edw. 4.

De Provisionibus pro Armata prædicta, & de Intendendo.

A.D. 1482. An. 22. E. 4. Ibid.

REX, Dilecto & Fideli suo, *Roberto Radclyf* Armigero pro Corpore nostro, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos quandam Armatam Potentiam; ad Proficiscendum in Comitivâ vestrâ supra Mare, in Resistentiam Inimicorum & Adversariorum nostrorum ibidem se tenentium, Ordinaverimus,

Ac de Fidelitate & providâ Circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos ad tot Naves & alia Vasa, quot pro Conductione Armatæ prædictæ necessaria fuerint & oportuna, necnon Marinarios, Magistros Navium, Soldarios, Carpentarios vocatos Shipwrightes, Fabricatores Arcuum & Sagittarum, Plumbatores, Sirurgicos, ac alios Artifices pro hujusmodi Navibus necessarios quoscúmque, ac Homines vocatos Trumpettis, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Ecclesiæ duntaxat excepto) Arestandum, Capiendum, & Providendum,

Et eos in Navibus & Vasis prædictis, Nobis ad Vadia nostra ibidem deservituros, Ponendum & Poni faciendum,

Necnon ipsos de Armatâ prædictâ, ac Soldarios, Marinarios, Magistros Navium, Artifices, & alios prædictos Regendum & Gubernandum, & vobis in hac parte Contrarios seu Proclamationibus vestris, per vos in hac parte faciendis, Inobedientes seu Rebelles (si quos inveneritis) juxta Casûs exigentiam & Delinquentium Demerita Castigandum & Puniendum, A.D. 1482.

Et insuper assignavimus vos ad Arcus, Sagittas, Petras, Ferrum, Plumbum, Lanceas, Langdebeuys, Gleyves, & Mallias, ac omnia alia pro eisdem Navibus & Armatâ similiter necessaria & oportuna, & Victualia quæcúmque, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Ecclesiæ, ut prædictum est, excepto) pro Denariis nostris, in hac parte, ut præmittitur, rationabiliter solvendis, Capiendum & Providendum:

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis de Armatâ prædictâ, ac aliis quorum interest in hac parte, quòd vobis, in omnibus & singulis Præmissis faciendis & exequendis, Pareant, Obediant, & Intendant in omnibus diligenter.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Julii.

Per ipsum Regem.

Magnatum Scotiæ, ex parte Jacobi Regis, Obligatio pro Securitate & Indempnitate Ducis Albaniæ.

A.D. 1482. An. 22. E. 4. Ex Autogr.

BE IT KEND TILL ALL MEN, be thir present Letters, ws, *William Archibischop of Sanct Andrew*, *James Bischop of Dunkeld*, *Andreu Lord Anendale* Chanceler of Scotland, *Coline Erle of Ergile Lord Cambell and Lorne*, to be Bundin and Oblast, ând, be thir present Letters and the Fathis in our Bodys, lelily and treuly Bündin and Oblifs Ws to a Noble and Michti Prince *Alexander Duke of Albany*, that he kepand his trew Fath and Allegeance to our Soverane Lord *James King of Scotland* and his Successione, and to the gud Reule and puttin furth of his Autorite to Justice, and kepand his Fath, Laute, and Band to Ws and to the Remanent of the Lordes of the Realme, and like as we and thai fall do to his Mighti Lordchip, that he fal be sover and sickir fra all bodely Harme in his Persone to Laubor and Travell at Liberte and Fredome within the Realme quhen and quhar it plefs him at all times: A.D. 1482.

And we fall cause oure Soverane Lord frely to Gif and Grant to him all his Landes, Heritagis, Strenthis, Houses, and Offices, quhilk he possedit the day of his last parting furth of the Realme of Scotland:

And also that oure Soverane Lord fall frely Gif to him and to the Persons being with him, that he will hereefter Neme and desire (Excepand thaim that ar speceally except be the Kinges Hienes of befor be oppin Proclamatione

A. D. 1482. Edw. 4. maid in his last Parliament) full and plane Remissione of all Offensis and Crimis committit be him or thaim, also wele of his and thaim being in Ingland aspiring and tending to the Trone of Scotland, as uthers Offensis committit or done be him or thaim, or Assisting in the Premisses or ony of thaim in ony time bi gane, he and thai Remanand and Abidand at the Fath and Obesance of oure Soverane Lord forsaid as his trew Liege:

And sall mak all the Premiss to be Ratifiit, Approvit, and Confermmit be oure said Soverane Lord and his hale Thre Estates in the next Parliament but fraud or gile.

A. D. 1482. Edw. 4. In witness hereof to thir present Letters oure Selis are affixit, togidder with Subscriptione with oure awin handes, at *Edinburgh*, the Secund Day of August, the Zere of oure Lord a thousand, four hundreth, authei and twa Zeres.

Willielmus Sancti Andreae Archiepiscopus &c.
Ja. Episcopus Dunkelden.
A. Stewarde.
Erl of Ergyle.

Sub Quatuor Sigillis.

Praepositus, tota Societas Mercatorum, & Communitas Edinburgi se Obligant ad satisfaciendum Regi Angliae, super Facto Matrimonii & Pecuniae solvendae.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Ex Autogr. BE IT KEND TO ALL MEN, be thir present Letters, Ws *Walter Bertrahame* Provest of the Tone of Edinburgh in Scotland, and the hale Fellowschip of Merchandes, Burgesses, and Communite of the same Toune, to be Bundin and Oblist, be thir Presentes, unto the maist Excellent and maist Mithti Prince *Edwarde*, be the Grace of God, *King of Ingland*,

That, quhair as it was Commound and Aggreit betuix his Excellens on the ta Part, and the Ritht Hie and Mithti Prince oure Soverane Lord *James King of Scottes* on the tothir Part, that Mariage and Matrimone suld have bene Solemnizit and haid betuix a Mithti and Excellent Prince *James the First begottin Son and Are apperand to oure Soverane Lord forsaid* and a Ritht Noble Princes *Ceile Dothtir to the said Edwarde King of Ingland*,

And for the said Mariage to have bene Performit certain and diverse Gret Sommes of Money bene Payit and Contentit be the maist Excellent Prince unto oure Soverane Lord forsaid, as be certane Writtings, betuix the said Prince theruppone maid, more at large planly apperis,

That gif it be the plesure of the said *Edward King of Ingland* to haf the said Mariage to be Performit and Completit according to the said Comunicatione and Writting, that than it sal be wele and treuly, without fraud, disfate, or collusione, observet, kepit, and accomplesit on the Party of our Soverane Lord forsaid, and the Noblis Spirituale and Temporale of the Realme of Scotland, A. D. 1482.

And, gif it be not the plesure of the said Excellent Prince *Edward King of Ingland* to have the said Mariage performit and completit, that than We, *Walter Provest*, *Burgess*, *Merchandes*, and Commonns of the above nemit Toune of Edinburgh, or ony of Ws, sall Pay and Content unto the *King of Ingland* forsaid, all the said Soumes of Money that was Payt for the said Mariage, at sic like Times and Dais immediately enswevin efter the Refusale of the said Mariage, and in sic like maner and forme as the said Soumes war of for Deliverit, Contentit and Payt,

That than this Obligatione and Band be void and of na strenth, and ellis to be gud and effectuale;

Providit allwais that the said *Edward King of Ingland* sall gif knawlege of his Plesour and Electione in the Premisses, in Takin or Refusin of the said Mariage, or of the Repayment of the said Soumes of Money, to our said *Soverane Lord* or *Lordes of his Counsale*, or to Ws the said *Provest*, *Marchandes*, or ony of Ws, within the Realme of Scotland, being for the time, betuix this and the Feste of all Hallowis nixt to cum,

To the quhilk Payment, wele and treuly to be maid, We Binn and Obliss Ws, and every of Ws, oure Aires, Successiours, Executours, and all our Gudes, Merchandicis, and Thingis quhatsoever thai be, quharesoever or in quhat place, be Water or be Land, on this side of the Sey or bezond, we sall

Tt happin

A. D. 1482. Edw. 4. happin to be fundin; ony Lieg, Treux, or Sanfgard, maid or to be maid, notwithstanding.

In witnes quhareof to this our present Writting and Letters of Band we the said Proveſt, Burgeſſes, Merchandes, and Communite has ſet oure Commone Sele of the ſaid Tone of Edinburgh the Ferd Day of Auguſt, the Zere of God a Thouſand, Four Hundreth, Authti and twa Zeris.

Gevin in preſens of,

The Ritht Mithti Prince *Richard* *Duke of Gloeiſter*, A. D. 1482. Edw. 4.

Alexander Duke of Albany,

A Reverend Fader in God *James Biſhop of Dunkeld*,

And Ritht Noble Lordes *Henry Erle of Northumbreland*,

Coline Erle of Ergile Lord Cambell and Lorne,

Thomas Lord Stanelie,

Maiſter *Alexander Inglis* Arcbiden of Sanct Andrew,

And uther divers.

Locus Sigilli.

De Conductu pro Margareta Sorore Regis Scotorum.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Scot. 22. E. 4. m. 4. REX univerſis & ſingulis Admirallis, Capitaneis, Caſtellanis, Marchiarum Portuum Maris & aliorum Locorum Regni noſtri Angliæ Cuſtodibus & Gardianis, necnon Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Majoribus, Ballivis, Cuſtumariis, cæteriſque Miniſtris & Officiariis noſtris, quocúmque Nomine cenſeantur & quacúmque Poteſtate præditis, & eorum Locatenentibus, Ligeis & Subditis noſtris quibuſcúmque, tàm infra Libertates quàm extra, per Terram, Mare, ſeu Aquas dulces ubilibet conſtitutis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, in Tractatu Matrimonii, inter Fidelem & Prædilectum Conſanguineum & Conſiliarium noſtrum *Antonium Comitem de Riviers* Dominum de Scales, ac Sereniſſimam Principem Dominam *Margaretam Sororem* Germanam Excellentiſſimi Principis *Jacobi Regis Scotorum* Fratris & Conſanguinei noſtri cariſſimi, Divinâ mediante Gratiâ, contrahendi, inter cætera, quæ per Oratores, Commiſſarios, & Procuratores Partium hinc inde Appunctuata, Concordata, & Concluſa ſunt, Dictum Proviſum Decretum & Ordinatum ſit quòd præfatus Excellentiſſimus Princeps *Rex Scotorum* dictam Dominam *Margaretam* Sororem ſuam, citra Primum Diem Novembris proximò futurum, Traducet Traducive faciet honorificè, ſuis propriis Sumptibus & Expenſis, per Regnum noſtrum Angliæ, ad Locum, pro Solempniſatione ipſius Matrimonii infra idem Regnum noſtrum, & ubi nos tunc cum Curiâ noſtrâ perſonaliter conſtituti fuerimus, deputandum & aſſignandum,

Nos,

Securitati præfatæ *Dominæ Margaretæ*, & omnium ſecum commitantium A. D. 1482. uſque Numerum Trecentarum Perſonarum ſeu infra, ſub modis infraſcriptis, providere volentes,

Suſcepimus &, Tenore Præſentium, ſuſcipimus dictam *Dominam Margaretam*, & quoſcúmque alios præfati Fratris & Conſanguinei noſtri *Regis Scotorum* Subditos, etiam ſi Pontificis, Comitatûs, ſeu alterius cujuſcúmque Eccleſiaſticæ aut mundanæ Dignitatis, Titulis præditi fuerunt, in Comitiva ipſius *Dominæ Margaretæ*, pro ſuâ Traductione prædictâ, uſque ad Numerum memoratum ſeu infra, mittendos aut deſtinandos, in ſalvam & ſecuram Protectionem noſtram,

Damúſque & Concedimus, Tenore Præſentium eis & eorum cuilibet, uſque ad Numerum ſupradictum (cujuſcúmque Sexûs, Statûs, ſeu Conditionis fuerint) liberum, ſalvum, & ſecurum Conductum noſtrum, in & per Regnum noſtrum prædictum, cum ſuis Equis, Herneſiis, Rebus, Bulgeis, Kaskettis, Bonis, Literis, Scripturis clauſis ſeu apertis, Auro Argento monetato & non monetato, Jocalibus, & cæteris Ornamentis & Neceſſariis ſuis quibuſcúmque, Veniendo, Perluſtrando, ibidémque Morando & Expectando, & ad Partes proprias cum ſuis Equis, Herneſiis, & cæteris ſupraſcriptis, conjunctim, ſeu diviſim, per Terram vel per Mare aut Aquas dulces, liberè Redeundo, Revertendo, & Repatriando, abſque Impedimento vel Perturbatione noſtri aut Ligeorum noſtrorum quorumcúmque;

Quare vobis Præcipimus & Mandamus quatenus dictam *Dominam Margaretam*, & quoſcúmque alios Subditos præfati Fratris noſtri *Scotorum Regis*, uſque ad Numerum ſupradictum, pro Traductione ejuſdem *Dominæ Margaretæ*,

A. D. 1482. Edw. 4. *rete*, in Regnum nostrum Angliæ, conjunctim aut divisim, mittendos (cujuscumque Sexûs Statûs & Conditionis fuerint) ut præfertur, Veniendo, Morando, Conversando, & Expectando, ac ad Partes proprias, conjunctim vel divisim, per Terram, Mare, seu Aquas dulces, Redeundo, Revertendo, & Repatriando, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Non inferentes eis aut eorum alicui, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes, in Personis, Rebus, aut Bonis, Molestiam, Injuriam, Violentiam, Arestum, Dampnum aliquod seu Gravamen; Marcâ, Contromarcâ, Reprisaliâ, aut aliâ quavis Materiâ seu Causâ, non obstantibus:

Et si quæ eis vel eorum alicui Forisfactum vel Injuriatum fuerit, id eis & eorum cuilibet debitè corrigi, emendari, & reformari faciatis:

Proviso tamen quòd dictæ Personæ benè & honestè in Regno nostro se gerant & habeant, & quòd nichil in Regni nostri vel Ligeorum nostrorum Præjudicium faciant aut attemptent aut facere seu attemptare procurent quoquo modo; nolentes tamen præsentem Conductum nostrum, ex Delicto alicujus Personæ aut aliquarum singularium Personarum, infringi, set quòd Delinquentes Personæ solomodo, juxta Quantitatem Delicti, puniantur; Præsentibus per Sex Menses a Die Datæ Præsentium & non ultra in suo Robore duraturis. A. D. 1482. Edw. 4.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Guldeford* vicesimo secundo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Literæ Acquietantiæ pro Annuo Censu.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Franc. 22. E. 4. m. 12. REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos Recepisse & Habuisse, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo & Potentissimo Principe *Lodovico Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, per manus *Petri le Ray*, *Viginti & Quinque Milia Coronarum Auri*, in Festo Paschæ ultimò præterito Nobis solvi debitarum, in Partem Solutionis *Quinquaginta Milium Coronarum Auri*, annuatim Nobis solvendarum, prout in Literis superindè confectis pleniùs continetur;

De quibus *Viginti & Quinque Milibus Coronarum Auri* fatemur Nos fideliter esse solutos, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quietum. A. D. 1482.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quinto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Confirmatio Ligarum Portugaliæ.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Ibid. m. 13. REX universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem & sinceram in Domino caritatem.

Literas Serenissimi Principis *Johannis*, Dei gratiâ, *Regis Portugaliæ & Algarbiorum citra & ultra Mare in Africâ*, Fratris nostri præcarissimi, apud Nos remanentes, Plumbo sigillatas, *Vidimus* in hæc verba,

JOhannes, Dei gratiâ, *Rex Portugaliæ & Algarbiorum* citra & ultra Mare in Africa, universis & singulis, has præsentes Literas inspecturis, Salutem, & sinceræ dilectionis affectum.

Omnes, qui honestam & tranquillam Vitam ducere cupiunt, Paci, quâ nichil melius Deus Optimus Generi humano dare potuit, studere oportet; ipsa certè facit ut in quietâ Vitâ æternam beatitudinem consequantur. A. D. 1482.

Nos autem, hujusmodi Sententiam secuti quantum nobis possibile erit, Duce Altissimo Deo, omni Diligentiâ ipsam conservare conabimur, prout Majores nostri cum Christi Fidem colentibus facere soliti sunt.

Considerantes igitur inter Serenissimum & Clarissimum, bonæ memoriæ, *Regem Dominum Jo.* Dominum & Proavum meum, & Serenissimos, felicis recordationis, *Ricardum* & *Henricum*, quondam *Reges Angliæ & Franciæ*, summâ quadam Religione, veram Pacem, Amicitiam, Concordiam, & Confœderationem per longam temporum continuationem fuisse servatam & custoditam, *&c. prout supra in Literis Datis in Oppido Montis Majoris*, *Octava Die Mensis*

A.D. 1482. Feb. 4. *Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo secundo.*

.. Nos itaque *Edwardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ* antedictus,

Prælibati Serenissimi Principis Fratris nostri præcarissimi Caritatis Zelo, & dictarum Pacis Dilectionis & Concordiæ ac Amicitiarum mutuarum tàm fervido Zelatori fraterno, congratulantes affectu,

Cupientésque ut Tractatus, Pax, Concordia, Amicitiæ, & Confœderationes ipsi in toto & qualibet sui parte inviolabiliter observentur, custodiantur, & manuteneantur,

De avisamento & assensu Concilii nostri Approbamus, Laudamus, Confirmamus, & Ratos Habemus eosdem in toto & in parte qualibet eorumdem, Promittimúsque & Juramus, ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tactis Scripturis, pro Nobis, Successoribúsque nostris quantum in Nobis est, quòd eos ac omnia & singula contenta in eisdem fideliter Servabimus, Manutenebimus, Custodiemus, & inviolabiliter Adimplebimus, & nullo unquam tempore per Nos vel per alios illos in aliquâ eorum Parte Violabimus, Rumpemus, vel Infringemus, set toto nostro Posse curabimus quòd (omni dolo, machinatione, fraude, malóque ingenio cessantibus) Firmi & omni tempore inviolati serventur, & secundùm omnem vim, formam, & effectum eorumdem fideliter impleantur, sub quacúmque Pœnâ, Conventionali & Juratoriâ, in dictis Tractatibus, inter dictos Reges quondam concordatis, firmatis, & juratis, comprehensâ;

Quâ quidem Pœnâ commissâ, solutâ vel non solutâ, volumus nichilominus & sic Promittimus & Juramus, eo modo quo supra, quòd dicti Tractatus, Pax, Concordia, Amicitiæ, & Confœderationes, ac omnia & singula in eis contenta, semper & omni tempore sint firma, rata, stabilia, & perpetuò duratura.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium has Literas nostras Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Exemplificatio Conventionum Edinburgi.

A.D. 1482. An. 22. E. 4. Ex Autogr.

TO ALL TRUE CRISTEN PEOPLE, to whome thies present Letters shall come or be shewed, *William Heryot* Knyght and Maire and the Aldremen of the Citee of London within the Realme of England sende Recommendacion and Gretyng as it Apperteyneth.

The xi. Day of the Moneth of Octobre, the Yere of oure Lord God a Thousand, Four Hundred, Eighty and twoo, within the Counsail Chambre of the said Citee, *Gartier King of Armes* and Servante unto oure moste Dradde Soveraigne Lorde *Edward*, by the Grace of God, *King of England and of France, and Lord of Ireland*, shewed certain Letters in Pauper sealed in Placquart wise with a grete rownde Seale in Rede Wex, havyng impressed in the middes the Figure of a Castell or Towre, and in the Circumference in Lettres graven an open mention that it was the Comon Seale of Edinburgh,

Asking and Desiring that, for asmuche as he was chargied, in the Message of oure saide Soveraigne Lorde, to such Parties, where as the Contenue of the saide Letters in fourme autentique shuld be requisite and necessary to be had and shewed, and that it were Perillous and Jeoperdous to bere the saide Originall Letters unto the saide Parties, we wold Exemplifie and Transsume the saide Letters Word for Word withoute Chaunge, Addition, or Diminution in any parte, and thereuppon procede, do, and decerne in passyng and spedyng Letters of Transsumpt under the Seale of our Office of Mairaltie, so and in suche wise that as grete Feith might and aught be geven to suche a Transsumpt as to the said Letters Originalles, both in Jugement and oute of Jugement, in every place;

The Tennur of the saide Originall Letters is suche as foloweth.

BE IT KEND TO ALL MEN, be thie present Letters, Ws, *Walter Bartrahame* Provest of the Tone of Edinburgh in Scotland, and the hale Fellowschip of Merchands, Burgesses, and Communitie of the same Toune, *&c. ut supra in Literis Dat. 4. Aug. tunc sic.*

We therefore the said *Mair and Aldermen*, understondyng the Desire and Petition of the said *Gartier King of Armes* to be goode, lawful, and necessary

A. D. 1482. Edv. 4. fary, Knowlege and Couseffe that the said Originall Letters be of the Tenour and fealed in maner and fourme before expressed,

And therefore, at the Instance, Desire, and Petition of the *said Gartier*, we have Decerned and Decerne the said Letters to be Exemplified and Transsumed under the Seale of our Office of Mairaltie, and that no lesse Feith be geven unto the Transsumpt so passed and made, than unto the said Letters Originalles neither in Jugement nor out of Jugement.

In witnesse whereof, in the presence of the discrete Persone *John Parker* Notary Publique, and of *William Dunthorn* Secretary of the said Citee, *John Hert* Gentilman, and *Pers Legeander*, Witnesses by us, at the request of the said *Gartier*, thereto called and required, we have made our said Seale of Office of Mairaltie to be put to thise presentes, and commaunded the said Notary to set his Signe Notariall to the same, the said eleventh Day of Octobre, the Yere of our Lord God MCCCCLXXXII. and the Yere of the Reign of our said moste Dradde Soveraigne Lord xxii.

And I John Parker, *Notary Publique by Auctorite Imperiall, unto the seid shewing of the seid* Gartier Kyng of Armes *of the seid Letters, in Paper sealed in Placquart wise, unto the seid Right Worshipful* Mair and Aldermen *in the Counseill Chamber aforeseid, and to other the Premisses, like as they were doon afore the seid Right Worshipful* Mair and Aldermen, *the seid eleventh Day of Octobre, the seid Yere of our Lord MCCCCLXXXII. and the twelfth Yere of the Pontificacie of our moost Holy Fader and Lord* Pope Sixte the Fourth, *and the Yere of the Regne of our seid moost Dradde Souverain Lord the xxii. and the xvi. Indiction, togiders with the Witnesses afore reherced, I was present in my propre Persone, and alle those thyngs so to be doon I sawe and herde, and therfor these present Letters or this present Transumpt, truly writen by an other Mannes Hande, atte Commaundement of the seid Right Worshipful* Mair and Aldermen, *and atte request of the seid* King of Armes, *I have Published and Dressed in Publique Fourme, and my Name and Signe Notariall accustumed I have sette unto the same, with myn owne proper Hande, required therunto in more Witnesse of the Premisses.*

JOHANNES PARKER.

Sub Sigillo præfatorum Majoris & Communitatis Civitatis Londoniæ de Cera rubea pendente a duplici cauda Pergamenæ.

Commissio ad Notificandum Voluntatem Regis super Conventionibus prælibatis.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Ex Autogr. EDward, by the Grace of God, *King of England and of Fraunce, and Lorde of Ireland*, to all, to whom thes present Wryting schall com, Gretyng.

We have seyne certayne Lettres, made and passed, under the Comene Seale of the Towne of Edinbourgh in Scotland, by the Provest, Burgesses, Marchantes, and Cominalte of the same Towne, berying Date the fourth Day of Auguste thys present Yere of our Lorde Mil. CCCC. LXXXII. conteyning in effecte, that,

Whereas it was some tyme commened and aggreed betwene *Us* of the oo Partye, and the Hygh and Mighty Prince *James Kyng of Scottys* oure Cousine of the other Partye, that Mariage and Matrimonye shulde have bene solemnized and had bitwixe *James the fyrste begoten Son of our seyde Cousyn* and our *Right* entirely beloved *Doughter Cicile*,

A. D. 1482. And that by us, for the seid Mariage to have been performed, certain and diverse grete Sommes of Money ben Paide and Contented,

Walter Bartrame Provest of the Town of Edinburgh in Scotlond, and the hole Felesship of Marchanntes, Burgeissez, and Communite of the seide Towne have Bounde theymselfe, theire Heires and Successours,

That if it were our Pleasur that the seid Mariage shuld be performed according to the seide Communication and Wryting theruppon passed, that then it shuld be wele and truly kepte and accomplisshed on the Partye of our seid Cousin the *Kyng of Scottes*,

And if it were not our Pleasir to have the seide Mariage perfourmed and accomplisshed, that then the seide *Walter Provest*, *Burgeissez*, *Marchaunts*, and

A. D. 1482. *Communite* of the seid Town or eny of theym shuld Pay and Content unto Us all the seid Summes of Money that was payde for the seid Mariage at lyke Termes and Dayes immediately ensuying the Refusaile of the seide Mariage, and in such lyke maner and fourme as the seid Sommes were afore delivered, contented, and payed,

Edw. 4.

Provided alwey that we shuld geve notice of our Pleaser and Election in the Premisses in Takyng or Refusyng the seid Mariage, or of the Repayment of the seid Sommes of Money to our seid Cousin *the Kyng of Scottes*, or Lordes of his Counceile, or to the seide Provest and Marchanntes, or eny of theym wythin the Royme of Scotlond beyng for the tyme, afore the Feste of Hallowis then nexte to com, as in the seide Lettres it is conteyned more at large,

Wherefore we the seide *Edward Kyng of England and of Fraunce*, willyng to declare our Mynde, Pleaser, and Election touchyng the Premisses, wythin the tyme in the seide Lettres expressed, for dyverse greate Causes and Considerations us movyng, have chosen the Partye to have the Repayment of all suche Money as we have payde in contemplation of the seide Mariage, Refusyng and Refuse for the seid Causes and Considerations the perfourmyng and accomplysshement of the seide Mariage,

And therefor We let you *wytte*, that, trustyng upon the Feith, Trouth, and Diligengce of our Trusty and Welbeloved Sarvante *Gartier Kyng of Armes*, and of *Northumberlond Herault*, We have Made, Ordeigned, and Constitute, jointly and severally, the same *Gartier* and *Northumberlond*, our Ambassadours, Oratours, Procuratours, Factours, and Masseagers,

Charging and commaundyng theym, and over that gevyng to theym and either of theim, by thes Presentes, full Power, Licence, and Auctorite to go and adresse theymself unto the Royme of Scotlond, there to Notifye unto such Persones as, by vertue of the seide Lettres, Notification or Knowledge ought to be made unto, namely and principally to the *Provest*, *Burgeisses*, *Marchanntes*, and *Communalte* of the seid Towne of Edinburgh or eny of theim within the seide Royaulme of Scotlond for the tyme being, afore the Feste of All-halowys nexte to com Oure Pleaser and Election in the Premisses,

And that we have utterly refusyd the seid Mariage, and Takyn us to have the Repayment of alle such Sommes of Money as for occasion of the seide betrusted Mariage We have payde and contented afore thys tyme,

Promittyng in the Word of a Kyng that by all suche Notification, Declaration and Knowelege of our said Pleaser and Election as the saide *Gartier* and *Herault*, or the on of theym shall, in fourme above expressed, make and publisshe in thys Party, We shall abyde and the same holde ferme and stable to th'entent in the seid Lettres conteigned, under Obligation and Plege of all oure Goodes.

In Witnesse whereof We have doon thies oure Letres to be made Patentes.

Yeven under our Greate Seale at oure *Palois of Westminster* the xii. Day of October in the xxii. Yere of our Reigne.

IVE.

Per ipsum Regem.

Sub Magno Sigillo de Cerâ glauci coloris, pendente a caudâ Pergamenæ.

Pro Monasterio Ecclesiæ Christi Cantuariensis.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Pat. 22. E. 4. p. 2. m. 28.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, prætextu ac virtute Concessionum, per Progenitores carissimi Consanguinei nostri *Lodowici Franciæ*, Prædecessoribus nunc *Prioris & Conventûs Monasterii Ecclesiæ Christi Cantuariensis* & eorum Successoribus factarum, de Triginta & Tribus Doliis Vini, annuatim de Crescentia Partium Franciæ, Gasconiæ, & Burdegaliæ, in Regnum Angliæ adducendis, iidem *Prior & Conventus* habeant & percipiant aut habere & percipere debeant sibi & Successoribus suis Triginta & Tria Dolia Vini, singulis Annis de Crescentia dictarum Partium in Regnum Angliæ a Partibus illis adducta & adducenda,

Nos ob sinceram & internam Devotionem & Amorem, quos ad idem Monasterium & ad Gloriosum Martirem Sanctum Thomam habemus & intendimus, volentes pro Nobis & Hæredibus nostris

A. D. 1482. Edw. 4. nostris præfatos nunc *Priorem & Conventum* & eorum Successores de omnibus Custumis & Subsidiis prædictorum Triginta & trium Doliorum Vini, per Annum eisdem *Priori & Conventui* & eorum Successoribus ut supradictum est concessorum, Nobis debitis & debendis, erga Nos & Hæredes nostros singulis Annis futuris penitùs Exonerari & Acquietari, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ scientiâ & mero motu nostris, Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, præfatis nunc *Priori & Conventui*, & eorum Successoribus, quòd exnunc, singulis Annis imperpetuum, ipsi per se, Factores, Attornatos, Servientes, aut Deputatos suos, Indigenas vel Alienigenas, sive eorum aliquem Triginta & Tria Dolia Vini, a quibuscúmque Partibus Regni Franciæ, in quacúmque Navi sive quibuscúmque Navibus aut Vasis, in quemcúmque Portum sive quoscúmque Portus Regni nostri Angliæ adducere & ad Terram ponere valeant, absque aliquibus Custumis aut Subsidiis, sive aliis Deveriis, Nobis aut Hæredibus nostris, aut Collectoribus, sive Custumariis, sive aliis Officiariis, in aliquo hujusmodi Portu pro tempore existentibus, solvendis sive reddendis, & absque aliquibus Prisis, pro Nobis & Hæredibus nostris, de Vinis illis ullo modo capiendis sive habendis, & absque impetitione sive impedimento nostri, aut Hæredum nostrorum, aut Collectorum, Custumariorum, Capitalis Pincernæ Angliæ, aut aliorum Officiariorum sive Ministrorum nostrorum aut Hæredum nostrorum seu aliorum quorumcúmque, A. D. 1482. Edw. 4.

Et Volumus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, præfatis nunc *Priori & Conventui*, & eorum Successoribus, quòd ipsi, & eorum Successores, ac omnes Collectores Custumarii & Officiarii prædicti, & eorum quilibet, de omnibus Custumis & Subsidiis omnium hujusmodi Triginta & Trium Doliorum Vini per Annum, aliquo Anno ante nunc adductorum, & exnunc in aliquem hujusmodi Portum adducendorum, de quibus ipsi *Prior & Conventus* & Successores sui prædicti aut hujusmodi Collectores sive Custumarii erga Nos & Hæredes nostros onerati, impeti, seu occasionari debeant aut valeant, ac de Prisis prædictis & Precio eorumdem erga Nos & Hæredes nostros Exonerentur & Acquietentur, & eorum quilibet Exoneretur & Acquietetur; aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, sive Restrictione quacúmque, ante hæc tempora factâ, editâ, sive provisâ, aut quòd expressa mentio de vero Valore Annuo Custumarum & Subsidiorum prædictorum in præsentibus facta non existit, in aliquo non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Instrumentum super Executione Commissionis nuper memoratæ.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Ex Autogr. IN DEI NOMINE AMEN.

Per præsens Publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter quòd, *Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo secundo*, Indictione primâ, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Sixti*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Quarti* Anno duodecimo, Mensis verò Octobris Die vicesimo septimo, in Vestibulo Ecclesiæ Parochialis Sancti Ægidii Villæ de Edinbourgh Diœcesis Sancti Andreæ in Scotia situatæ, coram Venerabilibus, Discretis, & Honestis Viris, *Patricio Boron* Præposito, *David Crawford* Ballivo, ac *Waltero Bartrem*, *Roberto of Bonkyll*, *Georgio Bartrem*, *Bartholomeo Carins*, *Georgio Barker*, *Roberto Vassyr*, *Willielmo Farley*, Mercatoribus & Burgensibus dictæ Villæ de Edinburgh, ac nonnullis aliis ejusdem Villæ Mercatoribus, Burgensibus, & Communitatibus in meî *Johannis Richerdson* Notarii Publici subscripti, & Testium infranominatorum Præsentiâ, constitutus personaliter Discretus Vir *Gartier Rex Armorum*, Nuncius, Serviens, Procurator, Orator, Factor, & Ambassiator, ut asseruit, Christianissimi Principis & Domini Domini *Edwardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, ac *Domini Hiberniæ*, tenens & habens in manibus suis quandam Pergameni Scedulam, & inter cætera tunc ibidem communicatam idem *Gartier* eandem Scedulam & Contenta in eadem publicè altâ & intelligibili voce legit, sub isto qui sequitur Tenore Verborum, A. D. 1482.

I Gartier King of Armys, *Servannt, Proctour, and Messager unto the most High and Myghty Prince my moost Drad Souveroin Lord Lord* Edward, *by the Grace of God*, King of Englond and of France, and Lord of Irland, *by vertue of*

A. D. 1482. Edw. 4. *of certaine Lettres of Procuracye here redy to be shewed by me by my seid Souverain Lord made and yeven, make Notice, and yeve Knowlich unto you* Provost, Burgeyses, Marchannis, *and* Communitie of the Towne of Edinbourgh in Scotland, *that whereas it was somtime Comowned and Agreed betwix my seid* Souverain Lord *on the oon Partye, and the Right High and Myghty Prince* Jamys King of Scotts *on the other Partye, that Mariage and Matrimonye shuld have ben solemnized and had bitwix* James the First begoten Son of the seid King of Scotts *and* Cicile Doughter *to my seid Souverain Lord the* King of Englond, *and for the seid Mariage ben performed, certain and diverse grete Sommes of Money ben paid and contentid by my said Souverain Lord, which Sommes of Money, in caas of Refusal of the said Mariage by my said Souverain Lord to be made and declared, ye the said* Provost, Burgeses, Marchannts, *and* Comminaulte, *and every of you be Bound and Obliged by your Lettres under the Comown Sele of the Town of Edinbourgh to Repaye unto his Highnesse undre like Forme and at such Termes as thei wer furst paid, so that the King my Souverain Lord wold make Notice and Knowleeh of his Pleasire and Election in Taking or Refusing of the said Mariage or of the Repayement of the seid Sommes of Money befor the Fest of Alhalows next to com, like as in your seid Lettres, bering Date att Edinbourgh the fourth Day of August last passed, it was conteigned all att large, the Pleasire and Election of my said Souverain Lord for diverse Causes and Consider ations hym moving is to Refuse th'accomplisshing of the said Mariage, and to have the Repayment of all such Sommes of Money, as by occasion of the same betrusted Mariage his Highnesse hath paid, the seid Repayement to be had of you* Provost, Burgeises, Marchannts, *and* Communite, *and every of you, your Heirs and Successours, according to your Bond and Obligation afor rehersed; and ther of I yeve you Notice and Knowlich by this Writing, which I delyver unto you, within the Terme in your seid Lettres lymitted and expressed, to all Entents and Effectes which therof may ensue.*

Post cujus quidem Scedulæ Lectionem supradictus *Gartier* quoddam Procuratorium, Mandatum, sive Literas Procuratorii, Magno Sigillo ipsius Christianissimi Principis *Edwardi Regis* memorati, ut apparuit, in cerâ glauci coloris sigillatas: In cujus Sigilli medio ex parte una insculpta erat Imago Regis Coronati in Throno sedentis, in manuque suâ Dextrâ Sceptrum habentis, & in manu suâ sinistrâ quoddam Pomum sive Pilam Rotundam tenentis, & in ipsius Sigilli Circumferentiâ scripta erant ista verba, viz. EDWARDUS, DEI GRATIA, REX ANGLIÆ ET FRANCIÆ, ET DOMINUS HIBERNIÆ; in alterâ verò Parte illius Sigilli sculpta erat Figura Regis sive Hominis Armati, sedentis super Equum, tenentis in manu suâ Dextrâ Gladium, & ante Pectus quendam Clipeum gerentis, & in ejusdem Sigilli Rotunditate ex illa Parte scripta fuerunt verba sequentia, scilicet, EDWARDUS, DEI GRATIA, REX ANGLIÆ ET FRANCIÆ, ET DOMINUS HIBERNIÆ.

Cujus quidem Procuratorii Tenor talis est,

Edward, by the Grace of God, *King of Englond, &c.*

Tunc ibidem coram ipsis Venerabilibus Viris exhibuit & monstravit, ac idem Procuratorium sive easdem Literas Procuratorii, unà cum Scedulâ prædictâ eis tradidit & liberavit; qui quidem, *Patricius Præpositus* memoratus ipsa Procuratorium & Scedulam a manibus *dicti Gartier* gratanter, ut apparuit, recepit, & penes se custodivit; & consequenter *Vicesimo nono Die dicti Mensis Octobris*, Anno Domini, Indictione, Pontificatu, & Loco in Principio præsentis Instrumenti designatis, coram eisdem Venerabilibus Viris *Patricio Præposito*, & *David Ballivo* prædictis, ac *Archibaldo of Totrick* & *Patricio Bawbrynny* Ballivis, *Thomâ Zare* & *Willielmo of Rynde* Burgensibus & Mercatoribus, ut asserebatur, dictæ Villæ de Edinburgh, & nonnullis aliis dictæ Villæ Mercatoribus & Burgensibus, in mei *Johannis Notarii* supradicti & Testium infranominatorum præsentiâ constitutus personaliter quidam *Ricardus Lawson*, dictæ Villæ Communis Clericus sive Recordator, *supradicto Gartier*, tunc ibidem præsenti, ista verba subsequentia, sive alia eis in effectu consimilia, publicè altâ & intelligibili voce dixit, protulit, & emisit, viz.

We understand by your Kyngs Writting, and by you, the Pleasure and Election of your King *according to his Writting; and we trust to God that at the Day of Payment of the Money, your Kings Grace shall be so contentid, that he shall hold hym pleased, and your Kings Writting is right welcome unto us: And we pray you of your good Report to* your King, *and that ye will recommend us to hym.*

Super

A. D. 1482. Edw. 4.

Super quibus Præmissis *ipse Gartier* me Notarium Publicum subscriptum sibi unum vel plura Publicum seu Publica Instrumentum sive Instrumenta conficere requisivit.

Acta sunt hæc, prout suprascribuntur & recitantur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Diebus, & Loco prædictis; Præsentibus tunc ibidem in supradictæ Scedulæ Lectione, ipsiusque Procuratorii Exhibitione, Ostensione, Liberatione, & Receptione eorundem, *Willielmo Wra* aliàs *Cok of Wra* & *Petro Geander*, Dunelmensis & Lantigarensis Diœcesium; Præsentibus etiam in dictorum Verborum, sic ut præfertur per ipsum *Ricardum Lawson* prolatorum, Emissione & Prolatione dictis *Willielmo Wra* aliàs *Cok of Wra*, & *Petro Geander*, ac *Northumberland Haraldo* Armorum, *Nicholao Hawley*, & *Roberto Lawnder*, Cicestrensis, Coventrensis, & Lichfeldensis, ac Eborum Diœcesium, Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes Richardson *Clericus Karliolensis Diœcesis*, *Publicus Auctoritate Apostolica Notarius*, *præmissæ Scedulæ Lectioni*, *ac dicti Procuratorii Exhibitioni*, *Ostensioni*, *Liberationi*, *& Receptioni*; *cæterisque Præmissis omnibus & singulis*, *dum sic*, *ut præmittitur*, *sub Anno Domini*, *Indictione*, *Pontificatu*, *Mense*, *Diebus*, *& Loco prædictis agebantur & fiebant*, *unà cum prænominatis Testibus Præsens personaliter interfui*, *eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi*, *præsens quoque Publicum Instrumentum*, *manu meâ propriâ scriptum*, *exindè confeci*, *publicavi*, *& in hanc Publicam Formam redegi*, *Signoque & Nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus in Fidem & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum.*

A. D. 1482. Edw. 4.

Et constat michi Notario antedicto de Interlineatione harum Dictionum *Lord*, *right*, *witt takin*, quas approbo ego Notarius memoratus.

Ad imum Signi,
JOHANNES RICHARDSON.

Testimonium fidele perhibeo.

De Officiariis Constabulariatus Angliæ constitutis.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Pat. 22. E. 4. p. 1. m. 2.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria Nobis Dilectorum Dominorum *Willielmi Parre*, *Jacobi Haryngton*, *Jacobi Tyrell*, Militum (quorum unum eorum, altero absente, hac vice Viceconstabularium esse volumus) & Magistrorum, *Johannis Wallyngton*, *Willielmi Lacy*, *Willielmi Fuller*, & *Georgii Warde*, in Legibus Baccallariorum, plurimùm confidentes,

Fecisse, Ordinâsse, Deputâsse, ac Præsentium Tenore Constituisse, ipsos *Willielmum*, *Jacobum*, *Jacobum*, & *Johannem*, *Willielmum*, *Willielmum*, & *Georgium*, Commissarios nostros Generales in Officio Constabulariatûs nostri Angliæ,

Ipsósque *Willielmum*, *Jacobum*, *Jacobum*, & *Johannem*, *Willielmum*, *Willielmum*, & *Georgium* Commissarios nostros, ut prædicitur, Deputamus, Ordinamus, & Constituimus,

Habendum & Occupandum dictum Officium iisdem, *Willielmo*, *Jacobo*, *Jacobo*, & *Johanni*, *Willielmo*, *Willielmo*, & *Georgio*, & eorum cuilibet, conjunctim & divisim,

A. D. 1482.

Damus insuper, & per Præsentes Concedimus eisdem *Willielmo*, *Jacobo*, *Jacobo*, & *Johanni*, *Willielmo*, *Willielmo*, & *Georgio*, Auctoritatem & Potestatem ad Cognoscendum, Procedendum, & Statuendum de & super Causis, Querelis, Negotiis, Excessibus, Criminibus, tàm publicis quàm privatis quibuscúmque, cujuscúmque Naturæ seu Conditionis fuerint, etiam si Capitalia forent pro quibus Pœna Capitis esset infligendum, quorum Cognitio ad Officium Curiæ Constabulariatûs nostri Angliæ & Judices ejusdem de jure sive de consuetudine dinoscitur seu debeat pertinere, etiam quemadmodùm Causæ, Querelæ, & Negotia Excessus & Crimina hujusmodi in Curiâ prædictâ, tempore, bonæ memoriæ, *Edwardi*, quondam *Regis Angliæ*, illo Nomine *Primo* Progenitoris nostri, pertinere consueverunt,

Necnon de & super ac in quibuscúmque Negotiis etiam Crimina Lesæ Magestatis, per quoscúmque Subditos nostros tàm infra Regnum Angliæ quàm Villâ Calesii, ac partibus eisdem adjacentibus, aut alibi ubicúmque in Locis, Jurisdictionibus, Potestati & Imperio nostris quomodolibet subjectis, qualitercúmque commissa concernentibus, & ad

A. D. 1482. Edw. 4. ad nostram Cognitionem, Correctionem, & Punitionem, ex Prærogativa, Corona, & Imperio nostro, mero aut mixto Jure seu Consuetudine spectantia & pertinentia, Causas & Negotia hujusmodi sive Crimina & Excessus, ex Officio mero mixto vel promoto, seu ad Partis alicujus instantiam contigerit inchoari aut attemptari, cum omnibus & singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & Connexis quibuscúmque, Audiendum, Discutiendum, & Fine legitimo atque debito Terminandum & Exequendum,

Necnon ad Procedendum de & super Excessibus, Criminibus etiam Læsæ Magestatis per Accusationem, Inquisitionem, seu Denunciationem, summariè & de plano sine strepitu & figura judicii, prout vobis Commissariis nostris antedictis videbitur expedire, solâ Facti veritate inspectâ, ac Appellatione remotâ, cum cujuslibet Pœnæ sive Cohertionis legitimæ in hac parte plenariâ Potestate,

Cæteráque omnia & singula quæ ad Officium prædictum pertinent & pertinere debent Faciendum, Excercendum, Expediendum, & Exequendum, assumpto vobis in Actorum vestrorum Scribam aliquo fideli Tabellione qui singula conscribat Acta in præmissis Negotiis, Tenore Præsentium, Committimus Vices nostras,

Volumus etiam & Deputamus Dilectum & Fidelem nostrum *Thomam Grey* Militem in hac vice Vicemarescallum nostrum, & quòd præfatis Viceconstabulario & Commissariis associetur & assistat judicialiter in Præmissis,

Mandantes *eidem Thome* Præsentium per Tenorem quòd omnia, quæ ad Officium Vicemarescalli pertinent facienda, faciat & exequatur, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Rege Scotorum, cum Mille Personis in Comitiva sua.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Scot. 22. E. 4. m. 5.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare constitutis, ad quos &c. Salutem.

Cùm inter Christianæ Religionis Principes saltem Majores nil Amicitiæ observantiâ præstantius, amabilius, copulatius, quæ sit quâ eorum Jura tutantur & conservantur, suísque Ditionibus Subditi Locupletiores efficiuntur, & Immanissimi Barbari Thurcique Christi Inimicissimi faciliùs expugnantur,

Nec equidem Epistolis Internunciisve ipsa Amicitia ita copulata efficitur, sicuti cùm Principibus coram celebratur & Celebrata firmatur,

Et quia Potentissimus *Scotorum Princeps*, Confrater Consanguineúsque noster carissimus, cum quo & Affinitate & Amicitiæ Fœdere connexi fuerimus, *Ambianis* Peregrinatum ire Sancti *Johannis Reliquas* Visu rus prope-diem duxerit,

A. D. 1482. Sciatis quòd Nos, cùm nil optatius quàm ipsum *Confratrem* nostrum hoc in Regno visere, eique pro viribus morem gerere corámque loqui, & pro utriúsque nostrûm nostrorúmque Regnorum Subditorum Commodo ut maturiùs tractare valeamus, ex mero motu & certâ Scientiâ nostrâ suscepimus in salvum Commeatum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, eundem Illustrissimum Principem Confratrem & Consanguineum nostrum *Jacobum*, Divinâ etiam Gratiâ, *Scotorum Regem*, cum Mille Viris sive Servientibus, vel infra, in ejus Obsequio, Familiâ, Comitáve Armatis vel non Armatis (cujuscúmque Gradûs, Ordinis, Nationis, seu Conditionis existant) in Regnum nostrum Angliæ, per Terram, Mare, vel Aquas dulces & recentes, equestrè vel pedestrè, cum Equis, Hernesiis, Bogeis, Jocalibus, Moneta, Auro Argento monetato sive non monetato, Literis & Scripturis clausis & apertis, aliis Rebus & Bonis suis quibuscúmque, salvò & securè Veniendo, ibidem Morando, Perhendinando, Peregrinando, & Conversando, ac totiens quotiens ei visum fuerit expedire, equestrè vel pedestrè, per Terram,

A. D. 1482. Edw. 4. Terram, Mare, vel Aquas dulces, durante præsenti salvo Conductu nostro, Repatriando, Revertendo, & Redeundo, per quoscúmque Portus nostræ Ditionis, absque Impedimento vel Arestamento, propter quæcúmque Debita, Offensas, Treugarum Infractiones, Obsidia, Finantias, Quæstiones, ac Querelas quascúmque ante Datam Præsentium, quibuscúmque Personis quavis ratione spectantia, & Literis etiam Marquæ, Contromarquæ, Reprisaliarum Debiti, Compoti, vel Conventionis, ac aliis motivis non obstantibus quibuscúmque;

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsum Confratrem & *Consanguineum nostrum*, cum Viris sive Servientibus suis prædictis, in Regnum nostrum prædictum in forma prædicta, cum Equis, Hernesiis, Bogeis, Jocalibus, Moneta, Auro, Argento monetato sive non monetato, Literis, Scripturis, Bonis, & Rebus suis quibuscúmque prædictis, salvò & securè, ibidem Morando, Perhendinando, Peregrinando, & Conversando, ac totiens quotiens eis visum fuerit expedire, equestrè vel pedestrè, per Terram, Mare, & Aquas dulces, durante præsenti Salvo Conductu nostro, in formâ prædictâ, Repatriando, Revertendo, & Redeundo, cum ea qua decet Reverentia, Recipiatis, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis, A. D. 1482. Edw. 4.

Non inferentes ei, aut ejus alicui Servientum, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen;

Et si quid ei, seu ejus alicui Servientum Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id ei & ejus cuilibet Servientum sine dilatione debitè Corrigi & Reformari faciatis;

Concedimus insuper & Volumus, licet per aliquem aliquósve quoscúmque & quotcúmque dictorum Virorum sive Servientum ejusdem *Confratris nostri*, ad hujus nostri Salvi Conductûs Forisfacturam, aliquod Actum, Gestum, sive Perpetratum fuerit, quòd iste Salvus Conductus noster quoad eundem *Consanguineum nostrum*, & cæteros prædictos Viros sive ejus Servientes, non eo minus in suo Robore maneat & Effectu.

In cujus &c. per Biennium duraturas.

Teste Rege apud *Oburn* Vicesimo tertio Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Matrimonio pro Sorore Regis Scotorum.

A. D. 1482. An. 22. E. 4. Ibid. m. 6.

REX universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm inter Excellentissimum & Potentissimum Principem Fratrem & Consanguineum nostrum Carissimum *Jacobum*, Dei gratiâ, *Scotorum Regem*, ex una, *Nosque*, ex altera Partibus, nonnulla Colloquia & Internuncia superioribus Diebus intervenerunt, de & super Fœdere Matrimoniali inter Illustrissimam Dominam Consanguineam nostram carissimam *Margaretam Sororem Germanam ipsius Fratris nostri*, ac prædilectum Consanguineum nostrum *Antonium Comitem de Ryvers Dominum de Scales*, per Dei Gratiam contrahendo,

Nos,

Volentes Negotium hujusmodi debitum & felicem sortiri Effectum,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Reverendi in Christo Patris *Johannis Roffensis Episcopi* Custodis Privati Sigilli nostri, ac Prædilecti nostri *Edwardi Widevile* Militis, pleniùs confidentes, A. D. 1482.

Ipsos nostros veros Commissarios, Oratores, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Oratoribus, Commissariis, & Nunciis nostris Potestatem generalem & Mandatum speciale, Nomine nostro, & pro Nobis, cum Honorabilibus Viris, Magistro *Alexandro Inglysfh* Decano Dunkeldensi, & *Lyon Armorum Rege*, Ambaxiatoribus Oratoribus, & Commissariis præfati *Fratris nostri*, de & super Negotio hujusmodi Matrimoniali Tractandi & Communicandi, Advisamentum, Consilium, & Consensum nostrum ad Perfectionem ejusdem Matrimonii Adhibendi & Præstandi,

Promittendíque & Nos Obligandi ad Procurandum, quantum in Nobis est, quòd *dictus Comes* præfatam *Dominam Marga-*

A. D. 1482. Edw. 4. *Margaretam* legittimè ac cipiet in Uxorem, Terrásque ad valorem annuum qualis inter Partes prædictas poterit concordari, pro Dotalitio *ejusdem Margaretæ* assignabit, & de eisdem ipsam aut alias Personas, de quibus præfato *Fratri nostro* videbitur, juxta Consuetudinem Regni nostri Angliæ, ad usum ejusdem *Dominæ Margaretæ* Infeodabit,

Et, pro majori Securitate Dotalitii hujusmodi, Promittendi Nomine nostro, Nosque firmiter Obligandi, quòd Literas nostras Patentes, de & super Dotalitio hujusmodi dabimus in bonâ & sufficienti formâ Tempus & Locum Solempnisationis Matrimonii ejusdem, Expensis nostris faciendas, intra Fines Regni nostri Angliæ, cum omnibus exinde dependentibus Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum de se magis exigant speciale; A. D. 1482. Edw. 4.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, habituros Nos Ratum & Gratum quidquid pro Nobis & Nomine nostro, per dictos Commissarios & Oratores nostros, Dictum, Advisatum, Provisum, Gestum, Scriptum, Actum, Appunctuatum, Concordatum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Ypoteca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

☞ *De Ambassiatoribus Ducis Albaniæ.*

A. D. 1483. An. 22. E. 4. Ex Autogr.

UNIVERSIS ET SINGULIS, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, *Alexander* DUX *Albaniæ*, COMES *Marchiæ*, *Marre*, & *Garioch*, DOMINUSQUE *Vallis Anandiæ*, &c. Salutem.

Sciatis me,

Confisum de Fide, Legalitate, & Fiduciâ, Nobilium Dominorum, *Archebaldi Comitis Angusiæ*, *Domini Douglas*, & *Abirnethy*, *Andreæ Domini le Gray*, & *Jacobi Liddale* de Halkerston Militis, meorum Consanguineorum & Conciliariorum prædilectorum,

Fecisse, Constituisse, & Ordinâsse, necnon, Præsentium Tenore, Facere, Constituere, & Ordinare eosdem, meos Consanguineos & Conciliarios prædilectos, meos indubitatos & solempnes Ambassiatores, Commissarios, ac Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes dictis meis Ambassiatoribus & Commissariis, ac eorum Duobus, conjunctim, meam plenariam Potestatem, Facultatem, & Mandatum speciale,

Ad Communicandum, Tractandum, Concludendum, Indentandum, & Sigillandum cum Serenissimo & Potentissimo Principe *Edwardo Rege Angliæ*, ea quæ inter suam Serenitatem inclitam & Me, apud Castrum de Fothringahame Communicata, Tractata, & Acta fuere, A. D. 1483.

Ac omnia alia & singula Faciendum, Appunctuandum, Concludendum, & Sigillandum, quæ pro sui incliti Status, suorúmque Hæredum & Successorum, ac mei meorum Hæredum & Successorum, alto Honore communique Felicitate & Utilitate expedientia pro perpetuo videbantur & oportuna;

Promittens Me Juramento solempni ac Fide optimâ Ratum & Gratum, Firmúmque Stabile habere & habiturum totum & quicquid dicti mei Ambassiatores & Commissarii cum memorato Principe & Rege Inclitissimo, pro Se, Hæredibus, & Successoribus suis, ac pro Me, Hæredibus, & Successoribus meis imperpetuum commodè duxerint Concludendum & Sigillandum.

Dat. sub Sigillo meo apud *Castrum de Dunbar* Duodecimo Die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo secundo.

Sub Sigillo præfati Ducis de cerâ rubeâ pendente a duplici eaudâ Pargamena.

De

De Communicando & Tractando cum præfatis Ambassiatoribus.

A. D. 1483. An. 22. E. 4. Scot. 22. E. 4. m. 3.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fide, Legalitate, & Fiduciâ, Carissimi & Fidelis Consanguinei nostri *Henrici Comitis Northumbriæ*, Prædilecti & Fidelis nostri *Johannis Domini de Scrope*, ac Dilecti & Fidelis nostri *Willielmi Parre* Militis, Consiliariorum nostrorum, plenissimè confidentes,

Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, necnon, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus, & Ordinamus eosdem, *Henricum*, *Comitem*, *Johannem*, & *Willielmum*, nostros veros, indubitatos, & solempnes Procuratores, Oratores, Commissarios, & Nuncios speciales;

Dantes & Concedentes eisdem, aut Duobus eorum, plenam Potestatem, Facultatem, & Mandatum speciale, ad Communicandum, Tractandum, Concludendum, Indentandum, & Sigillandum cum Nobilibus Viris & Dominis, *Archibaldo Comite Angusiæ*, *Andrea Domino le Gray*, & *Jacobo Liddale* de Halverston Milite, Ambassiatoribus & Commissariis Prænobilis & Potentis Principis Carissimi Consanguinei nostri *Alexandri Ducis Albaniæ*, de & super Tractatis & Actis inter *Nos* & *præfatum Ducem* in Castro nostro de Fodering-gay, A. D. 1483

Ac omnia & singula Faciendum, Appunctuandum, Concludendum, & Sigillandum, quæ pro utriúsque Nostrûm Statûs Hæredúmque & Successorum nostrorum alto Honore, communíque Felicitate & Utilitate, expedientia pro perpetuo videbuntur & oportuna;

Promittentes Ratum & Firmum pro perpetuo Nos habituros quicquid dicti nostri Oratores, Procuratores, & Commissarii, cum memoratis Ambassiatoribus, in Forma præmissa, commodè duxerint Concludendum & Sigillandum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono Die Februarii.

Per ipsum Regem.

Conventiones cum Duce Albaniæ.

A. D. 1483. An. 22. E. 4. Ex Autogr.

THIS INDENTURE, MADE at Westminster by London the elevenith Day of February, in the Yere of oure Lord God, after the accompting of the Church of England, M. CCCC. LXXXII. BITWENE the Right Noble Lordis, *Henry Erle of Northumbreland*, *James Lord Scrope*, and Sir *William Parre* Knight of the Gartier, Counsaillours, Proctours, Oratours, and Commissaries of the moost High and Excellent Prince *Edward*, by the Grace of God, *King of England and of France*, *and Lord of Ireland*, by vertue of Lettres of Commission and Procuracye under the Grete Seale of the saide King to theim Gyven, whereof the Tenour is insert at thende of thies present of the oo syde, and the Right Noble Lordis, *Archibald Erle of Angnyse*, *Andrew Lord Grey*, and Sir *James Lyddall* Knight, born and enherited within the Reaume of Scotland, Embassadours, Proctours, and Commissaries of the High and Mighty Prince *Alexandre Duc of Albanye*, within the saide Reaume of Scotland, by vertue of othre Lettres of Commission, under the Seale of the *saide Duc*, to theim made, wherof the Tenour is also insert at th'end of these Presentes, Treting and Appoincting with the Kingis saide Commissaries, as wele for their owne propre Interresse, as for the Part of the *saide Duc* and his Friendis and Wele-Willers, of the othre syde, Berith WITNESSE that it is Agreed bitwene the Commissaries of bothe sidis before named, for and in the Names of the saide Princes leiyng to gidre the Interesse aforsaide, in Maner and Fourme, and upon the Articles and Matiers that folowen. A. D. 1483.

FURST, it is Appoincted, Covenanted, Accorded, and Concluded bitwene the said Commissaries, that from this Daye fourth shal be good Amitie, Love, Favour,

A. D. 1483. Edw. 4. Favour and Friendly Intelligence bitwene the moost Excellent Prince *Edward King of England and of France* of the oo side, and the High and Mighty Prince *Alexander Duc of Albanye* of the Reaume of Scotland, on the othre side; so that bothe the saide Princis shall eithre to othre gyve all the convenient Assistence, Aide, and Supplie that they can or may to the upholde, mayntevne, and encreace of their both Estatis against alle Persones that wolde attempte the contrarye.

Item, that bitwene the Subgittis, Lovers, and Wele Willers of eithre Prince dwelling within the oo Reaume or the othre, shal be from this Day fourth, and now by thies Presentis is made, contracted, appoincted, and accorded werrey true, lawfull, and assured Treux and Abstinence of Werre for oon hool Yere by Land and Fresh Waters; Provided alwey, that the saide Subgittis, Lovers, and Wele Willers of the *Duc of Albanye*, be playnly and certainly Declared in Writing, to be sent unto the bothe Wardeyns of England toward Scotland from the said *Duc*, under his Seale, by the last Day of Marche next to come; and that suche Persones as wille not take the Parte of the *saide Duc*, namely, dwelling nigh the Marches of England, be also expressely Named and Certefied in the saide Writing, to th'entent that such Advantage may be taken against theim as shall be behoveful for the Partie of bothe Princes.

Item, it is Appoincted, Covenaunted, and Accorded, that during the tyme of the saide Treux and Abstinence of Werre, if any Persone or Persones belonging to the oone or the othre of the Parties aforsaide doo or attempte by wey of Fete, Hostilitie, Robberye, or othrewise any thing contrary to the Wele and Prouffit of any of the othre Partie, that Restitution and Amendis shal be made unto the Harme takers of and upon the Goodis and Persones of suche as have doon it with as good maner and diligence as it hath been at eny tyme best used, when Treux have be kept bitwene both Reames; for th'execution wherof to be truely and surely doon, *th'Erle of Northumbreland* for the Partie of England, and *th'Erle of Anguyse* for the Partie of Scotland, have promysed to put theim for this next Yere in their effectuell Devoires, as toching th'Est and Middle Marches of bothe Reaumes; and as for the West Marches, it shal be practized that my *Lord of Gloucestre* for England, and my *Lord of Albany* for Scotland, shall assure eche othre by their Writing to doo the same. A. D. 1483. Edw. 4.

Item, the saide Embassadeurs of the *Duc of Albany* Promitte and Oblige the *saide Duc*, their Maister by thies Presentes to Entende dailye during the saide Treux, and after if nede be, to the Conquest of the Corone of Scotland, to his propre use, soo and in suche wise that therby he ande alle the Nobles of Scotland, taking his parte, may doo the *King of England* and his Heires grete and mighty Service against the Occupiours of the Coronne of Fraunce.

Item, that the *King of England* assisting the *said Duc* in that Quarell, and helping him with resonnable Nombre of Men and Goodis to the Conquest of the saide Coroune of Scotland, the *saide Duc* shall never leve that opinion for eny Offre or Trety that can be made unto him of the Partie of *James* that now occupieth the Coroune there, or eny of his Issue, nor Lyve under the Ligeaunce of any of theim.

Item, the said Embassadeurs of the saide *Duc of Albanye*, all three of theim, as thei be named before, have Promised and Obliged theimself by their Feithes, Honneurs, and Knighthod, that in Case, that God forbede, the *saide Duc* and his Heires of his Body Deceasse, in what maner or way that ever it happen, than they and all othre that they may cause withoute Fraude or Male Engin, shall never Live undre the Ligeance of eny othre Prince, but oonly of the *King of England*, he being their goode and gracious Prince, Helping and Rewarding theim for their Services after their Degrees and Desertis; and that they shall kepe their Castell, Houses, and Strengthes from *James* now *King of Scottis* and his Succession at alle their Powers, and against alle th'Enemyes of the *King of England* aforsaid.

Item, the saide Ambassadeurx have Promiled in the Name of the *saide Duc*, and therto by thies Presentis they have him Bounde and Obliged, that incontynent upon the taking of the saide Coroune of Scotland, and at the ferrest within forty Dayes therafter, he shall cause and make the Ligue that is bitwene France and Scotland to

A.D. 1483. to be utterly Broken and Adnulled, and never that nor noon othre like to be Made ne Observed by him nor his Suhgittis.
Edw. 4.

ITEM, that forthwith that doon he shall Declare Himself and his Heires all the Nobles and Commones of that Land being and to be under his Obeissaunce for the *King of England* and his Heires against alle Princes being Adversaries to the King or Realme of Englande, and namely against the Occupiours of the Coroune of Fraunce; bindyng himself, his Heires, and Nobles aforesaid, to doo Service of Werre against the saide Occupiours at alle their Powers and propre Costes, whensoever therto they shal be required by the *King of England* for the tyme being, unto the final Conquest of the Reaume of Fraunce unto the Oheissaunce of the King of England.

ITEM, the saide Ambassadeurs have in the Name of the *saide Duc*, and also in thair propre Names, and in the Names of all their Friendis, Promysed that neithre hy the *saide Duc*, nor his Heires, nor any othre holding their part, shall be any question made herafter, nor Title pretended to the Town and Castell of Berwyk, but that the *King of England* shall mowe peassibly enjoy the saide Towne and Castell at his good Wille and Pleasure.

ITEM, the saide *Dukes Embassadours* have promised in the Dukis Name, and also in the Names of Theimself and their Friendis, that whansoever it shall please the *King of England* to Write unto the *Duc of Albanye*, for Restitution of *James Erle of Douglas* unto his Landis, within the Realme of Scotland, they shall provide and see that he be incontynent therunto Restored according to such Convention as hath been made at this tyme bitwene *th'Erle of Angnyse* and *Him*, and also hitwene *Him* and the saide *Embassadeurs*.

ITEM, that the *Duc* being King and at Fredom of Mariage, shall take oon of the Kingis Doughters in Mariage, withoute any Charge to be borne hy the King.

ITEM, the Commissaries of the *King of England* aforesaide, in Consideration of the Offeres afore reherced, have, for and in the Name of the *King of England*, their Souveraign Lord, Promysed and Graunted, that the *King of England* will and shall Helpe and Assiste the saide *Duc of Albanye* to the Conquest of the Coroune of Scotland, and for that entent sende in alle goodly haste his Brothre the *Duc of Glocestre*, his Cousin *th'Erle of Northumberland*, Wardeins of the Marches toward thoos Parties, they alwey to be redy upon conveyent Warnyng, to gif and sende such Aide of Archiers and othre Warrely Men *to the Duc*, for th'entent abovesaid, as shall be thought necessary for the Season; and namely to the Nombre of three thousand Archiers, Soulded and Paied at the Kingis Charge for six Wekis; and in cas there happe a grete Day of Rescus of *the Duc*, or eny othre necessary Defense for him to be Appoincted, *the King* will see that *the Duc* be Assisted and Helped by suche a Notable Armee joyned to his Friends, as with Goddis Grace shall suffise.
A. D. 1483. Edw. 4.

Alle which Thingis and Articles so agreed and accorded in maner and fourme above expressed, We Embassadours, Proctours, and Commissaries of the saide High and Mighty Prince *the Duc of Albanye* our Master afore-named, as wele for oure owne Interesse, as by vertue of oure Commission, Promitte in gode Feith in the Name of the same *Duc*, and also in oure owne Names, that both the said *Duc* oure Master and We shall holde, kepe, and observe in alle Poyntis as ferre as they touche and concerne the *saide Duc* and *Us* joyntly or severally.

The Tenours of the Commissions wherof is made mention before be suche as folowe,

Universis & singulis ad quorum Notitias præsentes Litteræ pervenerint, *Alexander Dux Albaniæ, Comes Marchiæ, Marr, & Garyeth, Dominusque Vallis Annandiæ, &c. ut supra in Literis Dat. sub Sigillo meo apud* Castrum de Dumbar *Duodecimo Die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo secundo.*

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fide, Legalitate, & Fiducia Carissimi & Fidelis Consanguinei nostri, *&c. ut supra in Literis Datis nono Die Februarii.*

IN WITTENESSE wherof We the saide Ambassadeurs, Proctours, and Commis-

A. D. 1482. Ed. 4. Commissaries of the *saide Duc of Albanye* oure Maister, have made thies Presentes, to de delivered to the saide Oratours, Proctours, and Commissaries of the saide *King of England*, subscribed with oure Names and Signes Manuells, and set to our Sealles at the said King of England's *Palois at Westminster* the eleventh Day of February the Yere of oure Lord God above writen.

A. ERL of ANGUS.
ANDREW LORD GRAY.
JAMES of LIDDAL KNIGHT, &c.

Sigillis suis ceræ rubræ a duplici cauda Pergamenæ pendentibus.

Scedula adfixa.

WE *Archibald Erle of Anguyse, Andrew Lord Grey, James Liddal* Knight, Embassadeurs, Proctours, and Commissaries of the High and Myghti Prince *Alexander Duc of Albanye* of the Reaume of Scotland, Protest and Declare, by this present Writing, sealed and subscribed with our Hondis, that how be it certain Endentours be passed this Daie, that is to say, the eleventh Daie of February in the Yere of oure Lord God, after the Computation of the Churche of England, One thousand, Four hundred, Eighty two, bitwene Us and certain Commissaries of the Right High and Excellent Prince *Edward King of England*, concernyng certain Articles of Amytee and Abstinence of Werre, with othre Conventions expressed in the same Endentours, bitwene the said Prince, their Subgettis, Lovers, and Wele Willers, dwelling within the oo Reaume and the othre, hit is not, ne hath not be the mynde ne entent of the said Commissaries, uor of Us in Treting, Concluding, and Sealing the said Matiers, that any Innovation shuld be made on the Partie of Scotland, as touching the Reparation of Cawemylles and Blakaters Towre, nor of Bylding of eney Fortresse of Lyme and Stone, ne of Inhabiting of Scottissh Men nye the Botdures of England, otherwise than thei do at this Daie, without a more speciall Communication and Tretie therupon be had aud taken herafter bitwene the said Princes, by the Advise and Assent of the Wardeins of the Marches of eithre Partie; but that as touching the Reparation Bilding and Inhabiting aforsaid, all thing stond as it doth at this Daie, the said Endentures in eny wise notwithstanding; Provided alwey that the Tennants and Servants of the said *Duc of Albanye*, and of *th'Erles of Douglas* and *Anguyse*, such as shal be by theim certified by the last Daie of Marche next to come, to the both Wardeins of th'Englissh Partie, may saufly and surely abide upon their Londis, and Occupie the same during the said Treux and Abstinence, and that alle suche Landis as be Occupied at this Daie by suche Persones as be under the Protection of my *Lord of Gloucestre*, remayne Peasible unto the said Persones, withoute any thing to be attempted to the contrary by them of the Partie of the said *Duc of Albanye* during the said Abstinence.

A. D. 1483. Edw. 4.

Yeven at *Westminster* the Yere and Day above expressed.

De Protectione pro Jacobo Comite Douglas.

A. D. 1483. An. 22. E. 4. Franc. 22. E. 4. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Ob certas notabiles & urgentes Causas & Materias Nos tangentes, Dilectum & Fidelem nostrum *Jacobum Comitem Douglas* ad Partes Scotiæ, pro Defensione Regni nostri Angliæ, contra Inimicos & Rebelles nostros ibidem, destinare & intendimus transmittere,

Hinc est quòd,

De gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ scientiâ & mero motu nostris, Securitati & Quieti *ipsius Jacobi*, dùm sic in Partibus illis super Defensione prædictâ moretur, pro Indempnitate suâ, & nè illi aliqua Violentia, Arestum, Destrictio, Imprisonamentum, vel aliquod aliud Detrimentum, occasione alicujus Debiti, Transgressionis, Conspirationis, vel alicujus alterius Contractûs, Placiti realis sive Personalis, seu Condempnationis ipsius *Jacobi*, occasione Præmissorum, seu alterius rei cujuscúmque ad Sectam alicujus de Populo nostro versus *ipsum Jacobum* ante hæc tempora attempiata, habita, sive mota, seu impostèrùm, durante præsenti Prote-

A. D. 1483.

ctione

A. D. 1483. Edw. 4. ctione nostrâ habenda seu movenda inferatur, prout nostræ Regiæ convenit prærogativæ, gratiosè prospicere volentes, ut tenemur,

Suscepimus *præfatum Jacobum*, seu quocúmque alio Nomine sive Cognomine censeatur, Homines, Tenentes, Servientes, Attornatos & Deputatos suos, Terras, Tenementa, Res, Redditus, & omnes Possessiones suas, necnon Bona & Catalla sua quæcúmque in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales,

Nolentes quòd ipse ad Prosecutionem alicujus, de Populo nostro prædicto, occasione alicujus Contractûs, Debiti, Transgressionis, Conspirationis, Actionis, Placiti realis & personalis seu mixti, aut Condempnationis *ipsius Jacobi*, aut aliquarum Sententiarum vel Querelarum per *ipsum Jacobum* alicui de dicto Populo nostro factarum, durante præsenti Protectione nostra, per Nos vel Hæredes nostros, Justiciarios, Escaetores, Vicecomites, Majores, Locumtenentes, Ballivos, Senescallos, Constabularios, Castellanos, Præpositos, Officiarios, seu alios Ministros nostros quoscúmque, vel aliquem eorumdem, tàm infra Regnum nostrum Angliæ quàm alia Dominia nostra ubicúmque constitutos, Arestetur, Inquietetur, Vexetur, Perturbetur, seu in Prisonâ Detineatur, aut per Terras, Res, Redditus, vel Bona & Catalla sua quæcúmque, aliqualiter Districtingatur,

Set quòd interim sit Quietus de omnibus & singulis Placitis & Querelis, & quòd nullus Terras, Tenementa, nunc in Possessione ipsius *Jacobi* existentia, quoquomodo ingrediatur; aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, in contrarium factis sive ordinatis, non obstantibus; A. D. 1483. Edw. 4.

Damus autem universis & singulis Justiciariis nostris, Vicecomitibus, Majoribus, Locumtenentibus, Ballivis, Senescallis, Constabulariis, Castellanis, Præpositis, Officiariis, & omnibus aliis Ministris nostris prædictis, tàm infra dictum Regnum nostrum Angliæ quàm alia Dominia nostra ubicúmque constitutis, & eorum singulis Locumtenentibus, tàm infra Libertates quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd ipsum *Jacobum*, Homines, Tenentes, Servientes, Attornatos & Deputatos suos prædictos ab omni Actione, durante dictâ Protectione nostrâ, sine Impedimento, Impetitione, Aresto, Vexatione, vel Gravamine, salvò & securè Ire, Morare, Accedere, & Recedere permittant, ac ipsum de & in omnibus & singulis Præmissis Manuteneant & Protegant, per tres Annos integros a Data Præsentium duraturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quinto Die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.



CONVENTIONES, LITERÆ, ET ACTA PUBLICA.

Regnante *Edwardo Quinto.*

De Coronatoribus Eligendis.

A. D. 1483. *An. 1. E. 5. Claus. 1. E. 5.*

REX Vicecomiti Surriæ Salutem.

Quia Poteſtas Coronatorum, in Comitatu prædicto, tempore cariſſimi Domini & Patris noſtri *E.* nuper *Regis Angliæ* factorum, per Mortem prædicti Patris noſtri penitùs ceſſat & ceſſatur, Tibi Præcipimus quòd in pleno Comitatu tuo, de aſſenſu ejuſdem Comitatûs, Loco ipſorum Coronatorum, eligi facias alios Coronatores, qui, præſtito Sacramento prout moris eſt, extunc ea faciant & conſervent quæ ad Officium Coronatoris pertinent in eodem Comitatu; & tales eos eligi facias qui melius ſciant & poſſint Officio illi intendere; & Nomina eorum Nobis ſcire facias.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo tertio Die Aprilis.

Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus ſubſcriptis, ſub eadem Datâ; videlicet,

Vicecom. Cumbriæ.
Vicecom. Weſtmerlandiæ.
Vicecom. Northumbriæ.
Vicecom. Lincolniæ.
Vicecom. Notynghamiæ.
Vicecom. Derbiæ.
Vicecom. Warwici.
Vicecom. Leyc.
Vicecom. Bed.
Vicecom. Buks.
Vicecom. Eborum.
Vicecom. Cantebr.
Vicecom. Hunt.
Vicecom. Norht.
Vicecom. Rotel.
Vicecom. Oxon.
Vicecom. Berks.
Vicecom. Glouc.
Vicecom. Staff.
Vicecom. Salop.
Vicecom. Wygorn.
Vicecom. Devon.
Vicecom. Wilteſ.
Vicecom. Somerſ.
Vicecom. Dorſ.
Vicecom. Suthampt.
Vicecom Kantiæ.
Vicecom. Midd.
Vicecom. Eſſexiæ.
Vicecom. Hertf.
Vicecom. Norff.
Vicecom. Suff.

A. D. 1483.

Super

A. D. 1483. Edv. 5.

A. D. 1483. Edv. 5.

Super Intercursu Norwegiæ de Licentia concessa.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Franc. 1. E. 5. m. 2.

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Licet nuper, in Statuto *Henrici Sexti*, nuper de Facto & non de Jure *Regis Angliæ*, Anno Regni sui Octavo tento, edito, Prohibitum sit nè quis Ligeorum nostrorum, propriæ temeritatis ausu, aliqua Regna, Terras, Dominia, Districtus, Territoria, Jurisdictiones, seu alia Loca Regis Daciæ, Norwegiæ, Swegiæ, causâ optinendi vel habendi Pisces aut aliqua quæcúmque Bona seu Mercandisas, præterquam ad Stapulam suam de Norbarne, adire, ingredi, seu intrare præsumat, sub Pœna Forisfacturæ omnium Bonorum suorum mobilium & Imprisonamenti Personæ suæ ad Voluntatem nostram, prout in Statuto prædicto pleniùs continetur,

Nos tamen, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus & Licentiam Dedimus, Dilecto Nobis, *Roberto Alcok*, Mercatori de Kyngeston super Hull, quòd ipse per Se, aut Factores, Attornatos, seu Servientes suos, quandam Navem, Portagii Ducentarum & Quinquaginta Doliorum vel infra, quibuscúmque Bonis & Mercandisis Stapulæ nostræ Calesii minimè pertinentibus, Carcare seu Carcari facere, & dictam Navem sic Carcatam usque Terram Islandiæ, cum Magistro & Marinariis pro Gubernatione & Defensione Navis prædictæ competentibus, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Licentiâ nostrâ, traducere & transmittere, aut traduci seu transmitti facere, & Terram illam in quocúmque Portu seu alio Loco ejusdem ingredi & intrare, ac ibidem morari & Mercandisas hujusmodi vendere, ac alia Bona & Mercandisas quæcúmque ibidem emere, & cum eisdem Navem prædictam recarcare seu recarcari facere, & Navem illam sic Recarcatam in Regnum nostrum Angliæ adducere seu adduci facere possit licitè & quietè, absque impedimento, impetitione, molestatione, seu gravamine quocúmque nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; Statuto prædicto, aut alio Statuto, Actu, vel Ordinatione, in contrarium factis, ordinatis, seu provisis, non obstantibus;

A. D. 1483.

Proviso semper quòd de Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, Nobis pro Bonis & Mercandisis prædictis debitis, fideliter respondeatur, ut est justum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, per Unum Annum duraturas.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Aprilis, Anno Regni nostri Primo.

Pro Duce Bukinghamiæ, de Intendendo.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Pat. 1. E. 5. m. 3. d.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, Fidelitatem, Strenuitatem, & Circumspectionem, prædilecti Consanguinei nostri, *Henrici Ducis Bukinghamiæ* considerantes,

Pro Securitate Personæ nostræ & Regni nostri Angliæ, ac Conservatione Pacis nostræ, necnon Tranquillitate Subditorum nostrorum, in Comitatibus Salopiæ, Herefordiæ, Somersetiæ, Dorsetiæ, & Wiltesiæ habendis & continuandis,

Dedimus & Concessimus, & per Præsentes Damus & Concedimus eidem Consanguineo nostro Supervisionem omnium Subditorum nostrorum, qui nunc sunt & qui imposterùm erunt in Comitatibus illis, ac Potestatem & Auctoritatem ad eos, defensibiliter Arraiatos, juxta discretionem ipsius Ducis, Nomine nostro, pro Negotiis nostris Convocandum & Coadunandum, ac ipsos sic Coadunatos & Arraiatos, Nomine nostro, pro Securitate seu Defensione nostrâ, Regni nostri, vel Partium illarum, aut Conservatione Pacis nostræ, vel aliis Negotiis nostris, ad quemcúmque Locum vel quæcúmque Loca infra idem Regnum nostrum Ducendum seu Mittendum, de tempore in tempus, infra idem Regnum nostrum, juxta discretionem ipsius Ducis,

A. D. 1483.

Et ulteriùs Præcipimus omnibus & singulis Vicecomitibus, Coronatoribus, Ballivis, & aliis Ministris nostris prædictis, ac cuilibet Ligeorum & Subditorum nostrorum in Comitatibus prædictis, qui nunc sunt & qui imposterùm erunt, quòd eidem Duci in ea parte, in Executione hujus Concessionis & Mandati

A.D. 1483. Edw. 5. Mandati nostri, Intendentes sint, Obedientes, & Auxiliantes, sub periculo incumbente.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Maii. A.D. 1483. Edw. 5.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Ordine Militari suscipiendo.

A.D. 1483. An. 1. E. 5. Claus. 1. E. 5. m. 1.

REX Vicecomiti Middlesexiæ Salutem.

Præcipimus Tibi quòd, per totam Ballivam tuam, tàm infra Libertates quàm extra, ubi expedire videris, publicè proclamari facias quòd omnes illi, qui Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs per Annum in manibus suis vel ad eorum usum in manibus Feoffatorum habuerunt, & Milites non sunt, penes Præsentiam nostram, Ordinem Militarem suscepturi, citra Decimum octavum Diem Junii proximò futurum ad ultimum, sub periculo incumbenti accedant,

Et de Nominibus eorum, qui Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs in Ballivâ tuâ habent, diligenter inquiras, & Nos de Nominibus illis in Cancellariâ nostrâ ante dictum Decimum octavum Diem Junii constare facias: Et hoc nullatenus omittas; remittens nobis hoc Breve.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet, A.D. 1483.

London.
Kantiæ.
Surriæ.
Suffexiæ.
Suthamptoniæ.
Wiltesiæ.
Somersetiæ.
Dorsetiæ.
Devoniæ.
Cornubiæ.
Staffordiæ.
Salopiæ.
Herefordiæ.
Wygorniæ.
Glouceftriæ.
Oxoniæ, Berks.
Bedfordiæ, Bukinghamiæ.
Essexiæ, Hertfordiæ.
Cantabrigiæ, Huntingtoniæ.
Norffolciæ, Suffolciæ.
Lincolniæ.
Northamptoniæ.
Rotelandiæ.
Eborum.
Notinghamiæ, Derbiæ.
Northumbriæ.
Westmerlandiæ.
Cumbriæ.
Lancastriæ.
Warrewici, Leycestriæ.

De Cancellario Hiberniæ constituto.

A.D. 1483. An. 1. E. 5. Pat. 1. E. 5. m. 4.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac de Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Dilecti & Fidelis nostri, *Roberti de Sancto Laurentio* Militis, Domini de Houth, pleniùs confidentes,

Dedimus & Concessimus, & per Præsentes Damus & Concedimus *eidem Roberto* Officium Cancellarii nostri Terræ nostræ Hiberniæ, & ipsum *Robertum* Cancellarium nostrum Terræ nostræ prædictæ Constituimus & Ordinavimus, ac per Præsentes Constituimus & Ordinamus,

Habendum, Occupandum, & Excercendum Officium illud per Se vel sufficientem Deputatum suum pro Termino Vitæ ejusdem *Roberti*, cum omnibus Vadiis, Feodis, Regardis, Juribus, Auctoritatibus, Jurisdictionibus, Emolumentis, Libertatibus, Proficuis, & Commoditatibus eidem Officio pertinentibus, ac ab antiquo debitis & consuetis, tàm ampliori modo & formâ, prout aliquis alius in Officio prædicto ante hæc tempora habuit, percepit, sive occupavit, A.D. 1483.

Percipiendo de Nobis indies & annuatim Vadia, Feoda, & Regarda prædicta, de Exitibus, de Proficuis, Reventionibus, & Emolumentis Hanaperii nostri Cancellariæ nostræ, infra Terram nostram prædictam, provenientibus sive crescentibus, per manus Custodis sive Clerici Hanaperii prædicti, vel ejus Deputati pro tempore existentis, ac de

Aaa Exi-

A. D. 1483. Edw. 5. Exitibus, Proficuis, & Reventionibus Manerii sive Dominii nostri de Cromelyn, cum suis Pertinentiis, in Comitatu Dubliniæ, infra Terram nostram prædictam, provenientibus sive crescentibus, per manus Ballivorum, Receptorum, Firmariorum, Præpositorum, Tenentium, sive aliorum Occupatorum ejusdem Manerii sive Dominii pro tempore existentium, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones, necnon de Custumis & Coquettis nostris, de Coriis, Pellibus lanutis, & aliis Mercandisis & Rebus quibuscúmque Custumabilibus in Portubus Civitatis nostræ Dubliniæ & Villæ nostræ de Drougheda, in Terrâ nostrâ prædictâ, provenientibus, per manus Collectorum, Firmariorum, & aliorum Occupatorum eorumdem Custumarum & Coquettorum pro tempore existentium, ac etiam de Feodi Firmâ Villæ nostræ de Drougheda prædicta crescentibus sive provenientibus per manus Majoris, Vicecomitis, seu aliquorum aliorum Officiariorum ejusdem Villæ pro tempore existentium, ad prædicta Festa Paschæ & Sancti Michaelis æquis Portionibus,

Damus autem universis & singulis Officiariis, Ministris, & Ligeis nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis A. D. 1483. Edw. 5. quòd *eidem Roberto*, Officium prædictum per Se vel per hujusmodi Deputatum suum debitè exercendo, Intendentes sint, Respondentes, Obedientes, & Auxiliantes, prout decet; eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo Præmissorum, aut aliquibus aliis Donis seu Concessionibus per Nos *eidem Roberto* ante hæc tempora factis sive concessis, in præsentibus minimè facta existit; aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, sive Restrictione, in contrarium, tàm infra Regnum nostrum Angliæ quàm Terram nostram Hiberniæ prædictæ, ante hæc tempora factis, editis, sive provisis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Menevensi Electo.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Ibid. m. 5. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus Prædilecto & Fideli Clerico *Th. Langton* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Menevensis, simul cum Advocationibus Ecclesiarum, Præbendarum, Capellarum, Cantariarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, in Manibus nostris, per Mortem, bonæ memoriæ, *Richardi Episcopi Menevensis* Vacantis existentium,

Habendam Custodiam prædictam *præfato Thomæ*, a tempore Mortis *prædicti Richardi nuper Episcopi*, absque aliquo Nobis indè reddendo seu Compoto indè faciendo, quamdiu in Manibus nostris remanere contigerint:

Et ulteriùs quòd, quamquam in Parliamento Domini *E. nuper Regis Angliæ*, Progenitoris nostri, apud Westmonasterium tento, de Comuni Consilio ejusdem Progenitoris nostri, inter alia provisum sit & ordinatum quòd omnes illi, qui impetraverint in Curiâ Romanâ Decanatus, Archidiaconatus, Præpositoras, vel alias Dignitates, Officia, Capellas, vel alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, ad Collationem, Donationem, Præ- A. D. 1483. sentationem, vel Dispositionem ipsius Progenitoris nostri, vel alterius Laicalis Patroni de Regno suo spectantia, vel impetrarent, extunc hujusmodi Beneficia, per quæ Dampnum, Præjudicium, vel Impetitio fuerit vel extunc fieri posset eidem Progenitori nostro vel Subditis suis, in Personis, Hæreditatibus, Possessionibus, Juribus, vel Bonis quibuscúmque, aut Legibus, Usibus, Consuetudinibus, Franchesiis, & Libertatibus ejusdem Regni & Coronæ, unà cum omnibus Manutentoribus, Consiliatiis, Abettatoribus, & aliis sibi Auxiliantibus & Fautoribus scientibus, tàm ad Sectam ipsius Progenitoris nostri, quàm Partis seu alterius cujuscúmque de Regno invenientis Plegiam & Securitatem de Prosequendo contra eos, in isto Casu Pœnas, in Statuto prædictas contentas, incurrerent,

Nos tamen,

Ob sinceras Dilectionem & Affectionem quas ad Personam prædicti Consiliarii nostri *Thomæ Langton* Clerici nunc Menevensis Electi gerimus & habemus, considerantésque quòd Bona, Beneficia, necnon Maneria, Terræ, Tenementa, Redditus, & aliæ Possessiones, eidem Episcopatui pertinentia, in tantum diminuta

A. D. 1483. An. 1. Edw. 5. minuta sunt & subtracta, tanquam Dilapidationem patiuntur & Ruinam, quòd idem nunc *Electus*, cùm Gravamen Episcopatûs illius super se assumpserit, Statum & Dignitates suas ac alia Onera eidem Episcopatui incumbentia honorificè, uti debeat, sustentare minimè valeat seu manutenere,

De Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, & ut *idem Electus* Statum, Honorem, & Dignitatem Episcopatûs illius decentiùs & honorificenciùs sustentare valeat & manutenere, Concessimus & Licentiam dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, quòd idem nunc *Electus* Procuratorem seu Procuratores suos usque Curiam Romanam transmittere valeat & destinare, & quòd Ipsi quandam Provisionem, quòd *idem Electus*, postquam in Episcoporum Loci illius fit Consecratus, Ecclesiam Parochialem de Pembrigge Diœcesis Herefordensis, nostri Patronatûs, quam dictus *Thomas* jam tenet, unà cum dicto Episcopatu habere & tenere, & ad Terminum Vitæ suæ in *Commendam* possidere possit, in Curiâ Romanâ apud Sedem Apostolicam, Nomine ipsius *Electi*, Prosequi, ac Literas Apostolicas sibi super hoc fieri impetrari, & eas in hoc Regnum nostrum Angliæ transportare & conducere, ac transportari & conduci facere, ac debitè executioni demandari valeant & valeat, licitè & impunè, absque Impedimento, Perturbatione, Arestatione, seu Gravamine quocúmque nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; A. D. 1483. Edw. 5.

Eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo aut certitudine Præmissorum, seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Thomæ*, per Nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit; vel Statuto prædicto aut aliquo alio Statuto, Actu, sive Ordinatione, indè in contrarium factis, editis, sive ordinaris, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Officio Virgibajuli concesso.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nobilis & Prædilectissimus Dominus *Edwardus nuper Rex Angliæ* Pater noster, Vicesimo Die Julii, Anno Regni sui Undecimo, per Literas suas Patentes, concesserit *Willielmo Evington* OFFICIUM VIRGIBAJULI aliàs dictum VIRGARII, ad Portandum Virgam coram dicto Patre nostro & Hæredibus suis ad Festum Sancti Georgii infra Castrum de Wyndesore, Tenendum annuatim cum Feodis & Vadiis eidem Officio debitis, prout in eisdem Literis Patentibus pleniùs continetur,

Jámque *idem Willielmus* in voluntate existit easdem Literas Patentes in Cancellariam nostram restituere Cancellandas, ad intentionem quòd Nos Officium prædictum *eidem Willielmo* ac Dilecto Servitori nostro *Edwardo Hardgyll* Armigero, uni Hostiariorum Cameræ nostræ, concedere dignaremur,

Nos proinde, bona & gratuita Servitia prædictorum *Willielmi* & *Edwardi* intimè ponderantes, ac pro eo quod idem *Willielmus* easdem Literas Patentes in Cancellariam nostram restituit Cancellandas, Concessimus eisdem *Willielmo* & *Edwardo* OFFICIUM VIRGIBAJULI, aliàs dictum VIRGARII, ad portandum Virgam coram Nobis & Hæredibus nostris ad Festum Sancti Georgii infra Castrum nostrum de Wyndesore annuatim, A. D. 1483.

Tenendum, Habendum, & Occupandum Officium illud præfatis *Willielmo* & *Edwardo*, per Se, vel per sufficientes Deputatos suos, aut sufficientem Deputatum suum, pro Termino Vitæ eorum, & eorum alterius diutiùs viventis,

Percipiendo in eodem Officio Feoda & Vadia, eidem Officio debita & consueta, de Firmis, Exitibus, Proficuis, & Reventionibus, de Dominio sive Manerio nostro de Coldkenyngton in Comitatu Middlesexiæ cum Pertinentiis provenientia, per Manus Firmariorum, Ballivorum, Receptorum, aut aliorum Occupatorum ejusdem Dominii sive Manerii pro tempore existentium, aut per Manus Vicecomitis Comitatûs Middlesexiæ pro tempore existentis, unà cum omnibus Placeis, Mansionibus, Proficuis, & Commoditatibus dicto Officio qualitercúmque pertinentibus sive spectantibus;

Eo quod expressa mentio de vero Valore annuo Feodorum & Vadiorum prædictorum & cæterorum Præmissorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus per Nos aut per dictum Patrem nostrum eisdem *Willielmo* & *Edwardo* & eorum alteri

A. D. 1483. Edw. 5. alteri ante hæc tempora factis, non existit; aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium factâ, non obstante.

In cujus &c.

A.D. 1483. Edw. 5. Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Officio Eleemosinarii concesso.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Ibid. m. 4. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumspectione Dilecti Clerici nostri *Wolteri Felde* pleniùs confidentes,

De Gratiâ nostrâ speciali, ac ex advisamentis Præcarissimi Avunculi nostri *Richardi Ducis Gloucestriæ, Protectoris & Defensoris Regni nostri Angliæ durante Juniori Ætate nostrâ*, ac aliorum Dominorum de Concilio nostro, Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus ipsum *Walterum Magistrum Eleemosinarium nostrum*, ac Officium Eleemosinarii nostri *eidem Waltero* per Præsentes Damus & Concedimus,

Dantes & Concedentes *ipsi Waltero* Potestatem & Auctoritatem faciendi & exequendi omnia & singula quæ ad Officium Eleemosinarii nostri pertinent, in tàm ampla forma prout aliquis alius, Officium illud aliquo tempore prius (?) excercens, ratione ejusdem Officii, fecit seu executus fuerit,

Habendum, Occupandum, & Excercendum Officium prædictum *præfato Waltero* per Se, vel sufficientem Deputatum suum, aut sufficientes Deputatos suos, ad Terminum Vitæ suæ, cum omnibus & singulis Feodis, Vadiis, & Rebus, eidem Officio pertinentibus sive spectantibus,

Et ulterius Damus & Concedimus *eidem Woltero*, ad eundem Terminum Vitæ suæ, omnia & omnimoda Bona & Catalla quarumcúmque Personarum *Felonum de Se*, & cujuslibet Personæ *Felonis de Se*, tàm infra Libertates quàm extra, infra Regnum nostrum Angliæ, inventa & invenienda, forisfacta & forisfacienda, aut Nobis tàm nunc quàm in futurum quovisimodo pertinentia, quàm omnimodas *Deodandas* quæ Nobis infra Regnum prædictum tàm infra Libertates quàm extra pertinent, aut unquam post Primum Diem Regni nostri Nobis pertinuerunt aut pertinere debebunt aut contingent ullo modo, quamdiu *ipsum Wolterum* Eleemosinarium nostrum fore contigerit: A.D. 1483.

Et Volumus & Concedimus *eidem Eleemosinario* nostro quòd benè liceat sibi, aut Deputatis & Servientibus suis, omnia & singula hujusmodi Bona & Catalla *Felonum de Se* & *Deodandas*, ubicúmque inveniri poterunt, tàm infra Libertates, quàm extra, Capere & Seisire, Levare & Colligere,

Ac per Præsentes Assignamus *præfatum Eleemosinarium* nostrum & Deputatos suos, ac eis Auctoritatem Committimus in hac parte, ad Terminum Vitæ *ipsius Wolteri*, ad Inquirendum, de tempore in tempus, viis & modis quibus melius scire poterint, de hujusmodi Bonis & Catallis ac Deodandis, & ad easdem Seisiendum, Capiendum, & Levandum per Se, aut Deputatum suum, aut Deputatos suos sufficientes, ubicúmque infra Regnum prædictum fuerint inventa, tàm infra Libertates, quàm extra, & ad ipsa sic levata & collecta per Se, ubi melius sibi videbitur, pro Nobis in Eleemosinam distribuenda, absque Compoto seu aliquo alio indè Nobis vel Hæredibus nostris reddendo seu solvendo,

Mandamus autem & Præcipimus universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Coronatoribus, Escaetoribus, Constabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Ministris nostris, tàm infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet, Tenore Præsentium, quòd *præfato Eleemosinario* nostro ac Deputatis suis prædictis, in executione Præmissorum, Supportantes sint, Intendentes, Consortantes, Auxiliantes, & Defendentes, sub Periculo quod incumbit.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

4 Pro

Pro Ducissa Burgundiæ.

MEMORANDUM quòd Tertio Die Junii Anno subscripto hoc Breve liberatum fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequendum.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 10. temp. E. 5.

EDward, by the Grace of God, King of Ingland and of Fraunce, and Lord of Irland, to the Right Reverend Fader in God *John Bisshop of Lincoln* our Chaunceller, Greting.

FORASMUCHE as We, of our speciall Grace, and by th'Advyse of oure Derrest Oncle *the Duc of Gloucestre Protector and Defendor of this oure Reaume*, and at the speciall Request and Praier of oure Derrest Awnte *the Duchesse of Bourgoigne*, have Graunted and Yeven Licence unto *Cosliny Wittezoen*, hir Factour and Attourney Berer of these, that he shall mow do lade and to be charged in his Ship, nowe being in oure Porte of Kingeston upon Hulle, Two Hundred Quarters of Otes, which he hath Bought or shall Buye in thoos Parties, to th'Use of oure said Awnte, and that for the same he shall Paye unto Us such Custumes and Dueties, as th'Inhabitants or Merchants of the Towne and Lordship of Camfer in Zeland ben used or owen to Paie in like cas, and noon othre; any Acte, Ordenaunce, or Restreint, heretofore into the contrary had or made, notwithstanding: A. D. 1483.

We therfore Woll and Charge yow that, under oure Grete Seall, ye do make our Letters Patentes in due and effectuell Fourme.

Yeven, under oure Prive Seall, at oure *Towre of London*, the Second Daie of Juyn, the Furst Yere of oure Reigne.

BELE.

De Ordine Militari, ad Coronationem Regis, suscipiendo.

To Otes Gilbert *Squier.*

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Infra Bibl. Harleam b. 18. fol. 227.

TRusty and Welbeloved We grete you wele,

And, by th'Advise of our Derrest Uncle *the Duc of Gloucestre Protectour of this oure Royaume during our Yong Age*, and of the Lords of our Counsell, We write unto you at this tyme, Willing and natheless Charging you to prepare and furnisshe your self to receive the Noble Ordure of Knighthode at our Coronation, which, by Godd's Grace, we entende shal be Solempnised, the *xxii. Day of this present Moneth*, at oure Palays of Westminster, Commaunding you to be here at oure Toure of London four Days afore oure said Coronation, to have Comynycation with oure Commissioners concernyng that mater, not failling herof in any wise, as ye entend to please Us and as ye will answer.

Yeven &c. the v. Day of Juyn.

Semblable Lettres to,

John Speke.
Beaumont.
Edward Courteney.
William Gerraunt.
Thomas Arundell.
William Bolney.
Alexander Cressemere.
John Clopton.
Henry Hayden.
John Wynkefeld.
Christofer Willoughby.
Philip Culthorp.
Bedyngfeld.
Thomas Lowkenore.
William Barkeley.
John Stanley.
Gravile.
William Birmygam.
Thomas Butteler of Beawsey.
John Beron.
William Trowtbek.
Milbourn.
The Lord Dormond.
The Lord Sturton.
Cornewaill Lord of Barford.
Nevill Son and Heir of the Lord Bergevenny.
John Broun of Stamford.
The Lord Grey of Ruthen.

A. D. 1483. Edw. 5.

John Gefford.
William Chenay of Shepay.
Robert White of Southwarne Borrowe.
Gervase Clyfton of Oddisake.
Nicholas Lile.
William Berkeley of Beverston.
Henry Vernon.
Nicholas Mauntgomery.
Grene.
William Ovedale.
William Spy.
Son and Heir of Lord Cobham.
Th. Hamden of Hamden.
Thomas Darcy.
Ranf Langford.
Babyngtan,
Henry Colet Alderman of London.
Kyngeston.
John Pawlet.
Thomas Wyndesore.
John Roger of Ecesolke.

A. D. 1483. Edw. 5.

De Restitutione Temporalium Prioratus de Monte Acuto.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Pat. 1. E. 5. m. 4.

REX Escaetori suo in Comitatibus Somersetiæ & Dorsetiæ, Salutem.

Cùm nuper, vacante Prioratu Apostolorum Petri & Pauli de Monte Acuto, Ordinis Cluniacensis, Bathon. & Wellen. Diœcesis, per Mortem, bonæ memoriæ, Dompni *Johannis Doore* ultimi Prioris ejusdem Prioratûs, Licentiâ nostrâ Regiâ priùs superinde petitâ pariter & optentâ, *Johannes Montagewe* Supprior Prioratûs prædicti & ejusdem Loci Conventus providum & discretum Virum Dompnum *Johannem Water*, Fratrem & Commonachum, de votis & voluntatibus suis in Priorem Prioratûs prædicti, juxta & secundum Jura & ipsius Ordinis Statuta & Consuetudines, debitè Ordinaverint, Elegerint, & Præfecerint, sicut per Literas Patentes *Supprioris & Conventûs*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos eidem *Johanni Water*, in forma prædicta Ordinato, Electo, & Præfecto, nostrum Regium Assensum adhibentes, Fidelitatémque ipsius *Johannis Water* per Dilectum Nobis in Christo *Abbatem de Mochelney* capi mandavimus, ac Temporalia Prioratûs illius, prout moris est, restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Johanni Water* Temporalia Prioratûs prædicti, cum Pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono Die Junii.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Suthampt. & Wiltes.
Escaetori Regis in Com. Devon.
Escaetori Regis in Com. Cornub.
Escaetori Regis in Com. Glouceftriæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Officio Servientis Regis ad Legem concesso.

MEMORANDUM *quòd Decimo quarto Die Junii Anno Regni Regis infrascripti subscripto, istud Breve liberatum fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequendum.*

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 1. temp. E. 5.

EDwardus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Reverendo in Christo Patri *Johanni Lincolniensi Episcopo* Cancellario nostro, Salutem.

Vobis Mandamus quòd Literas nostras Patentes sub Magno Sigillo nostro in forma sequente fieri faciatis.

A. D. 1483.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Concessimus *Rogero Towneshend* Servienti ad Legem ad essendum unum Servientum nostrorum ad Legem,

Ha-

A. D. 1483. Edw. 5. Habendum & Excercendum Officium prædictum quamdiu se benè gesserit, Capiendo pro eodem Officio talia Vadia qualia ad idem Officium pertinent.

In cujus rei &c. A. D. 1483. Edw. 5.

Dat. nostro sub Privato Sigillo, apud *Turrim nostram Londoniæ*, Duodecimo Die Junii, Anno Regni nostri Primo.

De Provisoribus constitutis.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Pat. 1. E. 5. m. 2.

REX, Dilecto sibi, *Johanni Countes*, Salutem.

Scias quòd Assignavimus Te ad Boves & Multones, pro Expensis Hospitii nostri necessarios & oportunos, ubicumque inveniri poterunt, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, Capiendum & Providendum:

Et ideò Tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in formâ prædictâ; Proviso semper quòd Tu quicquam, colore præsentis Commissionis nostræ, contra formam Statutorum in hujusmodi Casu editorum, non Capias quovis modo: A. D. 1483.

Damus autem &c.

In cujus &c. per Dimidium Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Junii.

Consimiles Literæ diriguntur Personis subscriptis, sub Data prædicta; videlicet,

Willielmo Colles.
Thomæ Hunteley.

CONVEN-

CONVENTIONES, LITERÆ, ET ACTA PUBLICA.

Regnante *Ricardo Tertio.*

De Magno Sigillo Deliberando.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Claus. 1. R. 3. m. 101. d.

MEMORANDUM *quòd Die Veneris Vicesimo septimo Die Junii, Anno Regni* Regis Ricardi Tertii *Primo, circa Horam Tertiam post Nonam ejusdem Diei, in quadam alta Camera juxta Capellam in Hospitio Dominæ* Ceciliæ Ducissæ Eborum, *juxta Aquam Thamisiæ vocatam* Baynarde Castell, *in Temystrete London, idem* Dominus Rex,

In Præsentia,

Venerabilium Patrum,
R. Bathon. & Wellen.
J. Norwicen.
Et P. Exon.
Episcoporum:
Henrici Ducis Buk.
Thomæ Stanley de Stanley *Militis,*
Et Johannis Gunthorp *Custodis Privati Sigilli ipsius Domini Regis,*
Et aliorum plurimorum,

Magnum Sigillum suum Regium in quadam Baga de albo Corio inclusum, & Signeto ipsius Domini Regis *sigillatum, Venerabili Patri* J. Episcopo Lincoln. *deliberavit, quem in ejus Cancellarium tunc ibidem constituit, & ei Custodiam dicti Sigilli sui commisit,*

A. D. 1483.

Idemque Venerabilis Pater Sigillum prædictum de præfato Domino Rege *recepit, & usque ad Hospitium suum in Parochia Sancti Andreæ in Holborn vocatum Vetus Templum London. secum asportari fecit;*

Et Vicesimo octavo Die Junii tunc proximò sequente, circa Horam secundam post nonam, idem Cancellarius Sigillum illud in Baga prædicta sic inclusum, & Signeto præfati Domini Regis, *ut præmittitur, sigillatum, in dicto Hospitio præfati Cancellarii,*

In Præsentia

Roberti Morton *Custodis Rotulorum Cancellariæ præfati Domini Regis,*
Willielmi Morland,
Willielmi Bolton,
Et Ricardi Skypton,
Clericorum,
Et aliorum,

Aperiri, & cùm eo diversa Brevia sigillari fecit;

Deindeque Sigillum illud sub Custodia ejusdem Episcopi Lincolniensis *Cancellarii, Auctoritate Regiâ prædictâ, remansit.*

De Marescallo Angliæ constituto.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 1. m. 18.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, carissimo Consanguineo nostro, *Johanni Howard* Baroni & Domino de Howard, Officium Marescalli Angliæ, ac Nomen, Titulum, & Honorem Comitis Marescalli Angliæ, unà cum omnibus & singulis Officiis, Commoditatibus, Proficuis, & aliis suis Pertinentiis quibuscúmque, tàm in Curiis nostris quàm alibi, eidem Officio Marescalli qualitercúmque spectantibus sive pertinentibus,

Ac etiam Damus & Concedimus eidem *Duci* Officium Marescalli coram Nobis in Banco nostro, ac Officium Marescalli de Scaccario nostro, necnon Officium Proclamatoris Marescalli coram Senescallo & Marescallo Hospitii nostri, ac omnia alia Officia prædicto Officio Marescalli Angliæ pertinentia sive spectantia,

Quæ quidem *Johannes* nuper *Dux Norffolciæ* defunctus tenuit sibi & Hæredibus suis Masculis, de Corpore suo exeuntibus, & quæ tàm per Mortem prædicti nuper *Ducis*, qui sine Hærede Masculo de Corpore suo exeunte obiit, ad manus nostras devenerunt, & in nostrâ donatione existunt,

Habendum & Tenendum præfato *Consanguineo nostro* & Hæredibus Masculis de Corpore suo exeuntibus, de Nobis & Hæredibus nostris, per servitium indè ab antiquo debitum & de jure consuetum imperpetuùm, tàm amplis modo & formâ prout *Johannes* nuper *Dux Norffolciæ* nuper Marescallus Angliæ, vel aliquis alius, vel aliqui alii ante ipsum habuit seu habuerunt, & ea de Nobis seu Progenitoribus nostris quondam Regibus Angliæ tenuerunt;

Et quòd eadem Officia, & omnia alia Officia in quibuscúmque Curiis nostris quæ ad dictum Officium Marescalli Angliæ, retroactis temporibus, aliqualiter pertinuerunt & pertinere consueverunt, ad dictum Officium Marescalli Angliæ integrè remaneant annectantur & uniantur imperpetuùm;

Et quòd ipse & Hæredes sui prædicti dictum Officium Marescalli coram Nobis in Banco nostro, ac dictum Officium Marescalli de Scaccario, necnon dictum Officium Proclamatoris Marescalli coram Senescallo & Marescallo Hospitii nostri quibuscúmque Personis idoneis dare, concedere vel conferre possint liberè & impunè, absque aliquo impedimento nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum quorumcúmque;

Damus etiam & Concedimus per Præsentes eidem *Consanguineo nostro*, quòd ipse & Hæredes sui prædicti Marescalli Angliæ, ratione Officii sui prædicti, habeant, gerant, & deferant, tàm in Præsentia nostra & Hæredum nostrorum quàm in Absentia nostra & Hæredum nostrorum, quendam Baculum aureum ad utrumque finem de nigro annulatum, & cum Signo Armorum nostrorum in superiore fine dicti Baculi, & cum Signo Armorum dicti Ducis in inferiore fine ejusdem Baculi ornatum, licitè & impunè, absque impetitione nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Officiariorum, seu aliorum Ministrorum nostrorum quorumcúmque,

Et ut idem *Consanguineus noster* ut Comes Marescallus Angliæ, juxta dicti Nominis decentiam, & Status sui nobilitatem possit honorificentiùs se habere, dedimus & concessimus, & hac Carta nostra confirmavimus, pro Nobis & Hæredibus nostris prædictis præfato Comiti Marescallo, pro Statu suo Comitis Marescalli manutenendo, Viginti Libras habendas & annuatim percipiendas præfato *Comiti* & Hæredibus suis prædictis imperpetuùm, de Feodi firmâ Villæ nostræ Gippewici, per manus Ballivorum Villæ prædictæ pro tempore existentium ad Terminos Sancti Michaelis Archangeli & Paschæ per æquales Portiones; & hoc, absque Fine & Feodo Nobis in Hanaperio nostro, vel alibi pro præsentibus Literis solvendo seu capiendo;

Eo quòd expressa mentio de vero valore annuo Officiorum prædictorum, seu cæterorum Præmissorum, aut alicujus eorum, aut de aliis donis sive concessionibus eidem *Duci* per Nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta, existit; aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Restrictione, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus &c.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Reformatione Attemptatorum contra Treugas Franciæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 30.

REX Prædilecto & Fideli suo, *Johanni Domino de Dynham*, Salutem,

Cùm pro diversis Spoliis maritimis factis primùm super Navibus, Bonis, & Mercandisis certorum Subditorum nostrorum, per Subditos Regni Franciæ in Portu Boloniæ, ac deindè super duabus Navibus *Philippi de Crevecœur* Domini dez Quordes, per Subditos nostros in Portu nostro Sandewici, nonnulli alii Subditi nostri in variis Locis Regni Franciæ, cum Navibus, Bonis, & Mercandisis suis, capti, arestati, & in carceribus sicuti informamur detenti sint, in præjudicium Treugarum inter carissimum dudùm Fratrem nostrum *Edwardum Regem Angliæ* Defunctum, & Excellentissimum Principem Consanguineum carissimum *Lodovicum Franciæ* captarum & initarum,

Sitque inter dictum *Dominum dez Quordes* & vos communicatum & tractatum de aliquâ Dietâ pro Reformatione Præmissorum, inter Deputatos vestros hincinde in Opido Boloniæ observandâ,

Nos,

Volentes Dietam hujusmodi ad effectum supradictum infallibiliter observari,

Damus & Concedimus vobis, Tenore Præsentium, plenam & liberam Potestatem ac Mandatum generale & speciale per vos seu Deputatos aut Deputandos vestros, cum dicto *Philippo Domino dez Quordes*, suisve Deputatis aut Deputandis, de modo & formâ restitutionis Navium, Bonorum, Mercandisarum, Relaxationisque Arresti Personarum, & aliorum Præmissorum, tàm in Regno Angliæ quàm Franciæ, conveniendi, appunctuandi, concedendi, & finaliter concludendi,

Aliámque Dietam, si oporteat, pro Executione Præmissorum, statuendi & præfigendi,

Cæteráque faciendi, excercendi, & expediendi, quæ pro intertenentia instantium Treugarum, ad Utilitatem Subditorum utriúsque Regni, per ipsorum Principes, ut præfertur, captarum, necessaria videbuntur, seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid Vos aut Deputati seu Deputandi vestri hujusmodi feceritis aut fecerint, eorúmve aliquis fecerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Junii.

Per ipsum Regem.

Super Officio Senescalli, ad Coronationem Regis, de Intendendo.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 1. m. 11.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Johanni Duci Norffolciæ*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De industriâ & circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos ad omnia & singula quæ ad Officium Senescalli Angliæ ad Coronationem nostram pertinent hac vice tantum faciendum & excercendum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini modo & formâ debitè antiquitùs usitatis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Coronatoribus Eligendis.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Claus. 1. R. 3. m. 72.

REX Vicecomiti Cumbriæ, Salutem.

Quia nullus Coronator in Comitatu tuo, ad præsens de Mandato nostro electus existit, ut accepimus, Tibi Præcipimus quòd, si ita est, tunc in pleno Comitatu tuo, de assensu ejusdem Comitatûs, eligi facias tot Coronatores quot infra Comitatum tuum prædictum esse debent & solent, qui, præstitis Sacramentis prout moris est, extunc ea faciant & conservent quæ ad Officium

A. D. 1483. Officium Coronatoris pertinent in eodem Comitatu; & tales eos eligi facias qui melius sciant & possint Officio illi intendere; & Nomina eorum Nobis scire facias.

Ric. 3.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Junii.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Vicecom. Westmerlandiæ.
Vicecom. Northumbriæ.
Vicecom. Lincolniæ.
Vicecom. Notynghamiæ.
Vicecom. Derbiæ.
Vicecom. Warwici.
Vicecom. Leyc.
Vicecom. Bed.
Vicecom. Eborum.
Vicecom. Cantebr.
Vicecom. Hunt.
Vicecom. North.
Vicecom. Rotel.
Vicecom. Oxon.
Vicecom. Berks.
Vicecom. Glouc.
Vicecom. Salop.
Vicecom. Wygorn.
Vicecom. Devon.
Vicecom. Cornub.
Vicecom. Staff.
Vicecom. Buks.
Vicecom. Wiltes.
Vicecom. Somers.
Vicecom. Dors.
Vicecom. Suthampt.
Vicecom Kantiæ.
Vicecom. Midd.
Vicecom. Essexiæ.
Vicecom. Hertf.
Vicecom. Norff.
Vicecom. Suff.
Vicecom. Sussex.

A. D. 1483. Ric. 3.

De Viridariis Eligendis.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ibid.

REX Vicecomiti Northamptoniæ Salutem.

Quia nullus Viridarius in Foresta nostra de Sawecy in Comitatu tuo, de Mandato nostro & Assensu ejusdem Comitatûs, ad præsens electus est,

Tibi Præcipimus, quòd in pleno Comitatu tuo, de Assensu ejusdem Comitatûs, eligi facias tot Viridarios quot in eadem Foresta ab antiquo esse debent & solebant; qui, præstitis Sacramentis prout moris est, extunc ea faciant & conservent, quæ ad Officia Viridariorum pertinent in Foresta prædicta; Et tales eos eligi facias qui melius sciant & possint Officiis illis intendere; & Nomina eorum Nobis scire facias.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Junii.

A. D. 1483.

REX Vic. Norff. Salutem.

Quia nullus Viridarius in Foresta nostra de Whitelwode, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

REX Vicecomiti Northt. Salutem.

Quia nullus Viridarius in Foresta nostra de Rokyngham, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

REX Vicecomiti Hunt. Salutem.

Quia nullus Viridarius in Forestis nostris de Wawbrigge & Sapley *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Pro Episcopo Menevensi, de Custodia Temporalium Concessio.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 1. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus Prædilecto & Fideli Clerico *Thomæ Langton* Custodiam Temporalium Episcopatûs Menevensis, simul cum Advocationibus Ecclesiarum, Præbendarum, Capellarum, Cantariarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, in Manibus nostris, per Mortem, bonæ memoriæ, *Richardi Episcopi Menevensis*, Vacantis, existentium,

A. D. 1483.

Habendam Custodiam prædictam *præfato Thomæ*, a tempore Mortis *prædicti Richardi nuper Episcopi*, absque aliquo Nobis indè reddendo seu Compoto indè faciendo, quamdiu in Manibus nostris remanere contigerint:

Et

A. D. 1483. An. 1. R. 3.

Et ulteriùs quòd, quamquam in Parliamento Domini *E. nuper Regis Angliæ*, Progenitoris nostri, apud Westmonasterium tento, de Communi Consilio ejusdem Progenitoris nostri, inter alia provisum sit & ordinatum quòd omnes illi, qui impetraverint in Curiâ Romanâ Decanatus, Archidiaconatus, Præpositnras, vel alias Dignitates, Officia, Capellas, vel alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, ad Collationem, Donationem, Præsentationem, vel Dispositionem ipsius Progenitoris nostri, vel alterius Laicalis Patroni de Regno suo spectantia, vel impetrarent, extunc hujusmodi Beneficia, per quæ Dampnum, Præjudicium, vel Impetitio fuerit vel extunc fieri posset eidem Progenitori nostro vel Subditis suis, in Personis, Hæreditatibus, Possessionibus, Juribus, vel Bonis quibuscúmque, aut Legibus, Usibus, Consuetudinibus, Franchesiis, & Libertatibus ejusdem Regni & Coronæ, unà cum omnibus Manutentoribus, Consiliariis, Abettatoribus, & aliis sibi Auxiliantibus & Fautoribus scientibus, tàm ad Sectam ipsius Progenitoris nostri, quàm Partis seu alterius cujuscúmque de Regno invenientis Plegium & Securitatem de Prosequendo contra eos, in isto Casu Pœnas, in Statuto prædicto contentas, incurrerent,

Nos tamen,

Ob sinceras Dilectionem & Affectionem quas ad Personam prædicti Consiliarii nostri *Thomæ Langton* Clerici nunc Menevensis Electi gerimus & habemus, considerantésque quòd Bona, Beneficia, necnon Maneria, Terræ, Tenementa, Redditus, & aliæ Possessiones, eidem Episcopatui pertinentia, in tantum diminuta sunt & subtracta, tantamq; Dilapidationem patiuntur & Ruinam, quòd idem nunc *Electus*, cùm Gravamen Episcopatûs illius super se assumpserit, Statum & Dignitatem suas ac alia Onera eidem Episcopatui incumbentia honorificè, uti debeat, sustentare minimè valeat seu manutenere,

De Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, & ut *idem Electus* Statum, Honorem, & Dignitatem Episcopatûs illius decentiùs & honorificentiùs sustentare valeat & manutenere, Concessimus & Licentiam dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, quòd idem nunc *Electus* Procuratorem seu Procuratores suos usque Curiam Romanam transmittere valeat & destinare, & quòd ipsi quandam Provisionem, quòd *idem Electus*, postquam in Episcopum Loci illius fit Consecratus, Ecclesiam Parochialem de Pembrigge Diœcesis Herefordensis, nostri Patronatûs, quam dictus *Thomas* jam tenet, unà cum dicto Episcopatu habere & tenere, & ad Terminum Vitæ suæ in *Commendam* possidere possit, in Curiâ Romanâ apud Sedem Apostolicam, Nomine ipsius *Electi*, Prosequi, ac Literas Apostolicas sibi super hoc fieri impetrari, & eas in hoc Regnum nostrum Angliæ transportare & conducere, ac transportari & conduci facere, ac debitè Executioni demandari valeant & valeat, licitè & impunè, absque Impedimento, Perturbatione, Arestatione, seu Gravamine quocúmque nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque;

Eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo aut certitudine Præmissorum, seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Thomæ* per Nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit; vel Statuto prædicto, aut aliquo alio Statuto, Actu, sive Ordinatione, indè in contrarium factis, editis, sive ordinatis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Julii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Rege & Regina Castellæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 9.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Discretione, & Industriâ, dilecti & fidelis Servientis nostri, *Bernardi de la Forssa* pleniùs confidentes,

Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus *ipsum Bernardum* Oratorem, Procuratorem, Commissarium, & Nuncium nostrum specialem,

Dantes & Concedentes eidem Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimis Principibus *Rege & Regina Castellæ*, Amicis & Consanguineis nostris carissimis, cúmque Gubernatoribus Provinciarum Guipuscoæ & Biscaiæ, ac cæte-

A. D. 1483. Ric. 3. cæterorum Locorum Maritimorum dictis Principibus Subjectorum, de & super observatione Amicitiarum & Confœderationum inter dictorum Principum ex una parte, ac nostros Antecessores ex altera parte quomodolibet initarum, ac super Reformatione Attemptatorum hincinde Tractandi, Communicandi, Conveniendi pariter, & Concludendi,

Dietámque pro firmiori Executione Præmissorum Appunctuandi, Statuendi, & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia fuerint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum pro perpetuo habituros quicquid dictus *Bernardus* nomine nostro fecerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Julii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Duce Britanniæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ibid. m. 30.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, discretione, & industriâ, dilecti & fidelis Servitoris & Capellani nostri Magistri *Thomæ Hutton* Decretorum Doctoris, plenius confidentes,

Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus ipsum Magistrum *Thomam* Oratorem, Procuratorem, Commissarium, & Nuncium nostrum specialem,

Dantes & Concedentes eidem Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe *Francisco Duce Britanniæ* Amico & Consanguineo nostro carissimo, de & super observatione Amicitiarum & Confœderationum, Treugarúmque & Intercursûs Mercandisarum, inter, Clarissimæ Memoriæ, Dominum *Edwardum* nuper *Regem Angliæ* Fratrem nostrum ex unâ Parte, & ipsum *Ducem* ex altera Parte initarum, ac super Reformatione Attemptatorum hincinde Tractandi, Communicandi, Conveniendi pariter, & Concludendi,

Dietámque pro firmiori executione Præmissorum Appunctuandi, Statuendi, & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia fuerint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum pro perpetuo habituros quicquid dictus Magister *Thomas*, Nomine nostro, fecerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Custode Privati Sigilli.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 5. m. 7. n. 47.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Vicesimo septimo Die Junii ultimo præterito, ordinaverimus & constituerimus prædilectum & fidelem Clericum ac Consiliarium nostrum Magistrum *Johannem Gunthorp* Custodem Privati Sigilli nostri, habendum, occupandum, & custodiendum Officium illud quamdiu Nobis placeret, prætextu cujus ipse *Johannes* Officium illud ab eodem Vicesimo septimo Die Junii, hucusque habuerit & occupaverit, atque adhuc habet & occupat,

Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris Dedimus & Concessimus, & per Præsentes Damus & Concedimus eidem *Johanni*, in & pro dicto Officio Custodis Privati Sigilli nostri Viginti Solidos per Diem pro quolibet Die quo ipse Officium illud a prædicto Vicesimo Die Junii hucusque & exnunc, quamdiu idem *Johannes* Officium Custodis Privati Sigilli nostri supradicti excercuerit & occupaverit, & in Officio illo steterit & stabit,

Et pro solutione & contentatione eorum Viginti Solidorum per Diem, videlicet, pro quolibet hujusmodi Die quo

A. D. 1483. Ric. 3. quo idem *Johannes* Officium illud sic exercuerit & occupaverit, excercebit & occupabit, qui se attingunt ad Trescentas sexaginta & quinque Libras in toto per unum Annum integrum,

Concessimus & per Præsentes Concedimus *eidem Johanni* Sexaginta sex Libras, Tresdecim Solidos, & Quatuor Denarios indè habendos & percipiendos annuatim *eidem Johanni* a prædicto Vicesimo septimo Die Junii, de omnimodis Custumis & Subsidiis nostris, & de eorum quolibet, & qualibet indè Parte in Portu Villæ nostræ Sandewici, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus, & crescentibus, proventuris & cresciturís, per manus Custumariorum sive Collectorum eorumdem Custumarum & Subsidiorum ibidem, & eorum cujuslibet, sive eorum alicujus, pro tempore existentium,

Et etiam Sexaginta Libras indè habendas & percipiendas *eidem Johanni* annuatim ab eodem Vicesimo septimo Die Junii, de omnimodis Custumis & Subsidiis nostris, & de eorum quolibet & qualibet indè Parte in Portu Villæ de Pole, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus & crescentibus, proventuris & cresciturís, per Manus Custumariorum sive Collectorum eorumdem Custumarum & Subsidiorum ibidem, & eorum cujuslibet sive eorum alicujus pro tempore existentium,

Et Centum ac viginti Libras inde habendas & percipiendas annuatim eidem *Johanni* a dicto vicesimo septimo Die Junii, de omnimodis Custumis & Subsidiis nostris, & de eorum quolibet & qualibet indè Parte in Portu Villæ nostræ Bristolliæ, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus & crescentibus, proventuris & cresciturís, per Manus Custumariorum sive Collectorum eorumdem Custumarum & Subsidiorum ibidem, & eorum cujuslibet sive eorum alicujus pro tempore existentium,

Et Centum Libras inde habendas & percipiendas annuatim *eidem Johanni* a dicto vicesimo septimo Die Junii, de omnimodis Custumis & Subsidiis nostris, & de eorum quolibet & qualibet indè Parte in Portu Villæ nostræ Suthamptoniæ, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus & crescentibus, proventuris & cresciturís, per Manus Custumariorum sive Collectorum eorumdem Custumarum & Subsidiorum ibidem, & eorum cujuslibet sive eorum alicujus pro tempore existentium, A. D. 1483. Ric. 3.

Ac etiam Decem & octo Libras, Sex Solidos, & Octo Denarios, residuum de dictis Trescentis sexaginta & quinque Libris per Annum habendas & percipiendas annuatim *eidem Johanni* a prædicto vicesimo septimo Die Junii, de omnimodis Custumis & Subsidiis nostris, & de eorum quolibet & qualibet indè Parte in Portu Villæ nostræ de Briggewater, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus, & crescentibus, proventuris & cresciturís, per manus Custumariorum sive Collectorum eorumdem Custumarum & Subsidiorum ibidem, & eorum cujuslibet sive eorum alicujus pro tempore existentium, quamdiu & pro toto tempore quo ipsum *Johannem* in Officio Custodis Privati Sigilli nostri, ut prædictum est, stare contigerit;

Eo quod expressa mentio de aliis Donis sive Concessionibus per nos eidem *Johanni* ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit; aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione quacumque, ante hæc tempora facta, edita, sive provisa, in aliquo non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Tractando cum Commissariis Franciæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 28.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quia super Reformatione eorum, quæ contra vim & effectum instantium Treugarum per Subditos Regnorum Angliæ & Franciæ attemptata hinc inde dinoscuntur, Communicatum & Tractatum extitit de quadam Dieta inter Commissarios utriusque Principis tenenda & observanda,

Nos,

Volentes, quantum in Nobis est, Reformationem hujusmodi debitum sortiri effectum, A. D. 1483.

De Fidelitatibus, Discretionibus, & Industriis, Prædilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Dynham* de Dynham Militis, *Johannis Blount* de Mountjoye Militis, Magistri *Johannis Coke* Archidiaconi Lincolniæ, *Ricardi Tunstall* Militis,

A.D. 1483. Ric. 3. Militis, *Humfridi Talbot* Militis, *Johannis Scott* Militis, & *Thomæ Thwayte* Militis, ac, Dilectorum nobis, *Majoris Villæ nostræ Calesii*, *Johannis Fortescue* Armigeri, *Adriani Whetehill* Armigeri, & *Johannis Fineux*, Consiliatiorum nostrorum, pleniùs confidentes,

Assignavimus, Fecimus, & Constituimus ipsos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros speciales,

Dantes & Concedentes eisdem, Decem, Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum, Potestatem generalem & Mandatum speciale, cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis Consanguinei nostri Franciæ, in eventu præfixæ Dietæ hujusmodi, pro Locis & Temporibus opportunis, de & super viis & modis quibus attemptata hinc inde inter Subditos Regnorum Angliæ & Franciæ debitam Reparationem sortiri valeant, Tractandi, Communicandi, Conveniendi pariter & Concludendi,

Nostrósq; Subditos omnes & singulos, quos Præmissa tangunt seu tangere poterunt, nostris vice & auctoritate, ad Satisfactionem debitam Compellendi,

Citationes, Monitiones, Edicta, & publicas Proclamationes, quibus tàm Dampna facientes quàm Dampnificati ad Compatendum & sua Jura Prosequendum seu Defendendum legittimè admoneri debeant, Decernendi, A.D. 1483. Ric. 3.

Faciendi & Expediendi Testes, Instrumenta, & alia Probationum Genera quæcúmq; Recipiendi, Admittendi, Probandi, seu Reprobandi, ac In omnibus Justitiam debitam Dandi & Ministrandi,

Aliámque Dietam, si oporteat, pro executione Præmissorum Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si illa fuerint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, quòd omnia & singula quæ in Præmissis vel circa ea per dictos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros, Acta, Gesta, seu Procurata fuerint, Rata, Firma, & Stabilita pro perpetuo habebimus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Julii.

Per ipsum Regem.

De Custodia Temporalium Episcopatus Midensis.

A.D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 1. m. 8. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Excellentissimus Princeps Dominus *E. Quartus* Nobilis Frater noster, per Literas suas Patentes, quarum Data est apud Westmonasterium Quintodecimo Die Februarii Anno Regni sui Vicesimo secundo, de Gratiâ suâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu suis Concesserit, Dilecto sibi in Christo, *Johanni Payn* in Theologia Doctori, Priori Provinciali Ordinis Fratrum Prædicatorum in Anglia Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Midensis in Terrâ suâ Hiberniæ, in Manibus suis per Mortem *Willielmi ultimi Episcopi* Loci illius existentium,

Habendam Custodiam prædictam præfato *Johanni* & Assignatis suis, unà cum Advocationibus Ecclesiarum, Præbendarum, Dignitatum, Capellarum, Cantariarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, eidem Episcopatui pertinentium, a tempore Mortis præfati *Willielmi*, & quamdiu Temporalia prædicta in Manibus suis contigerint remanere, absque aliquo Compoto, seu aliquo alio præfato Fratri nostro, vel Hæredibus suis, pro Custodiâ prædictâ Reddendo seu Solvendo, prout in Literis illis pleniùs continetur, A.D. 1483.

Nos de certis Causis, Nos specialiter moventibus, Confirmamus, Ratificamus, & Approbamus dictas Literas præfatis *Johanni* & Assignatis suis esse bonas & efficaces, secundùm formam & effectum superiùs recitatos,

Et de uberiori Gratiâ nostrâ Concessimus, & per Præsentes Concedimus, præfato *Johanni* dictam Custodiam cum cæteris Præmissis a Nono Die Aprilis ultimò præterito, quo Die idem *Frater noster* ab hoc migravit Seculo, & quamdiu dicta Temporalia ac cætera Præmissa in Manibus nostris contigerint remanere,

Habendam sibi & Assignatis suis, absque aliquo Compoto, seu aliquo alio Nobis vel Hæredibus nostris indè Reddendo seu Solvendo,

Eo quod expressa mentio de vero Valore omnium Præmissorum, aut ali-

I cujus

A. D. 1483. cujus indè Parcellæ, aut de aliis Donis sive Concessionibus eidem *Johanni* per dictum Fratrem nostrum aut Nos ante hæc tempora factis in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium factis, editis, sive ordinatis, aliquibusve Donis sive Concessionibus de hujusmodi Vacatione Locumtenenti Terræ nostræ Hiberniæ, aut alicui alii perantea factis,

Ric. 3.

aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ A. D. 1483. quacumque, non obstante.

In cujus &c.

Ric. 3.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Et pro Sex Solidis & Octo Denariis solutis in Hanaperio.

Pro Custode Privati Sigilli.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Claus. 1. R. 3. m. 67.

REX Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum nostrorum in Portu Villæ nostræ Sandewici, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, qui nunc sunt & qui pro tempore erunt, Salutem.

Cùm Nos Sextodecimo Die instantis Mensis Julii, per Literas nostras Patentes, Dederimus & Concesserimus Prædilecto & Fideli Clerico ac Consiliario nostro Magistro *Johanni Guntborp* Custodi Privati Sigilli nostri *Viginti Solidos per Diem*, pro quolibet Die quo ipse Officium illud a *Vicesimo septimo Die Junii ultimò præterito* usque dictum Sextum decimum Diem Julii, & extunc quamdiu idem *Johannes* Officium Custodis Privati Sigilli nostri supradicti excerceret & occuparet, & in Officio illo staret,

Et pro Solutione & Contentatione eorumdem *Viginti Solidorum per Diem*, videlicet, pro quolibet hujusmodi Die quo idem *Johannes* Officium illud sic excerceret & occuparet, quæ se attingunt ad Trescentas Sexaginta & Quinque Libras in toto per unum Annum integrum,

Concesserimus *eidem Johanni Sexaginta Sex Libras, Tresdecim Solidos, & Quatuor Denarios* indè habendos & percipiendos annuatim *eidem Johanni*, a prædicto Vicesimo septimo Die Junii, de omnimodis Custumis & Subsidiis nostris, & de eorum quolibet & qualibet indè Parte in Portu Villæ nostræ Sandewici, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, provenientibus, & crescentibus, proventuris & crescituris, per manus Custumariorum sive Collectorum eorumdem Custumarum & Subsidiorum, ibidem & eorum cujuslibet pro tempore existentium, prout in eisdem Literis plenius continetur,

Vobis Præcipimus quòd eidem *Johanni* id quod ei a retro est, de prædictis *Sexaginta Sex Libris, Tresdecim Solidis, & Quatuor Denariis* annuis, a prædicto Vicesimo septimo Die Junii, & eosdem *Sexaginta Sex Libros, Tresdecim Solidos, & Quatuor Denarios* annuos eidem *Johanni*, exnunc singulis Annis quamdiu ipsum in Officio prædicto stare contigerit, de Custumis & Subsidiis prædictis, de tempore in tempus solvatis, juxta Tenorem Literarum nostrarum prædictarum,

A. D. 1483.

Recipientes a præfato *Johanne*, de tempore in tempus, Literas suas Acquietantiæ, quæ pro Nobis sufficientes fuerint in hac parte, per quas & præsens Mandatum nostrum vobis indè in Compoto vestro ad Scaccarium nostrum, de tempore in tempus, debitam Allocationem haberi faciemus.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Julii.

Consimilia Brevia diriguntur Custumariis sive Collectoribus subscriptis, in Portubus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum nostrorum in Portu Villæ nostræ de Pole, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, &c. ut supra pro Summa Sexaginta Librarum.

Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum nostrorum in Portu Villæ nostræ Bristolliæ, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, &c. ut supra pro Summa Centum & Viginti Librarum.

Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum nostrorum in Portu Villæ nostræ Suthamptoniæ, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, &c. ut supra pro Summa Centum Librarum.

A. D. 1483. Ric. 3. *Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum nostrorum in Portu Villæ nostræ de Briggewater, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus*, &c. ut supra pro Summa Decem & Octo Librarum, Sex Solidorum, & Octo Denariorum. A. D. 1483. Ric. 3.

De Tractando cum Rege & Regina Castellæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 26. RIcardus, Dei Gratiâ, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Discretione, & Industriâ, Dilecti & Fidelis nostri *Bernardi de la Forssa* unius ex Consiliariis nostris pleniùs confidentes,

Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus ipsum *Bernardum* Oratorem, Procuratorem, Commissarium, & Nuncium nostrum specialem,

Dantes & Concedentes eidem Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimis Principibus *Rege & Regina Castellæ*, Amicis & Consanguineis nostris carissimis, cúmque Gubernatoribus Provinciarum Guipuscoæ & Biscaiæ, ac cæterorum Locorum Maritimorum dictis Principibus subjectorum, de & super Observatione Amiciciarum & Confœderationum inter dictos Principes ex una Parte, ac nostros Antecessores, ex altera, quomodolibet initarum, ac super Reformatione Attemptatorum hincinde Tractandi, Communicandi, Conveniendi pariter, & Concludendi, A. D. 1483.

Dietámque pro firmiori Executione Præmissorum Appunctuandi & Præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum pro perpetuo habituros quicquid dictus *Bernardus* Nomine nostro fecerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Super Liga Castellæ Renovanda.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, quædam Liga, Confœderatio, & perpetua Amicitia inter, Illustris memoriæ, Dominum *Edwardum nuper Regem Angliæ & Franciæ* Fratrem nostrum, & Serenissimum Principem *Henricum nuper Regem Castellæ & Legionis* jam Vita functos, ac Regna, Dominia, Jurisdictiones, & Territoria, Ligeos & Subditos suos, Hæredes & Successores suos, & utriúsque eorum, sub certis Modo & Formâ, captæ sint, initæ, & conclusæ,

Ac Nos Ligam, Confœderationem, & Amicitiam prædictas, inter Nos & Illustrissimos Principes Carissimos Consanguineos nostros, *Dominum Ferdinandum Regem* & *Dominam Isabellam Reginam Castellæ & Legionis*, pro Parte nostrâ firmiter teneri & inviolabiliter observari volentes,

Ligam, Confœderationem, & Amicitiam illas, per Literas nostras Patentes, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris Approbaverimus, Ratificaverimus, & Confirmaverimus, A. D. 1483.

Nósque,

De Fidelitate & providâ Circumspectione Dilecti & Fidelis nostri *Bernardi de la Forssa* unius ex Consiliariis nostris pleniùs confidentes,

Assignavimus ipsum *Bernardum* Oratorem & Legatum nostrum, ac ei plenam Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus per Præsentes ad Literas nostras prædictas *præfatis Consanguineis nostris*, seu eorum in hac parte Commissario seu Deputato sufficientem Potestatem ad id ab eis Consanguineis nostris habenti, Nomine nostro & pro Nobis Deliberandum;

Ita tamen quòd idem *Bernardus* Literas Patentes dictorum Consanguineorum nostrorum de consimili Approbatione, Ratificatione, & Confirmatione Ligæ, Confœderationis, & Amicitiæ perpetuæ pro Parte sua Hæredum & Successorum suorum, ab eisdem Consanguineis nostris, seu eorum in hac

A. D. 1483. Ric. 3. Parte Commissario sive Deputato sufficientem ad hoc habente Potestatem recipiat.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo Die Augusti. A. D. 1483. Ric. 3.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione prædictæ Ligæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ibid. m. 27.

Ricardus, Dei gratiâ, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Venerabilis Pater *Alfonsus Civitatensis Episcopus*, olim ab, Illustris memoriæ, Domino *Henrico, quondam Rege Castellæ & Legionis* Consanguineo nostro carissimo, jam Vitâ functo, ad Serenissimum Principem *Edwardum nuper Regem Angliæ & Franciæ* Defunctum Fratrem nostrum carissimum Transmissus fuerat ad Ineundum & Contrahendum cum præfato Fratre nostro, Nomine dicti nuper *Regis Castellæ & Legionis*, certas Confœderationes & Allegantias Infrascriptas,

Ac idem *Frater noster* consequenter Reverendo Patri Consanguineo suo Prædilecto *Willielmo Eliensi Episcopo* similiter jam Defuncto, per Literas suas Patentes, dederit in Mandatis, ad Tractandum, Communicandum, Appunctuandum, Concordandum, & Concludendum cum dicto Venerabili *Patre Alfonso*, super eisdem Confœderationibus & Allegantiis, ut præfertur, ineundis & concludendis,

Ipsi quidem *Episcopi*, Commissarii, Procuratores, & Deputati Principum suorum prædictorum, ad Infrascripta sufficienter constituti, Vice, Auctoritate, & Nominibus eorumdem mutuò Convenientes, tandem in quosdam Articulos realis & perpetuæ Amicitiæ atque Pacis condescenderunt, ipsósque Articulos Conceperunt, Formârunt, Concordârunt, & Concluserunt Tenore subsequenti.

INPRIMIS, Conventum & Concordatum est, *&c. ut in Tom. XI. f. 583. usque hac verba*, & *Johanne de Ribas* Armigero.

Nos autem *Ricardus Rex Angliæ & Franciæ* memoratus, volentes, ut est justum, Pacem, Amicitiam, Concordiam, & Confœderationem hujusmodi, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, cum Serenissimo & Potentissimo Principe Consanguineo nostro & Fratre carissimo Dom. *Ferdinando*, Dei gratiâ, *Castellæ & Legionis, Aragonum, Ceciliæq;* *Rege* moderno, ac Nobilissimâ Dominâ *Isabellâ*, Conjuge suâ, dictorum Regnorum Reginâ, suísque Hæredibus & Successoribus Regnorum Castellæ & Legionis Regibus, Tenere inviolabiliter & Servare ad Quietem, Bonum, & Utilitatem Nostri, Regnorúmque & Subditorum nostrorum hincinde, A. D. 1483.

Licet hujusmodi Conventiones, Pacta, atq; cætera omnia & singula Nominibus antedicti Domini *E. nuper Regis Angliæ* Fratris nostri, & dicti *Henrici Regis*, ut præfertur, acta & gesta, tàm per ipsum *Henricum nuper Regem*, quàm per prædictum Dominum *Edwardum* Fratrem nostrum, pro Se, Hæredibus, & Successoribus utriúsque eorum, in Personis suis propriis, ac cæteris Scientiis & Auctoritatibus suis Regiis, Acceptata, Approbata, Ratificata, & Confirmata sint atque fuerint,

Ad uberiorem tamen Cautelam & Firmitatem Præmissorum ipsam Pacem, Amicitiam, Alligantiam, Concordiam, Confœderationem, Conventionésque & Pacta, atque cætera omnia & singula prædicta, nomine prædicti *Edwardi nuper Regis Angliæ* Fratris nostri, ut præfertur, facta & gesta, ex mero Motu, certâ Scientiâ, & Auctoritate nostrâ Regiâ Acceptamus, Innovamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, eaque omnia & singula pro Parte nostra, & quantum Nos, Hæredes, & Successores nostros concernunt, in omnibus & per omnia, benè & fideliter Tenere, Adimplere, & inviolabiliter Observare, sicque Teneri, Adimpleri, & Observari facere, absque Violatione & Contraventione quacúmque, bonâ Fide & in Verbo Regio Promittimus firmiter per Præsentes, omnem circa Præmissa quantum in Nobis est supplentes Defectum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo primo Die Augusti.

De

A. D. 1483. Ric. 3. A. D. 1483. Ric. 3.

De Honore & Insigniis Militaribus datis.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Harleam b. 18. f. 2.

RIcardus, &c. omnibus, &c. Salutem, cum Celsitudine Magnificentiæ.

Quoniam Principum & Regum Officium exiſtat proprium, Magnificentias Liberalitatéſque facere Honoribúſque decorare eos, qui fideli animo eis ſerviunt vel ſervire cupiunt, præſertim Diebus & Feſtis Solempnibus, quibus ſimilia facere conſueverunt,

Igitur quia vos, Nobilis Vir *Gaufridus de Saſiola*, Legatus & Enbaxiator Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ Iſpaniarum* Conſanguineæ noſtræ cariſſimæ, Conſiliariúſq; Serenitatis ſuæ ad Nos in Legationem deſtinatus, interfuiſtis Solempni Feſto Creationíque Dilectiſſimi Primogeniti noſtri *Principis Edwardi*,

Et impenditis vos in Servitium dictæ Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ* & Noſtrum, amatiſq; inter Nos bonam Pacem & Confœderationem, fideliique Animo viribus eam procuratis,

Ob contemplationem dictæ Sereniſſimæ Dominæ *Reginæ* Conſanguineæ noſtræ cariſſimæ, ob Honorem tanti Feſti, & propter Amorem & Affectionem quam in vos gerimos, & quia ſcimus vos eſſe de Nobili Genere, *Creamus & facimus vos Militem Decoramuſque Honore Militari per impoſitionem Collari Aurei quod vobis imponimus in Collo veſtro, & per trinariam percuſſionem noſtri Gladii ſuper Humeros veſtros*, cum verbis decentibus, & per alia Inſignia noſtra, prout Nobis moris eſt, in ſimilibus conficienda, A. D. 1483.

Volumúſque vos dicto Honori Militari & Inſigniis noſtris uti tàm in Regno noſtro quàm extra ubique Regionum & Terrarum, tanquam Dono Regio ad Honorem Decoremque vobis dato.

In cujus rei Teſtimonium Mandamus vobis dari has noſtras præſentes Literas ſub noſtro Privato Sigillo, quæ acta fuerunt in Civitate Eborum in Aulâ Regiâ; Præſentibus Dominis Spiritualibus & Temporalibus Regiæ Curiæ in Actu Creationis dicti Sereniſſimi Principis *Edwardi*, die Viſitationis Beatæ Virginis Mariæ, quæ fuit Octavâ Die Menſis Septembris Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Octogeſimo tertio, & Regni noſtri Anno primo.

Ad Hiſpaniarum Reginam.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Barlaam 39. B. 18. fol. 246. b.

SEreniſſimæ Principi *Elizabethæ*, Dei gratiâ, *Reginæ Caſtellæ, Aragonum, Legionis*, & *Siciliæ, &c.* Conſanguineæ cariſſimæ, *Ricardus*, eadem Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, ac *Hiberniæ Dominus, &c.* Commendationem & felicium Succeſſuum incrementa.

Attulit ad Nos Literas Serenitatis veſtræ Orator ejuſdem *Gaufridus de Saſiola*, eaque diligenter ac prudenter expoſuit quæ ſuæ fidei commiſſa fuerunt, & quæ Nos plurimâ Voluptate meritò affecerunt,

Neque enim facilè poſſumus, Sereniſſima Princeps, mediocri efferri lætitiâ, quandoquidem veſtra Sublimitas, non immemor neceſſitudinis quæ inter Nos eſt, &, Pacis Chriſtianæ cupientiſſima, percuſſa olim Fœdera, inter iſtorum Regnorum veſtrorum ac Angliæ Principes, reſarcire ymmò potiùs confirmare cupit,

Ingentes itaque gratias iſti in Nos & Regna noſtra animo ac benivolentiæ veſtræ ſingulari agimus & habemus, quibus nos cumulatè reſponſuros pollicemur ſi quid accidat in quo veſtræ Sublimitati gratificandi locus dabitur, A. D. 1483.

Ad eas itaque res ex communi ſententiâ conficiendas, quarum gratia huc idem Orator veſter miſſus eſt, Dilectum Conſiliarium ac Oratorem noſtrum Nobilem Virum *Bernardum de la Forſſ*, iſtuc miſimus ad Serenitatem veſtram, quam maximum in modum oramus ut ei facilem ad eandem Aditum & integram Fidem, perinde atque Nobis ipſis, dare dignetur, erit id Nobis gratum inprimis acceptúmque,

Feliciter ac diu vivat & valeat eadem veſtra Serenitas; cui Nos & dictum *Bernardum* & quæ acturus eſt omnia, plurimùm commendamus.

Ex *Civitate noſtra Eboraci* nono Septembris 1483.

Dorſ.

A. D. 1483. Ric. 3. Dors. A. D. 1483. Ric. 3.

Reverendissimo in Christo Patri & Domino Domino Petro de Mendoça Cardinali Sanctæ Crucis in Hierusalem *ac* Archiepiscopo Toletano *Consanguineo nostro carissimo Hispaniarum Primati.*

Super Ambassiata Hispaniæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Infra. Bibl. Harleiam 39. 6.18.fol.246.

Reverendissime in Christo Pater Consanguinee carissime, post debitam Commendationem, & optatam Salutem vestram.

Mirâ nos voluptate affecit Venerabilis Orator Serenissimæ *Reginæ Castellæ, Aragonum, Legionis,* & *Siciliæ, &c.* Consanguineæ nostræ carissimæ Dominus *Gaufridus de Sasiola,*

Qui, cùm nobis prudenter graviterque Legationis suæ summam exposuisset, de vestra quoque incolumitate ac singulari in Nos animo ac benivolentiâ certiores Nos vestris Verbis effecit,

Quâ quidem de re plurimùm gavisi fumus, curabimúsque pro Viribus ut illius in Nos optimæ voluntatis vestram Reverendissimam Paternitatem non pœniteat, Quam enixè oramus ut in cepto perseveret,

Ob eadem quoque negotia, quorum gratiâ huc idem Orator accessit, quæque vos non latent, ex communi Sententiâ matuiè conficienda, misimus Nobilem Virum *Bernardum de la Forssa* Consiliarium & Oratorem nostrum ad Serenissimos Principes *Regem & Reginam Hispaniarum,*

A. D. 1483.

Rogamus eandem Paternitatem vestram Reverendissimam ut, in ipsis rebus conficiendis, industria ac favor ejusdem non desint dicto *Bernardo*, cui mandavimus ut omnia, quæ ista Negotia tangunt, eum eadem vestra Paternitate tractet ejusque Consilio utatur; cui item fidem dari in Præmissis cupimus, ac eadem Reverendissima Paternitas dictum *Bernardum* & sua, quæ isthic acturus est, Negotia habeat pro commendatissimis; Quæque diu ac feliciter vivat & valeat.

Ex *Civitate nostra Eboraci* ix. Septembris 1483.

Consimiles Literæ Episcopo Palentino.

Super dicta Ambassiata.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ibid.

Illustris ac Magnifice Domine Consanguinee noster carissime, Commendationem & Votorum Compotem esse, &c.

Misimus inpræsentiarum ad Serenissimos Principes *Regem & Reginam Hispaniarum* Consanguineos nostros carissimos Nobilem Virum *Bernardum de la Forssa* Consiliarium & Oratorem nostrum, ad ea Negotia tractanda, &, Deo benè juvante, fine debito terminanda quæ spectabilis Miles Dominus *Gaufridus de Sasiola*, Serenissimæ Dominæ Hispaniarum Reginæ nostræque Consanguineæ carissimæ Orator disertissimus, nobis ejus nomine exposuit, quæ Nobis ac Regnis nostris utrùnque profutura speramus,

Quæ quidem Negotia, nè vos laterent, mandavimus eidem *Bernardo de la Forssa* (quem vos probè nôstis) ut ea omnia vobiscum communicaret,

Rogamus itaque vos, Consanguinee carissime, ut non minori vobis curæ sint hæc nostra quàm olim clarissimæ memoriæ Fratris nostri negotia fuerunt,

A. D. 1483.

Verecundè enim hoc oneris vestræ Spectabilitati imponeremus, nullis præsertim meritis nostris id poscentibus, nisi præfati Oratores ad hoc nos incitâssent, in seque recipissent omnia vobis grata fore quæ scriberemus.

Porrò si quid a nobis fieri poterit in vestrum decus & ornamentum, ad id nos paratos promptosque fore pollicemur. Feliciter diuque valete Illustris ac Magnifice Domine Consanguinee carissime; Cui nos dictúmque *Bernardum*, cui etiam fidem dari cupimus in Præmissis, etiam atque etiam commendamus.

Ex *Civitate nostra Eborum* Die decimâ Septembris 1483.

Consimiles Literæ *Comiti de Leryn.*

A. D. 1483. Ric. 3. A. D. 1483. Ric. 3.

Ad Regem Hispaniarum.

A. D. 1483 An. 1. R. 3. Ex Ipsa Bibl. Harleian. 59. 6. 18. fol. 245.

SErenissimo ac Potentissimo Principi *Ferdinando*, Dei gratiâ, *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, ac *Siciliæ* &c. Regi, Consanguineo nostro carissimo, *Ricardus*, Dei gratiâ, &c. Salutem plurimam dicit.

Nobilem Prudentémque Virum *Bernardum de la Forssa*, nostrum Consiliarium fidilissimum, vestræ in Præsentia Serenitati mittendum duximus,

Is nostram mentem nostrámque Voluntatem in hiis Rebus, ob quas conficiendas Serenissimæ Dominæ *Hispaniarum Reginæ* vestræ Consortis pudicissimæ, nostræque Consanguineæ carissimæ, Dominus *Gaufridus* fortissimus Miles ejusdémque Reginæ Orator disertissimus Nobis ejus nomine copiosè prudentérque retulerit, vestræ Serenitati apertu- rus est, A. D. 1483.

Eum clementer benignéque audiat, eique Fidem det, in hiis quæ nostro Nomine eidem Serenitati vestræ dicet, ac brevem & celerem Expeditionem in hiis communibus Negotiis vestra Serenitas faciat mirum in modum,

Rogamus porrò si vestra a nobis Serenitas quicquam peter, quod pro ea hic facere possimus, id libenti animo faciemus, & vestra Serenitas diu felicitérque vivat.

Eboraci Duodecimo Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo tertio.

Ad Reginam.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ibid.

SErenissimæ Dominæ *Elizabethæ*, Dei gratiâ, *Castellæ*, *Legionis*, *Arragonum*, *Siciliæque*, &c. Reginæ, Consanguineæ nostræ carissimæ, *Ricardus*, eâdem gratiâ, &c. Salutem plurimam dicit.

Vestræ Serenitatis Literas, quæ Nobis perdulces perjucundæque fuerunt, Dominus *Gaufridus de Sassiola* Miles ejusdem vestræ Serenitatis Orator nobis jamdudùm reddidit,

Quæ abeo graviter prudentérque nobis vestro Nomine exposita sunt ea omnia læto jocundoque animo audivimus,

In omnibus enim suæ Legationis partibus mirificam veram vestræ Serenitatis in Nos Benivolentiam egregiè ostendebat, quantique nos fecerit vix verbis, ut dixit, exequi potuit,

Agimus propterea vestræ Serenitati Gratias ingentes ac maximas quas agere possumus referimus,

Sane siquid in nostra Potestate erit, quod per Negotia, ob quæ conficienda dictus vestræ Serenitatis Orator huc accessit, felicem faustumque exitum consequi valeant, *Bernardum de la Forssa* nostrum Consiliarium Oratorémque ad vestram Serenitatem in Præsentiâ mittimus, A. D. 1483.

In hiis, quæ ei in Mandatis dedimus ut vestræ Serenitati nostro Nomine referat, facilè eum audiat, Fidémque ei perinde atque nobis habere velit etiam atque etiam Rogamus,

Et, si quid hic sit quod vestra Serenitas Nos pro ea factum cupit, id optimo animo nos effecturum pollicemur, persuadeatque sibi vestra Serenitas maximè velimus nos semper ejus Honoris atque Laudis studiosissimos fore, & æternùm benè valeat vestra Serenitas.

Eboraci Duodecimo Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo tertio.

De Licentia pro Duce Norffolciæ.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 25.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, & ad humilem Supplicationem Carissimi Consanguinei *Johannis Ducis Norffolciæ*, Concessimus & Licentiam Dedimus eidem Consanguineo nostro, quòd ipse, per Se, aut Factores, Attornatos, seu Deputatos suos, Centum Dolia Vini, de Crescentia Regni nostri Franciæ & & Ducatuum nostrorum Normanniæ & Acquitanniæ, quàm aliarum Partium quarumcúmque, in Partibus Exteris emere & providere, & ea sic empta & provisa in quacúmque Navi sive quibuscúmque Navibus sibi placuerit de Partibus Franciæ, Hispanniæ, Britanniæ, A. D. 1483.

A.D. 1483. Ric. 3. sive aliarum Partium Exterarum quarumcúmque, infra unum Annum proximò sequentem post Datam Præsentium, eskippare, ac ea in Regnum nostrum Angliæ adducere, eaque ibidem vendere, vel aliter libitum suum indè facere valeat licitè & impunè, & absque impetitione seu impedimento Nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, seu Restrictione, in contrarium factis, ordinatis, seu provisis, in aliquo non obstantibus; A.D. 1483. Ric. 3.

Proviso semper quòd Nobis de Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, Nobis pro Vinis prædictis debitis, fideliter respondeatur, ut est justum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Magno Sigillo Deliberando.

A.D. 1483. Ric. 1. R. 3. Claus. 1. R. 3. MEMORANDUM *quòd*, *Duodecimo Die Mensis Octobris*, *Anno Regni Domini* Ricardi Regis Tertii *primo*, *idem Dominus Rex mandavit Literas suas missivas Privato Signeto suo sigillatas Venerabili Patri* Johanni Episcopo Lincolniensi *Cancellario Angliæ*, *in quibus inter alia continebatur quòd idem Dominus Cancellarius*, *ob diversas causas ipsum Dominum Regem moventes*, *post visum Literarum* Domini Regis *prædictarum*, *Magnum Sigillum suum in Custodia præfati Domini Cancellarii existens*, *salvò & securè eo citiùs quo commodè poterit eidem* Domino Regi *mitteret*,

Super quo idem Dominus Cancellarius *juxta Mandata dicti Domini Regis Die Jovis*, *videlicet*, *Decimo sexto Die dicti Mensis Octobris*, *circa Horam undecimam ante Nonam*, *in Præsentia*, Willielmi Kellet *Clerici unius Clericorum ejusdem Cancellariæ*, Galfridi Simeon *Clerici*, Ricardi Esoe *Clerici Coronæ Cancellariæ prædictæ*, *&* Willielmi Nanson, *& aliorum plurimorum apud Vetus Templum London*, *in quadam magna alta Camera ibidem juxta Gardinum Sigillum prædictum in quadam Bagâ de albo Corio inclusum*, *& Signeto ipsius Domini Cancellarii*, *Figuram Aquilæ continente*, *sigillatâ*, Roberto Blackwall *Clerico uni Clericorum Cancellariæ prædictæ*, *dicto* Domino Regi, *ut præmittitur*, *deferendum Deliberavit*,

Quod quidem Sigillum, *ut præmittitur*, *signatum tunc ibidem*, *in Præsentia antedicta*, *idem* Robertus Blackwell *ab ipso Cancellario recepit*, *& illud in Baga prædicta sic signata*, *in Villa de Graufton decimo nono Die ejusdem Mensis Octobris*, *circa Horam Duodecimam ejusdem Diei*, *& in quadam Camera vocata* la Kynges Chamber, *infra Hospitium de le Angel*, *in Præsentia*, *Venerabilium Patrum*, J. Wygorniensis, W. Dunelmensis, Th. Menevensis, *&* R. Assavensis, *Episcoporum*, *&* Henrici Northumbriæ, *&* W. Hunt. *Comitum*, *necnon* Th. Stanley de Stanley *Militis*, *&* Thomæ Barowe *Clerici Custodis Rotulorum Cancellariæ prædictæ*, *& aliorum*, *in manus proprias Regis Deliberavit*, *illudq; Sigillum in Baga prædicta sic signata idem* Dominus Rex *ab ipso* Roberto Blackwall *tunc & ibidem recepit*, *& de Baga prædicta extrahi & aperiri fecit*, *& iterum dictum Sigillum in Baga prædicta*, *sub Signeto sigillata reponi & includi fecit*, A.D. 1483.

Qui quidem Dominus Rex *Sigillum prædictum a prædicto decimo nono Die Mensis Octobris*, *usque vicesimum sextum Diem Novembris tunc proximò sequentem*, *sub ejus Custodiâ servavit*, *& cum eo Brevia*, *Commissiones*, *& alia quæ per ipsum Sigillum expedire debuerant*, *sigillari fecit*;

Quo xxvi. Die Novembris præfatus Dominus Rex *Sigillum illud in Baga prædicta inclusum*, *& suo Signeto signata sive sigillata*, *præfato Cancellario apud Westm. in Camera stellata infra Palatium ipsius* Domini Regis *Westm. in Præsentia*, *Venerabilium Patrum*, Thomæ Eborum Archiepiscopi, R. Bathon. & Wellen. W. Dunelm. R. Assaven. *&* Th. Meneven. *Episcoporum*, Johannis Gunthorp *Custodis Privati Sigilli ipsius* Domini Regis, *&* Tho. Barowe *Custodis Rotulorum Cancellariæ ipsius* Domini Regis, *necnon* Johannis Ducis Norfolciæ, Willielmi Arundell, Henrici Northumbriæ *Magni Camerarii Angliæ*, Francisci Vicecomitis Lovell *Camerarii Hospitii præfati Domini Regis*, Thomæ Stanley Militis *Constabularii Angliæ*, Ricardi Ratcliffe *Militis pro Corpore præfati Domini Regis*, *&* Willielmi Catesby *Armigeri pro Corpore ipsius Domini Regis*, *& aliorum plurimorum*,

A. D. 1483. Ric. 3. *rum, de Consilio ejusdem Domini Regis Deliberavit, eique Custodiam prædicti Sigilli commisit;*

Qui quidem Cancellarius Sigillum prædictum ab eodem Domino Rege *in Baga prædicta sic inclusum recepit, idq; usq; Hospitium suum in Parochia Sanctæ Andreæ in Holborn London secum asportari fecit, deindeque Sigillum prædictum sub Custodia ejusdem* Episcopi Lincoln. *Auctoritate Cancellarii remansit.* A. D. 1483. Ric. 3.

De Proclamationibus faciendis pro Morum Reformatione.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 1. m. 2. dor.

REX Vicecomiti Devoniæ, Salutem.

Præcipimus Tibi, firmiter injungentes, quòd statim post Receptionem Præsentium in singulis Locis infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi magis expediens videris, ex parte nostrâ publicas Proclamationes fieri facias in hæc verba,

FORASMUCH *as the King our Soverain Lorde, remembryng his solempne Profession which he made at the tyme of his Coronation to Mercy and Justice, and folowyng the same in dede; first beganne at Mercy in yevyng unto all maner Personnes his Full and Generall Pardon, trustyng therby to have caused all his Subgettes to have be surely Determyned unto hym according to the Duety of their Ligeance; and eftson his Grace, in his owne Person, as is well knowen, hath dressed himselfe to divers Parties of this his Reame for the indifferent Admynystracion of Justice to every Person, havyng full Confidence and Trust that all Oppressours and Extortioners of his Subjectes, orible Adultres and Bawdes, provokyng the high Indignation and Displeasure of God, shuld have be reconsiled and reduced to the wey of Trouth and Vertue, with the abiding in good Disposition,*

This yet notwithstanding Thomas Dorset, late Marques Dorset, *which not feryng God, nor the Perille of his Soule, hath many and sundry Maydes, Wydowes, and Wifes dampnably and without Shame Devoured, Deflowred, and Defouled, holding the unshampfull and myschevous Woman called* Shores Wife *in Adultry, Sir* William Noreys, *Sir* William Knevet, *Sir* Thomas Bourghchier *of Barnes, Sir* George Broun, *Knyghtes,* John Cheyne, John Noreis, Walter Hungerford, John Rusth, *and* John Harecourt *of Staunton, with other unto theym Traytourly Associat, without the Kinges Auctorite have Assembled and Gadered his People by the Comforte of his grete Rebell and Traytour the late* Duc of Bukyngham, *and* Busshoppes of Ely and Salesbury, *entending not oonly the Destruccion of the Riall Person of oure seid Soveraign Lord and other his true Subjectes, the brech of his Peace, Tranquillite, and Commen Wele of this his Reame, but also in letting of Vertue, and the dampnable Maintenaunce of Vices and Syn as they have done in tymes passed to the grete Displeasur of God and evyll Exemple of all Cristen People,* A. D. 1483.

Wherfor the Kinges Highnes *of his tender and lovyng Disposicion that he hath and bereth unto the Commyn Wele of this his Reame, and puttyng downe and rebuking of Vices, Graunteth that no* Yoman *nor* Commonner *thus abused and blynded by thes Tratours, Adultrers, and Bawedes, or eny of theym, shall not be hurte in their Badies ne Goodes if they withdrawe theym self fro their False Company, and medell no forther with theym,*

And over this oure seid Soveraigne Lorde *Graunteth that whoo so ever put hym in devoier, and taketh the* seid Duc *and bringeth hym unto his Highnes, shall have a* M l. *in Money, or* C l. in Land, *and for every of the* seid Busshopps *and* Marques *a* M. Marke *in Money, or* C. Marke in Land, *and for every of the* seid Knyghtes D. Marke *in Money, or* xl l. in Lond *in Reward, and that nowe every true Subjecte and Lover of Vertue and Peace put his Hand in Resistyng the Malicious entent of the seid Traytours, and Punysshing of the grete and dampnable Vices of the seid Traytours, Adultrers, and Bawedes, so that by their true and feithfull Assistens Vertue may be lyfte up and praysed in the Reame to the Honour and Pleasure of God, and Vice utterly rebuked and dampned to the suertie and comfort of all the true and good Commons of this Reame,*

And over this the Kyng's Grace *woll that it be knowen that all thoo that in any wise Eyde, Comforte, or Assist the seid* Duc, Busshoppes, Marques, *or any other of the Kinges Rebelles and Traytours aforesaid after this Proclamation other with Goodes, Vitelles, or otherwise, be reputed and taken for his Traytours.*

Et

A. D. 1483. Ric. 3.

Et hoc sub Fide & Ligeantiâ tuis nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Leycestr.* vicesimo tertio Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus, Majoribus, & Ballivis in Comitatibus, Civitatibus, ac Villis, subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Cornub.
Salop.
Wiltes.
Somers. & Dors.
Staffordiæ.
Suthampt.
Oxon. & Berks.
Surriæ & Suffexiæ.
Kantiæ.
Middlesexiæ.
Hereford.
Glouc.
London.
Bristoll.
Coventr.
Bathon.
Wynton.
Suthampton.
Villa de Devise.
Nova Sarum.
Brigwater.

A. D. 1483. Ric. 3.

REX, Carissimo Consanguineo suo *Willielmo Comiti Arundell* Constabulario Castri Regis Dovorriæ, ac Custodi Quinque Portuum Regis, seu ejus Locumtenenti, Salutem.

Præcipimus vobis, *&c. ut supra mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

De Viceconstabulario Angliæ constituto.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 1. m. 2.

REX, dilecto & fideli suo, Domino *Radulpho Asheton* Militi, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & probitate vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus, Deputavimus, & Ordinavimus vos hac vice Viceconstabularium nostrum Angliæ ac Commissarium nostrum,

Dantes & Concedentes vobis, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem generalem & Mandatum speciale ad Audiendum, & Examinandum, ac Procedendum contra quascúmque Personas de Crimine læsæ nostræ Regiæ Magestatis suspectas & culpabiles, tàm per viam Examinationis Testium quàm aliter, prout vobis melius visum fuerit ex Officio mero seu promoto,

Necnon in Causis illis judicialiter & sententialiter juxta Causas, Exigentiam, & Delinquentium demerita, sine strepitu & figura Judicii, Appellatione quacúmque remotâ, quandocúmque vobis videbitur Procedendum, Judicandum, & finali Executioni Demandandum,

Cum omnibus etiam Clausulis, Verbis, & Terminis specialibus ad Executionem istius Mandati & Auctoritatis nostrorum de jure vel consuetudine requisitis, quæ etiam omnia hic expressa habemus assumpto vobiscum aliquo Tabellione fidedigno qui singula conscribat, unà cum aliis quæ in Præmissis vel circa ea necessaria videbuntur seu qualitercúmque requisita, A. D. 1483.

Mandantes, & firmiter vobis Injungentes quòd, aliis quibuscúmque prætermissis, circa prædicta quotiens & quando opus fuerit intendatis, causásque antedictas audiatis, examinetis, & in eisdem procedatis, ac eas judiceris, & finali Executioni, ut præfertur, demandetis:

Damus etiam omnibus & singulis, quorum interest, in hac parte, Tenore Præsentium firmiter in Mandatis quòd vobis in Præmissis faciendis pareant, assistant, & auxilientur in omnibus diligenter.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Coventre* vicesimo quarto Die Octobris.

Per ipsum Regem Ore tenus.

A. D. 1483. Ric. 3. A. D. 1483. Ric. 3.

Pro Cubiculario Papæ.

TO THE KING OURE LIGE LORD.

MEMORANDUM *quòd, Vicesimo octavo Die Novembris Anno Regni Regis* Ricardi Tertii post Conquestum Angliæ *Primo, ista Billa liberata fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequenda.*

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ex Bund. infra Turrim. n. 124. tempore R. 3.

PLEASE it your Highness, of your moost noble and benigne Grace, to Graunte unto youre daily Oratour and Subjette *Richard Lesse* Clerk, oon of the Cubieulers of our *Holy Fader the Pope*, youre gracious Lettres Patentes of Pardon, to be sealed under youre Greate Seale, after the fourme and effecte here folowyng, and youre said Oratour shall dayly Pray God for the Preservation of youre moost Noble and Roiall Astate.

R. R.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, *Pardonavimus*, *Remisimus*, & *Relaxavimus Ricardo Lessy* Clerico uni Cubiculariorum *Sanctissimi Patris nostri Papæ*, aliàs dicto *Ricardo Lessy* Clerico, aliàs dicto *Ricardo Lessy* nuper de London Gentilman, aliàs dicto *Ricardo Lessy*, seu quocúmque alio Nomine idem *Ricardus* censeatur, omnimoda Proditiones, Murdra, Felonias, Raptus Mulierum, Insurrectiones, Rebelliones, Conspirationes, Confœderationes, Cambipartias, Congregationes, Coadunationes, Conventicula illicita, Riotas, Routas, falsas Alligantias, Transgressiones, Offensas, Mesprisiones, Deceptiones, Concelamenta, & Cognitiones eorumdem, Forisfacturas, Contemptus, Impetitiones, Manutenentias, Imbraciarias, Negligentias, & alia Malefacta quæcúmque per ipsum *Ricardum* ante præsentem Diem qualitercúmq; facta sive perpetrata, unde idem *Ricardus* Indictatus, Appellatus, Impetitus, Rectatus, Attinctus, Convictus, vel Adjudicatus existit, aut Indictari, Appellari, Impetiri, Rectari, Attinctari, Convinci, vel Adjudicari contigerit in futurum, necnon Sectam Pacis nostræ, quæ ad nos versus ipsum *Ricardum* pertinet seu pertinere poterit, ratione aut occasione Præmissorum, vel alicujus eorumdem, ac etiam omnimodas Utlagarias, si quæ in ipsum *Ricardum* hiis occasionibus seu earum aliqua fuerint promulgatæ,

A. D. 1483.

Et ulterius *Pardonavimus*, *Remisimus*, & *Relaxavimus*, &c, per Præsentes, *Pardonamus*, *Remittimus*, & *Relaxamus præfato Ricardo* omnimoda Judicia, Executiones, & Pœnas Mortis super ipsum *Ricardum* reddita sive adjudicanda,

Ac omnimoda Pœnas, Punitiones, & Deperdita quas vel quæ occasionibus prædictis seu earum aliqua erga Nos incurrere debet vel deberet,

Necnon Forisfacturas quorumcúmque Terrarum & Tenementorum, ac Bonorum & Catallorum suorum, Nobis, occasionibus prædictis, seu earum aliquâ ante præsentem Diem Forisfactorum sive Deperditorum,& Firmam Pacem nostram ei inde Concedimus; ita tamen quòd stet recto in Curiâ nostrâ, si quis versus eum loqui voluerit de Præmissis vel aliquo Præmissorum,

Et insuper *Pardonavimus*, *Remisimus*, & *Relaxavimus eidem Ricardo* omnimoda Exitus Forisfactos, Fines adjudicatos, Amereiamenta Exituum Forisfactorum, Debita, Compota, Præstita & Arreragia Firmarum & Compotorum Nobis per ipsum *Ricardum* debita sive pertinentia,

Necnon omnimodas Actiones, Executiones, Sectas, Demandas, & Impetitiones quas Nos versus ipsum *Ricardum* habemus seu habere poterimus ullo modo, ratione Præmissorum vel alicujus eorumdem; aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione, in contrarium indè editis, factis, seu provisis, in aliquo non obstante.

In cujus &c.

Teste &c.

s De

A. D. 1483. Ric. 3.

A. D. 1483. Ric. 3.

De Salvo Conductu.

MEMORANDUM *quòd, Vicesimo nono Die Novembris Anno Regni Regis* Ricardi Tertii *Primo, ista Billa liberata fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequenda.*

R. R.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 7. temp. R. 3.

REX universis & singulis Admirallis, Salutem.

Sciatis quòd, ad rogatum Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Reverendum Patrem *Williielmum Episcopum Aberdonensem*, ac Nobilem & Strenuum Virum *David Comitem de Craweford*, necnon, Venerabiles Viros, Dominum *Georgium de Carmighell Electum Glascuensem*, Magistrum *Alexandrum English Electum Dunkeldensem*, &c, Nobiles & Discretos Viros, *Robertum Dominum de Lyle*, Magistrum *David Levingstone* Custodem Privati Sigilli, *Johannem de Drummonde* de Cargyll, Dominum *Willielmum Knolles* Præceptorem de Torsckyn Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, Magistrum *Johannem Irland* Archidiaconum Sancti Andreæ, Magistrum *Gilbertum Ray—ke* Archidiaconum Glascuensem, & *Dominum de Dundasse*, Ambassiatores, Oratores, & Commissarios dicti Consanguinei nostri, in Regnum nostrum Angliæ, cum Sexaginta Personis de Regno Scotiæ, in Comitivâ suâ, & totidem Equis vel infra, ac cum Bogeis, Manticis, Rebus, Bonis, Jocalibus, Literis, Papiris, Auro & Argento monetato, necnon Fardellis, Capsulis, & Sarcinunculis suis quibuscúmque, conjunctim & divisim, Veniendo, ibidem Morando, Sojornando, Conversando, & Expectando, & iterùm in Regnum nostrum Scotiæ quando & quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, Redeundo & Reveniendo, absque impedimento aut impetitione nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, aliquâ Marquâ, Contramarquâ, sive Reprisaliâ, concessâ vel concedendâ, non obstante,

Ita tamen quòd infra dictum Regnum nostrum Angliæ, præsenti salvo nostro Conductu durante, ipsi ipsorúmve aliquis nichil attemptent seu attemptet quod in Nostri aut ejusdem Regni nostri cedere queat Præjudicium quoquomodo,

Sic tamen, quod si aliquid per eorum aliquem in contrarium attemptatum fuerit, quod ipse sic attemptans pro eo juxta ejus demerita puniatur, nostro præsenti salvo Conductu quoad alios in suo robore permanente.

Et ideò vobis Mandamus &c.

In cujus &c. usque Quintumdecimum Diem Martii proximò futurum duraturas.

Teste &c.

Pro Eleemosinario Regis.

A. D. 1483. An. 1. E. 5. Pat. 1. R. 3. p. 2. m. 23.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis Nos Concessisse, Dilecto Clerico nostro, *Johanni Taillour*, Eleemosinario nostro, in Augmentationem Eleemosinæ nostræ, tàm omnia & omnimoda Bona & Catalla quarumcúmque Personarum Felonum de Se, & cujuslibet Felonis de Se, tàm infra Libertates, quàm extra, infra Regnum nostrum Angliæ inventa & invenienda, forisfacta & forisfacienda, aut Nobis tàm nunc quàm in futurum quovismodo pertinentia, quàm omnes Deodandas quæ Nobis infra Regnum nostrum prædictum, tàm infra Libertates quàm extra, pertinent, aut unquam, post Primum Diem Regni nostri, Nobis pertinuerunt aut pertinere debebunt aut contingent ullo modo, quamdiu ipsum *Johannem* Eleemosinarium nostrum fore contigerit;

Et Volumus & Concedimus eidem *Eleemosinario nostro* quòd benè liceat Sibi aut Deputatis & Servientibus suis omnia hujusmodi Bona & Catalla Felonum de Se & Deodandas, ubicúmque inveniri poterint, tàm infra Libertates quàm extra, Capere, Seisire, Levare, & Colligere,

Assig-

A. D. 1483. Ric. 3.

Assignantes præfatum *Eleemosinarium nostrum* & Deputatos suos ad Inquirendum, de tempore in tempus, viis & modis quibus meliùs scire poterint, de hujusmodi Bonis & Catallis ac Deodandis, & ad eadem Seisiendum, Capiendum, & Levandum per Se sive Deputatum suum sive Deputatos suos sufficientes, ubicúmque infra Regnum nostrum prædictum fuerint inventa, tàm infra Libertates quàm extra,

Et ad ipsa sic Levata & Collecta per Se ubi sibi melius videbitur in Eleemosina Distribuendum, absque aliquo Compoto seu Ratiocinio nobis inde reddendo seu faciendo,

Mandantes & Præcipientes universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Coronatoribus, Escaetoribus, Constabulariis, ac omnibus aliis Officiariis & Ministris nostris, tàm infra Libertates quàm extra, & eorum cuilibet, Tenore Præsentium, quòd præfato *Eleemosinario nostro* ac Deputatis suis prædictis in Executione Præmissorum Supportantes sint, Intendentes, Confortantes, Auxiliantes, & Defendentes, sub periculo quòd incumbit.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Custode Rotulorum.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 3. m. 17.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, De Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, ac pro bono & laudabili Servitio quod, Dilectus & Fidelis Clericus noster, *Thomas Barowe* Custos Rotulorum Cancellariæ nostræ Nobis impendit & in futurum impendere desiderat,

Concessimus eidem *Thomæ* unum Dolium vel Duas Pipas Vini Vasconiæ, Habendum & Percipiendum singulis Annis pro Termino Vitæ suæ de Vinis nostris, citra Festum Natalis Domini, aut aliquo tempore deposit, juxta quod Vindagia se habent, in Portu Civitatis nostræ Londoniæ, per manus Capitalis Pincernæ nostri Angliæ & Hæredum nostrorum vel ejus Deputati ibidem pro tempore existentis; eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo Vini prædicti, aut de aliis Donis & Concessionibus, per Nos *eidem Thomæ* ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, sive Restrictione, in contrarium factis sive ordinatis, aut aliquâ Causâ, Re, vel Materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Thoma Cardinale Archiepiscopo Cantuariensi de Pardonatione.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 2. m. 25.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, *Pardonavimus, Remisimus*, & *Relaxavimus Thomæ Cardinali Archiepiscopo Cantuariensi* totius Angliæ Primati & Apostolicæ Sedis Legato, seu quocúmque alio nomine censeatur, omnimoda Proditiones, Felonias, Murdra, Mesprisiones, Concelamenta, Conventicula illicita, Riotas, Routas, Contemptus, Transgressiones, Forisfacturas, Offensas, & alia Malefacta quæcúmque per *ipsum Cardinalem* ante Duodecimum Diem Decembris ultimò præteritum qualitercúmque facta sive perpetrata, ac Sectam Pacis nostræ quæ ad Nos versus ipsum pertinet pro Præmissis seu eorum aliquo,

Pardonavimus etiam *Remisimus*, & *Relaxavimus eidem Cardinali* omnimodas Executiones & Pœnas Mortis quas versus ipsum, occasione Præmissorum seu eorum alicujus, habemus seu habere poterimus,

Necnon omnimodas Utlagarias in ipsum, hiis occasionibus seu earum aliqua, promulgatas, & firmam Pacem nostram ei inde Concedimus; ita tamen quòd stet Recto in Curiâ nostrâ si quis versus eum loqui voluerit de Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

De Constabulario Angliæ constituto.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 2. m. 14.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Probitate, & Industriâ Prædilecti Consiliarii nostri *Thomæ Stanley* Militis Domini de Stanley plurimùm confidentes,

Concessimus *eidem Thomæ* Officium Constabularii Angliæ,

Habendum, Occupandum, & Excercendum Officium illud *eidem Thomæ* pro Termino Vitæ suæ, Percipiendo annuatim, in & pro Occupatione Officii prædicti, Feoda & Vadia *Centum Librarum* legalis Monetæ Angliæ, de Reventionibus Castrorum, Dominiorum, Terrarum, & Tenementorum nostrorum infra Comitatum nostrum Lancastriæ, per manus Receptorum, Ballivorum, Firmariorum, sive aliorum Occupatorum eorumdem, pro tempore existentium, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis per æquales Portiones, unâ cum omnibus aliis Proficuis, Juribus, Libertatibus, Franchesiis, Commoditatibus, & Emolumentis eidem Officio qualitercúmque pertinentibus sive spectantibus in tàm amplis modo & formâ quibus aliquis alius Officium illud perantea occupans pro eodem habuit & percepit, A. D. 1483.

Et ulterius de uberiori Gratiâ nostrâ Concessimus, & per Præsentes Concedimus *eidem Thomæ* quòd ipse licitè facere & substituere possit quendam Deputatum suum ad Excercendum Officium prædictum, in Absentiâ *ipsius Thomæ*, quandocúmque necesse fuerit, & ad Exequendum sub Se omnia & singula quæ ad Officium prædictum pertinent facienda per Præsentes; eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo aut alio Valore Officii prædicti, aut de aliis Donis sive Concessionibus per Nos *eidem Thomæ* ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit; aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione, in contrarium factis, editis, sive ordinatis, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Convocatione facienda.

MEMORANDUM *quòd, Vicesimo Die Decembris Anno Regni Regis* Ricardi Tertii *Primo, ista Billa liberata fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequenda.*

R. R.

A. D. 1483. An. 1. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 10. tempore R. 3.

REX Reverendissimo in Christo Patri, *Th.* eâdem gratiâ, *Cardinali Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati, Consanguineo nostro carissimo, Salutem.

Quibusdam arduis & urgentibus Negotiis, Nos, Securitatem & Defensionem Ecclesiæ Anglicanæ, ac Pacem, Tranquillitatem, Bonum Publicum, & Defensionem Regni nostri & Subditorum nostrorum ejusdem concernentibus, vobis in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini Rogando Mandamus quatinus, Præmissa debito intuitu attentis & ponderatis, universos & singulos Episcopos vestræ Provinciæ, ac Decanos & Priores Ecclesiarum Cathedralium, Abbates & Priores, & alios Electivos Exemptos & non Exemptos, necnon Archidiaconos, Capitula, Conventus, & Collegia, totúmque Clerum cujuslibet Diœcesis ejusdem Provinciæ, ad Comparendum coram vobis in Ecclesia Sancti Pauli Londoniæ, vel alibi prout melius expediri videritis, cum omni celeritate accomodâ, modo debito Convocari faciatis, A. D. 1483.

Ad Tractandum, Consentiendum, & Concludendum super Præmissis, & aliis quæ sibi clariùs exponentur tunc ididem ex parte nostrâ,

Et hoc, sicut Nos & Statum Regni nostri, ac Honorem & Utilitatem Ecclesiæ prædictæ diligitis, nullatenus omittatis.

Teste &c.

R. R.

A.D. 1484. Ric. 3. A.D. 1484. Ric. 3.

De Custodia commissa.



A.D. 1484. An. 1. R. 3. Fin. 1. R. 3. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, per Manucaptionem *Johannis Garter Capitalis Regis Armorum*, & *Thomæ Clarenceuæ Regis Armorum* in Australibus, Commisimus *Ricardo Champeney*, aliàs dicto *Gloucestre Regi Armorum*, Custodiam Manerii de Hnntyngfeld in Comitatu Kantiæ,

Habendam a Festo Sancti Michaelis ultimò præterito usque ad Finem Viginti Annorum extunc proximò sequentium & plenariè completorum,

Reddendo indè Nobis per Annum pro Custodia prædicta *Decem Libras & Duodecim Denarios* prout nobis Responsum est, & *Duodecim Denarios* ultra de Incremento per Annum, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones,

Ac sustentando Domos Clausuras & Ædificia, A. D. 1484.

Necnon supportando omnia alia Onera dictæ Custodiæ pertinentia, sive aliquo modo incumbentia, quamdiu Custodiam habere voluerit supradictam;

Proviso semper quòd, si aliquis alius plus dare voluerit de Incremento per Annum, sine fraude vel malo ingenio, quòd tunc dictus *Ricardus* tantum pro eadem solvere teneatur, si Custodiam habere voluerit supradictam.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Januarii.

Per Billam Thesaurariæ.

De Requestu; ex Parte Imperatoris.

A.D. 1484. An. 1. R. 3. Infra. Bibl. Harleian 39. b.28 fol. 255.

FRedericus, Divinâ favente Clementiâ, *Romanorum Imperator* semper Augustus, *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, &c. Rex, ac *Austriæ*, *Suaviæ*, *Karinthiæ*, & *Charnolæ Dux*, *Comesque Tirolis*, &c. universis & singulis Regibus Amicis nostris carissimis Salutem & Fraterni Amoris continuum incrementum: necnon Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Officialibus quibuscúmque, Capitaneis, Burggraviis, Vicariis generalibus, Potestatibus, Ancianis, Gubernatoribus, Præsidibus, Judicibus, Theoloneariis, Tributariis, Boletariis, Passuum Custodibus, Civitatum, Opidorum, Villarum, & Locorum Communitatibus, ac Rectoribus eorumdem, cæterisque nostris Fidelibus dilectis cujuscúmque Dignitatis, Præeminentiæ, Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint, tàm in Imperio Sacro quàm alibi ubilibet constitutis, ad quos præsentes pervenerint, Gratiam Cæsaream & omne Bonum,

Serenissimi, Venerabiles, Illustres, Magnifici, Nobiles, Circumspecti, Fideles, Dilecti, cùm Familiaris noster & Imperii Sacri Fidelis Dilectus *Nicholaus de Popplair*, pro Militia acquirenda, ex consensu & favore nostro, impræsentiarum Gressus suos dirigere instituit, quare nonnullas Regum & Principum Curias & Provincias visitare & perlustrare habet, A.D. 1484.

Nos, cupientes eundem *Nicolaum de Popplair*,

Cui ob Virtutum suarum præclara merita, necnon fidelia Nobis & Sacro Romano Imperio in Curia nostra Imperiali certo tempore præstita Obsequia, necnon propter ejus Actus Militares, quos præ ceteris in præfata nostra Imperiali Curia agitando habilem cognovimus, ad clementem Promotionem inclinati sumus,

In progressu sui Itineris plenâ Securitate gaudere, vos omnes & singulos exhortamur, nostris verè ac Sacri Romani Imperii & Terrarum nostrarum Subditis, districtè præcipiendo, Mandamus quatinus, cùm eundem *Nicholaum de Popplair* Familiarem nostrum ad vos Terras & Curias vestras & Loca declinare contigerit, in hujusmodi suo Transitu, nostræ considerationis intuitu, recommissum suscipere, favorabiliter tractare, atque in hiis, quæ Securitatem & Celeritatem sui concernunt Itineris, promovere, & gratuitam velitis ostendere & exhibere voluntatem, ipsúmque unà cum Familia, Equis, Rebus, & Bonis suis universis, per quoscúmque Passus, Portus, Pontes, Terras, Dominia, Districtus, Civitates, Opida, Castra, Castella, Villas, & alia quælibet nostræ & vestræ Jurisdictionis, Loca, tàm per Terras quàm

2

A. D. 1484. Ric. 3. quàm per Aquas, absque omni Solutione Theolonearii, Pedagii, Pontinegii, Gabellæ, Custumæ, sive alterius cujuscúmque Exactionis, Onere, Impedimento, & Molestiâ quibusvis semotis Transire, Stare, Morari, & Redire, securè & liberè permittatis & permitti faciatis,

Sibi, Familiæ, Equis, & Rebus suis, dùm & ubi opus fuerit atque pro Parte ipsorum desuper adhortati fueritis & requisiti, de securo & salvo Conductu providendo, Cesareæ nostræ Majestatis ad Complacentiam, Honorem, & Reverentiam singularem. A. D. 1484. Ric. 3.

Dat. *Wiennæ* Die xviii. Mensis Januarii, Anno Domini M. CCCC. LXXXIII. Regnorum nostrorum Romani Quadragesimo tertio, Imperii Tricesimo primo, Hungariæ verò vicesimo quarto.

Ad Ducem Mediolani.

Dors.

Illustrissimo ac Potentissimo Principi Domino Johanni Mariæ-Sforciæ Duci Mediolani, Papiæ Angliæque Comiti, *ac* Januæ & Cremonæ Domino *Consanguineo nostro Carissimo.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Harleian 39. b. 18. fol. 249. **R**icardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Illustrissimo ac Potentissimo Principi Domino *Johanni Mariæ-Sforciæ Duci Mediolani, Papiæ Angliæque Comiti*, ac *Januæ & Cremonæ Domino* Consanguineo nostro carissimo, Salutem, & prosperorum Successuum incrementa.

Illustrissime ac Potentissime Princeps Consanguinee noster carissime,

Posteaquam ad Regiam hanc Dignitatem, Divinâ favente Clementiâ, evecti sumus, nil magis laudabile magísque Principe dignum duximus quàm Subditis nostris benefacere, iis potissimum qui suis Virtute & meritis ornari simul & illustrari promeruissent,

Quapropter cùm *Gulielmus*, *Germanusque*, ac *Nicholaus Fratres de Ariotis*, Cives nostri Londonienses, nec minùs eorum Pater (qui ex ejusdem nostræ Civitatis Aldermannis est unus, & quidem gratissimus) Nobis Regnóque nostro plurima Obsequia contulerint atque indies acriore studio de Nobis plura mereri nitantur, Nos planè illis plurima tenere ac debere profitemur,

Cùm igitur Ditione Celsitudinis vestræ prænominatorum Fratrum Duo (*Guillielmus*, scilicet, & *Germanus*) jamdiu commorari sint, Mercatorum munere fungentes,

Nuperque eorum alter (hoc est *Germanus*) Mediolani (quæ Sublimitatis vestræ insignis est Civitas) Diem clauserit extremum, ac in ejus Locum Tertius Frater *Nicholaus* sit injectus, A. D. 1484.

Cupiántque hii, *Guillielmus* & *Nicholaus*, superstites Fratres, istic commorantes, Civitatem istam Mediolani in Patriam deligere, & nostrum hac in re Auxilium diutiùs implorent, sperantes Literis nostris Commendatitiis nostráque apud Sublimitatem vestram Intercessione, pro consequendo, ullâ sine reservatione, Civilitatis Privilegio, se plurimùm juvari & protegi posse,

Cupientes Nos eorum *Guillielmi* & *Nicholai* desiderio satisfactum iri, Celsitudinem vestram plurimùm rogamus, ut eosdem eorumque Nuncios & Negotiorum Gestores Causâ nostrâ commendatos habeat, atque in Protectionem suscipiat, illo denique Civilitatis munere donet,

Quod si Sublimitas vestra & Petitioni nostræ & prædictorum Fratrum votis morem gesserit, id profectò Beneficii ad non leve indicium singularis in Nos Benivolentiæ ascribemus;

Superest autem ut, si quid Nobis sit, quo Celsitudini vestræ gratificari valeamus, eadem Nos certiores faciat, quoniam pro virili dabimus operam nè quid a nobis postuletur frustrà; nec plura, benè valeat Sublimitas vestra diu ad Vota.

Ex *Civitate nostra Londoniarum*, decimo Die Februarii, Anno Domini, secundum Computationem Anglicanam, M. CCCC. LXXXIII.

Ricardus Rex.

Ad Principem Ludovicum.

Dorf.
Illustri Domino Ludovico Mariæ-Sforciæ Vicecomiti, Duci Barri, *ac Ducalis Dominii Locumtenenti Generali, Affini nostro carissimo.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. *Infra Bibl. Harleian.* 39. *b.* 18. *fol.* 250.

RIcardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, Illustri Domino & Affini nostro Carissimo, Domino *Ludovico Mariæ-Sforciæ Vicecomiti, Duci Barri*, ac Ducalis Dominii Locumtenenti Generali, Salutem, & ad Vota Successus.

Illustris Domine & Affinis noster carissime,

Nichil Nobis antiquius unquam fuit quàm eos omnes, qui de Nobis benè meriti essent, Commodis atque Honoribus prosequi,

Quod quidem vetus nostrum Institutum, cùm liberrimè in Subditos nostros, Nobis fideliter Obsequentes, semper observaverimus, non minùs ramen in Exteros Peregrinósque, de Nobis benè meritos, ostendimus:

Quare, cùm *Gullielmus, Germanusque*, ac *Nicholaus* Fratres *de Ariotis*, Cives nostri Londonienses, nec minore curâ eorum Pater (ex nostris ejusdem Civitatis Aldermanus unus) Nobis Regnóque nostro plurima Obsequia contulerint, ac indies acriori studio de Nobis plura mereri studeant, non possumus facere quin eos, pro suis & veteribus & recentibus in nos Meritis, eo quo decet favore tuemur & foveamus.

Cùm igitur istâ in Ditione Illustrissimi *Ducis* Nepotis nostri jamdiu habitaverint Duo prænominatorum Fratrum (*Gullielmus*, scilicet, & *Germanus*) atque Negotiati sint, nupérque eorum alter (hoc est Germanus) Mediolani Sublimitatis vestræ Urbe insigni Diem clausit extremum, ac in ejus Locum Tertius Frater *Nicholaus* successit, cupiántque inpræsentiarum hii, *Guillielmus* & *Nicholaus*, Fratres superstites, istic commorantes, Civitatem istam Mediolani sibi in Patriam deligere, nunciârunt Nobis proximè Commendatitiis Literis nostris nostrâque apud Illustrissimam Dominationem vestram Intercessione, pro consequendo, nllâ sine reservatione, Civilitatis Privilegio, se plurimùm juvari & protegi posse, idque a Nobis enixè postulârunt, A. D. 1484.

Quocirca, cùm prædictorum *Gullielmi* & *Nicholai* desiderio satisfactum iri cupiamus, vestram Dominationem hortamur & rogamus ut illis Aditum ad sui Cognitionem & Amorem nostrâ causâ patefacere velit, atque eos & singula eorum Negotia quàm commendatissima habere, tum demùm in Fidem suam & Protectionem ita accipere, ut Commendationis nostræ pondus facile ab his perspici & a Nobis quanti fuerit possit declarari,

Id enim planè intelligent si ab iis, qui eorum Causæ adversantur, Dominatio vestra eos defensaverit, corúmve Negotiorum Gestores & Nuncios, votique sui Compotes fecit:

Non parùm enim, sicuti accepimus, ad publica Vectigalia augenda hujusmodi res conducit; interest etiam Honoris Principum nè quis prohibeatur Civitate qui aliquot Annos Incolatum in ea fecerit,

Equidem si a Nobis id sperandum est ut, quod vestratibus aliquando Nos tribuimus, id pariter Illustrissimum *Ducem* Nepotem nostrum Nostratibus esse tributurum, nil sane est quod vereamur Eos *de Ariotis* a Dominatione vestrâ, pro ejus inata bonitate, contegi & foveri; Quod ut facias & petimus & plurimùm rogamus, ad non leve iudicium singularis Benivolentiæ, si fiet, ascripturi.

Reliquum est ut, si quid hoc in nostro Regno esse intelligatis, quo vobis gratificari valeamus, nobis significetis, quoniam id libentissimè facturos pollicemur; & valeat Dominatio vestra quàm felicissimè.

Ex *Civitate nostra Londoniarum*, decimo Die Februarii, Anno Domini, secundum Computationem Anglicanam, Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo tertio.

Ricardus Rex.

Pro

Pro Comite Douglas.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 5. m. 9. n. 54.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Bonum gratuitum & acceptabile Servitium, per Dilectum Nobis *Jacobum Comitem de Douglas*, ad suos Labores & Expensas non modicas, absque Regardo competenti, Nobis ante hæc tempora multipliciter impensa, intimè considerantes, & ut ipse Statum suum decentiùs manutenere valeat,

De Gratia nostra speciali Concessimus, & per Præsentes Concedimus *eidem Comiti Ducentas Libras*, Habendas & Percipiendas annuatim a Festo Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito pro Termino Vitæ suæ modo & formâ sequenti; videlicet,

Quinquaginta Duas Libras indè annuatim de Firma Villæ nostræ Bristolliæ cum Suburbiis & suis Pertinentiis, per Manus Majoris Villæ prædictæ ac Communitatis ejusdem Villæ & Successorum suorum, ac Burgensium, Hæredum, & Successorum suorum, aut per Manus Vicecomitum Villæ prædictæ, vel aliorum Receptorum ibidem pro tempore existentium, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis per æquales Portiones,

Viginti Libras indè annuatim de Feodi Firma Villæ suæ Civitatis Norwici per Manus Vicecomitum, Civium, Ballivorum, vel aliorum Receptorum earumdem Villæ sive Civitatis pro tempore existentium, ad eadem Festa per æquales Portiones,

Quadraginta Libras indè annuatim de Custodia Abbatiæ Sancti Edmundi, aliàs Sancti Edmundi de Bury, necnon omnium Temporalium ejusdem per Manus Abbatis, Prioris, & Conventûs ibidem aut aliorum Receptorum ibidem pro tempore existentium, ad eadem Festa per æquales Portiones,

Triginta quinque Libras indè annuatim de Firma Villæ Oxoniæ, per Manus Burgensium, Ballivorum, Receptorum, vel aliorum Occuparorum ejusdem Villæ pro tempore existentium, ad eadem Festa per æquales Portiones,

Triginta Libras indè annuatim de Firma Villæ Derbiæ, & de Cremento sive Incremento ejusdem Villæ, per Manus Hominum sive Ballivorum vel aliorum Receptorum ibidem pro tempore existentium, ad eadem Festa per æquales Portiones,

Et *Viginti Libras* indè residuas annuatim de Vacatione Abbatiæ de Sancto Albano & omnium Temporalium ejusdem per Manus Abbatis, Prioris, & Conventûs ibidem aut aliorum Receptorum ibidem pro tempore existentium, ad eadem Festa per æquales Portiones, absque aliquo Compoto seu aliquo alio indè Nobis reddendo,

Concessimus etiam *eidem Comiti*, quòd si præsentes Literæ nostræ quoad Præmissa seu aliquod Præmissorum *eidem Comiti* imposterùm invalidæ existere contingerent, quòd tunc Cancellarius noster Angliæ pro tempore existens de tempore in tempus fieri faciat & deliberari tot & tales Literas Patentes & Brevia quot & quales *eidem Comiti* in hac parte necessaria fuerint & oportuna, absque aliqua Prosecutione penes Nos in hac parte facienda; Eo quod expressa mentio de aliis Donis sive Concessionibus, per Nos aut per *Edwardum nuper Regem Angliæ Quartum* Fratrem nostrum præfato *Comiti* ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, Restrictione, in contrarium indè factis, editis, ordinatis, sive provisis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Concessione.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 5. m. 16. n. 96.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Consideratione tàm gravium Paupertatis, Ruinæ, & Decasûs, in quibus Villa nostra de Kyngeston super Hull diversis modis jam nuper incidit, quàm boni & diligentis Servitii tàm cum grandibus Sumptu & Onere quæ Major, Burgenses, & Inhabitantes prædictæ Villæ quamplúribus & diversis modis tàm in Viagio in Scotiam quàm in aliis Locis ad nostri beneplacitum perantea habuerunt & sustinuerunt, aliisque Causis & Considerationibus Nos moventibus,

De Gratia nostra speciali, penes eorum Relevamen & Succursum in hac parte & pro Auxilio Portûs dictæ Villæ,

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Concessimus præfatis Majori & Burgensibus & Successoribus suis, quòd ipsi & Successores sui vel eorum aliquis ad usum infra Portum Villæ prædictæ annuatim, durante spatio Viginti Annorum Datam Præsentium proximò sequentium, tanta Bona & Mercandisas (Lanis & Pellibus lanutis exceptis) eskippare, quorum Bonorum & Mercandisarum Custumæ & Subsidia in Portu prædicto exterius sic Eskippata, & etiam Subsidia Retorni eorumdem Bonorum & Mercandisarum quæ in eundem Portum interius, ad annuam Summam *Sexaginta Librarum* devenient & attingent, & easdem *Sexaginta Libras* annuas, durante Termino Viginti Annorum antedictorum, in Manibus suis & Successorum suorum prædictorum, in Sustentationem Portûs prædicti & Relevamen dictorum Majoris & Burgensium eorúmque Successorum prædictorum Retinere valeant vel valeat, absque aliquibus Custuma & Subsidio sive Compoto, aut alio Nobis indè aut pro eisdem habendo, solvendo, seu reddendo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Litera ad Papam.

Dorf.

Beatissimo in Christo Patri & Domino Domino Sixto *Sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ* Pontifici Maximo.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Harleam 39. B. 18. fol. 250. b.

BEATISSIME PATER, post humillimam Commendationem & devotissima Pedum oscula beatorum.

Par æquúmq; fuit (BEATISSIME PATER) ut antehac *vestram Sanctitatem* certiorem fecissemus de nostra Assumptione ad hujus Regni nostri Regimen & Coronam, idque Nobis in animo fuit & libentissimè fecissemus, si non inopinata quorumdam, qui Nobis & Fidelitate & Jurejurando Obnoxii fuerunt, Perfidia & nephanda Conjuratio impedivissent quo minus id commodè fecisse poteramus.

Verùm, quia id longè aliter quàm volumus accidit (rem ipsam reservando) mittemus ad *vestram Sanctitatem* quamprimùm Reverendum in Christo Patrem Dominum *Thomam Menevensem Episcopum*, qui eandem de nostrâ erga eam & ipsam Sanctissimam Sedem Observantiâ & Devotione aliisque Rebus reddet certiorem.

Reliquum est *(Beatissime Pater)* non enim sumus ignari neque immemores quàm benè meritus sit de hoc Regno nostro Reverendus Pater Dominus *Johannes Shirwod*, istius Sedis Notarius, cujus etiam Vitæ integritas, sacrarum Literarum singularis Scientia, egregia utriúsque Linguæ Notitia, suavissimi Mores, cum incredibili Virtute quâ præditus est, nos in ejus Amorem alliciunt atque trahunt, illum *vestræ Sanctitati* ad Episcopatum Dunelmensis Ecclesiæ commendare longè antehac constituimus, eúmque, illius rei gratiâ, Priori & Capitulo Dunelmensi ut eligerent in Pastorem etiam commissum fecimus, quique, & suis Meritis id poscentibus & nostra item Intercessione, in Episcopum Dunelmensem canonicè est Electus,

A. D. 1484.

Sed, dùm ista Tractamus, *vestræ Sanctitatis* Breve allatum est, quod eum nobis plurimùm commendat, hortatúrque magnoperè ut in illius Promotionem ad ejusdem Ecclesiæ Sedem eidem Sanctitati assentiamus,

Gratissimum sanè est vestram Sanctitatem a nostro firmo & constanti in ea parte animo non refragari, sed quod proposuimus ac totâ mente conclusimus id se ultro ac libentissimè facturam pollicetur *vestra Beatitudo*,

Quæ, quæsumus, eundem Reverendum Patrem, sic Electum ad dictam Sedem Dunelmensem, commendatum habeat, & eum in illius Ecclesiæ & Patrem & Pastorem præficiat, & Nos, perinde atque de eadem Beatitudine & istâ Sanctissimâ Sede mereri animus est, consueto hoc nostrum Regnum Amore & Favore prosequatur; diu feliciterque vivat & valeat *Sanctitas vestra*; cui nos etiam atque etiam commendamus.

Ex *Urbe nostra Londoniarum* pridie Kalend. Martii.

Devotissimus Filius *Ricardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *&c.*

PONTIFICI MAXIMO.

Literæ

Literæ de Incorporatione Heraldorum.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 3. m. 5. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, necnon certis Considerationibus nos specialiter moventibus, Concessimus pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Dilectis Nobis, *Johanni Writhe* aliàs dicto *Garter Regi Armorum Anglicorum*, *Thomæ Holme* aliàs dicto *Clarensu Regi Armorum Partium Australium*, *Johanni More* aliàs dicto *Norrey Regi Armorum Partium Borialium*, *Richardo Champney* aliàs dicto *Gloucestre Regi Armorum Partium Walliæ*, & omnibus aliis *Heraldis*, *Prosecutoribus* sive *Pursevandis Armorum*, quòd ipsi & Successores sui, scilicet, *le Garter Rex Armorum Anglicorum*, *Rex Armorum Partium Australium*, *Rex Armorum Partium Borialium*, *Rex Armorum Partium Walliæ*, ac omnes alii *Heraldi*, *Prosecutores* sive *Pursevandi Armorum*, qui pro tempore fuerint, imperpetuùm sint UNUM CORPUS corporatim in Re & Nomine, habeántque Successionem perpetuam, necnon quoddam Sigillum Comune pro Negotiis & aliis Agendis eorumdem habere & excercere valeant imperpetuùm, ac quòd ipsi & Successores sui per Nomina *le Garter Regis Armorum Anglicorum*, *Regis Armorum Partium Australium*, *Regis Armorum Partium Borialium*, *Regis Armorum Walliæ*, & aliorum *Heraldorum*, *Prosecutorum* sive *Pursevandorum Armorum* imperpetuùm nuncupentur,

Et quòd ipsi & eorum Successores, per eadem Nomina sint Personæ habiles & capaces in Lege, ac Nomen illud habeant & gerant imperpetuum,

Et quòd iidem *Garter Rex Armorum Anglicorum*, *Rex Armorum Partium Australium*, *Rex Armorum Partium Borialium*, *Rex Armorum Partium Walliæ*, ac alii *Heraldi*, *Prosecutores* sive *Pursevandi Armorum*, & Successores sui, per hujusmodi Nomen, Terras, Tenementa, Hæreditamenta, & Possessiones, ac Bona & Catalla quæcúmque perquirere & habere possint,

Ac pro Terris, Tenementis, Redditibus, & Possessionibus, Juribus, Rebus, Bonis & Catallis quibuscúmq; in quibuscúmq; Actionibus, Causis, Demandis, Querelis, & Placitis, tàm Realibus & Personalibus quàm mixtis, cujuscúmque generis fuerint vel naturæ, in quibuscúmque Curiis, coram quibuscúmque Justiciariis aut Judicibus Spiritualibus vel Secularibus placitare & implacitari, ac respondere & responderi valeant imperpetuùm, prout & in eodem modo quo cæteri Ligiæ nostræ Personæ habiles & capaces in Lege placitare & implacitari respondere & responderi poterunt & consueverunt,

Quódque prædicti *Garter Rex Armorum Anglicorum*, *Rex Armorum Partium Australium*, *Rex Armorum Partium Borialium*, *Rex Armorum Walliæ*, & alii *Heraldi*, *Prosecutores* sive *Pursevandi Armorum*, & eorum Successores ad eorum libitum invicem commorentur, ac ad Dies, Loca, & Tempora congrua & oportuna, quotiens & quando eis placuerit, ad Tractandum, Communicandum, & Concordandum inter se ipsos, & unà cum aliis pro Consilio & Avisamento pro bono Statu, Eruditione, & Regimine Facultatis suæ prædictæ convenire possint,

Et, ut ipsi quendam Locum sive Mansionem congruum in ea parte habeant, de Gratiâ nostrâ speciali, & ex mero Motu Dedimus & concessimus eisdem, *Garter Regi Armorum Anglicorum*, *Regi Armorum Partium Australium*, *Regi Armorum Partium Borialium*, *Regi Armorum Walliæ*, & aliis *Heraldis*, *Prosecutoribus* sive *Pursevandis Armorum*, unum Mesuagium cum Pertinentiis in Londonia in Parochia Omnium Sanctorum Parva vocat. Coldearber,

Habendum & *Tenendum* Mesuagium illud cum Pertinentiis eisdem *Garter Regi Armorum Anglicorum*, *Regi Armorum Partium Australium*, *Regi Armorum Partium Borialium*, *Regi Armorum Walliæ*, & *Heraldis*, *Prosecutoribus* sive *Pursevandis Armorum*, & Successoribus suis ad usum Duodecim Principalium & Proborum eorumdem pro tempore existentium imperpetuùm, absque Compoto seu aliquo alio indè Nobis vel Hæredibus nostris reddendo vel faciendo,

Et ulterius, de uberiori Gratia nostra Concessimus & Licentiam Dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris prædictis, quantum in nobis est, præfatis, *Garter Regi Armorum Anglicorum*, *Regi Armorum Partium Australium*, *Regi Armorum Partium Borialium*, *Regi Armorum Walliæ*, & aliis *Heraldis*, *Prosecutoribus*, sive

A. D. 1484. Ric. 3.

sive *Pursevandis Armorum*, & Successoribus suis, quòd ipsi Terras, Tenementa, Redditus, & Possessiones quæ de Nobis non tenentur in Capite, ad Valorem *Viginti Librarum per Annum*, ultra Reprisas & ultra Mesuagium prædictum cum Pertinentiis, a quibuscúmque Personis Secularibus vel Regularibus adquirere possint,

Habenda & *Tenenda* eis & Successoribus suis imperpetuùm, ad intentionem inveniendi unum Capellanum ydoneum ad celebrandum singulis diebus in Mesuagio prædicto vel extra ad libitum Regum Armorum prædictorum pro salubri Statu nostro, & *Annæ Consortis nostræ* & *Edwardi Principis Walliæ* Primogeniti nostri dùm vixerimus, & pro Animabus nostris cùm ab hac Luce migraverimus, ac pro bono Statu omnium Benefactorum Regum Armorum supranominatorum dùm vixerint, & pro Animabus suis cùm ab hac Luce migraverint, ac pro Animabus omnium Fidelium Defunctorum juxta Discretiones & Ordinationes prædictorum *Garter Regis Armorum Anglicorum*, *Regis Armorum Partium Australium*, *Regis Armorum Partium Borialium*, *Regis Armorum Walliæ*, & aliorum *Heraldorum*, *Prosecutorum*, sive *Pursevandorum Armorum*, & Successorum suorum,

Et hæc omnia absque impetitione, impedimento, perturbatione, aut gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Vicecomitum, Escaetorum, Coronatorum, Ballivorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque,

Et absque aliquibus aliis Literis Regiis Patentibus, seu aliquibus Inquisitionibus super aliquo Brevi de AD QUOD DAMPNUM, aut aliquo alio Mandato Regio in ea parte quovismodo prosequendo, habendo, faciendo, capiendo, seu retornando,

Et absque Fine seu Feodo indè Nobis vel Hæredibus nostris fiendo seu solvendo; Statuto de Terris & Tenementis ad MANUM MORTUAM NON PONENDIS edito, aut eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo Mesuagii prædicti, aut cæterorum Præmissorum, sive eorum alicujus, vel de aliis Donis sive Concessionibus per Nos aut aliquem Progenitorum sive Prædecessorum nostrorum, Regum Angliæ, præfatis, *Johanni Writhe*, *Thomæ Holme*, *Johanne More*, & *Richardo Champneys*, aut eorum alicui, ante hæc tempora factis in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione in contrarium factis, editis, sive ordinatis, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Papam.

Dors.

Sanctissimo in Christo Patri & Domino Domino Sixto *Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Pontifici Maximo.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Harleam 39. b. 18. f. 254.

SAnctissime in Christo Pater, post humillimam Commendationem ac Devotissima Pedum oscula Beatorum.

Quanquam speramus *Sanctitatem vestram*,

Quæ, pro singulari ac propè Divinâ Bonitate Benignateque suâ, libenter solet Principum, sibi ac Sanctæ Sedi Apostolicæ Devotorum, piis Supplicationibus inclinari, Virósque Egregios ac Præclaros Vitâ pariter & Doctrinâ Favoribus prosequi gratiosis,

Reverendum in Christo Patrem Dominum *Johannem Shirwode*, ad Episcopatum Dunelmensem Electum, nostrúmque Oratorem, & Virtutum Meritorúmque suorum & Precum quoque nostrarum intuitu brevi ad Cardinalatum evecturam; tamen, ut ipsa *Sanctitas vestra* intelligat quanto id desiderio expectemus, has etiam Literas ad eandem pro celeriori ejus rei expeditione dandas putavimus,

Est enim, *Beatissime Pater*, jam in hoc Regno nostro publicatum Nos pro hac Re Literis aliquot apud *Beatitudinem vestram* & apud Sacrum Collegium intercessisse, magnáque etiam spes est Procerum ac Nobilium ejusdem Regni nostri eum Virum, cujus sanè jamdiu celeberima Fama fuit, quique tantopere studuit simul & studeat de ipsa *Beatitudine vestra* ac Apostolica Sede benè mereri propediem ad præfatum sustollendum Honorem; itaque, quoniam spes quæ differtur affligit animum, *vestram Benignissimam Sanctitatem* instantissimè depre-

A. D. 1484. An. 1. R. 3. deprecamur obtestamúrque ut hoc nostrum ardentissimum Desiderium, pium sanè ac justis Causis innixum, quantociùs fieri possit, complere dignetur,

Nósque, si id faciet prout eam facturam confidimus, dabimus operam ut nulli omnium Principum Christianorum in Fide ac Devotione erga ipsam *Sanctitatem vestram* ac Apostolicam Sedem cedere videamur:

Et ipsa *Sanctitas vestra*, quæ tot illustrissima, uti accepimus, Opera edit, indiésque magis ac magis Urbis Ecclesiæque Romanæ Splendorem amplificat, per plurimos, quæsumus, Annos, ad ejusdem Romanæ atque adeò universalis Ecclesiæ Commodum & Honorem Christianæque Religionis Augmentum, sana & incolumis vivat; Cui Nos & Causam hanc iterùm iterúmque flagrantissimo animo commendamus. A. D. 1484. An. 1. R. 3.

Ex *Londoniis* vi. Non. Martias.

Devotissimus Filius *Ricardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*.

Ad Cardinales.

Dorf.

Reverendissimis in Christo Patribus ac Dominis Colendissimis Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopis, Presbiteris, ac Diaconis Cardinalibus Amicis nostris carissimis.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Harleiam 39. b.18. fol.254. b. Reverendissimi in Christo Patres ac Domini Colendissimi Amici nostri carissimi, post plurimam cum Commendatione Salutem.

Et si speramus vestras Reverendissimas Dominationes,

Quæ Principum Sanctæ Sedi Apostolicæ Devotorum honestis piisque Desideriis morem gerere, ac Viros Vitâ & Doctrinâ præstantes Favoribus prosequi solent,

Tàm Literarum Commendationúmque nostrarum intuitu, quàm consideratione Scientiarum ac Virtutum Reverendi in Christo Patris Domini *Johannis Shirwod* ad Episcopatum Dunelmensem Electi, nostrique in Romana Curia Oratoris, suos præstituras esse consensus uti ille ad Cardinalatûs Fastigium extollatur; tamen, ut *vestræ Reverendissimæ Dominationes* intelligant nos id non remisso sed vehementi Desiderio expectare, rursus ad easdem scribendum putavimus.

Quæsimus itaque & obsecramus *Reverendissimas Paternitates vestras* quatinus non modò annuere (nam de hoc nè dubitandum quidem arbitramur) verùm etiam agere adjuvaréque velint, ut hoc nostrum ardentissimum Desiderium, pium sanè ac innixum Causis honestis & justis, quamcitò fieri potuerit compleatur, A. D. 1484.

Quo (videlicet) & illi Viro, Moribus Scientiáque præstanti, quique de Sancta Sede Apostolica Sacroque isto Collegio optimè semper & Verbis ac Literis & Operibus etiam quoad potest mereri studet, condignæ Promotionis Merces obveniat, & Nos experimento intelligere valeamus nostras Preces non nichil Ponderis apud vestras *Reverendissimas Dominationes* habere, Nósque ob id ad Referendum eis Gratiam plurimùm obligemur, ad quod sanè faciendum semper erimus paratissimi; & Commendamus Nos ipsos Causámque hanc etiam atque etiam Reverendissimis Dominationibus vestris; Quæ optimè semper valeant.

Ex *Londoniis* vi. Non. Martias.

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*.

Pro Comite Douglas de Concessionibus.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Claus. 1. R. 3. m. 53. REX Vicecomiti Notynghamiæ & Derbiæ, qui nunc est & qui pro tempore erit, Salutem.

Cùm Dominus *E.* nuper *Rex Angliæ Quartus* Frater noster, quarto decimo Die Februarii, Anno Regni sui Primo, de Gratia sua speciali, per Literas suas Patentes, quas Nos per Literas Patentes Confirmaverimus, concesserit *Jacobo Comiti Douglas Quingentas Libras* percipiendas annuatim a Festo Sancti Michaelis tunc ultimò præterito pro Termino Vitæ suæ (videlicet) Quadraginta Libras indè de Firmis, Finibus, Exitibus, Amerciamentis, Proficuis, Redditibus, Reventionibus, & aliis Commodi- A. D. 1484.

A. D. 1484. Ric. 3. moditatibus quibuscúmque, de Comitatibus Notynghamiæ & Derbiæ provenientibus sive emergentibus, per manus Vicecomitis eorumdem Comitatuum pro tempore existentis, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis per æquales Portiones, prout in Literis prædictis pleniùs continetur,

Tibi Præcipimus quòd *eidem Comiti* id, quod ei a retro est de prædictis *Quadraginta Libris annuis*, a dicto Festo Sancti Michaelis, & easdem *Quadraginta Libras*, exnunc singulis annis, durante vitâ suâ, de Firmis, Exitibus, Amerciamentis, Proficuis, Redditibus, Reventionibus, & aliis Commoditatibus quibuscúmque, de Comitatibus prædictis provenientibus sive emergentibus, de tempore in tempus solvas, juxta Tenorem Literarum nostrarum prædictarum, recipiens a præfato *Comite* de tempore in tempus Literas suas Acquietantiæ, quæ pro nobis sufficientes fuerint in hac parte, per quas & præsens Mandatum nostrum Nos Tibi indè in Compoto tuo ad Scaccarium nostrum de tempore in tempus debitam Allocationem habere faciemus.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Martii.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet, A. D. 1484. Ric. 3.

Vicecomit Lincoln.
Vicecomiti Norff. & Suff.

REX Vicecomiti Warwicæ & Leycestriæ qui nunc est & qui *&c. ut supra usque ibi*, videlicet, *& tunc sic, Triginta Libras* indè de Firmis, Finibus, Exitibus, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

REX Vicecomiti Devoniæ qui nunc est & qui *&c. ut supra usque ibi*, videlicet, *& tunc sic, Viginti Libras*, indè de Firmis, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

REX Vicecomiti Staffordiæ, qui nunc est & qui *&c. ut supra usque ibi*, videlicet, *& tunc sic, Viginti Libras* indè de Firmis, Finibus, Exitibus, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Ad Rogatum Regis Scotorum, Literæ de Conductu.

MEMORANDUM *quòd, Octavo Die Martii Anno Regni Regis* Ricardi Tertii *Primo, ista Billa liberata fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequenda.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Ex Rundel. infra Turrim Lond. n. 101. temp. R. 3.

PLEASE it the Kyngs moost Noble Grace to Graunte his gracious Lettres Patentes of Sauf Conduit undre his Great Seal aftre the Tenour ensuyng,

R. R.

REX universis & singulis Admirallis, Salutem.

Sciatis quòd, ad rogatum Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Reverendum Patrem *Willielmum Episcopum Aberdonensem*, & *Willielmum Knolles* Præceptorem de Torsekeyn Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, Ambassatores, Oratores, & Commissarios dicti Consanguinei nostri, in Regnum nostrum cum Quadraginta Personis de Regno Scotiæ, in Comitivâ suâ, & totidem Equis vel infra, ac cum Bogeis, Manticis, Rebus, Bonis, Jocalibus, Literis, Papiris, Auro & Argento monetato, necnon Fardellis, Capsulis, & Sarciunculis suis quibuscúmque, conjunctim & divisim, Veniendo, ibidem Morando, Sojornando, Conversando, & Expectando, & iterùm in Regnum Scotiæ quando & quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, Redeundo & Reveniendo, absque impedimento aut impetitione nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, aliquâ Marquâ, Contramarquâ, sive Reprisaliâ, concessâ vel concedendâ, non obstante, A. D. 1484.

Ita tamen quòd infra dictum Regnum nostrum Angliæ, præsente salvo Conductu nostro durante, ipsi ipsorúmve aliquis nichil attemptent seu attemptet

2 quod

A.D. 1484. Ric. 3. quod in Nostri aut ejusdem Regni nostri cedere queat Præjudicium quoquomodo,

Sic tamen, quod si aliquid per eorum aliquem in contrarium attemptatum fuerit, quod ipse sic attemptans pro eo juxta ejus demerita puniatur, nostro præsenti salvo Conductu quoad alios in suo robore permanente. A.D. 1484. Ric. 3.

Et ideò vobis Mandamus &c.

In cujus &c. usque ad Primum Diem Maii proximò futurum duraturas.

Teste apud *Westm.* &c.

Pro Constabulario Turris Londoniensis.

A.D. 1484. An. 1. R. 3. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Pat. 1. R. 3. p. 3. m. 10. Cùm Nos per Literas nostras Patentes, quarum Data est apud Westmonasterium Decimo septimo Die Julii ultimò præterito, Consideratione boni & fidelis Servitii quod Dilectus Serviens noster *Robertus Brakenbery* Nobis impendit & extunc impenderet in futurum,

De Gratiâ nostrâ speciali Concesserimus eidem *Roberto* Officium Constabularii Turris nostri Londoniæ, Habendum & Occupandum dictum Officium per Se vel per sufficientem Deputatum suum, pro Termino Vitæ suæ, cum omnimodis Vadiis, Feodis, Proficuis, & aliis Commoditatibus eidem Officio Constabularii pertinentibus sive quovismodo spectantibus, prout in Literis Patentibus illis plenius continetur,

Jámque ex Parte *prædicti Roberti* accepimus quòd ipse, certis de Causis, in voluntate existit Literas illas in Cancellariam nostram restituere Cancellandas, eâ intentione quòd Nos de uberiori Gratia nostra alias Literas nostras Patentes indè in formâ sequenti *eidem Roberto* concedere dignaremur,

Nos, consideratione boni & fidelis Servitii per *ipsum Robertum* ante hæc tempora Nobis facti & imposterùm siendi, ac certis aliis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus *eidem Roberto* dictum Officium Constabularii Turris nostri Londoniæ prædicti, ac *ipsum Robertum* Constabularium Turris nostræ prædictæ Constituimus, Facimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes, Habendum & Occupandum Officium prædictum *præfato Roberto*, ac idem Officium Occupandum & Excercendum per Se vel per sufficientem Deputatum suum, pro Termino Vitæ *ipsius Roberti*,

Et insuper, de Gratia nostra prædicta, Sciatis Nos Dedisse & per Præsentes Concessisse *præfato Roberto*, nomine Feodi sui, pro Officio prædicto debitè Exercendo, pro Vadiis suis *Centum Libras* per Annum, A.D. 1484.

Habendas, Levandas, & Percipiendas prædictas *Centum Libras eidem Roberto* pro Termino Vitæ ipsius *Roberti*, de Exitibus, Proficuis, Firmis, & Reventionibus Maneriorum sive Dominiorum de Wrottell, Haveryng, Boyton, Hadlegh, Raylegh, & Rocheford, cum Pertinentiis in Comitatu Essexiæ, ac Maneriorum sive Dominiorum de Tunbrich, Penshurste, Middelton, & Merdon, ac Hundredi de Middelton cum suis Pertinentiis in Comitatu Kantiæ provenientibus sive crescentibus, per Manus Receptorum, Firmariorum, Occupatorum, sive Appruatorum Maneriorum sive Dominiorum, ac Hundredi prædictorum, & eorum cujuslibet pro tempore existentium, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis per æquales Portiones,

Et quia *idem Robertus* dictum Officium Constabularii Turris prædictæ, a dicto Decimo septimo Die Julii, virtute Literarum Patentium prædictarum, hucúsque occupavit & adhuc occupat, nulla Vadia, Feoda, seu Regarda, de Nobis proinde habens aut percipiens, de Gratia nostra speciali prædicta Concedimus *eidem Roberto* tot & tantas Denariorum Summas ad quot & quantas *Centum Libræ* per Annum a dicto decimo septimo Die Julii hucúsque secundùm Ratam se attingunt, Habendas, Levandas, & Percipiendas tantas Denariorum Summas prædictas *eidem Roberto* pro Excercitio Officii illius de Nobis nomine Regardi de Exitibus, Proficuis, Firmis, & Reventionibus Maneriorum sive Dominiorum ac Hundredi prædictorum, & eorum cujuslibet provenientium, per Manus nunc Receptorum & exnunc Receptorum eorumdem Maneriorum sive Dominiorum ac Hundredi prædictorum pro tempore existentium,

Eo quod expressa mentio de vero Valore annuo Officii prædicti, aut de aliis Donis sive Concessionibus per Nos *eidem*

A. D. 1484. *dem Roberto* ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione in contrarium factis, editis, seu provisis, non obstantibus.
Rot. 3.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono Die Martii. A. D. 1484. Rot. 3.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Papam.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Infra. Bibl. Harleian 39. f. 18 fol. 251. b.

Beatissime Pater,

Post humillimam Commendationem & devota Pedum oscula Beatorum, sumus in Præsentia ad *Sanctitatem vestram* missuri Reverendum in Christo Patrem Dominum *Thomam Menevensem Episcopum* nostrum Oratorem & Consiliarium,

Is autem, simul cum Venerabili Viro *Archidiacono Richmondiæ* nostro ista in Curia Oratore, ac Magistro *Johanne Dunmowe* Capellæ nostræ de Windesore Canonico, *vestræ Sanctitati* quædam Negotia, quæ Capellam ipsam tangunt, inter cætera, Nomine nostro aperiet,

Quos in iis benignè exaudire eisdémque Fidem perinde atque Nobis habere, & celerem ac brevem Expeditionem eis facere vestra dignetur *Beatitudo*; quam Deus, quæsumus, diutissimè incolumen servet. A. D. 1484.

Ex nostra *Universitate Cantebrigiæ* nono Die Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo tertio, & Anno Regni nostri primo.

Excellentissimæ vestræ Sanctitatis

Devotus Filius *Ricardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ, &c.*

Ad Cardinalem Sancti Georgii.

Dorf.

Reverendissimo in Christo Patri & Domino Domino Cardinali Sancti Georgii *Amico nostro Carissimo.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Ibid.

Reverendissime in Christo Pater Amice carissime, post Commendationem & Salutem.

Quo Zelo *Paternitas vestra Reverendissima*, superioribus Annis, & Decus & Honorem hujus Regni nostri prosecura fuerit, eorum Nemini latuit qui temporibus istam Rempuplicam administrabant,

Cùm autem, sicut Deo placuit, jamdudùm, prævio nostro Jure indubitato, hunc Tronum conscendimus, nichil Nobis jucundius gratiúsve accidere poterit quam intelligere, sicut per Literas vestras intelleximus, *Paternitatem vestram* in pristino manere Proposito,

Reverendissimam Paternitatem vestram, majorem in modum, Rogamus Ceptum prosequatur iterùm atque iterùm, nostrarum Rerum Successibus faveat, A. D. 1484.

Quoniam Nos Mentem habemus id erga eandem quamtotius promerendi, sicuti Reverendus Pater Consiliarius noster fidissimus *Thomas Menevensis Episcopus* nostro Nomine vobis referet; Cui simul & Prædilecto Nobis *Johanni Shirwod Dunolmensi Electo* (quos nostros in istam Sedem Sanctam Oratores destinavimus) Fidem perinde atque Nobis habere dignemini, super his quæ nostra ex parte isthic proponenda susceperunt; & valeat *Reverendissima Paternitas vestra* quantum valere desiderat.

Ex *Universitate nostra Cantibrigiensi* decimo Die Martii.

Ricardus Rex.

Ad

Ad Cardinalem Sancti Marci.

Dorſ.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino Cardinali Sancti Marci *Amico noſtro cariſſimo.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. *Infra Bibl. Harleam* 39. *B.* 15. *fol.* 251. *b.*

R*Everendiſſime in Chriſto Pater Amice cariſſime*, poſt debitam Commendationem.

Ex Literis *veſtræ Paternitatis*, viceſimâ Die Januarii Datis, & Nobis nuperimè redditis, abundè intelleximus quàm ſingulari Amore & Benivolentiâ *Reverendiſſima Paternitas veſtra* proſequatur Venerabilem Patrem Dominum *Johannem Shirwood Richemondiæ Archidiaconum*, quod ipſum ſanè Nobis omnium eſt jocundiſſimum,

Precata eſt inſuper eadem *Reverendiſſima veſtra Paternitas* ut in illius ad Sedem Dunelmenſem, jam Paſtore Vacantem, Promotionem aſſentiri dignaremur ob Merita & ſingulares Viri Virtutes,

Reverendiſſime Pater, gratiſſima Nobis eſt dicti Domini *Johannis* Commendatio veſtra ad eandem Sedem, ad quam quidem jamdudum eum commendare conſtituimus, Feciſſemúſque niſi Conſuetudo Capituli Dunelmenſis Eccleſiæ, quæ longiuſculam moram in Paſtore ſibi delegendo habere ſolita eſt, ut maturiùs de ſufficiendo Paſtore tractari poſſet, impedimento fuiſſet,

Gaudemus nimirùm quòd ad Animum Votúmque noſtrum veſter favor munuſque acceſſerit, qui non modo mentem noſtram de eodem *Johanne* præficiendo in Paſtorem confirmaverit, verùm etiam auxerit vehementer, A. D. 1484.

Itaque eundem ad dictam Sedem, ut optâſtis, *Sanctiſſimo Domino noſtro* Commendamus, ejuſdem *Sanctitati*, *veſtræque Reverendiſſimæ Paternitati*, & noſtræ item menti ſatisfacientes,

Reliquum eſt, *Reverendiſſime Pater*, proficiſcitur ad Sanctitatem *Pontificis Maximi* & iſtam Sanctiſſimam Sedem Venerabilis Pater Dominus *Thomas Menevenſis Epiſcopus*, Orator & Conſiliarius noſter fidiſſimus, ob nonnulla Negotia quæ Nos concernunt; Rogamus *veſtram Reverendiſſimam Paternitatem*, majorem in modum, ut in omnibus, quæ iſthic Acturus eſt, Favorem veſtrum Auxiliúmque illi impertiri & Commendatiſſimum illum habere dignetur, erit id Nobis Beneficii loco, & pro loco & tempore cumulatè reddemus Vices; valeat feliciter eadem *veſtra Reverendiſſima Paternitas*; cui Nos & dictum *Menevenſem Epiſcopum* plurimùm commendamus.

Ex *Urbe noſtra Londoniarum* decimo Die Martii.

RICARDUS REX.

De Credentia.

Dorſ.

Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principi Karolo Regi *Conſanguineo noſtro Franciæ cariſſimo.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. *Ibid.*

R*Icardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, *Karolo*, eadem gratiâ, *Regi* Conſanguineo noſtro Franciæ cariſſimo Salutem plurimam.

Quum ſumus in præſentia ad Mageſtatem veſtram miſſuri Reverendum in Chriſto Patrem Dominum *Thomam Menevenſem Epiſcopum* noſtrum Oratorem & Conſiliarium, is veſtræ Majeſtati quædam Negotia, noſtro Nomine, quæ Nos tangunt, aperiet,

Quem in his benignè audiat, eique Fidem perinde atque Nobis habeat, & celerem ac brevem Expeditionem ei faciat, Majeſtatem veſtram plurimùm oramus; quam diù feliciterque vivere mirificè cupiamus. A. D. 1484.

Ex noſtra *Univerſitate Cantebrigienſi* undecimo Die Martii.

RICARDUS REX.

Pro Episcopo Menevensi.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 2. m. 7.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Leonellus Episcopus Sarum*, propter suas multiplices Rebelliones in Nos & Regiam Dignitatem nostram nuper factas, Auctoritate Parliamenti nostri apud Westmonasterium nuper tenti Nobis forisfecerit omnia Temporalia Episcopatûs sui prædicti, eàque de causa Temporalia prædicta in Manibus nostris jam existunt,

Nos, considerantes fidele & laudabile Servitium quod Venerabilis in Christo Pater *Thomas Menevensis Episcopus* Nobis impendit & indies impendere desiderat, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex mero Motu & certâ Scientiâ nostris, Dedimus & Concessimus *eidem Venerabili Patri* Temporalia prædicta, unà cum Advocationibus Ecclesiarum, Collationibus Canonicatuum & Præbendarum, & aliorum Beneficiorum quorumcúmque, ratione Temporalium prædictorum dicto Episcopatui Sarum pertinentia sive spectantia, A. D. 1484.

Habenda & Tenenda *eidem Venerabili Patri* absque aliquo Nobis reddendo, quamdiu Temporalia prædicta & cætera Præmissa in Manibus nostris contigerint remanere; eo quod expressa mentio de vero Valore annuo Temporalium prædictorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus eidem *Venerabili Patri* per Nos nuper factis, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, sive Restrictione, in contrarium factis, ordinatis, seu provisis, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden* Decimo quinto Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Literis Recommendatoriis pro dicto Episcopo.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 5.

REX universis & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus, Dominis, Capitaneis, Castellanis, Constabulariis, Gubernatoribus Civitatum, Castrorum, Villarum, & Fortilitiorum, Custodibus Portuum, Passagiorum, & Districtuum, ac omnibus aliis Amicis, Benivolis, Alligatis, Confœderatis, & Feodatis nostris, cujuscúmque Statûs, Gradûs, Dignitatis, Præeminentiæ, seu Conditionis, ad quos &c. Salutem in omnium salvatore.

Universitatem vestram multipliciter honorabilem & cujuslibet vestrûm per Se attentiùs & efficaciùs quo possumus, Tenore Præsentium, requirimus & rogamus, quatenus Venerabilem in Christo Patrem & Dominum, Dominum *Thomam*, Dei gratiâ, *Menevensem Episcopum* Oratorem nostrum, qui ad Sanctissimum Patrem & Dominum nostrum, *Summum Pontificem* aliósque Christianos Principes, super certis Negotiis & Agendis Nos specialiter tangentibus, dirigit Gressus suos, cùm ipsum ad Regna, Dominia, Jurisdictiones, & Potestates vestra seù alicujus vestrûm declinare & venire contigerit, nostræ Magestatis intuitu, & harum Precum nostrarum speciali interventu Recommendatum habentes, eundem *Venerabilem Patrem*, cum Familiaribus, Equis, Bonis, Libris, Literis, Manticis, Bogeis, & aliis Hernesiis & Rebus suis quibuscúmque, recipiatis & eum ibidem morari, seu per eadem Regna, Dominia, Jurisdictiones, & Potestates, eùm sibi placuerit, liberè, quietè, & absque impedimento seu perturbatione quacúmq; transire & redire permittatis, sine solutione Daciæ, Pedagii, Gabelli, aut aliqua aperitione Librorum, Literarum, Manticarum, Bogearum, & aliorum Hernesiorum, A. D. 1484.

Necnon ei salvum & securum Conductum per Passus, Loca, Jurisdictiones, Districtiones, & Dominia vestra, & cujuslibet vestrûm, si necesse fuerit, rationabilibus suis Sumptibus & Expensis, habere faciatis, non inferentes Sibi nec eis quomodolibet inferri permittentes, in Corporibus sive Bonis, Dampnum, Impedimentum, Violentiam, Injuriam, Molestiam, seu Gravamen, quin sibi potiùs & eis, in eorum Agendis, si egeant, ministrare dignemini Consilium, Auxilium, & Favorem,

Et, si quid sibi vel eis in Corporibus sive Bonis Molestatum, Injuriatum, sive

A. D. 1484. Ric. 3. sive Forisfactum fuerit, id sibi & eis sine dilatione reformari faciatis nostris Precibus & Amore,

Nos siquidem Subditis vestris & cujuslibet vestrûm, cùm ad Regna, Dominia, seu Jurisdictiones nostra aliquos ex ipsis declinare contigerit, Favorem consimilem seu majorem grato Animo impendere promittimus & de facto veraciter impendemus,

Et ulterius omnibus & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, Officiariis, Ministris, Ligeis, Vassallis, & Subditis nostris quibuscúmque, sub Obedientiâ nostrâ & tàm citra quàm ultra Mare constitutis, quantum ad vos & quemlibet vestrûm pertinet seu pertinere poterit, Injungimus, Praecipimus, & Mandamus quatenus *eundem Venerabilem Patrem*, in Transeundo, Equitando, Perhendinando, Morando, & Redeundo, per Regna, Dominia, Potestates, & Jurisdictiones nostra quaecúmque, cum Servientibus, Familiaribus, Equis, Bonis, Libris, Literis, Manticis, Bogeis, Cariagiis, ac aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis, non inferentes sibi, vel eis, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen; &, si quid sibi vel eis Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id sibi & eis sine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis.]

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden* Decimo quinto Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Oratoribus versus Papam missis.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, eximiis Discretionibus, & Prudentiis Venerabilium Patrum, *Thomae Menevensis Episcopi*, ac *Johannis Shirwod Dunolmensis Electi* Consiliariorum nostrorum plenissimè confidentes,

Ordinavimus, Fecimus, & Constituimus dictos *Episcopum* & *Electum* conjunctim & divisim, nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Legatos, & Nuncios speciales,

Ad Agendum & Prosequendum apud Sanctissimum Dominum nostrum, *Sixtum*, Divinâ Providentiâ, *Papam Quartum*, & in Curia Romana diversa & singularia Negotia Nos & Regnum nostrum concernentia,

Rogantes omnes & singulos Praelatos, Principes, Potentatus, ac universos Populos Christianos, ut praedictos Oratores nostros eorúmque Familiares, cùm per ipsorum Districtus & Territoria ipsi seu eorum alter Transitum fecerint, dignentur habere specialiter recommissos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Bukden* Decimo quinto Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Karolo Franciae.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, Tenore Praesentium, Ordinavimus & Deputavimus Reverendum Patrem *Thomam Menevensem Episcopum*, Oratorem, Procuratorem, Commissarium, & Nuncium nostrum specialem,

Dantes & Concedentes eidem Potestatem generalem & Mandatum speciale cum Excellentissimo Principe *Karolo Franciae Rege* nostro Consanguineo, suisve Consiliariis & Deputatis Potestatem ad Infrascripta sufficientem habentibus, Tractandi, Communicandi, Concordandi, & Concludendi, de & super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, tàm per Terram quàm per Mare, inter Nos & Subditos unius Partis & alterius, ad certa tempora, prout inter eos poterit concordari, ineundis, servandis, & stabillendis, ulteriúsve Treugis, inter Regna praedicta initis, quae nondum expirârunt, Prorogandis,

Dictám-

A. D. 1484. Rec. 3. Dietámque pro meliore Expeditione Conventionis hujusmodi assignandi & præfigendi,

Cæteráque Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, totum & quicquid per præfatum Oratorem factum fuerit Ratum, Gratum, & firmiter habituros. A. D. 1484. Rec. 3.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Notyngham* vicesimo primo Die Martii.

Per ipsum Regem.

Litera Regis ad Papam.

Dors.

Sanctissimo in Christo Patri & Domino Domino Sixto, *Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici.*

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Harleian. 39. b. 18. fol. 252. b.

Beatissime Pater, post humillimam Commendationem & devotissima Pedum oscula beatorum.

Quoniam sit benè meritus de Nobis & Republica nostra Reverendus Pater *Dunelmensis Electus* quódque sit idem *Sanctitati vestræ* carus & perjucundus, nil attinet impræsentiarùm verbis differere locupletissimis, cùm testis est ipsa *Beatitudo vestra*: Quæ, cùm antea sæpe, tùm nuper & Literis & Rebus ipsis apertissimè declaravit;

Utrúmque itaque in eum adducti sumus Opinionem atque Sententiam ut nichil existimemus esse tàm Arduum aut Difficile quin illud pro tanto Viro & contendere debeamus & impetrare, præsertim a *Sanctitate vestra*, sine ulla difficultate possumus.

Res ita se habet *Beatissime Pater*; Oppida, Possessiones, & Castra Dunelmensis Ecclesiæ ferè omnia in iis Angliæ Finibus sita sunt, qui in Scotorum Terras atque Regiones protenduntur, earúmque Partium Cura Defensióque ad Dunelmensem Episcopum pertinere semper consuevit, quod sine maximis Sumptibus ingentíque Pecuniarum profusione fieri non posse nemo dubitat,

Nam, ut unum referamus è multis, ac propemodùm infinitis ejusmodi, Muneribus, uno in Castro Centum Stipendiarios Milites, etiam in Pace, semper habeat necesse est: Quid igitur existimandum est de universorum Castrorum, cæterorúmque Locorum Numero, idque in hujus gravissimi Belli temporibus, quod cum asperrima ferocissimáque Gente Scotorum gerimus? Quòd si nullum ab Hostibus formidandum esset Periculum, nichilque Oneris pro ejusmodi Locorum Terratúmque Defensione subeundum esset, is ipsa tamen Opida & Castra Dunelmensis Ecclesiæ adeò sunt partim superiorum Episcoporum necligentia Collapsa, partim Scotorum Impetu devastata, ut multorum Annorum Fructibus & Proventibus restaurari nequeant, A. D. 1484.

Itaque *Optimus Pater Dunelmensis Electus* in ea videtur incidisse tempora, ut majorem ex hac sua Dignitate Sollicitudinem capturos sit aliquandiu quam Voluptatem; ipse tamen, ut credimus, quia nondum rescivit hæc omnia, nullum de hiis Verbum fecit *Sanctissimæ Paternitati* vestræ; sed profectò, qui pro nostrâ & Reipublicæ nostræ Dignitate tuendâ & amplificandâ semper fuit tàm diligens & assiduus, ejus Absentiæ & Ignorantiæ Causam nullo Pacto relinquere debemus indefensam.

Quæ cùm ita sint, enixissimè *vestram* obsecramus *Sanctitatem*, & quantum licet, sine offensione aliqua Mansuetudinis vestræ, iterùm atque iterùm obtestamur ut ex ea quantitate, quam noster *Electus* solvere deberet hoc tempore Sanctissimæ Sedi vestræ, aliquid tùm Ipsius *Electi* gratiâ tùm nostrâ Intercessione remittatur, differatúrque Solutio Residui in Diem aliquem moderatione & arbitrio *Sanctitatis vestræ* statuendum; Quod tamen ita petimus, *Beatissime Pater*, si fieri possit sine gravi Sedis Apostolicæ Detrimento.

Ita Nos Regnúmque nostrum Deus immortalis tueatur, quicquid in istum Reverendum Patrem Benignitatis Liberalitatísque *Pientissima Beatitudo vestra* contulerit, perinde sumus accepturi atque in Patrem nostrum vel Nosmetipsos contulisset; Quod intellectum iri volumus non solum in hac Causa, sed etiam si posthac aliquando visum fuerit Beatitudini vestræ eundem Reverendum Patrem ad ampliores atque sublimiores Dignitates extollendum esse;

in

A. D. 1484. Ric. 3. in istius enim Honore & Dignitate magnam Partem Honoris & Dignitatis totius Regni nostri positam esse putamus:

Deus Optimus Maximus valere & salvere jubeat *Pientissimam Sanctitatem vestram.*

Ex *Civitate nostrâ London.* Pridie Kalend. Aprilis, Anno Dominî Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo Quatto. A. D. 1484. Ric. 3.

Excellentissimæ vestræ Sanctitatis

Devotissimus Filius *Ricardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, &c.

Litera ad Cardinales.

Dorf.

Reverendissimis in Christo Patribus ac Amplissimis Dominis Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopis, Presbiteris, ac Diaconis Cardinalibus Amicis nostris carissimis.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Infra Bibl. Harleam 39. b. 18. fol. 254.

REverendissimi in Christo Patres atque Amplissimi Domini postCommendationem.

Si Nobis exploratissimum non esset in quanto Favore & Gratia sit aqud Reverendissimas Dominationes vestras Optimus Pater *Dunelmensis Electus*, multis in hac Causa Verbis contendendum putaremus, neque enim Verborum aut ullius generis Contentioni pro tali Viro parcendum esset, qui pro Salute & Dignitate Reipublicæ nostræ nullos fugit unquam Labores, nulla Pericula recusafavit; sed quoniam maxima Beneficia vestra & Honores amplissimi, quos in eum contulistis, clarissimè testantur eum vobis ita carum esse ut nostrarum Literarum Commendatione vix posset esse carior, omissâ verborum multitudine, quæ in hujusmodi Rebus adhiberi solet, Rem ipsam breviter exponendam esse censuimus.

Oppida, Possessiones, & Castra Dunelmensis Ecclesiæ sita sunt in ea parte Regni nostri, quæ cum Scottorum Finibus conjuncta est, illiúsque Partis Defensio tota ad Dunelmensem Episcopum pertinere solet.

Quâ in Re quanti Sumptus faciendi, quàm immensa Pecuniarum quantitas consumenda sit vel ex hoc potest intelligi, quòd uno in Castro Centum Armatos Milites, etiam in altissima Pace, suis impensis habere cogitur: Quid ergo putandum est de reliqua Locorum ejusmodi multitudine? Quid de universis Dunelmen. Agris credendum? præsertim hac tempestate quâ Bellum assiduè cum sævissimâ eadémque pertinacissimâ Gente Scottorum gerimus:

Quæ tamen Incommoda ferri possent æquiori animo, *Benignissimi Patres*, nisi illud etiam gravissimum accideret incommodum; nam ferè omnia, quæ supra memoravimus, Oppida atque Castra partim superiorum temporum culpâ & negligentiâ corruerunt, partim verò Calamitate Bellorum adeò sunt Dirupta & Conquassata, ut multorum Annorum Redditus ad ea Restituenda sufficere nequeant; itaque, nisi *Benignissimæ Dominationes vestræ* succurrerint, hæc Dignitas, quàm ei jamdudùm contulistis, majori Oneri majoríque Sollicitudini futura est eidem quàm Commodo aut Voluptati. A. D. 1484.

Cæterùm Pater Optimus *Dunelmensis Electus* harum Rerum omnium nescius & ignarus est, ideóque nondùm certiores fecit, nè facere potuit *Reverendissimas Dominationes vestras.*

Sed cum iste nostris in Rebus nullum prætermisit Officium, quod ab Homine diligentissimo vigilantissimóque præstari potuit, profectò non decebat in ipsius Rebus & Negotiis Nos remissos aut negligentes esse.

Quocirca *Pientissimas Dominationes vestras* quamplurimùm obsecramus, & quantum fieri potest bona cum Venia ut iterum ac sæpius obtestamur, ut ex ea Summa, quæ per *Electum nostrum* solvenda nunc esset isti Sacratissimo Collegio vestro, pars aliqua condonetur, & Reliquæ Partis Dissolutio in id temporis differatur quod videbitur Sanctissimo Domino patiter & Reverendissimis Paternitatibus vestris, Statuendum.

Magnam fortasse Rem contendimus & insolitam, nec certè peteremus eam nisi urgentissimâ necessitate cogeremur; sed tamen ita petimus, *Reverendissimi Patres*, si fieri posset, sine magno tùm vestro tùm Sanctissimæ Sedis & Apostolicæ Detrimento; ita Nobis optata veniant, *Clementissimi Domini*, quicquid humaniter & benignè egère cum *Electo nostro*, id in eam Partem accepturi sumus ut Nos ipsi maximo a vobis

A. D. 1484. Ric. 3. Beneficio affecti esse videamur, quod etiam in aliis Causis intelligendum esse volumus.

Itaque, si placitum erit *Reverendissimis Paternitatibus vestris* eundem Virum, ut aliàs scripsimus, in Celeberrimum ac Sacratissimum istud Collegium & Consortium vestrum assumere, Nos eam rem ad singulare Decus & maximum Ornamentum totius Regni nostri pertinere judicabimus; benè & feliciter valeant *Amplissimæ & Benignissimæ Dominationes vestræ.* A. D. 1484. Ric. 3.

Ex *Civitate nostra Londoniarum* Pridie Kal. Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo quarto.

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ.*

Pro Comite de Douglas.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 5. m. 22. n. 138.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos per Literas nostras Patentes, quarum Data est duodecimo Die Februarii Anno Regni nostri Primo, bonum, gratuitum, & acceptabile Servitium, per dilectum Nobis *Jacobum Comitem de Douglas*, ad suos Labores & Expensas non modicas, absque Regardo competenti, Nobis ante hæc tempora multipliciter impensum, intimè considerantes, & ut ipse Statum suum decentiùs manutenere valeret,

De Gratiâ nostrâ speciali Concessimus *eidem Comiti Ducentas Libras*, Habendas & Percipiendas annuatim a Festo Sancti Michaelis Archangeli tunc ultimò præterito pro Termino Vitæ suæ; videlicet, inter alia, *Triginta quinque Libras* indè annuatim de Firma Villæ Oxoniæ, per Manus Burgensium, Ballivorum, Receptorum, vel aliorum Occupatorum ejusdem Villæ pro tempore existentium, & ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis per æquales Portiones, prout in Literis illis pleniùs continetur,

Jámque pro eo quod *prædictus Comes*, certis de Causis ipsum moventibus, in voluntate existit Restituendi, & restituit Literas Patentes prædictas in Cancellariam nostram quoad *Viginti Marcas*, Parcellam dictarum *Triginta quinque Librarum*, de dictâ Firmâ dictæ Villæ Oxoniæ *præfato Comiti* in formâ prædictâ percipiendas, ibidem Cancellandas, eâ intentione quòd Nos *eidem Comiti* dictam Summam *Viginti Marcarum* in formâ sequente concedere dignaremur, A. D. 1484.

Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Concessimus, & per Præsentes Concedimus *præfato Comiti Viginti Marcas annuas*, habendas & percipiendas a dicto Festo Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, pro Termino Vitæ suæ, de Firmâ Villæ Nothynghamiæ, per Manus Vicecomitum, Ballivorum, Receptorum, sive aliorum Occupatorum ejusdem Villæ pro tempore existentium, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis Archangeli per æquales Portiones; Eo quod expressa mentio de aliis Donis aut Concessionibus, per Nos *eidem Comiti* ante hæc tempora factis, in præsentibus facta non existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, vel Restrictione, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Abstinentia Guerræ inter Regem & Ducem Britanniæ.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Franc. 1. R. 3. m. 11.

RIchard, par la grace de Dieu, *Roy d'Angleterre & de Fraunce*, & *Seigneur d'Irland*, a tous ceux, qui ces presentes Lettres verront ou orront, Salut.

Savoir faisons qui,

Pur le Honeur & Reverence de Dieu nostre Createur, & a fin de eviter l'effusion du Sang Human, & autres grans Maulx & Pechies qui per l'Exploit de Guerre se peuent commetter & executer, Cognoissans le Bien & Utilite qui per le Moyen de Peax & Abstinence de Guerre s'ensuir a la Chose Publique, pur ces Causes & auters ad ceo Nous mouvans, A. D. 1484.

Avons aujourduy Fait, Treictie, Prins, & Accorde avecques Treshault & Puissant

A. D. 1484. Ric. 3. sant Prince nostre Treschier & Tresame Cosyn *Francois Duc de Bretaigne*, pour Lui, ees Hommes, Vassaulx, Feaulx, Subgettes, & Serviteurs d'un Parte, & *Nous* & les Nostres d'autte, Seur Estat, Treues, & Abstinence de Guerre, a Commancer *le Primer Jour de Juilet, prochainement venant*, & Finissant le *Vient & quater Jour d'Avril apres ensuivant inclusivement*,

Et Promettons qui, durant le temps de la dit Treue & Abstinence de Guerre, Nous ne ferons ne ferons fair per Nous, noz Subgetz, ne autres aucune Hostilite, Molestation, Perturbation, ou Dommaige, per Mer, per Terre, Riviere, ne Eaues doulces, a *nostre dit Cousin* ses dit Paies & Subgetz en quelque manier que ce soit,

Aussy qui les Subgetz d'une Parte & d'autre pourront Aller, Venir, & Frequenter Merchaundement es Roymes, Paies, & Obeissances d'une Parte a l'autre & ailleurs,

Et tous Ambassadeurs, Messaigers, & Transmis de l'un Partie en l'autre, Armes on Desarmes ausi que leur ferra necessaire ou prouffitable pour la Seurte d'eulx on de leurs Biens & Navires, pourront, durant les dir Treues & Abstinence de Guerre, per Meer, per Terre, per Riviere, & Eaues doulces, Aller, Venir, Sejourner, & Demourer, es Paies & Obeissances de chascune des dites Parties, pour Besonguer es Ambassades, Messaiges, & Commissions qui leur feront commises & ordeignees de l'un Partie & de l'autre, & eulx en Retourner in leur Partie, quant il leur plaira, Seurement & Sauvement, sans qu'il leur soit Besoignet d'avoir autre Sauf Conduit ne Suettie d'un Partie ne d'autre, mais seulement qu'ilz monstrent porter Lettres ou Messaiges du l'un Parti a l'autre;

Pourveu qu ilz ne feront, machineront, pourchaseront, ne attempteront Chose Prejudiciable a Nous, nous dit Paiis, & Subgetz,

Toutes & chescune les quelles Choses avons Promis & Promettons, en bonne Foy & Parol de Roy, & sur nostre Honeur, Observer, Garder, & Entretenir inviolablement a nostre *dit Cousin*, de point en point, selonque la Fourme & Teneur dessus continue, durant le dit temps, sans faire ou venir ne suffrir estre fait per nous dit Subgetz ne autres au Contraire en ascune maniere,

Et que Nous ferons le dit Sure Estate, Treues, & Abstinence de Guerre duement Publier en dedens le Primer Jour de Juillet.

En tesmoign de ce Nous avons ces dite Presentes Signes de nostre Maigne, & fait seller de nostre Seell.

Donne en *nostre Castell de Pontfret* le viii. Jour de Juing, l'An de Grace Mll, Quatrecens, Quatrevingtz, & quatre, & de nostre Regne le Primer.

Contra Piratas.

A. D. 1484. An. 1. R. 3. Pat. 1. R. 3. p. 4. m. 12. dor.

REX, Dilecto & Fideli suo, *Thomae Lye* uni Sarvientum nostrorum ad Arma, Salutem.

Quia datum est Nobis intelligi quòd nonnulli Subditi nostri, more Piratico frequentantes Mare, nonnullas Naviculas Piscatorias, onustas Piscibus, de & sub Obedientia carissimi Consanguinei & Amici nostri *Maximiliani Ducis Austriae* nuper violenter ceperunt, Intendentes de Navibus, Piscibus, & caeteris Bonis ita captis disponere pro suarum libito Voluntatum, in maximum Praejudicium Liberi Intercursûs Mercandisarum utrinque Continuati & diu Observati,

Nos, Nolentes dictum Intercursum aliquo modo Infringi, Assignavimus te, tibique ad hoc plenariam Auctoritatem & Potestatem Committimus, ad Inquirendum quae & quot Naves quantique Numeri & Valoris Pisces hujusmodi capti sunt, ipsasque Naves, Pisces, & caetera Bona in toto Reponendum, seu, si ita melius videbitur, pristinis Possessoribus integraliter Restituendum,

Et de Nominibus Captorum seu Piratarum hujusmodi Nos & Concilium nostrum quamtotius Certificandum,

Ipsosque Arestandum, Capiendum, & Incarcerandum, Personas ita inhumaniter captas plenae Liberati Restituendum,

Caeteraq; Faciendum, Excercendum, & Expediendum quae ad Complementum Justitiae in hac parte necessaria videbuntur;

Damus autem &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo nono Die Junii.

De

Conventionum Portugalliæ Approbatio.



A. D. 1484 An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 8.

R. R.

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS TRACTATUM PACIS, inter, bonæ memoriæ, *Ricardum Secundum* quondam *Regem Angliæ & Franciæ* Prædecessorem nostrum, pro Se, Hæredibus, Regnis, Terris, Dominiis, Vassallis, & Subditis, ex una, & *Johannem Regem Portugaliæ & Algarbii*, pro Se, Hæredibus, Regnis, Terris, Dominiis, Vassallis, & Subditis suis quibuscúmque, ex altera Parte, prout in sequentibus Articulis continetur,

INPRIMIS, *&c. verbatim prout in Tom. VII. f.* 515. *usque hæc verba; viz.* Quibuscúnque, *tunc sic.*

Nos autem *Ricardus*, hujus Nominis *Tertius Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, memoratus supradictos Tractatus, Confœderationes, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Conditiones, Promissiones, Fœdera, & quæcúmque Ligamina supradicta Ore Regio Approbamus, Laudamus, Renovamus, Ratificamus, necnon, Tenore Præsentium, Confirmamus, atque etiam Promittimus, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, & Causam a Nobis habentibus, Præmissa omnia & singula perpetuò Tenere, & non Contrafacere eisdem vel alicui eorum, vel venire contra eadem vel aliquam Partem eorumdem, per Nos nec per aliquem Hæredum seu Successorum nostrorum, vel alium seu alios a Nobis Causam habentes, sed ea omnia & singula supradicta firmiter & illæsa, quantum ad Nos & ad Hæredes & Successores nostros attinet, sicut in Literis dictarum Ligaminum seu Pactionum continetur, & prout superiùs contenta sunt & Tractata & Concordata fuerint, Promittimus observare & observari facere, & contra ea nullatenus venire, & per Sancta Dei Evangelia, per Nos inspecta & corporaliter tacta, promittimus.

In cujus rei Testimonium has præsentes Literas nostras solitâ Subscriptione nostrâ appensionéque Sigilli nostri Majoris fecimus communiri.

Dat. & Acta sunt hæc, prout suprascribuntur & recitantur, sub Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo quarto, & Regni nostri Anno primo, Indictione secundâ, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Sixti*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Quarti* Anno Tertiodecimo, Mensis verò Junii Die Vicesimo quinto, in quadam alta Camera infra Domum Fratrum Augustinensium Civitatis Eborum; A. D. 1484.

Præsentibus tunc ibidem,

Reverendis in Christo Patribus,
Ricardo Assavensi,
Et *Andrea Menevensi*,
Episcopis:
Clarissimis Dominis,
Alexandro Duce Albaniæ,
Ac *Henrico Northumbriæ*,
Georgio Salopiæ,
Et *Jacobo de Dowglasse*,
Comitibus:
Ac,
Nobilibus Viris,
Francisco Vicecomite de Lovell,
Et *Thoma Domino de Staneley*;
Ac aliis multis Viris Illustribus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Quia ego Johannes Haryngton, *in utroque Jure Bacalarius, Clericus Eborum Diœcesis, Publicus Auctoritatibus Apostolicâ & Imperiali Notarius, Probationi, Laudationi, Renovationi, & Ratificationi suprascriptorum Tractatûs, Confœderationum, Conventionum, Alligantiarum, Amicitiarum, Pactionum, Conditionum, Promissionum, Fœderum, & quorumcumq; Ligaminum prædictorum, sub Modo & Formâ prænotatis Tractatorum, Ordinatorum, Conventorum, & aliàs quomodolibet ut præfertur Dispositorum, per præfatum Serenissimum Dominum nostrum* Regem Ricardum, *hujus Nominis* Tertium, Angliæ & Franciæ Regem, ac Dominum Hiberniæ, *factis, necnon ejusdem Domini nostri Regis ad Sacrosancta Dei Evangelia per eum tunc inspecta & corporaliter tacta Juramenti præstationi, cæterisque omnibus & singulis supradictis, dùm sic, ut præmittitur, per eundem* Dominum nostrum Regem *Approbarentur, Laudarentur, Renovarentur, Ratificarentur, Confirmarentur, Promitterentur, Agerentur, & Fierent, unà cum Reverendis in Christo Patribus ac Clarissimis*

I & Spe-

A.D. 1484. Ric. 3. & Spectabilibus Dominis & Viris Illustribus prædictis, ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis, ut præmittitur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Die, & Loco prædictis, præsens personaliter interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideoque hiis Præsentibus Literis Regiis Nominis sui Subscriptione, de quâ michi Notario Publico prædicto sufficienter innotuit atque constabat, ac Appensione Sigilli sui Majoris munitis, de ipsius Regis Mandato, me hic subscripsi, easque Signo meo ac Nomine solitis & consuetis in pleniorem Fidem eorumdem signavi rogatus & requisitus specialiter in hac parte per Dominum nostrum Regem supradictum. A.D. 1484. Ric. 3.

Pro Duce Britanniæ, de Sagittariis transmittendis.

A.D. 1484. An. 2. R. 3. Pat. 2. R. 3. p. 2. m. 24. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm ad Rogatum & Desiderium carissimi Consanguinei nostri *Ducis Britanniæ* Armatam Mille Hominum Sagittariorum ad Partes Britanniæ, cum Dilecto & Fideli nostro *Johanne Grey* Domino de Powes Milite, ex certis Causis Transmittendam Ordinaverimus, Assignaverimus ipsum *Johannem*, de cujus Fidelitate & provida Circumspectione plenam fiduciam optinemus, Capitaneum & Gubernatorem Armatæ prædictæ,

Ac ei plenam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, Damus & Committimus ad Armatam prædictam, quamdiu Conductum & Gubernationem ejusdem, prout inter Nos & Ipsum conventum est, tàm in Partibus ipsis quàm in Transitu ad eas & Reditu ex eisdem, habuerit, Regendum & Gubernandum,

Necnon ad quoscúmque de Armata illa, quos Regimini & Gubernationi Mandatis, Proclamationibus, & Ordinationibus, Nomine nostro in hac parte faciendis & ordinandis, Contrarios & Inobedientes invenerit, juxta Discretionem suam & Delinquentium Demerita Castigandum & Puniendum, ac Castigari & Puniri faciendum, A.D. 1484.

Omniáque alia & singula in Præmissis necessaria & oportuna Faciendum & Exequendum;

Damus autem omnibus & singulis Ligeis nostris Armatæ prædictæ, ac aliis, quorum interest, in hac parte, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd *eidem Johanni*, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Assistentes, & Obedientes in omnibus, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Monstro dictorum Sagittariorum.

R. R.

A.D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 85. Temp. R. 3. REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Francisco Vicecomiti Lovell, Willielmo Catesby, Morgano Kidwelly, Thomæ Lynom, Roberto Carre, Johanni Hoton, Johanni Rogers,* & *Majori Villæ Suthamptoniæ*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos, conjunctim & divisim, ad Monstrum sive Monstrationem Dilecti & Fidelis nostri *Johannis Grey* Domini de Powes Militis, ac Mille Hominum Sagittariorum de Retinentia sua, versus Partes Britanniæ profecturi, in aliquo Loco congruo prope Suthamton supervidendum & capiendum, & ad Nos omni festinatione possibili de Numero Hominum Sagittariorum prædictorum & de eorum Arraiatione, tàm in Equitatura quàm aliter, sub Sigillis vestris vel unius vestrûm debitè Certificandum, ac ad omnia & singula in Præmissis necessaria & oportuna Faciendum & Exequendum; A.D. 1484.

Et ideò vobis Mandamus &c.

Damus &c.

In cujus &c.

Teste &c. vicesimo sexto Die Junii.

Pro Ambassiatoribus Regis Scotiæ.

A.D. 1484. An. 2. R. 3. Scot. 2. R. 3. m. 5.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Serenissimus Princeps carissimus Consanguineus noster *Jacobus Rex Scotorum*, pro certis Negotiis, Bonum Commune, & Publicam Utilitatem, Pacémque & Tranquillitatem utriúsque Regni Angliæ, videlicet, & Scotiæ concernentibus, per Advisamentum Concilii sui, decrevit certos Ambassiatores suos infranominatos in hoc Regnum nostrum atque ad Villam nostram Notynghamiæ, ad septimum Diem Mensis Septembris proximò futurum, mittere & destinare, dummodò Literas nostras Salvi Conductûs pro Personis mittendis hujusmodi, quas a Nobis literatoriè requisivit, dare & expedire velimus,

Nos, Desiderio dicti *Consanguinei nostri* Pacique & Tranquillitati Regnorum prædictorum affectuosè pro viribus morem gerentes, de gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, suscepimus in salvum & securum Conductum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Potentem & Spectabilem Dominum *Colinum Comitem de Ergile Dominum Cambell & Lorien*. Cancellarium, Reverendum in Christo Patrem *Willielmum Episcopum Aberdonensem*, Nobiles & Clarissimos Viros, *Andream Stuard Dominum Avendale, Robertum Dominum Lile, Laurentium Dominum Olifant, Johannem de Drummont* Dominum de Stobhall, *Dominum Darnell*, Magistrum *Archibaldum Quhitelawe* Secretarium, & *Duncanum de Dundas* Armigerum, Consiliarios, Oratores, & Commissarios dicti Consanguinei nostri *Scotorum Regis*, cum suis Familiaribus, *ad Numerum Ducentarum Personarum* in Comitiva sua cum totidem Equis vel infra, post Vicesimum Quartum Diem instantis Mensis Augusti in Regnum nostrum Angliæ cum Rebus, Bonis, Jocalibus, Literis, Papiris clausis & apertis, Auro & Argento monetato vel non monetato, necnon Manticis & Fardellis quibuscúmque Veniendo, ac à dicto septimo Die Septembris apud dictam Villam nostram Notynghamiæ, seu ubi aliàs Nobis videbitur, pro meliori Expeditione Negotiorum prædictorum, infra idem Regnum nostrum, Morando, Sojornando, Conversando, & Expectando, ac iterùm in Regnum Scotiæ quotiens & quando opus & necesse fuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, Transeundo & Redeundo, absque Impedimento seu Perturbatione Nostri, aut Officiariorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque;

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsos Consiliarios, Oratores, & Commissarios dicti Consanguinei nostri, cum suis Familiaribus ad Numerum prædictum in Comitiva sua & totidem Equis vel infra, post dictum Vicesimum quartum Diem instantis Mensis Augusti, in dictum Regnum nostrum Angliæ, cum Rebus, Bonis, Jocalibus, Literis, Papiris clausis & apertis, Auro & Argento monetato vel non monetato, necnon Manticis & Fardellis suis prædictis Veniendo, ac a dicto Septimo Die Septembris, apud dictam Villam nostram Notynghamiæ, seu ubi aliàs Nobis videbitur pro meliori Expeditione Negotiorum prædictorum infra idem Regnum nostrum Morando, Sojornando, Conversando, & Expectando, ac iterum in dictum Regnum Scotiæ quotiens & quando opus & necesse fuerit, durante nostro præsenti salvo Conductu, ut prædictum est, Transeundo & Redeundo, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Non inferentes &c.

Et, si quid &c.

Proviso semper quòd iidem Consiliarii, Oratores, & Commissarii, & secum commitantes se benè & honestè erga Nos & Populum nostrum habeant & gerant absque quicquam quod in nostri Contemptum seu Præjudicium, aut Populi nostri prædicti Dampnum seu Gravamen cedere valeat attemptando,

Proviso etiam quòd si contingat aliquem prædictorum Consiliariorum, Oratorum, & Commissariorum, aut secum Commitantium, præsentem nostrum salvum Conductum infringere, nolumus tamen alicui dictum nostrum salvum Conductum minimè Infringenti aliquod Dampnum seu Præjudicium generari, set illi vel illis sic Infringenti vel Infringentibus.

In cujus &c. usque Primum Diem Novembris proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto die Augusti.

Per ipsum Regem.

De

De Tractando cum Duce Austriæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 17.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Prudentiis, & Discretionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Thomæ Mongomery* Militis pro Corpore nostro ac de *Ordine nostro Garterii*, Magistri *Johannis Coke* Archidiaconi Lincolniensis Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, *Hugonis Clopton*, ac *Johannis Wendy*, Mercatorum & Civium Civitatis nostræ Londoniæ, plenius confidentes,

Ipsos *Militem*, *Archidiaconum*, & *Mercatores* Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Ordinamus, & Constituimus nostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem, Tribus aut Duobus eorum (quorum *Militem* seu *Archidiaconum* unum esse volumus) Potestatem generalem & Mandatum speciale pro Nobis & Nomine nostro cum Illustrissimo Principe Consanguineo nostro carissimo *Maximiliano Austriæ*, *Burgundiæ*, *Brabantiæ*, *&c. Duce*, *Flandriæ*, *Hanoniæ*, *Holandiæ*, *Zelandiæ*, *&c. Comite*, seu cum habentibus aut habituris ab eodem Potestatem ad Infrascripta sufficientem, de & super firma atque inviolabili Observantia omnium & singulorum Articulorum pro Pace, Treugis, & Libero Intercursu Mercandisarum inter Subditos utriusque Partis Stabiliendis, per eos hincinde Principes superioribus Annis captorum & conclusorum, supérq; Reformatione omnium & singulorum quæ in Præjudicium Intercursûs hujusmodi hincinde attemptata fuisse dicuntur, Communicandi, Tractandi, Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi, & Concludendi,

A. D. 1484.

Dietámque seu Dietas pro saniori & pleniori Executione Præmissorum Statuendi, Præfigendi, & Limitandi,

Cateráque omnia & singula, quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum necessaria videbuntur seu quomodolibet oportuna, Faciendi & Exequendi, adeò plenè atque liberè sicut Nos ipsi ea facere-mus, seu facere possemus, si in Persona præsentes interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum magis exigerent speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Firmum, Ratum, atque Gratum habituros quicquid per dictos Oratores nostros in forma præmissa, Factum, Gestum, Procuratum, Appunctuatum, Statutum, seu Concordatum fuerit in Præmissis, aut aliquo Præmissorum, sub Ipoteca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Super Defensione Castri de Guysnes, de Intendendo.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ibid.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd datum est Nobis intelligere quomodo Adversarii nostri Franciæ, declinantes in magna Multitudine ad Partes Picardiæ, intendunt, si quo modo possint, Castrum nostrum de Guysnes, quod dictis Partibus Picardiæ vicinum esse dinoscitur, eo maximè tempore invadere quo *Dominus de Mountejoy* noster Locumtenens ejusdem Castri dicitur Infirmari & Languere in extremis, unde dolemus plurimùm,

Volentes de & super tuta & firma Custodia ejusdem Castri nostri Defensionéque ipsius Loci & Partium adjacentium in tantis Periculis sagaciùs providere,

A. D. 1484.

Ac de Fidelitate, Prudentiâ, & Strenuitate prædilecti nostri *Thomæ Mongomery* Militis pro Corpore & de *Ordine nostro Garterii* plenissimè confidentes,

Assignavimus, Deputavimus, & Constituimus eum Commissarium nostrum in hac parte,

Dantes & Concedentes ei plenariam Potestatem & Auctoritatem Nomine nostro, cum Consilio & Assistentia, Prædilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Dynham* Domini de Dynham Militis, & *Richardi Tunstall* Militis, dictum Castrum & Possessionem ipsius Intrandi, Nan-

A.D. 1484. Ric. 3. Nancifcendi, & Continuandi, bonóſque & fideles Deputatos & Cuſtodes ſub Se, unà cum Gentibus Armorum & Stipendiariis requiſitis & neceſſariis, de Conſilio & cum Aſſiſtentia prædictis, Ordinandi, Statuendi, & Aſſignandi,

Omniáque & ſingula alia pro Defenſione & Cuſtodia ſupradictis oportuna, adeò plenè & liberè Providendi, Faciendi, & Exequendi, ſicut Nos ipſi faceremus ſeu facere poſſemus, ſi in Perſonâ præſentes eſſemus, etiam ſi Mandatum magis exigerent ſpeciale;

Mandantes omnibus & ſingulis Caſtellanis, Locatenentibus, Conſtabulariis, Ballivis, & cæteris Officiariis, & Miniſtris noſtris quibuſcúmque, infra Villam & Præcinctum totius Terræ noſtræ Caleſii ubilibet conſtitutis, quòd ipſi & eorum ſinguli dicto *Thomæ Mongomery* Militi noſtro, ut præfertur, in Executione Præmiſſorum Intendentes ſint, Auxiliantes & Obſequentes, prout decet. A.D. 1484. Ric. 3.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* decimo quarto Die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Pro Secretario Ducis Auſtriæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ibid. m. 16. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, ac in conſideratione quamplurimorum bonorum & gratuitorum Servitiorum Nobis per Dilectum noſtrum Magiſtrum *Petrum Puiſſant* Secretarium cariſſimi Conſanguinei noſtri *Ducis Auſtriæ* multipliciter impenſorum, Conceſſimus & Licentiam Dedimus præfato Magiſtro *Petro*, quòd ipſe per Se, Factores, Servientes, ſive Attornatos ſuos, tàm Indigenas quàm Alienigenas, Centum Dolia Vini tàm de Creſcentia Vaſconiæ quàm alterius cujuſcúmque in quibuſcúmque Partibus Exteris emere & providere,

Ac Vina illa in una Navi vel diverſis Navibus Hiſpaniæ, Britanniæ, aut Flandriæ, in quocúmque Portu ſive quibuſcúmque Portubus ſibi placuerit, eskippare & cariare,

Ac Vina illa in Navi vel Navibus prædictis in hoc Regnum noſtrum Angliæ, ac alia Loca Nobis ſubjecta quæcúmque, unà vice vel diverſis vicibus, quandocúmque ſibi placuerit, durante præſenti Licentiâ noſtrâ, traducere & cariare ac traduci & cariari faciat, & ibidem vendere & diſtribuere licitè & impunè valeant & poſſint, abſque Impedimento, Impetitione, Perturbatione, Moleſtatione, ſeu Gravamine quocúmque noſtri aut Officiariorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcúmque, aliquo Statuto, Actu, ſive Ordinatione, in contrarium factis ſive ordinatis, non obſtantibus, A. D. 1484.

Proviſo ſemper quòd Nobis de Cuſtumis, Subſidiis, & aliis Deveriis, Nobis pro Vinis & Bonis prædictis debitis, fideliter reſpondeatur, ut eſt juſtum.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* decimo nono Die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Commiſſio Regis Scotorum ſuper Matrimonio inter Primogenitum & Annam Neptem Regis.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, univerſis & ſingulis, ad quorum notitias præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm Confœderationes & Amicitias, aliaque honeſtatis Ligamina, Pactionéſque legitimas Chriſtiani adinvicem Principes inire ſoliti ſunt, ut, duplici Poteſtate muniti, proprio, videlicet, & Amicorum Præſidio, eorum Dominia fortiora reddantur; verumtamen inter cætera Amoris & Benivolentiæ Vincula Matrimonii Fœdus a Summo omnium rerum Conditore Primævo Hominum Exordio in Paradiſo dinoſcitur inſtitutum, quo Generis Humani Propagatio legitima, Fœdere Matrimonii ſtabilita, inter Principes Pacem nutriet, Bella priùs geri ſolita tollet, iniet Concordiam, & augebit Amorem: A. D. 1484.

Nos igitur,

Attendentes & in Animo revolventes, quòd per Contractum Matrimonium inter Cariſſimum noſtrum Primogenitum *Jacobum*

A. D. 1484. Ric. 3. *Jacobum Ducem de Rothissay, Comitem de Carrik, Dominum de Cunynghame nostrum Hæredem*, & inclitam Dominam *Annam* Neptem Serenissimi Principis *Ricordi Regis Angliæ* Consanguinei nostri carissimi, Filiam unicam Nobilis & Potentis Principis *Johannis Ducis de Suffok*, possint veresimiliter Affinitates & Amicitiæ inter dictum Principem *Ricordum Angliæ Regem* & *Nos*, Angliæ & Scotiæ Domos inclitas augmentari, firmari, & solidari, prout cupimus & optamus,

Notum igitur facimus quòd Nos,

In ea parte Votis & Desideriis Excellentissimi & Potentissimi Principis *Ricordi Regis Angliæ* Consanguinei nostri carissimi, id pariformiter optantis, inclinati,

De Fide, Legalitate, Probitate, Scientiâ, Circumspectione, & Industriâ Nobilis & Potentis Domini *Colini Comitis de Ergile Domini Campbell & Lorne* nostri Cancellarii, necnon Reverendi in Christo Patris *Guilelmi Episcopi Abirdonensis, Roberti Domini Lile, Laurentii Domini Oliphant, Johannis Drummond* de Stobhall, *Archibaldi Quhitelaw* Archidiaconi Laudoniæ Secretarii nostri, *Leonis Armorum Regis*, & *Duncani de Dundas*, Consulum nostrorum apprimè Dilectorum, ad plenum confidentes,

Ipsos, Septémve, Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorundem, nostros Ambaxiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, ac Tribus eorundem, sic tamen quòd idem *noster Cancellarius* unus existat eorum, Potestatem generalem & Mandatum speciale pro Nobis & Nomine nostro, cum dicto Excellentissimo Principe *Ricardo Angliæ Rege*, suisve Ambaxiatoribus, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Nunciis ad hoc ab eodem Excellentissimo Principe speciale Mandatum & similem Potestatem habentibus, de & super Sponsalibus & Matrimonio inter *Jacobum nostrum Filium* Primogenitum & Hæredem & dictam Dominam *Annam* contrahendis, Dote, Dotalitio, seu Donatione propter Nuptias, vi & virtute Sponsaliorum seu Matrimonii hujusmodi Promittendis, Dandis, Persolvendis, & Recipiendis, Tractandi, Concordandi, Communicandi, Appunctuandi, & Concludendi Locorum, Temporum, Modorum, Conditionum, Cautionum, & Securitatum, quibus Præmissa compleantur & perficiantur, certitudinem specificationem & qualitatem Statuendi, & super eisdem Consentiendi & Concordandi, A. D. 1484. Ric. 3.

De & super firmis Treugis, Guerrarum Abstinentiis, Amicitiâ, & Unitate pro Nobis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Hæredibus, & Successoribus, Regnis, Patriis, Dominiis nostris, & utriúsque nostrûm ineundis, Tractandi, Firmandi, mutuísque hinc inde Assistentiis & Auxiliis præstandis Tractandi, Consentiendi, Concordandi, & Concludendi,

Aliámque Dietam pro Præmissis, si oporteat, Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, Fide bonâ & in Verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, Nos ea omnia Rata, Grata, & Firma imperpetuum habituros quæ per dictos nostros Ambaxiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios Tractata, Communicata, Appunctuata, Stabilita, Concordata, seu Conclusa fuerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum.

In cujus Rei Testimonium Magnum Sigillum nostrum Præsentibus est appensum apud *Edinburgh*, penultimo Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo quarto, & Regni nostri vicesimo quinto.

JAMES.

Sub Magno Sigillo de Cerâ albâ pendente a Caudâ Pergamenæ.

Commissio Regis Scotorum pro Treugis & Pace habendis cum Rege Angliæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

NOVERIT UNIVERSITAS VESTRA quòd Nos ad Omnip. Dei Honorem, Gloriam, & Reverentiam, & ad evitandum Strages A. D. 1484.

A. D. 1484. Ric. 3.

Strages & Christiani Sanguinis Effusionem, Dampna, Pericula maxima quæ occasione Guerrarum verisimiliter poterint evenire, cupientes quantum in Nobis est, Divino subveniente Numine, cum omnibus Christianæ Fidei Cultoribus Pacem observare, tenere, & inviolabiliter custodire, ac nostros Subditos sub Justitiâ ponere, in Pace ac Quiete fovere & præservare:

Confisi eapropter ad plenum de Fidelitate, Prudentiâ, Legalitate, Scientiâ, & Probitate, Nobilis & Potentis Domini *Colini Comitis de Ergile Domini Campbell & Lorne* Cancellarii nostri, Reverendi in Christo Patris *Gilelmi Episcopi Abirdonensis*, *Roberti Domini Lile*, *Laurentii Domini Oliphant*, *Johannis Drumond* de Stobhall, *Archibaldi Archidiaconi Laudoniæ*, *Leonis Armorum Regis*, & *Duncani de Dundas*, Consulum nostrorum apprimè Dilectorum,

Ipsos, Septemve, Sex, Quinque, Quatuot, aut Tres eorumdem nostros veros & indubitatos Ambaxiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & speciales Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac Præsentium Tenore Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem Ambaxiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis nostris, ac Tribus eorumdem, sic tamen quòd idem *noster Cancellarius* unus eorum existat, plenam Potestatem & Mandatum generale & speciale pro Nobis & Successoribus nostris, Regno, Terris, Dominiis, Possessionibus, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúnque, cum Serenissimo Principe *Ricardo Rege Angliæ* Consanguineo nostro carissimo, seu ipsius Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem ad hoc Potestatem habentibus, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi, de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, necnon Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus, inter Nos, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones nostras, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúnque ex parte unâ, & *præfatum Principem*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones suas, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúnque ex Parte alterâ Contrahendis, Ineundis, Vallandis, Roborandis, & Firmandis, sub Modis, Formâ, & Conditionibus, & ad Tempus longum aut breve, de quibus inter dictum Serenissimum Principem, suósve Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, & nostros Ambaxiatores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios præfatos conveniri, tractari, communicari, appunctuari, concordari, seu concludi poterit, & prout eisdem Commissariis utriusque Partis magis conveniens & expediens visum fuerit,

A. D. 1484. Ric. 3.

Et quascúnque Securitates in ea parte necessarias Nomine nostro Præstandi & Faciendi,

Nósque Modis omnibus quibus ipsis videbitur ad Præmissorum completionem & complementum firmiter & in Verbo Regio Obligandi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, seu circa ea aut eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nos ipsi faceremus seu facere possemus si Præsentes personaliter interessemus, etiamsi talia fuerint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, Fide bonâ & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros in formâ prædictâ, Actum, Gestum, Factum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

Datum sub Magno Sigillo nostro apud *Edinburgh* ultimo Die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo quarto, & Regni nostri vicesimo quinto.

JAMES.

De Salvo Conductu pro Ambassiata Franciæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 17.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Serenissimus Princeps [*Karolus Franciæ* Consanguineus noster carissimus, cupiens pro suo virili Christianorum Bella in Pacem convertere, dudùm ad Nos scripserat ut Literas nostras salvi Conductûs pro certâ suâ Ambassiatâ, super Pace Hujusmodi Nobiscum tractaturâ,

A. D. 1484.

A. D. 1484. Ric. 3. ctaturâ, per ipsum ad Loca Obedientiæ nostræ destinandâ, concedere dignaremur,

Nos igitur, qui Christianorum Pacem non minori affectione sitimus, & præsertim volentes ut inter Incolas Regnorum Angliæ & Franciæ, quibuscúmque Mediis congruis & honestis id fieri possit, Concors & pacifica Comunicatio habeatur, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales quoscúmque Dominos Spirituales & Temporales, Clericos, Doctores, Magistros, Milites, Scutiferos, & Homines cujuscúmque Dignitatis, Ordinis, Conditionis, & Statûs Regni Franciæ, quos dictus Serenissimus Princeps, cum eorum Familiaribus & Servientibus, ad Numerum in toto *Ducentarum Personarum* & totidem Equorum seu infra, in Ambassiata sua ad Nos destinare voluerit, in dictum Regnum nostrum Angliæ, cum Bogeis, Manticis, Fardellis, Sarciunculis, Literis, Papiris clausis & apertis, Auro & Argento monetato & non monetato, ac Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, Veniendo, ibidem Morando, Sojornando, Conversando, & Expectando, & iterùm in dictum Regnum Franciæ totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, Transeundo & Redeundo, absque Impedimento, Molestatione, Perturbatione, Inquietatione, seu Gravamine quocúmque Nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque.

Et ideò &c.

Non inferentes &c.

Et si quid &c.

In cujus &c. per Quinque Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud *Notyngham* decimo tertio Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Indentura Treugarum inter Reges Angliæ & Scotiæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr.

HÆC INDENTURA,

FACTA inter Nos *Colinum Comitem de Ergile Dominum Campbell & Lorne* Cancellarium Scotiæ, *Willielmum Episcopum Abberdonensem, Robertum Dominum Lyle, Laurentium Dominum Oliphant, Johannem Drummond* de Stobhall, *Archibaldum Quhitelaw* Archidiaconum Laudoniæ, Illustrissimi & Invictissimi Principis, *Jacobi*, Dei gratiâ, *Scotorum Regis* Secretarium, *Leonem Armorum Regem*, & *Duncanum de Dundas* dicti Serenissimi & Illustrissimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & speciales ex una Parte, & Reverendos in Christo Patres, *Johannem Lincolniensem* Cancellarium Angliæ, *Ricardum Assavensem, Episcopos*, Inclitos & Prænobiles Dominos, *Johannem Ducem Northfolchiæ, Henricum Comitem Northumbriæ, Thomam Stanely* Dominum Stanely, *Georgium Stanely* Dominum le Strange, *Johannem Gray* Dominum Powys, *Ricardum Dominum Fitzhugh*, Milites, *Johannem Gunthorp* Decanum Ecclesiæ Cathedralis Wellensis Custodem Privati Sigilli Excellentissimi & Potentissimi Principis *Ricardi*, Dei gratiâ, *Angliæ Regis, Thomam Barowe* Archidiaconum Colcestriæ in Ecclesiâ Sancti Pauli Londoniæ Rotulorum Cancellariæ ejusdem Domini Regis Custodem, *Thomam Brian* Militem Capitalem Justitiarium dicti Domini Regis de Banco suo, *Ricardum Ratcliff* Ordinis Garterii Militem, *Willielmum Catesby*, & *Ricardum Salcelde*, Armigeros pro Corpore ejusdem Domini Regis, Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios generales & speciales dicti Excellentissimi *Regis Angliæ* ex altera Parte,

TESTATUR quòd Nos Commissarii antedicti, in Villâ de Notinghame, Anno, Mense, Die infrascriptis, mutuò convenientes, post ostensionem Commissionum & Auctoritatum nostrarum hincinde (quarum Tenores inferius inseruntur) postquam nonnullos Tractatus, Communicationes, & Deliberationes maturas inter Nos habitas, tandem Auctoritate & Virtute Commissionum nostrarum hujusmodi, Nominibúsq; Principum nostrorum prædictorum Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, Appunctuamus, Convenimus, Concordamus, & Concludimus in omnibus & per omnia, prout in sequentibus Articulis continetur,

HÆC

A. D. 1484. Ric. 3.

Hæc sunt Capitula *Treugarum & Abstinentiæ Guerrarum, aliarumque Conventionum & Pactionum, Auctoritate & Nominibus, Serenissimorum Principum,* Ricardi, *Dei gratiâ,* Regis Angliæ, Jacobique, *eadem gratiâ,* Scotorum Regis, *inter ipsorum hincinde Commissarios in Villa de Notinghame Eboracensis Diœcesis, per nonnullos Dies Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo quarto, tractata, concordata, & conclusa ad Gloriam Omnipotentis Dei, Fidei Catholicæ Exaltationem, & ad Evitandum Effusionem Sanguinis Christiani.*

Inprimis, Appunctuatum, Conventum, Concordatum, & Conclusum extitit, quòd inter Serenissimos Reges & Principes antedictos, viz. *Ricardum,* Dei gratiâ, *Regem Angliæ* ex una Parte, atque *Jacobum,* eadem gratiâ, *Regem Scotorum* ex altera Parte, pro Se, suisque utrinq; Hæredibus & Successoribus, Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Ligeis, Vasallis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus quibuscúmque, caperentur, inirentur, concordarentur, & concluderentur, sicut jam de Facto capiuntur, iniuntur, concordantur, & concluduntur firmæ & inviolabiles Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, *Incepturæ ab Ortu Solis vicesimi noni Diei instantis Septembris Mensis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo quarto,* & *Duraturæ per Tres Annos continuò extunc sequentes,* videlicet, usque ad Solis Occasum Vicesimi noni Diei Mensis Septembris, qui erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo septimo.

Item, Appunctuatum, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, durantibus Treugis seu Guerrarum Abstinentiis antedictis, nullus dictorum Principum movebit per se, neque per Subditos suos, aut alios quoscúnque, seu moveri permittet Guerram per Terram, Mare, neque Aquas dulces, adversus alium dictorum Principum, Subditos, aut Ligeos suos, nec dabit Auxilium, Consilium, aut Favorem, ut hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur; aut quòd Villæ, Castra, seu Fortalitia, aliave Loca seu Bona quæcúnque in præsenti, per unam aut aliam Partem possessa capiantur, aut de unâ manu ad aliam transportentur; excepto Castro de Dunbar, ad præsens existente in manu Regis Angliæ; quod quidem Castrum cum suis Limitibus assignatis sub firmis Guerrarum Abstinentiis per Sex Menses, initium harum Treugarum proximè & immediatè sequentes, virtute præsentis Conventionis omninò permanebit; & sic pariformiter per Triennium sequens, nisi dictus Serenissimus Princeps *Scotorum Rex* infra Sex Septimanas, initium præsentium Treugarum proximò sequentes, per suas Literas miserit & apertè declaraverit dicto Excellentissimo *Regi Angliæ,* se nolle quòd dictum Castrum de Dunbar sub hiis Guerrarum Abstinentiis ultra Sex Menses supradictos contineatur: In quo casu præsentes Treugæ & Abstinentiæ ad dictum Castrum de Dumbar ultra Sex Menses nullatenus se extendent; pro tempore autem ipso quo dictum Castrum cum dictis Limitibus in uno aut altero Casuum prædictorum sub Treugis & Abstinentiâ hujusmodi consistit, non licebit Anglicis neque Scotis sese invicem occasione ipsius Loci quomodolibet infestare, nec uni Parti super alteram quicquam violenter capere aut usurpare.

Item, Conventum & Concordatum est, quòd in eventum missionis & declarationis animi dicti *Regis Scotorum* super non habendâ Immunitate & Abstinentiâ Belli quantum ad dictum Castrum de Dumbar, nisi per spatium Sex Mensium prædictorum, si post lapsum dictorum Mensium contingat inter Partes prædictas aliquos Motus Bellicos apud seu juxta ipsum Castrum suboriri, sive pro Recuperatione sive pro Defensione Castri antedicti, non eo minus tamen præsentes Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ inter dictos Principes suósque hincinde Subditos & Vasallos, durante tempore Triennii memorati, pro aliis quibuscúnq; Juribus & Possessionibus suis servabuntur inviolabiles & illæsæ; licebitque in eo casu singulis Partium prædictarum Querelas & Partes suas super Castro memorato Vi & Armis *Manutenere,* Protegere, & Defendere, prædictis Abstinentiis non obstantibus, & absque Violatione earundem.

Item, specialiter Conventum & Concordatum est, quòd Villa & Castrum de Berwik,

A. D. 1484. Ric. 3. Berwik, cum omnibus & singulis Limitibus quos Anglici illic possidebant, cùm essent Treugæ observatæ inter Regna, præsentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis per totum tempus Triennii antedicti omninò includi debeant & comprehendi.

ITEM, pro majori Firmitate Treugarum & Abstinentiæ Guerrarum hujusmodi inter Principes & Subditos antedictos observandâ, Concordatum & Conclusum extitit quòd, durantibus Treugis & Abstinentiis antedictis, & a Die Inceptionis earundem, unus aut alter dictorum Principum aliquos Proditores seu Rebelles, aliquémve Proditorem seu Rebellem alterius Principis, qui ante Diem ejusmodi Inceptionis Treugarum in aliquem Locum suæ Obedientiæ priùs Recepti non fuerint, aut Receptus non fuerit, nullo modo Receptabit, Recipive permittet, nec eisdem Proditoribus & Rebellibus, sive prius Recepti fuerint, sive non Recepti, quamdiu Rebelles permanserint, ubicúnque locorum ipsos contigerit trahere moram, aut alicui ipsorum Consilium, Auxilium, & Assistentiam adversus Principem cujus Rebelles extiterint, aut Rebelles extiterit, ullo modo præstabit; Et si aliquos tales Rebelles, aut aliquem talem Rebellem, a Die præfatæ Inchoationis Treugarum in Ditionem seu Potestatem alterius Principis de novo applicare seu venire contigerit, Princeps in cujus Ditionem & Potestatem Proditores & Rebelles hujusmodi advenerint sive eorum aliquis advenerit, quamprimùm sciverit Adventum eorum aut eorum alicujus, seu ad Requisitionem ipsius Regis qui de Proditione & Rebellione ejusmodi conqueritur; ipsos sic in Terram suam appulsos sive adventantes eidem Regi cui Rebellio facta est mittere & destinare tenebitur indilatè, idem per omnia observando de hiis qui prius Recepti sunt, si postea, durantibus Treugis antedictis, ad Nocumenta Regis cujus sunt Proditores & Rebelles, Regnum ipsum intra quod Recepti fuerant egressi, post Mala de novo perpetrata regredi velint; nulli enim tales iteratò Recipi, sed ad Regem cujus Rebelles extiterant, sicut de aliis præfertur remitti debent.

INSUPER, Concordatum & Conclusum est, quantum ad Scotos hiis diebus in Terris pro Parte Regis Angliæ in præsenti Tractatu comprehensos commorantes, qui per Sacramenta sua Homines Ligei *Regis Angliæ*, pro Se, Conjugibus, & Filiis devenerunt, quorum Nomina & Cognomina infra dictas Sex Septimanas *Regi Scotiæ*, seu ejus Cancellario, per Gardianos sive Locatenentes Marchiarum Angliæ dari debent, fiat Provisio prout inferius continebitur.

A. D. 1484. Ric. 3. ITEM, Concordatum est, quòd infra dictas Sex Septimanas fiet Intimatio hincinde ab uno Rege ad alterum sub Literis utriúsque ipsorum, de Nominibus, Personis, & Statibus omnium & singulorum Gardianorum & Locatenentium super Marchiis antedictis; Quódque quotiens futuris temporibus, pendente Triennio antedicto, aliquis ex hujusmodi Gardianis sive Locatenentibus a suo Officio hujusmodi amovendus fuerit, id nequaquam prius fieri debeat, quàm Rex in cujus Ditione Amotionem ipsam fieri contigerit, per Duodecim Dies ad minus Amotionem hujusmodi immediatè præcedentes, alterum Regem seu ipsius Cancellarium desuper certificaverit simul & de Personâ Successoris; Gardianus autem sive Locumtenens amovendus hujusmodi, antequam realiter ut præfertur amoveatur, Cautionem sufficientem suo Regi præstabit de resarciendis Dampnis, tempore Officii sui culpâ aut negligentiâ suâ factis sive non emendatis; quæ quidem Cautio si omissa aut debitè exacta non fuerit, in eo Casu, quotiens id acciderit, ad ipsum Regem, qui Amotionem hujusmodi fecerit, aut ratam habuerit, pro omni Reformatione Attemptatorum recurrendum est.

ITEM, Conventum & Concordatum est, quòd si eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus contingat aliquem Gardianum Locúmvetenentem alicujus Regum prædictorum sine Mandato vel Jussu sui proprii Principis in Regnum aut Terras alterius Principis Exercitum ducere, aut aliàs hostiliter intrare, & ibidem Deprædationes, Homicidia, aut alia Dampna facere & perpetrare; in eo Casu Princeps cujus Gardianus aut Locumtenens Subditus extiterat, ipsum Gardianum aut Locumtenentem sic Intrantem infra Sex Dies immediatè tunc proximò sequentes suum declarabit aut declarari faciet Rebellem & Proditorem; Quam Declarationem alteri Regi, cujus Subditi Dampna passi sunt, infra Dies Duodecim proximò sequentes, per Literas suas Patentes faciet insinuari.

ITEM, Conclusum est, quòd in omni salvo Conductu per aliquem dictorum Principum inposterùm concedendo Subditis alterius Principis, vel alicujus ipsorum, debet inseri Clausula; *Proviso quòd petens & obtinens hujusmodi salvum Conductum non sit Proditor vel Rebellis Principis sui.*

ITEM, Conclusum est, si durantibus dictis Guerrarum Abstinentiis contingat, quòd vi Tempestatis aut aliâ impellente

A. D. 1484. Ric. 3. necessariâ causâ Navigantes Naufragium passi fuerint de unâ Parte vel aliâ, dummodò Persona humana aliqua Superstes fuerit, Bona & Navis non intelligentur a Proprietariis auferenda, set illis reservabuntur, qui Domini & Proprietarii antea fuerunt.

Item, Conclusum est, quòd, si durantibus dictis Guerrarum Abstinentiis, contingat aliquos Subditos sive Ligeos alterius vel utriúsq; Principis prædicti per Mare ex quacúnq; justâ rationabili vel licitâ Causâ Navigantes, sive Mercatores fuerint, sive Peregrini, Piscatores, aut alii cujuscúnq; conditionis Homines, vi Tempestatis, seu aliâ rationabili urgentéque Causâ ad hoc eis omninò impellente, cùm ipsi hoc non affectaverint, nec id tempore Recessûs eorum a Patriâ suâ proposuerint, applicare in aliquo Portu sive Loco quocúnq; Regni alterius Principis, & Naufragium pati, dummodo aliqua Persona humana in Navi sic Naufragium passâ Superstes existat, non licebit alteri Principum, seu alicui vel aliquibus Subditorum seu Ligeorum suorum, per Se vel alios ipsos sic appulsos seu Naufragium passos, eorum Naves, Bona, Mercandisas, seu Res alias quascúnq; in hujusmodi adductas Capere, Rapere, vel ab eisdem sic appulsis vel Naufragium passis aut passo auferre quovismodo vel detinere: aut ratione Delicti alicujus Personæ, easdem Res, Bona, vel Mercandisas arrestare vel arrestari facere; set licebit ipsis sic appulsis aut Naufragium passis cum Navibus, Bonis, Mercandisis, & Rebus suis, Causâ hujusmodi cessante, prout sic appulsi & Naufragium passi, eorum Nave Refectâ, tenebuntur quamcitiùs commodè valeant recedere, absq; quibuscúnq; Impeditione, Impedimento, Arresto, sive aliâ Occasione quacúnq; sibi per alterum Principem, vel aliquos ejusdem Subditum vel Subditos obiciendis seu etiam faciendis.

Item, Conclusum est, quòd si aliquis vel aliqui Subditorum vel Ligeorum alterius Principis, sic, ut præmittitur, appulsus vel appulsi, sive in Regnum alterius sub salvo Conductu veniens vel venientes, ante Diem Expirationis salvi Conductûs sui adversâ Valetudine adeò vexetur vel vexentur, quòd sic appulsus vel appulsi, aut Naufragium passus vel passi, aut sub salvo Conductu veniens vel venientes, cum Navi vel Navibus, quâ vel quibus applicuit vel applicuerunt, vel ante Diem Expirationis sui salvi Conductûs, sic veniens vel venientes, nequeat vel nequeant commodè recedere, & in proprias Partes se recipere, tunc benè licebit appulso vel appulsis, Naufragium passo vel passis, ac venienti & A. D. 1484. Ric. 3. venientibus, infirmo vel infirmis cuicúnq; & quibuscúnq;, salvò & securè in Loco quo sic appullus vel appulsi, Naufragium passus vel passi applicuerit vel applicuerint infirmari contigerit, expectare quousq; reconvaluerit vel reconvaluerint; & extunc cum Literis Testimonialibus Majoris, Ballivi, Constabularii, aut alterius alicujus Officiarii Regis in loco quo sic eum vel eos infirmari contigerit, eidem vel eisdem sub moderatis Expensis concedendis & tradendis, causâ hujusmodi Infirmitatis cessante, in Partes proprias recedere licebit eidem Infirmo seu firmis hujusmodi sic recedere debebit & debebunt absq; impedimento vel obstaculo quocúnq; sibi per aliquem Subditorum vel Ligeorum utriúsq; Regis quomodolibet faciendis; ita tamen quòd interim nichil Prejudiciale contra alterum Principem, Regnum, seu Ligeos ejusdem attemptet vel attemptent, fierive procuret seu procurent.

Præterea Conclusum est quòd, si eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, contingat aliquem non Subditum, vel aliquos non Subditos utriúsq; Principis Navem vel Naves, Personam vel Personas, Res, Mercandisas, aut Bona quæcúnq; alicujus vel aliquorum Subditi vel Subditorum alterius Principis capere, & eas vel ea in aliquem Locum vel Portum alteri Regi subjectum adducere, non licebit ipsi Regi vel alicui Subdito sive Ligeo suo eas vel ea seu aliquam Partem earundem emere, seu quovismodo ad utilitatem suam receptare, absq; consensu ejus vel eorum ad quem vel ad quos Bona seu Res hujusmodi ante eorum Captionem verè pertinebant, aut eorum Factorum; & si Mercator vel Proprietarius Bonorum vel ejus Factor non fuerit præsens, tunc sufficiet Licentia Magistri, Ductoris, seu Gubernatoris Navis ante Captionem, & aliarum Personarum in eadem Nave existentium; quòd si per aliquem eorum quicquam in contrarium hujusmodi Ordinationis factum vel attemptatum fuerit, tunc Personæ, Bona, Mercandisæ, & Res quæcúnq; sic Emptæ sive Receptæ, illi vel illis ad quem vel ad quos Bona hujusmodi verè pertinebant, dolo, fraude, malóve ingenio cessantibus quibscúnq; integraliter restituentur per sic Ementes sive Recipientes, eo modo quo restitui debent, si a Subditis illius Regis capta fuissent, in cujus Regno Res hujusmodi Emptæ erant; & nichilominus sic attemptans tanquam Violator harum Abstinentiarum graviter pro modo & qualitate Criminis punietur.

Item,

A.D. 1484. Ric. 3. ITEM, Conclusum est, quòd, si durantibus Guerrarum Abstinentiis prædictis, contingat aliquam Navem alterius Partium prædictarum Naufragium pati aut rumpi, & aliqua Personarum existentium in Nave sic Naufragium passâ vel ruptâ Superstes remanserit, cessantibus in ea parte dolo, fraude, & malo ingenio quibuscúnq; Mercandisæ, Bonæ, & Res quæcúnq; quæ de dictâ Nave projecta sunt, ex eadem extracta, vel in Mare collecta, seu ad Terram venientia, seu aliàs quovismodo salva & salvata, per eos ad quorum manus Res, Mercandisæ, & Bona hujusmodi devenerunt, nullatenus dissipentur, diminuantur, alienentur, dividantur, nec quovismodo subtrahantur aut concelentur; sed integra sine diminutione quacúnq; Gubernatori illius Dominii sive Loci in quod vel in quem dicta Bona devenerunt, seu ejus Deputato fideliter & sine fraude deliberentur atq; tradantur, ad Usum vel Utilitatem illius vel illorum, ad quem vel ad quos Bona ipsa rei veritate inspectâ pertinere noscuntur, Conservanda, cui vel quibus infra spatium unius Anni a tempore notitiæ Naufragii vel Rupturæ Navis computandi, licebit pro Recuperatione & Restitutione Rerum, Mercandisarum, & Bonorum hujusmodi prosequi coram Judice in ea parte competente; cui vel quibus sic Prosequenti vel Prosequentibus realiter & effectualiter Tradi, Liberari, Restitui debent; solutis tamen & refusis Expensis & Sumptibus rationabilibus factis circa Collectionem & Salvationem Bonorum eorundem; Proviso semper quòd Persona vel Personæ Superstes vel Superstites ex eadem Nave ad Terram venientes, ad statim juxta Tenorem & Effectum præsentium Abstinentiarum liberè dimittantur.

ITEM, Conclusum est, quòd, si dictis Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliqua Navis unius Partis vel alterius, Personis, Rebus, Mercandisis, aut Bonis onusta sive rupta, sive pro Victualibus de Necessitatibus eis in Mare supervenientibus Emendis, applicuerit in aliquem Portum vel Locum alium alicujus Partium prædictarum, pro quâ Refectione Navem ipsam, Personas, Merces, Res, & Bona contenta in eadem oporteat ad Terram deponi, quòd in hoc casu Personæ, Merces, Res, & Bona ipsa sic deposita, absq; Impedimento & sine Solutione Custumæ in eadem Navi cum Refecta fuerit, vel in aliam reponantur & liberè abducantur; Proviso tamen quòd pro Mercibus, Rebus, Bonis, & Mercandisis ibidem pro Emendis Victualibus eis Necessariis pro Numero Personarum venditis, Custumæ & cætera Deveria in ea parte debita fideliter persolvantur.

ITEM, Conclusum est, quòd, si Guerrarum Abstinentiis prædictis durantibus, aliquis Subditorum unius Partis vel alterius contrahat vel quasi, delinquat vel quasi infra Regnum, Terram, sive Dominium unius Partis cujus Contrahens vel Delinquens est Subditus, & extunc causâ evitandi Justitiam se subtraxerit & effugiat in Locum quemcúnq; Subditum sive Subjectum alteri ex eisdem Partibus cujus Subditus non extiterat, & ibi ue deveniat Homo Ligeus illius Partis; nichilominus compelletur ad Revertendum, & Satisfaciendum, ac Subeundum Justitiam de Debito sive Delicto suo hujusmodi coram Conservatoribus Abstinentiarum hujúsq; Partis, sive eorum Deputatis, æquè ut Satisfacturus & Subiturus fuisset, si permansisset sub Fide & Ligeantiâ ipsius Partis cujus Terram & Dominium effugit; si verò in solâ Fugâ præstiterit nec devenerit Homo Ligeus illius Partis in cujus Terram effugit, eo Casu Remittetur & Restituetur illi Parti cujus Ligeus & Subditus fuerit, pro Justitia de eo prout sibi videbitur facienda.

ITEM, Conclusum est, quòd, durantibus præsentibus Guerrarum Abstinentiis, non admittentur nec recipientur, nec super Assisam, nec ad perhibendum Testimonium Personæ Infames, Rebelles, Fugitivi, Proditores unius Partis vel alterius, aut Convicti per Assisam, sed boni, fideles, justi, fidedigni, & non suspectæ Personæ.

ITEM, Conclusum est quòd, durantibus Guerrarum Abstinentiis prædictis, nullus unius Partis vel alterius ingrediatur Terras, Boscos, Nemora, Forestas, Warennas, Loca, Dominia quæcúnq; alicujus Subditi alterius Partis, Causâ Venandi, Piscandi, Aucupandi, Disportum aut Solatium in eisdem Exercendi, aliáve quacúnq; de causâ, absq; Licentiâ ejus vel eorum ad quem seu ad quos Locus seu Loca ipsa pertinet seu pertinent, aut Deputati sui petitâ primitùs & obtentâ; & si contingat Bestias seu Animalia alicujus Subditi alterius Partium prædictarum Fundum, Agrum, Solúmve Subditi alterius Partis ingredi, & Granum aut Herbam ibi crescentem depascere, alióve modo illi cujus est Solum Injuriam sive Dampnum inferri, quòd ob hoc neutra Partium hujusmodi Dampnum sive Injuriam sibi facta propriâ Auctoritate ulciscatur; sed illud Malefactum secundùm Legem & Consuetudinem observatas in Partibus ubi Dampnum & Injuria

A. D. 1484. Ric. 3. Injuria talia facta fuut effectualiter emendabitur ut est justum.

Item, ut Guerrarum Abstinentiæ prædictæ eo firmius observentur, quo cuilibet ex Subditis Partium prædictarum Conquerenti liberior appareat facultas Justitiam prosequendi, Ordinatum & Concordatum est quòd, si quis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquam Deprædatus fuerit seu Attemptatus fuerit infra Marchiam aut Terram alterius Partis, & post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum fugiendo revertatur ad Marchias aut Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi contra quem sic attemptaverit, in Recenti vel infra Sex Dies computandos a tempore Delicti sic attemptati sive commissi, Auctoritate præsentis Ordinationis, absq; aliis Literis de Salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias sive Terram in quam idem Malefactor se subtraxerit, dummodò, quamcitò hujusmodi Marchiam hâc de Causâ intraverit, adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæsæ, Habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui, viz. ad Prosequendum Deprædationem suam, describátq; & specificet idem quibus Bonis, Catallis, vel Rebus fuerit Deprædatus: Ac insuper requirat eundem quòd quamdiu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit secum eat, ut super Factis suis tempore dictæ Prosecutionis possit cùm requisitus fuerit super hoc Testimonium perhibere Veritati; vel, si sibi meliùs videbitur, poterit infra dictos Sex Dies adire unum de Gardianis alterius Partis, vel ejus Deputatum, pro suâ Justitiâ prosequendâ.

Item, quia tàm Excellentissimus & Invictissimus Princeps *Rex Angliæ* quàm Excellentissimus & Illustrissimus Princeps *Scotorum Rex* ejus Consanguineus, benè considerant & perpendunt, quòd nisi prædicta omnia benè conservarentur efficaciter & votivè juxta eorum desideria per magnam & debitam diligentiam Officiariorum in puniendo Transgressores quoslibet pro qualitate Delictorum contingere poterit infra breve, propter Insolentiam & Ineffrænatam Multitudinem Delinquentium, prædictas Abstinentias multipliciter violare quod absit; idcirco Conclusum est, quòd quandocúnq; aliquis Regum prædictorum senserit se aut suos contra formam prædictarum Guerrarum Abstinentiarum aggravatum vel aggravatos in defectum Executionis Justitiæ ab altera Parte non factæ, Princeps taliter se aut suos sentiens Læsum & Læsos per unum *Haraldum* aut alium Nuncium advisabit & informabit alium Regem, quòd per Officiarios suos nullum aut non debitum poterit de suis Conquerentibus habere Justitiæ complementum: In quo Casu Rex sic informatus, & cui talis Conquestio facta sit, quamcitò commodè poterit, bis vel ad minus semel in Anno mittet Tres aut Duos de suo Concilio, Justitiæ & Pacis Amatores, ad aliquem Locum convenientem prope Marchias, obviaturos totidem consimilibus de Concilio Regis Conquerentis, cum Potestate sufficienti oneratos non tantum ad Puniendum Delinquentes super quibus conqueritur juxta qualitatem Delicti, verùm etiam ad Inquirendum, Examinandum, & Investigandum, si Conservatores dictarum Abstinentiarum Guerrarum, eorum Locatenentes, aut Deputati negligentes fuerint aut remissi in Executione Justitiæ Partibus Conquerentibus, quos &c. Punire, Corrigere, & Emendare habeant, si per talem Inquisitionem, Examinationem, & Investigationem Culpabiles inventi fuerint, aut remissi.

Similiter, Conclusum & Provisum est, quòd licebit cuicúnq; Spoliato, Deprædato, aut Injuriato contra formam Abstinentiarum Præsentium inter præfatos Reges initarum, suum Spolium, Rapinam, seu Injuriam prosequi coram quibuscúnq; Judicibus in aliquo Regnorum prædictorum in ea parte competentibus, quandocúnq; sibi videbitur expedire, & Justitiæ complementum obtinere.

Item, Conclusum est quòd, dictis Guerrarum Abstinentiis durantibus, non licebet cuiquam Subditorum alicujus Regum memoratorum, aut alicui alteri Inhabitanti Regnum, Terras, Dominia, seu Loca alterius eorundem per se vel per alium quascúnq; Lanas aut Pelles lanutas emere, vel alio modo recipere de uno Regno in aliud ipsorum per Terram vel Mare vehendas, auferendas, aut asportandas; set Lanæ ipsæ & Pelles lanutæ, prout aliàs pro eis Ordinatum & Dispositum est, absq; fraude malove ingenio quocúnq; disponantur secundum Leges & Consuetudines alterius Regnorum prædictorum.

Item, quòd, si præsentibus Guerrarum Abstinentiis durantibus, nichilominus aliqui Subditorum unius dictorum Regum de facto vadant in Auxilium Hostium sive Adversariorum alterius ipsorum Regum, licebit illi Regi & Subditis suis, adversus quem & in cujus Hostium sive Adversariorum Auxilium sic transierint, ipsos eundo, manendo, seu redeundo

A. D. 1484. Ric. 3. redeundo deprehendere, præsentibus Guerrarum Abstinentiis non obstantibus.

ITEM, quantum ad Scotos Juratos Homines Ligeos *Regis Angliæ*, quorum Nomina & Cognomina dabuntur, ut superiùs memoratur, Concordatum est quòd dictus *Rex Scotorum* ipsos forsan in Regnum suum redire volentes, sive Pœnam pro Delictis suis quæ in Marchiis unius aut alterius Regni fortassè perpetraverint ibidem effugere cupientes, nullo modo intra tempus Treugarum supradictarum ad Gratiam sive Favorem suum admittet; set ipsos omnes sic, ut præmittitur, Delinquentes aut Fugientes dictus *Scotorum Rex* puniet aut puniri faciet in Regno suo capitaliter, si Criminis qualitas id exposcat, sin minus eos indilatè remittet ad Officiarios *Regis Angliæ* in ipsis Vicinis Merchiis commorantes, ut ibi pro ipsorum Demeritis Castigatione & Punitione simili percellantur; similiter quoad ipsos Anglicos, qui per Sacramenta sua Ligei *Regis Scotorum* devenerint, pro Refugio & Immunitate Delicti fortassè in Angliam advertentes, per Dominum *Regem Angliæ* & suos Officiarios per omnia Observandum.

ITEM, Concordatum est, quòd in præsentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis comprehendantur Amici, Alligati, & Confœderati utriúsq; Principis, si comprehendi voluerint, & super hoc Animos suos declaraverint infra Sex Menses extunc sequentes; & specialiter pro Parte Angliæ nominantur pro suis Confœderatis *Rex Castellæ, Legionum, & Arragoniæ, Rex Portugaliæ, Austriæ & Burgundiæ & Britanniæ Duces:* pro Parte Scotiæ Christianissimus & Invictissimus Princeps *Karolus*, Dei gratiâ, *Francorum Rex, Johannes Rex Daciæ Norwegiæ*, &c. & *Britanniæ Dux.*

ITEM, Concordatum est, quanquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sunt modo & formis ut supra actum, non dicentur vel reputabuntur omninò Generales, nec se extendent ad *Dominium de Lorne* in Regno Scotiæ, nec Insulam de Lundey in Anglia; set Dominium & Insula prædicta intelligentur nullo modo in hiis Guerrarum Abstinentiis comprehensa.

ITEM, Concordatum & Conclusum est, quòd utraq; Partium prædictarum Publicari & Notificari faciet dictas Guerrarum Abstinentias Subditis suis in omnibus Marchiis & Locis Insignioribus utriúsq; Regni Primo Die Octobris proximò futuro post Datam Præsentium.

CONSERVATORES verò Guerrarum Abstinentiarum pro dicto Excellentissimo Principe *Jacobo Scotorum Rege*, ejúsq; Regno, Terris, Dominiis, Locis, ac Personis quibuscúnq; ei Subditis, tàm per Terram quàm per Mare, erunt, A. D. 1484. Ric. 3.

David Comes Craufurdiæ & Dominus Lindesay,
Georgius Comes de Huntley Dominus Gordon & Badzenach,
Johannes Dominus Dernely,
Johannes Dominus Hennydy,
Robertus Dominus Lile,
Patricius Dominus Halis,
Laurentius Dominus Oliphant,
Willielmus Dominus Borthuic,
Johannes Rosse de Halkhede,
Johannes Lundy de eodem,
Jacobus Ogylby de Arly,
Robertus Hamylton de Fingalton,
Willielmus Belz de Lammyngton,
Johannes Kennydy de Blarquhan,
Johannes Wemys de eodem,
Willielmus Rothven de eodem,
Et *Gilbertus Johnestoun* de Elphinston,
Milites,
Johannes Dundas de eodem,
Johannes Rosse de Montgrenane,
Et *Edwardus Crechton* de Kirkpatrik,
Armigeri,
Et omnes *Admiralli Maris*, & *Custodes Marchiarum Scotiæ versus Angliam*;

Pro dicto Christianissimo & invictissimo Principe *Ricardo Angliæ Rege* erunt,
Johannes Comes Lincolniæ,
Henricus Comes Northumbriæ,
Radulfus Dominus Newill,
Radulfus Dominus Greystok,
Ricardus Dominus Fitzhugh,
Johannes Dominus Scrope,
Thomas Dominus Scrope de Massa,
Humfridus Dominus Dakir,
Ricardus Rotcliff,
Johannes Conyers,
Edmundus Hastings,
Robertus Constable,
Hugo Hastings,
Willielmus Evers,
Johannes Huddelestoun,
Cristoforus Moresby,
Milites,
Willielmus Musgrafe,
Willielmus Claxtoun,
Ricardus Salkelde,
Armigeri,
Et omnes *Admiralli Maris*, & *Custodes Marchiarum de Anglia versus Scotiam*.

Qui omnes & singuli ex utraq; Parte supranominati hincinde habebunt plenam Potestatem soli & in solido, ac

A. D. 1484. Ric. 3. Gardiani & Admiralli in Locis Custodiæ & Admiralitatis suarum, ad Reparandum, Reformandum, & Emendandum, Reparari, Reformari, & Emendari faciendum omnia Dampna Attemptata & Excessus, quæ facta & perpetrata facienda & perpetranda contra Tenorem dictarum Abstinentiarum, & ad Puniendum Malefactores omnes & singulos secundùm Causam & Exigentiam Delictorum.

Tenor verò Literarum Patentium dicti Excellentissimi & Illustrissimi Principis, *Jacobi*, Dei gratiâ, *Scotorum Regis*, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

Jacobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis, *&c. ut supra in Commissione Dat. ultimo Augusti.*

Tenor verò Literarum Patentium dicti Excellentissimi Principis *Ricardi Regis Angliæ*, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Noverit Universitas vestra quòd Nos, ad Omnipotentis Dei Honorem, Gloriam, & Reverentiam, & ad evitandum Strages & Christiani Sanguinis Effusionem, Dampna & Pericula maxima quæ occasione Guerrarum verisimiliter poterunt eveoire, cupientes quantum in Nobis est, Divino subveniente Numine, cum omnibus Primæ Fidei Cultoribus Pacem observare, tenere, & inviolabiliter custodire, nostrosque Subditos sub Justitiâ ponere, & in Pace & Quiete fovere,

Confisi caprropter ad plenum de Fidelitate, Prudentiâ, Legalitate, Scientiâ, & Probitate, Reverendorum Patrum, *Johannis Lincolniensis* Cancellarii nostri, & *Ricardi Assavensis*, Episcoporum, necnon Carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Johannis Ducis Norffolciæ*, *Henrici Comitis Northumbriæ*, Prædilectorum & Fidelium nostrorum, *Thomæ Stanely* de Stanely Senescalli Hospitii nostri, *Georgii Stanely* de Strange, *Johannis Grey* de Powis, *Ricardi Fitzhewgh*, & *Humfridi Dakir*, Militum, Prædilectorum Clericorum nostrorum, *Johannis Gunthorp*, nostri Privati Sigilli, & *Thomæ Barow*, Rotholorum Cancellariæ nostræ Custodum, *Thomæ Briane* Militis, Capitalis Justitiarii nostri de Bancho, *Ricardi Rateliff* Militis, *Willielmi Catisby*, & *Ricardi Salkelde* Armigeri pro Corpore nostro, Consiliariorum nostrorum apprimè Dilectorum,

Ipsos, Quatuordecimve, Tresdecim, Duodecim, Decem, Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorundem nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios generales & speciales Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis nostris, ac Tribus eorundem, sic tamen quòd idem *noster Cancellarius* unus eorum existat, plenam Potestatem & Mandatum generale & speciale pro Nobis & Successoribus nostris, Regno, Terris, Dominiis, Possessionibus, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúnque, cum Spectabilibus & Clarissimis Dominis Egregiisq; Viris, *Colino Comite de Ergyle Domino Campbell & Lorne* Cancellario Scotiæ, Reverendo Patre *Willielmo Episcopo Abberdonensi*, *Roberto Domino Lile*, *Laurentio Domino Oliphant*, *Johanne Drummond* de Stobhall, *Archibaldo Quhitelaw Archidiacono Laudoniæ*, *Leone Armarum Rege*, & *Duncano de Dundas*, Consiliariis, Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis Serenissimi Principis *Jacobi Regis Scotiæ* Consanguinei nostri carissimi,

Quos quidem Ambassiatores idem Consanguineus noster ad Nos & intra hoc Regnum nostrum Angliæ, cum Potestate & Auctoritate Negotii infrascripti Tractandi & Concludendi, jamdudum misit & destinavit,

Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, necnon Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus, inter Nos, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones nostras, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúnque ex una parte, & *præfatum Principem*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones suas, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúnque ex Parte alterâ Contrahendis, Ineundis, Vallandis, Roborandis, & Firmandis, sub Modis, Formâ, & Conditionibus, & ad Tempus longum aut breve, de quibus inter dictos nostros Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios ex una parte, & Ambassiatores,

A. D. 1484. Ric. 3. tores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios præfati Consanguinei nostri Parte ex altera tractari, communicari, appunctuari, concordari, seu concludi poterit, & prout eisdem Commissariis utriusque Partis magis conveniens & expediens visum fuerit,

Et quascunque Securitates in ea parte necessarias Nomine nostro Promittendi, Præstandi, & Faciendi,

Nosque Modis omnibus quibus ipsis videbitur ad Præmissorum completionem & complementum firmiter & in Verbo Regio Obligandi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, seu circa ea aut eorum aliquid necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ nosmetipsi faceremus seu facere possemus si Præsentes personaliter interessemus, etiamsi talia fuerint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros in formâ prædictâ, Actum, Gestum, Factum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Notinghame* vicesimo Die Septembris Anno Regni nostri secundo.

IV E.

Per ipsum Regem, & de Data prædicta Auctoritate Parliamenti.

Quæ omnia & singula ita inter Nos mutuò Communicata, Tractata, Appunctuata, Conventa, & Concordata Nos Commissarii *Regis Scotiæ* supranominati Promittimus per ipsum Metuendissimum Dominum nostrum Regem suósque Successores, quoad ipsum & ipsos attinet, debere in omnibus & per omnia teneri inviolabiliter pariter & observari, præsentémq; *Indenturam*, per Literas Patentes ejusdem Domini *nostri Regis* suo Magno Sigillo sigillandas, ratificari & confirmari, ipsásq; Literas Ratificatorias in Ecclesiâ Parochiali Sancti Nicholai Villæ Novi Castri sexto Die Mensis Decembris proximò futuro Nuncio *Regis Angliæ*, similes Literas pro ipso Rege afferenti, Tradi & Liberari debere. A. D. 1484. Ric. 3.

In quorum omnium Testimonium atque Fidem huic Parti Indenturæ, penes Commissarios, Procuratores, & Deputatos *Regis Angliæ* supranominati remansuræ, Nos Ambassiatores antedicti Sigilla nostra cum Nominibus & Signis nostris manualibus subscriptis apposuimus apud prædictam Villam Notinghamiæ vicesimo primo Die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo quarto.

Et constat Nobis, Ambassiatoribus, & Commissariis antedictis utriúsq; Partis de omnibus Rasuris & Interlinearibus Vocabulis, quæ in totâ Paginâ suprascripta In variis Lineis ejusdem apparent & signantur, de Rasurâ in principio Lineæ xxiii. *Regi Scotiæ*, & in eadem Lineâ, *fiat Provisio prout inferiùs continebitur, Item, Concordatum est*; & de Interlineatione hujus verbi *manutenere*, in Lineâ xvi. de Rasurâ hujus dictionis hujusmodi Lineâ vicesimâ quartâ, de Additione hujus Clausulæ in Margine, videlicet, *cum Nave vel Navibus quâ vel quibus applicuit vel applicuerunt, vel ante Diem Expirationis sui salvi Conductûs sic veniens vel venientes*: De Rasurâ hujus Clausulæ, videlicet, *contenta in eodem oporteat ad Terram deponi quòd in casu Personæ Merces*, Lineâ quadragesimâ sextâ: de Rasurâ hujus verbi *applicuerit*, Lineâ quadragesimâ quintâ, de Interlineatione horum verborum, *delinquat vel quasi*, Lineâ xlvii. De Rasurâ horum verborum *lanæ Pelles*, Lineâ lxvi. De Rasurâ hujus verbi *Excellentissimo* Lineâ lxxiv. Et de Rasurâ hujus verbi *probitate* Lineâ xciii. Quas Rasuras & Interlineaturas cum additione prædictâ in Margine Nos Ambassiatores & Commissarii omnes & singuli utriúsq; Principis antedicti Approbamus.

COLIN ERLE OF ARG.
WILLIELMUS EPISCOPUS ABERDON.
ROB. L. LYLE.
LAUR. L. OLIPH.
LARD STOBHALL.
ARCHIBALDUS QUHITELAW.
LYAN KYNG OF ARMIS.

Indentura

Indentura de Matrimonio.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr.

HÆc Indentura, Facta inter Nos *Colinum Comitem de Argile Dominum Campbell & Lorne* Cancellarium Scotiæ, *Willielmum Episcopum Abirdonensem*, *Robertum Dominum Lyle*, *Laurentium Dominum Oliphant*, *Johannem Drummond* de Stobhall, *Archibaldum Quhitelaw* Archidiaconum Laudoniæ Illustrissimi & Invictissimi Principis *Jacobi* Dei gratiâ *Scotorum Regis* Secretarium, *Leonem Armorum Regem*, & *Duncanum de Dundas*, dicti Serenissimi & Illustrissimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & speciales ex una Parte, & Nos *Thomam Archiepiscopum Eboracensem* Angliæ Primatem & Apostolicæ Sedis Legatum, *Johannem Lincolniensem* Cancellarium Angliæ, & *Johannem Wigorniensem*, *Episcopos*, *Johannem Ducem Norffolciæ*, & *Willielmum Comitem Notingamiæ*, *Johannem Suttonem* de Dudlay, & *Johannem Scroyp* de Upsill, Milites, *Willielmum Hussy* Capitalem Justiciarium Domini Regis Angliæ ad Placita coram ipso Rege tenenda Militem, *Ricardum Rakleif* Militem, & *Willielmum Catesbe* Armigerum pro Corpore, Excellentissimi & Potentissimi Principis *Ricardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ* Commissarios ex altera,

Testatur quòd Nos Commissarii antedicti, in Villâ de Notinghame, Anno, Mense, Die infrascriptis, mutuò convenientes, post ostensionem Commissionum & Auctoritatum nostrarum hincinde (quarum Tenores inferius inseruntur) postquam nonnullos Tractatus, Communicationes, & Deliberationes maturas inter Nos habitas, tandem Auctoritate & Virtute Commissionum nostrarum hujusmodi Nominibusq; Principum nostrorum prædictorum Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, Appunctuamus, Convenimus, Concordamus, & Concludimus in omnibus & per omnia, prout in subsequentibus Articulis continetur,

Inprimis, Communicatum, Tractatum, Conventum, Concordatum, & Conclusum est inter Nos Commissarios Scotiæ & Angliæ antedictos, quòd, cùm Die Datæ Præsentium, Auctoritate Principum nostrorum, per certos ipsorum Commissarios capta & conclusa est certa forma Treugarum & Abstinentia Guerrarum inter Regna Scotiæ & Angliæ, per Terminum *a Vicesimo nono Die Mensis instantis Septembris* observandarum, prout in Indenturis desuper confectis de Datâ prædictâ pleniùs continetur, sub spe fortioris Amicitiæ & Intelligentiæ pendente tempore Treugarum hujusmodi inter Principes antedictos, occasione novarum Affinitatum quæ in eorum Sanguinem per Medium Matrimonii contrahi possunt succedere debeant, contrahetur, perficietur, & fiet, Divinâ Gratiâ mediante, Sacrum Vinculum Matrimonii inter Illustrem Principem *Jacobum Primogenitum & Heredem* Serenissimi Principis *Jacobi Regis Scotorum*, & Inclitam Dominam *Annam* Excellentissimi & Potentissimi Principis *Ricardi Regis Angliæ Neptem* ex Sorore, Nobilis & Potentis Principis *Johannis Ducis Suffolchiæ* Filiam, quamprimùm infra tempus Triennii supradicti, utraque Prole ad Ætatem legitimam perveniente quoad commodiùs fieri, Solemnizari, & Consummari poterit.

Item, propter Absentiam unius & alterius Prolium prædictarum a loco ubi jam præsens Tractatus habetur, & quia nonnullæ Promissiones, Conditiones, Cautiones, Securitates, & aliæ Provisiones necessariæ solent & debent in Conventionibus hujusmodi intervenire de quibus oportuniùs aliis Loco & Tempore tractari poterit, Appunctuatum & Conclusum est inter Nos Commissarios antedictos de unâ Dietâ statuendâ & tenendâ infra Annum a Die Datæ Præsentium in aliquo certo & convenienti Loco Regni Angliæ, ad quem Commissarii utriusque Principis accedere & convenire possint & debeant, de & super omnibus Præmissis tractaturi & finaliter conclusuri; pro Die autem inchoando Dietæ hujusmodi assignatur Festum Nativitatis Beatæ Mariæ proximò futurum, & pro loco Civitas Eboraci.

Item, Conventum, Appunctuatum, & Concordatum est, Nominibus Regum prædictorum, inter nos Commissarios memoratos, quòd, pendente tempore ante Diætam & Diætæ hujusmodi postquam inceptionem ejusdem usque ad Festum Purificationis Beatæ Mariæ proximò extunc futurum, neque dictus Serenissimus *Rex Scotorum* suum Primogenitum, neque dictus Serenissimus *Rex Angliæ* Neptem suam præfatam promittet aut dabit, promittive seu dari faciet alicui alii Personæ in Matrimonium quàm prout superius continetur; sed ad ipsum Matri-

A. D. 1484. Ric. 3. Matrimonium inter dictas Proles proloentum, adveniente utriusque Ætate legitimâ, omninò perficiendum & consummandum utérque ipsorum Regum omnem suam operam & diligentiam adhibebit.

ITEM, Concordatum est quòd, si pendente Tempore supradicto alteram Prolium prædictarum, quod absit, mori continger, tunc Princeps illius Prolis quæ supervivet liberè poterit de & super Matrimonio Prolis hujusmodi disponere pro suæ libito voluntatis, præsenti Tractatu non obstante.

QUÆ omnia & singula ita inter Nos mutuò Communicata, Tractata, Appunctuata, Conventa, & Concordata, Nos Oratores, Ambassiatores, & Commissarii *Regis Scotorum* supranominati, Promittimus per ipsum Metuendissimum Dominum nostrum Regem, suósq; Successores quoad ipsum & ipsos attinet, debere in omnibus & per omnia teneri inviolabiliter pariter & observari, præsentémque Indenturam per Literas Patentes ejusdem Domini nostri Regis, suo Magno Sigillo sigillandas, Ratificari & Confirmari, ipsásque Literas Ratificatorias in Ecclesia Parochiali Sancti Nicholai Villæ Novi Castri sexto Die Mensis Decembris proximò futuro Nuncio *Regis Angliæ*, similes Literas pro ipso Rege afferenti, Tradi & Liberari debere.

Tenores verò Commissionum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales,

Jacobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum, &c. ut supra in Commissione Dat. penultimo Die Mensis Augusti.*

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm Confœderationes & Amicitias, & alia honestatis Ligamina, Pactionésque legitimas Christiani adinvicem Principes inire soliti sunt, ut, eo quod duplici Potestate muniti existunt, proprio, videlicet, & Amicorum Præsidio, eorum Dominia fortiora reddantur; atque inter cætera Amorum & Benivolentiæ Vincula Matrimonii Fœdus a Summo omnium rerum Conditore Primævo Hominum Exordio in Paradiso dinoscitur institutum, quo Generis Humani Propagatio legitima, Fœdere Matrimonii stabilita, inter Principes Pacem nutriet, Bella priùs geri solita tollat, iniat Concordiam, & Amorem augeat:

Nos igitur,

Attendentes & in Animo revolventes, quòd per Contractum Matrimonium inter Prædilectum Consanguineum nostrum *Jacobum Primogenitum & Heredem* Serenissimi Principis *Jacobi Regis Scotorum* etiam Consanguinei nostri carissimi Illustrem, *nostramque Neptem Dominam Annam* Prædilecti & Fidelis Consanguinei nostri *Johannis Ducis Suffolchiæ ex nostra Sorore Filiam* per Dei gratiam, celebrandi, possint verisimiliter Affinitates & Amicitiæ inter *Nos* & dictum *Scotorum Regem*, Angliæque & Scotiæ Domos inclitas augmentari, firmari, & solidari, prout cupimus & optamus,

Notum igitur facimus quòd Nos,

In ea parte Votis & Desideriis dicti Serenissimi Principis *Jacobi Regis Scotorum* id pariformiter optantis, suósque Ambaxiatores, pro Tractatu super Præmissis habendo, ad Nos mittentis, inclinati,

De Fide, Legalitate, Probitate, Scientiâ, Circumspectione, & Industriâ Reverendissimi Patris *Thomæ Archiepiscopi Eborum* Angliæ Primatis & Apostolicæ Sedis Legati, Reverendorum Patrum, *Johannis Lincolniensis* Cancellarii nostri, & *Johannis Wigorniensis*, Episcoporum, Carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Johannis Ducis Norfolciæ*, & *Willielmi Comitis Notinghamiæ*, Prædilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Suttone* de Dudlay, & *Johannis Scrope* de Upsall, Militum, *Willielmi Huse* Capitalis Justiciarii nostri ad Placita coram Nobis tenenda Militis, *Ricardi Ratclyf*, & *Willielmi Catesby*, Armigerorum pro Corpore nostro, Consiliariorum nostrorum apprimè Dilectorum, ad plenum confidentes,

Ipsos, Novémve, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorundem, nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, ac Tribus eorum, sic tamen quòd idem *noster Cancellarius* unus eorum existat, Potestatem generalem & Mandatum speciale pro Nobis & Nomine nostro, cum Spectabilibus & Clarissimis Dominis Egregiisque Viris, *Colino Comite de Ergile Domino Campbell & Lorne* Cancellario nostro, Reverendo Patre *Willielmo Episcopo Abirdonensi*, *Roberto Domino Lile*, *Laurentio Domino Oliphant*, *Johanne Drummond* de Stobhall, *Archibaldo Quhitelaw Archidiacono Laudoniæ*, *Leone Armorum Rege*, & *Duncano de Dundas*, Consiliariis, Ambaxiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis,

A. D. 1484. Ric. 3.

putatis, & Nunciis dicti Sereniſſimi Principis *Jacobi Regis Scotorum* Conſanguinei noſtri cariſſimi,

Quos quidem Ambaxiatores idem Conſanguineus noſter ad Nos & intra hoc Regnum noſtrum Angliæ, cum Poteſtate & Auctoritate Negotia infraſcripta Tractandi & Concludendi, jamdudùm miſit & deſtinavit,

De & ſuper Sponſalibus & Matrimonio inter *Jacobum Filium* & Primogenitum dicti *Regis Scotiæ*, & præfatam *Annam Neptem noſtram* contrahendis, Dote, Dotalitio, ſeu Donatione propter Nuptias, vi & virtute Sponſaliorum ſeu Matrimonii hujuſmodi Promittendis, Dandis, Perſolvendis, & Recipiendis, Tractandi, Concordandi, Communicandi, Appunctuandi, & Concludendi,

Locorum, Temporum, Modorum, Conditionum, Cautionum, & Securitatum, quibus Præmiſſa compleantur & perficiantur, Certitudinem, Specificationem, & Qualitatem Statuendi, & ſuper eiſdem Conſentiendi & Concordandi,

De & ſuper firmis Treugis, Guerrarum Abſtinentiis, Amicitiâ, & Unitate pro Nobis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Subditis, Hæredibus, & Succeſſoribus, Regnis, Patriis, Dominiis noſtris, & utriuſque noſtrûm ineundis, capiendis, firmandis, mutuiſque hinc inde Aſſiſtentiis & Auxiliis præſtandis Tractandi, Conſentiendi, Concordandi, & Concludendi,

Aliámque Dietam pro Præmiſſis, ſi oporteat, Statuendi & Præfigendi,

Cæteráque omnia & ſingula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, etiamſi talia ſint quæ de ſe Mandatum exigant magis ſpeciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, Nos ea omnia Rata, Grata, & Firma habituros quæ per dictos noſtros Procuratores & Commiſſarios Tractata, Communicata, Appunctuata, Stabilita, Concordata, ſeu Concluſa fuerint in Præmiſſis, ſeu aliquo Præmiſſorum, ſub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum noſtrorum, præſentium & futurorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Notinghame* viceſimo Die Septembris Anno Regni noſtri ſecundo.

In quorum omnium Teſtimonium atque Fidem huic Parti Indenturæ, penes Commiſſarios dicti *Regis Angliæ* remanſuræ, Nos Commiſſarii dicti *Regis Scotiæ* Sigilla noſtra cum Nominibus & Signis noſtris manualibus ſubſcriptis appoſuimus apud prædictam Villam de Notinghame viceſimo primo Die Menſis Septembris, Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Octuageſimo quarto.

Colin Erle of Arg.
Willielmus Episcopus Aberdon.
Rob. L. Lyle.
Laur. L. Oliph.
Lard Stobhall.
Archibaldus Quhitelaw.
Lyan Kyng of Armis.
Dundas.

De Communicando ſuper Treugis prælibatis.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr.

THYS Bille Indentit,

Made at Notinghame the xxii. Daye of Septembre the Yere of oure Lord God M. CCCC. LXXXIIII. Betwix the Commiſſioners of the Relmez of Ingland and Scotland,

Witnessit that, for the more ſpedy and better aſſuring of the Trewes, now takin betwix the ſaid Commiſſioners, it is Commonit and Aggreyit be the ſamyn apone the mateis that folowis,

Ferst, that a Meting of certane Perſones of both the Realmez be had apone the Marchis at Dayis and Places herefter expreſſit, That is to ſay, the xivth Day of Octobre next cuming at *Loughmabaneſtone*, for the Inglis Party ſall met *Nicholas Reddley*, *Richard Salkeld*, and *William Muſgrave*; and for the Scottiſhe Party Sir *Gilbert of Johneſtone* of Elphanſtonne, *David Scot*, and *Robert Chartres* of Amysfeld; and this is for the Weſt Merehis.

Item, for the Middil Marehis, the Furſt Meting to be at *Haldenſtank* the xviii. Daie of Octobre forſaid, and there to be for the Inglissh Party Sir *Henry Percy*, Maiſter *Alexander Lee*, *John Cartington*, *Nicholas Ridley*, and *Robert Colyngwod*, or three of theim; and for the Scots Partie, *Alexander Hume*, *Wat Carre*, *David Scot*, *George Hume* of Ayton, *James of Rotherford* Lard of Roderford, and *Andrewe Ormeſton* Lard of Ormeſton, or three of theim.

Item,

A. D. 1484. Ric. 3. ITEM, for the Est Merches, the First Meting to be at *Ridanburne* the xxi. daie of Octobre forsaid, and there to be for the Englissh Partie Sir *Henry Percy*, Maistre *Alexander Lee*, *John Cartington*, *Nicholas Ridley*, and *Robert Colingwod*, or three of them; and for the Scottishe Partie *Alexandre Hume*, *Wat Carre*, *David Scot*, *George Hume* of Ayton, *James of Roderfurd* Lard of Roderfurd, and *Andrewe Ormeston* forsaid.

ITEM, Commissioners for the Reformyng of Attemptats and the Bounds of Dunbarre to be limitted at *Dunbarre* the Tenth Daie of Octobre forsaid, be named for the Englishe Partie Maistre *Alexandre Lee*, *John Cartington*, and *Robert Colingwod*, or two of theim; and for the Scottishe Partie Sir *William of Knollys*, *David Hepburne* of Wanchton, and *James of Cokburne*, or two of thaim.

ITEM, it is Aggreyit and Appoyntit that the *King of Scotts* shall gyve a saufe Conduit to any suche Persone as the *King of England* shal name, and for twelve Persones with him or within to goo into the Reaume of Scotland with alle suche Merchandises as him or theim shal like, and fro thens to Passe and Repasse surely and saufly at their pleasire during the said Trewes; and in likewise the *King of England* shal gyve his Lettres of sauf Conduict for any suche Persone as the *King of Scottis* shal name, and accompanyed with xii. Persones, or within, to come into the Reaume of England with alle suche Merchandises as him or theim shal like, and fro thens to Passe and Repasse surely and saufly at their pleasire during the said Trewes.

ITEM, it is Appoynctit and Aggreit, that the Grete Commissioners for the West Merches of Inglande shall mete at *Longhmabanston* the eighteenth Daie of Novembre next commyng, whoos names for the Englissh Partie hereafter ensuen, That is to saie, *Lord Dacre*, *Lord Fitzhugh*, *Sir Richard Radcliff*, *Sir Christofre Moresby*, and *Richard Salkeld*, or three of theim; and for the Scottishe Partie *Lord Kennydy*, *Lord Mongomery*, *Lord Lisle*, *John Maxfwell* Styward of Ananderdale, and *Robert Crechton* of Sauquhare, or Thre of thaim.

ITEM, there be Assigned for to mete A. D. 1484. Ric. 3. for the Middel and Est Merches at *Ridanbourne* the Furst Daie of Decembre for the Partie of Ingland, *th'Erle of Northumbreland*, *Lord Greystok*, *Lord Serep* of Masham, *Sir William Gastoyne*, and *Sir Robert Constable*, Knights, or Thre of thaim; and for the Partie of Scotlande, *th'Erle of Anguissh*, *the Erle of Huntle*, *the Erle of Ergile* Chancellier of Scotland, *Lord Anandale*, *Lord Seton*, *Lord Oliphant*, and the *Lard of Stobhall*, or Thre of theim; and the same Commissioners of both Parties shall then and there Depute certein Persones that shall passe and see, that the Bounds of Berwik be accordyng to the Fourme of the Endentures of the Trewes forsaid.

ITEM, it is Aggreit and Appoinctit, that no Persone of England or Scotlande shal, enduring the said Treux, Bilde, Ere, nor Sowe ony Landes or Grounde, beyng within the Boundes of Batable Lands.

ITEM, it is Appoynctit and Aggreit by the said Commissioners, for the Prisoners of bothe Reaumes, that thei stond under suche Sureties as thei now doo, or elles renew their Sureties unto the Fest of Sainct Andrew next commyng, to th'entent that they maie in the meane tyme mewe and appoincte with thaire Takers for thair Ransonis; and gif thei faile therof that then they Retourne again to thair Takars as accordes; and that Lettres herof be sent by the Princes of bothe Reaumes to thaire Lieges and Bordurers, certifying thaim by open Proclamation thereupon.

In Witnesse herof certain of the bothe Kings Commissioners, in such Nombre and Qualite of Persones as suffiseth by vertue of their Commissions to Passe and Conclude the Premisses, have set to these Presents ther Names and Signes Manuelles, the Place, Yere, Moneth, and Daie above writen.

Jo. Lincoln. Canc.
Colin Erle of Ergayl.
H. Northumberland.
Willielmus Episcopus Abberdonen.
R. Radeliff Knight.
Robart L. Lyle.

Conventiones

Conventiones super Intercursu Burgundiæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr.

AU-jour-duy xxv. de Septembre, l'An lxxx. & quatre, en la Ville d'Anvers, appres Communication eue sur les Charges de *Monsieur de Mongommery*, Maistre *Jehan Cock*, *Huge Clotten*, & *Jehan Ubendy*, Ambassadeurs de tres Excellent, & tres Puissant Prince le *Roy d'Angleterre*, par mon Tres Redoubte Seigneur, Monsieur *l'Archiduc d'Austrice*, de *Bourgoigne*, de *Brabant*, &c. *Conte de Flandres*, &c. a este Advise, Tracte, & Conclu avec les diz Ambassadeurs, en la matiere que s'ensuir,

Premiers, que l'Entrecours de la Marchandise, d'entre les Subjects du Royaulme d'Engleterre & des Paiis de mon dir Seigneur, aura d'ores en avant lien & cours en la manier que par ce devant il a eu du temps de feu Messiers *les Ducs Phelippe* & *Charles Ducs de Bourgoingne*, & de Monsieur *le Duc* present, & soubz les Conditions & Modifications, soubz les quelles il a este accorde & observe de leur temps sans aucune Chose y Changer ou Innover d'un Part & d'autre.

Item, & tiendra le dit Entrecours tant qui a la Journee dont cy apres sera touche autremenr soit ordonne.

Item, & pour la Seurte d'icellui sera Escript & Mande par les Princes d'une Part & d'autre, Assavoir par mon dit Seigneur *le Duc* es Villes, Lieux, & Portz que les diz Ambassadeurs declaireront de l'Obeissance de mon dit Seigneur; & par *le Roy* par tous les Lieux de son Royaulme on l'on a accustume faire Publications, que aucune Chose sur certaines & Grosses Paines ne soit faitte ou attemptee au Prejudice du dit Entrecours, mesmement contre l'Article contenant que les Biens de l'ung des Marchans ne seront Empeschez, Arrestez, ou Venduz pour le fait de l'autre tout en ensuiant le dit Entrecours.

Item, avec ce sera par les Deux Princes Escript aux Officiers d'une Part & d'antre, que se aucune Chose estoit Attemptee, on se feist cy appres au Prejudice dit Entrecours devant la dirte Journee, que les Biens que auront este Prins aux Subjects de l'une Parti ou de l'antre, sust Meer ou en Terre, seront Gardez en leur Entrer, sans les Souffrir Vendre, Disturbuer, ne Aliener en faicon quelconque.

A. D. 1484.

Item, & pour ce que plusours Doleances ont este faltes par les Marchans des Biens a eulx Tollux & Hostez sur Meer, Assavoir aux Engles par aucun des Subjects de mon dir Seigneur, & semblablement par les dits Engles aux Subjects d'icelluy Seigneur au Contraire & Prejudice du dit Entrecours, a este Advise & Conclu, que une Journee se tiendra au Lieu que *le Roy* vouldra choisir, en l'Obeissance de mon *dit Seigneur*, & a tel Jour que bon lui semblera; Pourveu qu'il signiffiera le Jour par deca ung Moys an par avant, a fin de faire les Publications cy appres declaires. A la quelle Journe *le Roy d'Angleterre*, *&* *mon dit Seigneur le Duc* envoyeront leurs Ambassadeurs pour Appoincter & Pacifier tous les Differens & Doleances que a ce jour seront faittes par les Subjects d'une Part & d'autre, sommerement & de plain & san figuere de Proces, le tout en ensuiant le contenu du dit Entrecours: A la quelle Journee seront premierement Decidees les Matieres & Doleances plus pregnantes: Et a celle fin que tous ceulx, qui se pretendont estre Addomagies & Mainteignent Restitution a eulx devoir estre faitte par les Subjects d'autre Parti, se trouvenr a la dirte Jonrnee, & n'en puissent pretendre Canse d'Ignorance, en sera faitte Publication es Villes d'Anvers, Berges, Middelbourg, Dordrecht, & en tous les Havres de Meer des Paiis de *mon dit Seigneur*, avec intimation que ceulx, que ne se trouveront ou envoyeronr au dite jonr pour faire leurs Doleances, ne seront cy appres a recevoir de Chose qu'ilz maintiendront a eulx estre Prinse ou Hostee avant la ditte Journee; Er semblablement sera fait en Englererre, en la Ville de Londres, & es Havres.

Item, & a ceste Journee sera aussi Ordonne sur les plaintes & Doleances que les Subjects Marchans des Paiis de *mon dit Seigneur* font des noveaulx Toulieux, Tribux, & Exactions que l'on eige d'eulx au Royaulme d'Angleterre au Prejudice du dit Entrecours; Les quelles Novellitez s'aucunes en y a cesseront jusques a la ditte Journee.

Tous les quelz Points ont ja este Accordez & Passez de la parr de *mon dit Seigneur le Duc*, & ont les diz Ambassadeurs Promis de les faire Ratifier par

le

A. D. 1484. Ric. 3. le Roy en dedens deux mois prouchainement venant.

Tesmoing les Saings Manuels des diz Ambassadeurs & de l'ung des Secretaires de mon dit Seigneur cy mis en la A. D. 1484. Ric. 3. ditte Ville d'Anvers, les Jour & An dessus ditz.

N. Le Flameng.

Super Intercursu prælibato.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr.

IN Dieta,

Tenta In Opido Gandensi sexto Die Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo, Quarto,

Inter Dominum *Thomam de Mongomery*, *Johannem Cook*, *Hugonem Clopton*, & *Johannem Wendey*, Oratores Commissarios & Deputatos Christianissimi Principis & Domini Domini, *Ricardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ* ex una Parte, ac Magistros, *Johannem Dauffay*, & *Philippum Wielant*, Deputatos ex Parte Illustrissimi Principis & Domini Domini *Philippi Austriæ Ducis Burgundiæ*, &c. *Comitis Flandriæ*, & *Guillermum Ryni*, *Jacobum Heyman*, *Sigerum Van Roe*, Magistrum *Ludovicum Hauweel*, *Johannem de Wale*, & *Franciscum Vaud Poorte*, ex Parte *Trium Membrorum dicti Comitatûs Flandriæ*,

Appunctuata & Conclusa fuerunt & sunt Capitula & Articuli sequentia,

Inprimis, Appunctuatum & Conclusum est quòd Intercursus Mercantiarum & omnia Capitula in eo contenta, inter Principes Regni Angliæ & Comitatus Flandriæ superioribus temporibus contracta & habita, firmiter & Inviolabiliter Custodientur & Observabuntur.

Item, quia multæ Querremoniæ per Subditos Domini *Regis Angliæ* contra Subditos *Domini Ducis*, & Pari modo per Subditos *Domini Ducis* contra Anglicos indies fiunt, propter nonnulla Attemptata In præjudicium dicti Intercursûs, ac contra Capitula in eodem contenta, inter Oratores Commissarios & Deputatos supradictos Appunctuatum & Conclusum est quòd, pro Reformatione omnium hujusmodi Attemptatorum, Dieta tenebitur in Civitate Londoniæ, vicesimo die Januarii proximè futuro, cum Continuatione & Prorogatione Dierum & Locorum necessariis & oportunis; Quibus Die & Loco convenient Oratores Commissarii & Deputati tàm dicti *Domini Regis Angliæ* quàm *Domini Ducis* supradicti ac *Trium Membrorum Flandriæ*, sufficienter Auctorisati, ad Audiendum, Cognoscendum, & finaliter Determinandum simpliciter & de plano sine strepitu & figura Judicii, solâ Rei veritate Inspectâ, de & super A. D. 1484. omnibus & singulis hujusmodi Querremoniis & Gravaminibus, per Subditos unius Partis & alterius in ipsa Dieta proponendis & ministrandis.

Item, ut Conquerentes unius Partis & alterius de Loco & Tempore hujusmodi Dietæ certiores Reddantur, ita ut Ignorantiam prætendere seu allegare nequeant, sed sufficienter Instructi cum Probationibus & Documentis ad Causarum suarum Prosecutiones & Veritatis Ostentionem accedere possint, inter Oratores Commissarios & Deputatos supradictos Appunctuatum & Conclusum est, Quòd fient hinc Inde Publicæ Monitiones, per unum Mensem ante Inchoationem dictæ Dietæ, tàm in Anglia quàm in partibus dicti *Domini Ducis*, ut omnes Anglici, sentientes se per Subditos *Domini Ducis* qualitercúmque gravari, veniant ad dictam Dietam Causas & gravamina sua ostensuri & prosecuturi, cum Intimatione quòd si eorum Culpâ & negligentiâ minimè accesserint quòd super Querremoniis suis postea minimè audientur; & similes in omnibus & per omnia Monitiones, unà cum Intimatione prædicta, fient per dictum *Dominum Ducem* in Patriis suis pro Subditis suis prætendentibus ab Anglicis se gravari.

Item, ut Mercatores & Subditi amborum Principum Regnum Angliæ & Patrias *Domini Ducis*, usque ad dictam Dietam & Finem ejusdem, tutiùs & securiùs frequentare valeant, Concordatum & Conclusum est quòd, ultimâ Die præsentis Mensis, fient Publicæ Proclamationes, in Anglia in Locis & Portubus magis congruis, & in Patriis *Domini Ducis* in Opidis Villis & Portubus etiam magis congruis & convenientibus, quòd Intercursus Mercantiarum, inter Principes utriusque Domûs superioribus Diebus contractus & habitus, firmiter & inviolabiliter in omnibus Capitulis & Articulis suis Observetur, ac in omni Robore & Firmitate maneat & persistat, & quòd nullus pro facto alterius in Persona aut Rebus suis Gravabitur aut aliquo quæsito colore Vexetur seu Molestetur; Et, si contingat aliqua Bona Subditorum unius Principis aut alterius per Piratas

S f f super

A. D. 1484. Ric. 3. super Mare aut alibi capta, ad aliquem Portum seu alium Locum adduci, Mandabitur & inhibebitur Officiariis Portûs seu Loci hujusmodi Bona sic Adducta ad Terram poni non permittant, sed Navem cum Bonis ponent sub firma & tuta Custodia, donec infra tempus competens sciri posset ad Quem seu Quos Bona illa pertinent, cæteráq; facient Locorum Officiarii per Intercursum in ea parte ordinata & provisa; De quibus Publicationibus dabuntur hinc inde Literæ Certificatoriæ per ipsos Principes, sub Rebatione suorum Officiariorum, in Locis in quibus fient.

ITEM, Concordatum & Conclusum est, quod *Dominus Rex Angliæ* Nomina Subditorum suorum contra *Domini Ducis* Conquerentium, unà cum Nominibus Illorum contra quos conqueruntur, citra Primum Diem Mensis Decembris proximè futurum *Domino Duci* mittet, ut, ipsis Receptis, moneantur ipsi prætensi Rei and Interessendum dictæ Dietæ pro sua Defensione, unà cum Intimatione quòd, sive venerunt sive non, Commissarii illus Dietæ proinde Procedent ac si essent Præsentes, eorum Absentia in nullo obstante:

Et, simili modo, *Dominus Dux*, citra Diem prædictum, mittet *Domino Regi* Nomina suorum Subditorum, unà cum Nominibus Anglicorum de quibus conqueruntur, ita ut per *Dominum Regem* similes Monitiones, unà cum Intimatione proximæ Dietæ, fiant. A. D. 1484. Ric. 3.

In Fidem & Testimonium omnium & singulorum suprascriptorum Nos, *Thomas de Mongomery*, *Johannes Cooke*, *Hugo Clopton*, & *Johannes Wendey*, Oratores Commissarii & Deputati *Domini Regis* antedicti, & *Johannes Dauffay*, *Philippus Wielant*, Deputati Domini *Ducis Philippi*, *Guillermus Ryni*, *Jacobus Heyman*, *Sigerus Van Roe*, *Ludovicus Hanweel*, *Johannes de Wale*, & *Franciscus Vand Poorte*, Deputati *Trium Membrorum Comitatûs Flandriæ*, Nomina nostra subscripsimus Die Loco & Anno supradictis,

MONGOMERY,
J. COOKE,
HUGE CLOPTON,
J. DAUFFAY,
P. WIELANT,
W. RINY,
J. HEYMAN,
RODEY,
HAWEEL,
J. DE WALE.
F. VAUD POORTE.

Ratificatio Treugarum Scotiæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Origine.

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, Universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint Salutem in omnium Salvatore.

Sacris erudimur Eloquiis, ut Pacis Fœdus, & Caritatis Vinculum tanquam

Quarum Treugarum Tenor de Verbo ad Verbum sequitur, & est talis,

HÆC INDENTURA, &c. *ut supra* 21. *Mensis Septembris*,

QUAS QUIDEM INDENTURAS, Litteras, ac omnia & singula in eisdem contenta in omnibus suis Punctis & Articulis, Conditionibus, & Modis, ac Circumstantiis suis quibuscúnque formâ pariter & effectu in omnibus & per omnia, unà cum Rasuris, Interlineationibus, & in Margine Scripturis, per nostros Ambaxiatores approbatis, Nos ex certâ nostrâ Scientiâ Laudamus, Approbamus, Ratificamus, & pro Nobis & Successoribus nostris, ut præmissum est, Confirmamus. A. D. 1484.

In cujus rei Testimonium præsentibus Litteris nostris Confirmatoriis Magni Sigilli nostri appensione fecimus roborari *apud Edinburgh*, Vicesimo primo die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo quarto, Et Regni nostri Vicesimo quinto.

Sigillo avulso.

De

De Salvis Conductubus.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Scot. 2. R. 3. m. 3.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare, constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certis considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Tuitionem, Protectionem, & Defensionem nostras speciales, *Robertum Dominum de Flemyng* de Regno Scotiæ, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria de obedientia nostra, cum *Viginti Personis*, cujuscúmque Statûs seu Conditionis fuerint vel infra, in Comitiva sua, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c. per Sex Menses duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* secundo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

A. D. 1484.

De Conductu.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. ibid. m. 9.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, ad Rogatum Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Reverendum Patrem *Willielmum Episcopum Aberdonensem*, ac Nobilem & Strenuum Virum *David Comitem de Crawford*, necnon, Venerabiles Viros, Dominum *Georgium de Carmighell Electum Glascuensem*, & Magistrum *Alexandrum Englissh Electum Dunkeldensem*, &, Nobiles & Discretos Viros, *Robertum Dominum de Lyle*, Magistrum *David Levinstone* Custodem Privati Sigilli, *Johannem de Drummonde* de Cargyll, Dominum *Willielmum Knolles* Præceptorem de Torfeykyn Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, Magistrum *Johannem Irlond Archidiaconum Sancti Andreæ*, Magistrum *Gilbertum Rayrike Archidiaconum Glascuensem*, & *Dominum de Dundasse*, Ambassiatores, Oratores, & Commissarios dicti Consanguinei nostri, in Regnum nostrum Angliæ, *cum Sexaginta Personis* de Regno Scotiæ in Comitiva sua, & totidem Equis vel infra, ac cum Bogeis, Manticis, Rebus, Bonis, Jocalibus, Literis, Papiris, Auro & Argento monetato, necnon Fardellis, Capsulis, & Sarcinunculis suis quibuscúmque, conjunctim & divisim, veniendo, ibidem morando, sojornando, conversando, & expectando,

Et iterum in *Regnum nostrum Scotiæ*, quando, & quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, redeundo & reveniendo, absque impedimento aut impetitione nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque,

Aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ, concessâ vel concedendâ, non obstante;

Ita tamen quòd infra dictum Regnum nostrum Angliæ, præsenti salvo Conductu nostro durante, ipsi ipsorúmve aliquis nichil attemptent seu attemptet quod in nostri aut ejusdem Regni nostri cedere queat Præjudicium quoquo modo;

Sic tamen quod, si aliquid per eorum aliquem in contrarium attemptatum fuerit, quod ipse sic attemptans pro eo juxta ejus Demerita puniatur, nostro præsenti salvo Conductu quoad alios in suo robore permanente.

Et ideò vobis Mandamus &c.

In cujus &c. usque xv. Diem Martii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo nono Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De

De Tractando cum Commissariis Scotiæ.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, ob certas rationabiles & urgentes Causas, Nos & Concilium nostrum moventes, Assignavimus, Deputavimus, & Ordinavimus, Prædilectos & Fideles nostros, *Humfridum Dominum Dacres*, *Ricardum de Salkeld*, *Johannem de Crakenthorp*, & *Willielmum de Musgrave* pro Marchiis Occidentalibus versus Scotiam, ac *Henricum Percy* Militem, *Thomam Grey* Militem, *Johannem de Cortyngton*, *Robertum Colyngwode*, & *Johannem Lilborn*, pro Orientalibus & Mediis Marchiis ibidem, nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem, conjunctim & divisim, Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Commissariis seu Commissario Serenissimi Principis Consanguinei nostri Carissimi *Jacobi Regis Scotorum*, sufficientem ad infrascripta Potestatem habentibus seu habente, de & super Treugis & Abstinentiis Guerrarum, inter Regna Angliæ & Scotiæ, pro aliquo convenienti & moderato tempore, sicut inter eos poterit concordari, ineundis & observandis, Tractandi, Conveniendi, Concordandi, & Concludendi,

Ita quòd, durante Tempore hujusmodi, cessent Hostilia Arma ubique, tàm per Terram quàm per Mare, inter Subditos utriúsque Regni, & ipsi sese invicem mutuis favoribus pertractent, quemadmodum superioribus Annis, quando inter ipsa Regna Treugæ & Abstinentiæ hujusmodi habitæ sunt, facere consueverunt, A. D. 1484.

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos Commissarios nostros seu eorum aliquem in forma præmissa, Actum, Gestum, Conventum, seu Conclusum fuerit in Præmissis,

Volentes quòd statim, captis & conclusis Treugis & Abstinentiis hujusmodi, fiant Proclamationes publicè tàm in Confiniis utriusque Regni per Terram, quàm in Portubus Maris, & in aliis Locis ubi expediens videbitur, pro firma & inviolabili Observatione earumdem, sub Pœna incumbenti,

Ad quæ omnia diligenter exequenda dictis Commissariis nostris & eorum cuilibet damus plenariam, Tenore Præsentium, Potestatem; Proviso quòd ex Parte Scotiæ consimiliter fiat in omnibus ut est justum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* secundo Die Decembris.

Consimiles Literas Regis Patentes habent Personæ supradictæ, sub Data & Forma prædictis.

Pro Episcopo Dunelmensi.

To the Kyng our Liage Lord.

MEMORANDUM *quòd, duodecimo Die Decembris Anno Regni Regis* Ricardi Tertii *Secundo, ista Billa liberata fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequenda.*

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 58. temp. R. 3.

PLEASE it your Highnes, of youre moost Noble Grace, to Commaunde your Chaunceller of England to direct your Wrytte, under your Grete Seall, unto the Treforer and Barons of your Eschequer, after the Fourme herafter ensuyng,

R. R.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario, Salutem.

Mandamus vobis quòd, Receptis de Venerabili Patre *Johanne Episcopo Dunolmensi* Tribus Standardis & Novem Trussellis ruptis, pro Moneta Sterlingorum in Libertate sua Regali Dunolmensi fabricanda nuper factis, Tria Standarda & Novem Trussellos de novo fieri & *præfato Episcopo* liberari faciatis. A. D. 1484.

Teste &c.

De Indigena facto.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Pat. 2. R. 3. p. 2. m. 12.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, Concessimus, Dilecto Nobis, *Johanni Andreæ Cyny*, in Partibus Italiæ Oriundo, quòd ipse sit Ligeus noster & Hæredum nostrorum, & in omnibus Causis, Querelis, Rebus, & Materiis quibuscúmque, sicut verus & fidelis Ligeus noster, infra dictum Regnum nostrum Angliæ Oriundus, & non aliter nec alio modo habeatur, pertractetur, teneatur, reputetur, & gubernetur,

Et quòd ipse omnes Actiones reales, personales, & mixtas habere & exercere ac eis gaudere possit, ac Placitare & Implacitari, necnon Respondere & Responderi possit, sicut verus & fidelis Ligeus noster infra Regnum nostrum prædictum Oriundus,

Et quod ipse Terras, Tenementa, Redditus, Reversiones, & Servitia, ac alias Possessiones quæcúmque, tàm in Dominico quàm in Reversione, tàm infra Regnum nostrum prædictum quàm alibi, infra Porestatem nostram adquirere & hæreditare possit Habenda & Tenenda Sibi & Hæredibus suis imperpetuùm vel alio modo quocúmque licitè & impunè,

Et quòd ipse, in futurum, eoiore seu vigore alicujus Statuti, Ordinationis, sive Concessionis factæ seu faciendæ, non artetur, teneatur, seu compellatur ad Solvendum seu Supportandum alia Onera quæcúmque qualitercúmque fuerint, aliter quam veri & fideles Ligei nostri infra dictum Regnum nostrum Angliæ Oriundi solvent seu supportabunt,

Et quòd ipse omnia Privilegia, Custumas, ac Franchesias habere & eis uti & gaudere possit, sicut veri Ligei nostri, infra dictum Regnum nostrum Angliæ Oriundi, communiter habent utuntur & gaudent, ac Taxas, Tallagia, Custumas, & Subsidia, ac alia Deveria quæcúmque, Nobis & Hæredibus nostris debita solvat & faciat modo quo alii fideles Ligei nostri, infra dictum Regnum nostrum Angliæ Oriundi, solvunt & faciunt & non aliter, absque contradictione seu impetitione Nostri, vel Hæredum nostrorum, aut aliorum Vicecomitum, Escaetorum, Ballivorum, aut aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque,

Eo quod *prædictus Johannes Andreæ* in dictis Partibus Italiæ Oriundus existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, aut aliquâ Causâ, Re, vel Materiâ quacúmque, in aliquo non obstante;

Proviso semper quòd *prædictus Johannes Andreæ* Homagium ligeum Nobis faciat, ac Lotto & Scotto ac aliis Oneribus in dicto Regno nostro Angliæ ubilibet debitis & consuetis contribuat, prout alii Ligei nostri, infra idem Regnum nostrum Angliæ Oriundi, faciunt, ut est justum, absque Fine seu Feodo indè ad opus nostrum solvendo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quinto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilis Concessio pro *Benedicto Spynell* in Partibus Januæ Oriundo, Dat. 26. Januarii.

De Obedientia Regis Papæ præstanda.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 14.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus & Industriis, Venerabilium Patrum, *Johannis Dunolmensis*, & *Thomæ Menevensis*, Episcoporum, ac Religiosi & Strenui Militis *Johannis Kendall Turcupellerii Rhodi*, Consiliariorum nostrorum, plenissimè confidentes,

Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Ordinamus, & Constituimus ipsos veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem Duobus ac Uni eorum (dummodo dictorum *Episcoporum* alterum ipsum esse contigerit) Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, Devotionem, quam in Sanctam Sedem Apostolicam ac ipsius Præsidentem modernum Sanctissimum Dominum nostrum Dominum *Innocentium Papam Octavum* gerimus & habemus, Filialemque & Catholicam Obedientiam a Regibus Angliæ Romanis Pontificibus ab

A. D. 1484. Ric. 3. antiquo debitam & præstari consuetam, pro Nobis & Nomine nostro dicto Sanctissimo Domino nostro *Innocentio Papæ Octavo* Exhibendi, Præstandi, & Faciendi,

Cæteráque Exequendi & Exercendi quæ in Præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ Mandatum magis exigerent speciale,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, & Gratum, & Firmum habituros quicquid dicti Oratores nostri, Duo aut aliquis eorum, in forma præmissa, fecerint seu fecerit, sub Ipotecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum. A. D. 1484. Ric. 3.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Episcopo Sibenecensi.

To the King oure Lige Lord.

Memorandum *quòd, decimo octavo die Decembris, Anno Regni Regis* Ricardi Tertii *Secundo, ista Billa liberata fuit* Domino Cancellario Angliæ *apud Westmonasterium exequenda.*

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 54. temp. R. 3. Please it youre Highnes, of youre mooste aboundant Grace, to Graunte unto youre true Oratour *Luke Bishop of Sabyn* youre severall Writts of Discharge, to be made in due fourme, and Directe unto youre Custumars and Collectours of youre Custumes and Subsidies in your Portes of London and Sandewic, according to the Tenures herafter ensuyng,

And that this Bill, signed with youre mooste Victorious Hande, may be unto your Chaunceller a sufficiaunt Warant in this behalf, and he shall Pray to God for the Preservation of your moost Roial Astate long to endure.

R. R.

Rex Custumariis sive Collectoribus Custumarum & Subsidiorum nostrorum in Portu Villæ Sandewici, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, ac Contrarotulatori ibidem, Salutem.

Mandamus vobis quòd Venerabili in Christo Patri *Lucæ Episcopo Sibenecensi Tres Cistas & Unum Fardellum, cum diversis Petiis Linei de Holandia, & diversis Petiis Verder, in eisdem Cistis & Fardello contentis*, in Partibus Exteris Emptis & ad usum pro Stauro *ipsius Episcopi* provisis, & usque dictum Portum Sandewici adductis, absque Custumis & Subsidiis liberetis,

Ac *ipsum Episcopum* Cistas prædictas cum cæteris Præmissis extra Portum prædictum liberè & absque impedimento aliquo cariare permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis priùs in contrarium directo, non obstante. A. D. 1484.

Teste &c.

Rex Collectoribus Subsidii Trium Solidorum de Dolio & Duodecim Denariorum de Libra in Portu Civitatis nostræ Londoniæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd Venerabili in Christo Patri *Lucæ Episcopo Sibenecensi quandam Cistam, cum Sexdecim Petiis Tapiceræ, & Duobus Pannis de Cerico Auro contextis, in eadem Cista similiter contentis*, in Partibus Exteris Emptis, & ad Usum pro Stauro *ipsius Episcopi* Provisis, & usque dictum Portum Civitatis nostræ Londoniæ Addnctis, absque Custumis & Subsidiis Liberetis,

Ac *ipsum Episcopum* Cistam prædictam, cum cæteris Præmissis, extra Portum prædictum liberè & absque impedimento aliquo cariare permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis priùs in contrarium directo, non obstante.

Teste &c.

Consimile Breve fiat Collectoribus Parvæ Custumæ nostræ in Portu Civitatis nostræ Londoniæ.

Commissio

A. D. 1484. An. 2. R. 3. — A. D. 1484. An. 2. R. 3.

Commissio Ducis Britanniæ ad Tractandum de Treugis Prorogandis.

A. D. 1484. An. 2. R. 3. Ex Autogr.

FRancoys, par la Grace de Dieu, *Duc de Bretaigne, Conte de Montfort, de Richemont, d'Estampes, & de Vertus*, a touz ceulx, qui ces presentes Lettres verront & orront, Salut.

Come par cy devant, entre Treshault & Trespuissant Prince Treschier & Tresame Sire & Cousin *Richart*, par la grace de Dieu, *Roy d'Engleterre*, pour Lui, ses Paiis, Terres, Seigneuries, & Subgetz d'une Part, & *Nous* & les nostres d'autre, ayent este prinses, accordees, & conclues bonnes Treues, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandye, a durer & tenir *Jucques au Vingt quatriesme Jour d'Avril prouchain venant*,

Quelles Treues ont porte & portent grant Prouffit & Avantaige aux Paiis & Subgetz de chascun Party,

Et, apres le temps des dites Treues finy, si autre Provision n'y estoit donnee, Recherrions & Retornerions nostre dit Cousin & Nous, nos dites Paiis, Seigneuries, & Subgetz ou Dangier & Inconvenient de la Guerre, ainsi n'estions au temps & paravant les dites Treues, que Nous feroit a grant Regret & Desplisir pour le desir qu'avons de viure en bonne Amitie, bienveillance & intelligence, avecques nostre dit Cousin, pour quoy, desirans y pourveoir, *savoir faisons que Nous*,

A plain confians & bien acertainez des Sens, Loyaulte, & bonne Experience de Reverend Pere en Dieu, nostre bien ame & feal Conseillier *l'Evesque de Leon*,

Avons Fait, Institue, Estably & Ordonne, & par ces Presentes Faisons, Instituons, Establissons, & Ordonnons nostre Ambassadeur, Orateur, Procureur, & especial Messagier,

Au quel avons Donne & Donnons par ces Presentes plain Pouoir, Auctorite, & Mandement especial de, pour & ou Nom de Nous Communiquer, Traicter, Accorder, & Conclure, pour Nous, noz Paiis, Seigneuries, & Subgetz, avecques nostre dit Sire & Cousin, ou celui ou ceulx qu'il lui plaira Deputer Commettre & Ordonner, pour Lui & les suns Paiis, Seigneuries, & Subgetz, Continuation, Prorogation, & Prolongation des dites Treues, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandie, jucques a cel Temps que par nostre dit Cousin ou ses dites Commis ou Deputez & nostre dit Ambassadeur sera avise & conclu,

Aussi de Eclarsir, Interprecter, & Augmenter aus dites Treues, si besoing est, en telle forme & maniere qu'ilz aviseront estre Prouffitable de chascun Party,

Pareillement de Nous Obliger a tenir & faire tenir, garder, & observer Inviolablement tout ce que par lui en ce que dessus sera Traicte & Accorde & semblement conclut,

Et de Prendre & Recevoir de nostre dit Cousin pareille Promesse & Obligation avecques son Seelle & Lettres Patentes de ce,

Et generalement de faire en ce que dessus tout ce que ferions ou faire pourrions si Presentes estions:

Promettans & Promettons, en bonne Foy, sur nostre Honneur, & en Parolle de Prince, avoir & tenir Firme & Estable tout ce que par nostre dit Ambassadeur, Orateur, Procureur, & especial Messaigier sera Fait, Accorde, & Conclut, en ce que dessus, & en bailler noz Seel & Lettres Patentes lors que requis en sera.

En Tesmoign de ce Nous avons Signe ces Presentes & fait seeller de nostre Grant Seal.

Donne en nostre *Ville de Rennes*, le Vingtisme Jour de Decembre, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevings & Quatre.

FRANCOYS.

Par le Duc de son Commandement.

GUEOUEN.

☞ *Pro Mercatoribus Italiæ.*

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Pat. 2. R. 3. p. 3. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes Domini E. nuper *Regis Angliæ Quarti* Fratris nostri, Dilectis Nobis *Mercatoribus de Italia* factas in hæc verba, A. D. 1485.

Edwardus,

A. D. 1485. Ric. 3.

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm quædam Subsidia, per Communitatem Regni nostri Angliæ, in Parliamento nostro apud Westmonasterium tento, Vicesimo nono Die Aprilis, Anno Regni nostri Tertio; videlicet,

Quoddam Subsidium vocatum *Tonage* percipiendum modo & formâ sequentibus (videlicet) *Tres Solidos de quolibet Dolio Vini* venientis in idem Regnum nostrum, & de quolibet *Dolia Vini Dulcis* venientis in idem Regnum nostrum per aliquem Mercatorem Alienigenam, tàm per Mercatores Hansæ & Almanniæ quàm per aliquos alios Mercatores Alienigenas, *Tres Solidos ultra prædictos Tres Solidos*,

Ac etiam quoddam aliud Subsidium vocatum *Poundage* (videlicet) de omnimodis Mercandisis, cujuslibet Mercatoris Indigenæ & Alienigenæ, tàm Mercatorum Hansæ & Almanniæ quàm cujuslibet alterius Mercatoris Alienigenæ, cariatis extra Regnum prædictum, seu in idem Regnum adductis, per viam *Mercandisæ, Valoris quorumlibet Viginti Solidorum Duodecim Denarios*; Excepto Stanno unde *Mercatores Extranei* solvere tenentur pro Subsidio *Valoris Viginti Solidorum Duos Solidos*, & *Mercatores Indigenæ Duodecim Denarios*,

Et quoddam aliud Subsidium; videlicet, de quolibet Mercatore Indigenâ pro Subsidio cujuslibet *Sacci Lanæ Quadraginta & tres Solidos & quatuor Denarios*, & de quibuslibet *Ducentis & Quadraginta Pellibus lanutis Quadraginta & Tres Solidos & Quatuor Denarios*, & de quolibet *Mercatore Alienigenâ* Ligeo nostro non nato, tàm illis tunc per Literas Regias aut aliter *Indigenis factis* & extunc fiendis, quàm *aliis Mercatoribus Alienigenis*, de quolibet *Sacco Lanæ Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios*, & *de quibuslibet Ducentis & Quadraginta Pellibus lanutis Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios*, exeuntibus de Regno prædicto, prout in Concessione illa pleniùs continetur,

Ac cùm per Communitatem Regni *H. Sexti* nuper de Facto & non de Jure *Regis Angliæ*, in Parliamento suo tento apud Redyng, Anno Regni sui Tricesimo primo, quoddam *aliud Subsidium*; videlicet, *de qualibet Persona* non nata infra dictum Regnum, Terras Hiberniæ & Walliæ, Populo, Nato infra Ducatus Acquitanniæ, Vasconiæ, & Normanniæ, existenti & qui extunc existeret sub Obedientia sua, excepto, Hospitium tenente infra Regnum prædictum, *Sexdecim Denarios*, & de qualibet Persona, non nata infra dictum Regnum, Terras, Ducatus, & Insulas, nec sub Obedientia sua existente, infra dictum Regnum, non tenente Hospitium infra idem, *Sex Denarios*,

Ac de qualibet Personâ, vocatâ *Venician, Esterlyng, Italian, Jannaie, Florentyne, Myloner, Lucane, Cateloner, Albertyne, Hansard, Lumbard*, & *Prucer*, existentibus Mercatoribus Brokers, seu Factoribus & eorum Attornatis, non existentibus Indigenis infra dictum Regnum, & omnibus aliis Mercatoribus Extraneis natis extra dicta Dominia, Ducatus, & Insulas prædicta, neque sub Obedientia sua, & commorante infra Regnum prædictum vel commoraturâ, Hospitium tenente infra idem, *Quadraginta Solidos*,

Et de qualibet Persona vocata *Venician, Esterling, Italian, Jannaie, Florentyne, Miloner, Lucan, Cateloner, Albertyne, Lumbard, Hansard*, & *Prucer*, existente Mercatoribus Brokers seu Factoribus, & eorum Attornatis, & omnibus aliis Extraneis natis extra dicta Dominia, Ducatus, & Insulas Commorantibus, Exspectantibus, Applicantibus, vel Reforcientibus, per spatium Sex Septimanarum infra dictum Regnum, & Tenente Hospitium infra idem, vel Hospitante in aliquo Loco sub Obedientia ipsius nuper Regis, cum Mercatoribus Extraneis Brokers seu Factoribus, vel cum aliquo Subditorum dicti nuper Regis, *Viginti Solidos*,

Et de qualibet Persona, vocata *Venician, Esterlyng, Italian, Jannaie, Miloner, Lucan, Cateloner, Albertyne, Lumbard, Hansard*, & *Prucer*, & aliis Mercatoribus Extraneis Brokers seu Factoribus natis extra Dominia prædicta, Ducatus, & Insulas, per Literas Regias Patentes aut aliter Indigena facto vel extunc fiendo, infra dictum Regnum Angliæ, *Decem Marcas* levandas, solvendas ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis per æquales Portiones, & sic annuatim de quolibet eorum extunc ad dicta Festa,

Concessa fuerint, & Nobis juxta Concessionem prædictam debita existentia, prout in quodam Actu indè Auctoritate Parliamenti prædicti, dicto Anno Tricesimo primo facto, pleniùs continetur,

Nos, ad humilem Supplicationem Mercatorum Italiæ in Regno nostro existentium, Gratiam nostram in hac parte exhibere volentes, Concessimus &

I Conce-

A. D. 1485. Ric. 3.

Concedimus eis per Præsentes, quòd omnes & finguli Mercatores *de Venicia vocati Venicians*, *Janua vocati Januayes*, *Florentia vocati Florentynes*, *Luca vocati Lucans*, & omnes alii Mercatores & Brokers de Italia tàm Indigenæ quàm Alienigenæ, ac Factores Clerici & Attornati sui, ac Custodes Pacis nostræ, necnon finguli Vicecomes & Ministri nostri pro tempore existentes, in omnibus & fingulis Civitatibus, & Comitatibus Regni nostri Angliæ de prædicto Subsidio, dicto Anno Tricesimo primo concesso, & eorum quolibet pro Personis eorumdem Mercatorum, Brokers, Factorum, Clericorum, Attornatorum suorum, & eorum cujuslibet, a Festo Paschæ Anno Regni nostri Vicesimo secundo, usque ad finem & terminum Decem Annorum extunc proximò sequentium & plenariè completorum, & pro toto Termino illo, erga Nos & Hæredes nostros Exonerentur & Acquietentur, nec quicquam de eisdem Mercatoribus, Brokers, Factoribus, Clericis, & Attornatis suis, five eorum aliquo, de aut pro Subsidio illo ad Opus nostrum five Hæredum nostrorum Levetur & Exigatur,

Et insuper Volumus & Concedimus eisdem Mercatoribus *de Venicia*, *Janua*, *Florencia*, *Luca*, & *Italia*, quòd nec ipsi nec eorum aliquis aliquos plures Denarios, de aut pro Subsidiis Lanarum, Pellium lanutarum, & aliarum Mercandisarum prædictarum Valoris Viginti Solidorum, Nobis dicto Anno tertio concessis, prædicto Termino Decem Annorum durante, quàm *Quadraginta & Tres Solidos & Quatuor Denarios* tantum pro Subsidio alicujus Sacci Lanæ ipsorum five eorum alicujus, & *Decem Solidos* tantum pro Custuma alicujus Sacci Lanæ ipsorum five eorum alicujus, qui attingunt in toto pro Custuma & Subsidio alicujus *Sacci Lanæ Quinquaginta & tres Solidos & quatuor Denarios* tantum, & *Quadraginta & tres Solidos & quatuor Denarios* tantum *pro Subsidio aliquarum Ducentarum & quadraginta Pellium lanutarum suarum*, five eorum alicujus, & *Decem Solidos* tantum *pro Custuma aliquarum Ducentarum & quadraginta Pellium lanutarum suarum*, five eorum alicujus, qui attingunt in toto pro *Custuma & Subsidio aliquarum Ducentarum & quadraginta Pellium lanutarum Quinquaginta tres Solidos & quatuor Denarios*; necnon *Duodecim Denarios pro Subsidio Stanni Valoris Viginti Solidorum*, de Mercandisis suis five eorum alicujus; & *Tres Denarios* tantum *pro Custuma Stanni Valoris Viginti Solidorum* de Mercandisis suis five eorum alicujus, qui attingunt in toto pro Custuma & Subsidio *Stanni Valoris Viginti Solidorum Quindecim Denarios*, extra Regnum nostrum prædictum exeuntis, aut in idem Regnum nostrum venientis, quovismodo infra Terminum illum Nobis aut Hæredibus nostris, ac Collectoribus seu Custumariis nostris, aut aliis Officiariis seu Ministris nostris quibuscúmque solvant aut solvere teneantur,

Et quòd ipsi Mercatores de omnibus aliis Denariorum Summis, de aut pro Subsidio & Custuma illis five eorum aliquo pro hujusmodi Lanis, Pellibus lanutis, & Stanno Nobis quovismodo solvendis, erga Nos & Hæredes nostros Exonerentur & Acquietentur, & eorum quilibet Exoneretur & Acquietetur,

Necnon dicti Collectores, Custumarii, Officiarii, & Ministri nostri, & eorum quilibet, de omnimodis aliis Denariorum Summis, de aut pro Custuma & Subsidio illis five eorum aliquo, pro hujusmodi Lanis, Pellibus lanutis, & Stanno, erga Nos & Hæredes nostros similiter Exonerentur & Acquietentur; dictis Concessionibus five earum aliqua, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Restrictione, five Appunctuamento, ante hæc tempora edito, facto, five proviso, aut aliquâ aliâ materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Decimo octavo Die Decembris, Anno Regni nostri Vicesimo secundo.

Nos autem, dictas Literas ac omnia & singula In eisdem contenta Rata habentes & Grata, ea pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Acceptamus & Approbamus, ac eisdem Mercatoribus de Italia, Tenore Præsentium, Concedimus & Confirmamus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

A. D. 1485. An. 3. A. D. 1485. An. 3.

De Tractando cum Rege Scotorum.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Scot. 2. R. 3. m. 3.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Prudentia & Discretione, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Ricardi Radclyf* Militis pro Corpore nostro, *Nicholai Redly* Armigeri pro Corpore nostro, & *Johannis Cartyngton* Armigeri plenius confidentes,

Ipsos, *Ricardum*, *Nicholaum*, & *Johannem*, Fecimus, Ordinavimus & Constituimus, ac Tenore præsentium Facimus, Ordinamus & Constituimus nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eis Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimo Principe *Jacobo Rege Scotorum* Consanguineo nostro Carissimo, seu cum habentibus aut habituris ab eodem Potestatem ad Infrascripta sufficientem, de & super melioribus Modis & Formis, quibus omnes & singuli Articuli, pro Pace Treugis & Libero Intercursu Mercandisarum, inter Subditos utriusque Partis stabiliendis, per Nos & præfatum Consanguineum nostrum jam nuper in Villa nostra de Notynghamia captis & conclusis, firmiter Observentur, supérque Reformatione omnium & singulorum quæ in Præjudicium Articulorum hujusmodi hincinde forsitan Attemptata dicuntur, Communicandi, Tractandi, Conveniendi Appunctuandi, Concordandi & Concludendi,

A. D. 1485.

Dietámque seu Dietas, pro saniori & pleniori Executione Præmissorum, Statuendi, Præfigendi & Limitandi,

Cæteráque omnia & singula, quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum necessaria videbuntur seu quomodolibet oportuna, Faciendi & Exequendi, adeò plenè atque liberè sicut Nos ipsi ea faceremus seu facere possemus si in Persona præsentes essemus, etiam si talia forent quæ Mandatum de se magis exigerent speciale,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos firmum, Ratum atque Gratum habituros quicquid per dictos Commissarios nostros & Procuratores in forma prædicta Factum, Gestum, Procuratum, Appunctuatum, Statutum, seu Concordatum fuerit in Præmissis aut aliquo Præmissorum, sub Ipoteca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxx. Die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Majore & Civibus Civitatis Eborum Liberate.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Claus. 2. R. 3. m. 5.

REX Vicecomitibus Civitatis Eborum, qui nunc sunt & qui pro tempore erunt, Salutem.

Cùm Major & Cives Civitatis nostræ Eborum teneant Civitatem illam de Nobis ad Feodi Firmam Centum & Sexaginta Librarum, Nobis Annuatim ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis Archangeli per manus Vicecomitum dictæ Civitatis pro tempore existentium æquis Portionibus solvendum,

De qua quidem Feodi firma diversæ Partes, per diversos Progenitores nostros, diversis Personis, ante Decimum nonum Diem Februarii ultimò præteritum, Datæ & concessæ fuerunt, & adhuc diversis Personis debitæ existunt,

Nosque, dicto Decimo nono Die Februarii, Civitatem prædictam, ad quam specialem & teneram Affectionem gerimus & habemus, in tantam Ruinam Paupertatem & Decasum multiformiter eventam & collapsam, quod *Major & Cives Civitatis illius* Onus hujusmodi Feodi Firmæ minimè subire valeant considerantes, tàm in Relevamen dictæ Civitatis quàm in Partem Oneris Reparationis Murorum & aliorum Onerum ejusdem Civitatis, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Moto nostris, Dederimus & Concesserimus præfatis *Majori & Civibus* & Successoribus suis *Sexaginta Libras*, Nobis Annuatim debitas & pertinentes de prædicta Feodi Firma *Centum & Sexaginta Librarum*, Habendas & Percipiendas *eisdem Majori & Civibus* & Successoribus easdem *Sexaginta Libras* Annuatim ad Festa prædicta æquis Portionibus per Manus Vicecomitum Civitatis prædictæ pro tempore Existentium,

A. D. 1485.

Et etiam Concesserimus præfatis *Majori & Civibus* & Successoribus suis quòd

A. D. 1485. An. 3. R. 3. *Major* Civitatis illius pro tempore existens imperpetuum esset *Capitalis Serviens ad Arma* Nostri Hæredum & Successorum nostrorum Regum Angliæ, ac omnia quæ ad hujusmodi Officium pertinent imperpetuum faceret & exerceret,

Et quòd *Major* ejusdem Civitatis pro tempore existens haberet & perciperet Annuatim, pro illo Officio *Capitalis Servientis ad Arma* exercendo, *Decem & Octo Libras & Quinque Solidos* tàm de Residuo prædictæ Feodi Firmæ, Nobis ut prædicitur debitæ sive pertinentis, quàm de aliis Exitibus Proficuis & Reventionibus Com. Civitatis prædictæ, per Manus Vicecomitum Civitatis illius pro tempore existentium,

Et quòd tàm omnes *Vicecomites* dictæ Civitatis qui nunc sunt & qui imposterùm fuerint, quàm prædicti *Major* & *Cives*, tàm de prædictis *Sexaginta Libris* Annuatim, quàm de dictis *Decem & Octo Libris & Quinque Solidis*, Annuatim, erga Nos & Hæredes nostros Quieti & Exonerati exstiterint imperpetuum, prout in eisdem Literis nostris pleniùs continetur,

Vobis Mandamus quòd eisdem *Majori* & *Civibus* & Successoribus suis id, A. D. 1485. An. 3. R. 3. quòd eis a retro est, tàm de *prædictis Sexaginta Libris annuis* in Relevamen dictæ Civitatis, quàm de dictis *Decem & Octo Libris & Quinque Solidis* pro Exercitione Officii *Capitalis Servientis ad Arma* Civitatis prædictæ, a prædicto Decimo nono Die Februarii & tàm eosdem *Sexaginta Libras Decem & Octo Libras & Quinque Solidos Annuos* exnunc singulis Annis de Feodi Firma prædicta ac de Exitibus Proficuis & Reventionibus prædictis, de tempore in tempus, ad Festa prædicta, Solvatis juxta Tenorem Literarum nostrarum prædictarum, Recipientes a præfatis *Majori & Civibus* & Successoribus suis de tempore in tempus Literas suas Acquietantiæ quæ pro Nobis sufficientes fuerint in hac parte, per quos & præsens Mandatum nostrum Nos Vobis inde in Compoto vestro ad Scaccarium nostrum de tempore in tempus debitam Allocationem haberi faciemus.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xiv. Die Februarii.

De Procedendo.

MEMORANDUM *quòd, decimo quarto Die Februarii Anno Regni Regis* Ricardi Tertii *post Conquestum Secundo, ista Billa liberata fuit Domino Cancellario Angliæ apud Westmonasterium exequenda.*

TO THE KYNG OUR LIEGE LORD.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 47. temp. R. 3. PLEASE IT YOUR HIGHNES, of youre habundaunte Grace, to Grante unto your humble and true Liegeman *Thomas Hunston*, youre gracious Writte of *Procedendo*, to be made in due fourme after the Teanre that ensueth, and that this Byll signed with youre gracious Hande be sufficiante Warant to your Chaunceller of England, and your seid Suppliant shall ever Pray to God for the Preservation of youre mooste noble Astate,

R. R.

RIchardus, Dei gratiâ, &c. Justiciariis suis ad Placita coram nobis tenenda assignatis Salutem.

Cùm *Thomas Hunston*, in Curia *Edwardi Bastardi, nuper dicti Regis Angliæ Quinti*, de Banco suo Implacitaverit *Johannem Morton, Episcopum Eliensem*, & alias Personas, in *Breve Originali* ipsius *Edwardi Bastardi nuper Regis Quinti nominatas*, de quadam Transgressione eidem A. D. 1485. *Thomæ* per *ipsum Episcopum* & easdem alias Personas illata,

Ad quod Breve *idem Episcopus*, in eadem Curia Comparens, Placitaverit quòd *prædictus Thomas* ad Breve suum prædictum Responderi non deberet, quia dixerit quòd *idem Thomas* fuerit VILLANUS & NATIVUS *ipsius Episcopi* spectans ad Manerium suum de Tydde, aliàs dictum Manerium de Tydde sancti Egidii, aliàs dictum Manerium de Seynt Gyles Tydde in Comitatu Cantebrigiæ, unde *idem Episcopus* fuerit Seisitus in Dominico suo, ut de Feodo, in Jure Ecclesiæ suæ sanctæ Etheldrede Virginis infra Insulam de Ely, a tempore quo tunc memoria Hominum non extiterat.

Ad quod *idem Thomas Hunston* Replicando dixerit quòd Ipse fuerit LIBER HOMO & LIBERÆ CONDITIONIS, & non VILLANUS neque NATINUS *prædicti Episcopi*, in forma qua *idem Episcopus*

A. D. 1485. Ric. 3. *scopus* placitando Allegaverat, & de hoc posuerit se super Patriam, & *prædictus Episcopus* similiter, prout per Recordum inde in Curia nostra de Banco prædicto coram nobis Residens pleniùs apparet,

Cúmque Manerium prædictum cum pertinentiis, ac omnia alia Temporalia quæ fuerunt *prædicti Episcopi*, in Jure Episcopatûs prædicti, ratione cujusdam Actûs, in Parliamento nostro ultimò apud Westmonasterium tento editi, ad Manus nostras devenerint & in Manibus nostris extiterint,

Ac, si exitum prædictum contra *ipsum Episcopum*, in Remotis existentem, triari contingeret, non solùm in Exhæredationem Ecclesiæ prædictæ, Verùm etiam Læsionem Juris & Possessionis nostræ in hac parte redundaret, prout in dicto Brevi nostro prius vobis inde directo pleniùs continetur, A. D. 1485. Ric. 3.

Prætextu cujus vobis Mandaverimus quòd ad Triandum Exitum prædictum, in Loquela prædicta, Nobis inconsultis, nullatenus procederetis, donec aliud a Nobis haberetis in Mandatis,

Nos, tamen certis considerationibus Nos ad præsens specialiter moventibus, Vobis Mandamus quòd ad Exitum in Loquela prædicta Triandum, necnon ad Judicium in eadem Loquela Reddendum, cum eâ celeritate quâ de Jure & secundùm Legem & Consuetudinem Regni nostri Angliæ poteritis procedatis; dicto Brevi nostro, vobis priùs inde in contrarium directo, aut Statuto prædicto, aut aliquibus Jure Titulo aut Interesse pro Nobis in Præmissis non obstantibus.

Teste &c.

De Salvo Conductu.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Scot. 2. R. 3. m. 2.

REX universis & singulis Capitaneis, Castellanis, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ballivis, Portium Castrorúmque Custodibus, Civitatum, Opidorúmve Consulibus, cæterisque Ministris, Ligeis, Subditis & Officiariis nostris, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Dominum *Willielmum Knoll* Præceptorem de Torfichyn, Magistrum *Alexandrum Steward* Cancellarium de Murray Consanguineum Excellentissimi Principis *Jacobi Regis Scotorum* Consanguinei nostri carissimi, *Johannem Dundasse* de Dundasse, *Johannem Murray* de Toolhadam, & *Duncanum de Dundasse* Armigerum, Scotos, ac Duodecim Personas in eorum Comitiva, seu cujuscúmque eorumdem, cujuscúmque Statûs aut gradûs existant, etiam Scotos, in Regnum nostrum conjunctim vel divisim, cum suis Equis, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.* A. D. 1485.

In cujus &c. per Duos Annos & Septem Menses duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xx. Die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Treugis, inter Regem & Ducem Britanniæ, Prorogandis.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 13.

RIchard, par la Grace de Dieu, *Roy d'Angleterre & de France, Seigneur d'Irland*, a tous ceux, qui ces præsentes Lettres verront ou orront, Salut.

Comme, par cy devant, entre Treshault & Puissant Prince nostre Treschier & Tresame Cosyn *Francois*, par Icelle grace, *Duc de Britaigne*, pur Lui, ces Paiis, Terres, Seigneuries & Subgettes d'une Part, & Nous & les nostrés d'autre, ayent este prinses accordes & concludes bonnes Treues & Abstinence de Guerre & Entrecours de Mercandise, a *durer & tenir jusques au xxiv. jour d'Aril prochain venant*, les quelles Treues ont port & portent grant Prouffit & Avantage aux Paiis & Subgettes de chascun Partie, A. D. 1485.

Et apres le temps des dites Treues finie, se autre Provision n'y estoit done, Recherons & Retournerions nostre dit Cousin, & Nous nos dites Paies Seigneuries & Subgettes on Dangier & Inconvenient de la Guerre, auxi qui estions au temps paravant les dit Treues,

qui

A. D. 1485. Ric. 3. qui Nous ferroit a grant Regret & Despleisir, pur le desir qu'avons de venire in bonne Amitie Bienveillance & Intelligence avec nostre dit Cousin, Pur quoy desirons y purveioir, *Savoir faisons qui Nous*,

A plain confians & bien acer tenes des Sens, Discrecions, Loialties & bonnes Experiences de, Nous Treschers & Feaulx Conseillours, Reverend Pere en Dieu *Johan Evesque de Lincoln* nostre Chanceller, *Jehan Gunthorp Doyen de Welles* Gardian de nostre Prive Seale, *Thomas Borgh* & *Thomas de Mongomery*, Chevalers pur nostre Corps, & de nostre Ordre de la Gartier, *Guillem Catesby* Escuier pour nostre Corps, & Maistre *Thomas Hutton* Docteur es Loix Chanoine de Lincoln,

Avons Fait Constitue, Estably & Ordonne, & par ces Presentes Constituons, Establissons, & Ordonnons Nous Procureurs, Commissaires & Messagiers especiaulx,

Aus quelz, Cinq, Quatre, & Trois d'iceulx avons donne & donnons par cez Presentez plain Povoir Auctororite & Mandement especial, de pour & ou Nome de Nous, Communiquer, Traicter, Accorder & Conclure, pour Nous nostre Roiaulme d'Augleterre & tous noz Paiis, Terres, Seigneuries & Subgettz, avec Reverend Pere en Dieu, *Anthonie Evesque de Seint Pol de Leon*, Orateur & Ambaxadeur Depute in cest Partie de nostre dit Consyn *le Duc de Bretaigne*, pur Lui & lez sieux Paies Seigneuries & Subgettz, Continuacion, Prorogacion & Prolongacion des dites Treues Abstinences de Guerre & Entrecours de Merchandise, Jusques a tel temps qui par nos dits Conseilleurs & Commis devant nommes sera avise & conclude, A. D. 1485. Ric. 3.

Aussy de Esclarer Interpreter & Augmenter aus dites Treues, se besoigne est, selon ceo qu'ilz adviseront estre Utille ou Bien de chascun Partie,

Pareillement de Nous Obliger a tenir & faire tenir, garder, & Observer inviolablement tout ceo qui par eulx en ceo qui dessus sera Traicte & Accorde & finablement Conclude,

Et de prendre & Recevoir de nostre dit Cousin pareille Promesse & Obligation, avesque son seel & Lettrez Patentes, de ce,

Et generalement de fair, in tout qui dessus, tout ceo qui ferrions & fair pourrions sie Present y estions,

Promettans & Promettons, en bonne Foy, sur nostre Honneur, & en Parroll de Roy, avoir & tenir Ferme & Estable tout ceo qui par Nous ditz Deputes & Commis, ou les Trois d'iceulx, sera Fait Accorde & Conclude touchant ceo qui dit est, & en bailler Nons Lettrez Patentes en forme deve lors qui requiz en serons.

En Tesmoing de ce Nons avons signe ces ditz Presentes de nostre Main, & fait Seeller de nostre Grant Seau.

Donne en *nostre Palois de Westmonster* le xx jour de Fevrier, l'An Mil CCCC. LXXX. & quatre, & de nostre Reigne le Second.

Per ipsum Regem.

De confirmatione prorogationis supramemoratæ.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. n. 11.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS quasdam Literas Prorogationis certarum Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum, inter *Nos* & Illustrissimum Principem *Franciscum Britanniæ Ducem* Consanguineum nostrum Carissimum, Superiori ætate captarum & conclusarum per certos nostros Consiliarios & Commissarios ex una Parte, Reverendissimumque Patrem *Antonium Episcopum Leonensem* Oratorem & Nuncium *prefati Ducis* Parte ex altera, sufficienti Auctoritate utriusque Principis ad hoc fulsitos, sub certis Declarationibus, Interpretationibus, & Augmentationibus in eisdem Literis insertis,

A. D. 1485. Quarum quidem Literarum Tenores sequuntur, & sunt tales,

UNIVERSIS ET SINGULIS, præsentes Literas visuris vel auditiris, *Johannes Lincolniensis Episcopus* Cancellarius, *Johannes Gunthorp Decanus Wellensis* Custos Privati Sigilli, *Thomas Borgh* & *Thomas Mongomery*, Milites Ordinis Garterii, *Willielmus Catesby* Armiger pro Corpore, & *Thomas Hutton* Legum Doctor Canonicus Lincolniensis, Consiliarii Excellentissimi Principis ac Metuendissimi Domini nostri, *Richardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ*, Commissariique a sua Serenitate ad Infrascripta, per ipsius

A. D. 1485. Ric. 3.

Literas Patentes (quarum Tenor inferius inferitur) sufficienter deputati, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm dudùm Illustrissimus Princeps *Franciscus*, eadem gratiâ, *Dux Britanniæ*, Reverendum in Christo Patrem *Antonium Episcopum Leonensem* suum Oratorem & Nuncium, per suas Literas Patentes (quarum etiam Tenor inferiùs inferitur) sufficienter Auctorizatum in Angliam destinaverit, ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum, cum dicto Serenissimo Principe *Rege Ricardo*, ipsiúsve Commissariis aut Deputatis, de & super Prorogatione certarum Treugarum inter dictos *Regem* & *Ducem* Superiori ætate captarum & conclusarum, quæ quidem Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, ita ut præmittitur captæ, Vicesimo quarto Die Mensis Aprilis proximò futuro, nisi aliter interim provideatur, Expiraturæ sunt, prout in Ipsorum Principum Literis desuper divisim emanatis pleniùs continetur,

Nos, insequendo Commissionem & Mandatum dicti Metuendissimi Domini nostri Regis, super Prorogatione hujusmodi inter *Nos & dictum Episcopum Leonensem*, pro nostris hincinde Principibus, faciendâ, Primò & ante omnia Deliberavimus integrum Tenorem Treugarum & Abstinentiæ hujusmodi, prout sub Literis Patentibus dicti Domini nostri Regis ut præmittitur emanârunt, tanquam Basim & fundamentum istius Tractatûs inspicere, Præsentibúsque inferere in hunc modum,

Richard, par la grace de Dieu, *Roy d'Angleterre*, *& de France*, *& Seigneur d'Irland*, a tous ceulx que cez presentez verront ou orront, Saluz.

Savoir faisonz qui, pour le honneur & Reverence de Dieu nostre Createur, & affin de eviter l'effusion de Sang humaing, & autrez grauntz maulx & chies qui par l'exploit de guerre se peuent commettre & executer, cognoissanz le bien & utilitie qui par le moien de paix & abstinence de guerre s'ensuit a la chose publicque, pour cez causes & autres ad ce nous mouvans, avons au jourduy fait, traicte, prins, accorde avecque treshault & puissant nostre treschier & tresame Cosin Francoys *Duc de Bretaigne*, par lui, cez hommez, Vassaulx, Feaulx, Subgettis & Serviteurs d'une part, & nous & iez nostres d'autre, Seur estat, Treues & abstinence de Guerre, a commancer le primier jour de Juilet prochein venant, & finissant le xxiv. jour d'Auril apres ensuant inclusivement, &c. comme dans Lettres.

A. D. 1485. Ric. 3.

Donnes en Chastell *de Pontfret*, le viii. de Juing, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatre Vingtz, & quatre, & de nostre Reigne Primier.

Nos itaque, Commissarii dicti Domini *Regis Angliæ supranominati*, cum præfato Reverendo in Christo Patre Domino *Anthonio Leonensi Episcopo*, de & super Prorogatione, simul & Declaratione, Interpretatione, & Augmentatione, Treugarum & Abstinentiæ prædictarum, insequendo Mentes & Mandata Principum nostrorum, in suis inferiùs descriptis Literis pleniùs expressata, Tractatum & Colloquium habentes, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus ipsas Treugas & Guerrarum Abstinentias, ita ut præfertur captas, sub certis Declarationibus, Interpretationibus & Augmentationibus inferiùs contentis, debere Prorogari & Extendi a dicto *Vicesimo quarto die Mensis Aprilis*, *usq; ad Festum Michaelis de Mense Septembris, quod erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo*, ipsasque Treugas & Guerrarum Abstinentias nos Commissarii *Domini Regis antedicti*, virtute Potestatis nostræ infrascriptæ, cum dicto Reverendo Patre *Episcopo Leonensi*, & Ipse Nobiscum, vigore Potestatis sibi ut præmittitur attributæ, ad *dictum Festum Michaelis, quod erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Secundo*, Tenore Præsentium Extendimus, Continuamus & Prorogamus; Ita quod hujusmodi Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, cum omnibus & singulis Clausulis in dictis Literis contentis & interclusis, simul & cum Declarationibus, Interpretationibus, & Augmentationibus infrascriptis, inter dictum Serenissimum Dominum *Regem*, suúmque Regnum Angliæ, Patrias, Dominia, Subditos & Vassallos ipsius ex una Parte, necnon præfatum Illustrissimum Principem *Ducem Britanniæ*, Patrias, Dominia, Subditósq; & Vassallos ipsius ex altera Parte, usque ad dictum *Festum Michaelis* Durent, Extendantur & Prorogentur.

Volumus insuper & Auctoritate quâ supra Declaramus quòd non licebit Uni aut Alteri Principum prædictorum, neque eorum Subditis aut Vasallis, durante tempore Prorogationis hujusmodi, quicquam Hostile Molestum aut Dampnosum in Sese invicem quoquo pacto committere, neque uni Partium prædictarum Terras Dominia Castra seu Fortalitia alterius Partis Invadere, seu Rebel-

A. D. 1485 Ric. 3. Rebelles acceptare fovere quomodolibéve Juvare; fet, pendente toto Tempore antedicto, benè licebit Mercatoribus & aliis Hominibus & Subditis utriusque Principum prædictorum, cujuscúmque Dignitatis Statûs aut Praeminentiæ fuerint, modis Mercatoriis ac aliis quibuslibet pacificis & honestis, Regnum Angliæ, Terras, Patrias, Insulas, Portus, Civitates, atque Villas uni aut alteri Principum prædictorum spectantia liberè ingredi, ibidemque pro suis Negotiis Mercatoriis & aliis licitis & honestis conversari, Emendo, Vendendo ac cætera Negotia sua Peragendo, Juráque & Custumas & Subsidia ab antiquo debita Solvendo, & abinde quotiens & quando libuerit discedere & illic redire, absque Impedimento seu Perturbatione prætextu alicujus prætensæ Hostilitatis quomodolibet inferendo; Proviso quòd nullus eorum aliquid machinetur aut attemptet in Præjudicium illius Principis intra cujus Ditionem Moram traxerit: Quod si quicquam tale per aliquos aut aliquem Subditorum hujusmodi Machinatum seu Attemptatum extiterit, Delinquens in ea Parte debita Pœna plectetur, salvo nichilominus omni Beneficio præsentis Tractatûs cæteris non Delinquentibus durante toto tempore supradicto: Quod quidem etiam intelligi Volumus in omnibus hincinde tàm Attemptatis in Terra quàm in Mari futuris, ut faciens contra vim seu effectum istiusmodi Treugarum ad debitam Punitionem & Reformationem Attemptatorum judicialiter compellatur, absque eo quod per factum singularium Personarum unius aut alterius Partium prædictarum præsentes Treugæ Ruptæ censeantur, sed manebunt in omni suo Robore & Virtute.

ITEM, ad majorem & firmiorem Securitatem & Interteneentiam instantium Treugarum & Prorogationis earumdem, Dictum, Declaratum, Conventum, & Concordatum est inter Nos Commissarios *Domini Regis antedicti* ac præfatum Reverendum Patrem Dominum *Anthonium Episcopum Leonensem*, Oratorem Nuncium & Procuratorem dicti *Domini Ducis*, quòd nulli Homines, Laborantes super Guerra Maritima, sive sint Piratæ sive Mercatores aut Marinarii, aut alterius Conditionis cujuscúmque & de quacúmque Natione extiterint, permittentur intrare aut exire Portus unius Principum prædictorum, ad Deprædandum, Capiendum seu aliàs Gravandum Mercatores aut Magistros Navium, ipsorúmve Familiares, aut cæteros quoslibet Subditos alterius Principis: Set *Dominus Rex Angliæ* per Se & suos Officiarios proteget & defendet pro viribus suis omnes Subditos *præfati Domini Ducis*, intra Portus & cætera Loca suæ Obedientiæ, contra & adversus omnem Oppressionem & Molestiam quam Anglici sive alii quicúmque ipsis Subditis *Domini Ducis* infra Portus & Loca hujusmodi inferre vellent: Et similiter *Dominus Dux Britanniæ* per Se & suos Officiarios proteget & Defendet, pro suis viribus, omnes Subditos *Domini Regis Angliæ*, intra Portus & cætera Loca suæ Obedientiæ, contra & adversus omnem Oppressionem & Molestiam, quam Britones seu alii quicúmque ipsis Subditis *Domini Regis*, infra Portus & Loca hujusmodi, inferre vellent. A. D. 1485. Ric. 3.

Quæ omnia & singula, sic, ut præmittitur, Tractata, Conventa, Conclusa, & Declarata, Nos, Commissarii dicti Serenissimi & Metuendissimi Domini nostri *Regis Angliæ* suprascripti, Promittimus per ipsum Serenissimum Dominum *nostrum Regem* suósque Hæredes & Successores Subditos & Vasallos quoscúmque, durante tempore Prorogationis prædictæ, debere in omnibus & per omnia inviolabiliter observari, præsentésq; Literas nostras & integrum earumdem Tenorem per Literas Patentes dicti Metuendissimi Domini *nostri Regis* quamtotius Ratificari, Auctorizari, & Confirmari, & easdem Magno Sigillo dicti Domini *nostri Regis* munitas *Domino Duci*.

Similes Literas Ratificatorias suo etiam Magno Sigillo roboratas citra Duodecimum Diem Mensis Aprilis proximò futurum Nuncio *Domini Regis*, qui ipsas Literas Regias in Britannia feret, effectualiter tradere & liberare volenti,

Tradi & liberati debere; proviso quòd *Dominus Dux* eundem Nuncium Regium tutè & securè in Angliam reduci faciat;

Præfatas Treugas & Guerrarum Abstinentias, ita ut præmittitur Prorogatas, Declaratas, & Ampliatas, citra eundem Duodecimum Diem Aprilis Promittimus Nos Commissarii *Domini Regis* suprascripti, in singulis Locis insignibus & Portubus, sub Obedientia dicti *Domini Regis* ubilibet constitutis, debitè Publicandas fore.

In cujus rei Testimonium Sigilla nostra cum Signis nostris Manualibus præsentibus apposuimus.

Tenores verò Literarum Procuratoriarum seu Commissionalium prædictarum sequuntur, & sunt tales,

Richard,

A. D. 1485. Ric. 3.

Richard, par la Grace de Dieu, *Roy d'Angleterre & de France, Seigneur d'Irland*, a toutz ceux, qui ces præsentz Lettres verront ou orront, Salut.

Comme, par cy devant, entre Treshault & Puissant Prince nostre Treschier & Tresame Cousin *Francois*, par icelle grace, *Duc de Britaigne*, pur Lui, ces Paiis, Terres, Seigneuries & Subgettz d'une Part, & Nous & lez nostres d'autre, ayent este prinses accordes & conclutez bonnes Treues & Abstinence de Guerre & Entrecours de Merchaundise, a *durer & tenir jusques au xxiv. jour d'Aril proechain venant, &c. comme dans les Lettres Doune en nostre Palois de Westm. le xx. Jour de Fevrier, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevings & quatre, & de nostre Reigne le Second.*

Francoys, par la Grace de Dieu, *Duc de Britaigne, Conte de Montford, de Richemond, d'Estampes*, & *de Vertus*, a toutz ceulx, qui ces presentz Lettres verront ou orront, Salut.

Come par cy devant, entre Treshault & Trespuissaut Prince Treschier & Tresame Seigueur & Cousin *Richard*, par la grace de Dieu, *Roy d'Angleterre*, & pour Lui, ces Paiis, Terres, Seigneuries, & Subgetz, d'une Part, & *Nous* & les nostres d'autre, ayent este prinses, accordes & conclutes, bonnes Treues, Abstinenees de Guerre, & Entrecours de Marchandise, a durer & tenir *jusques au Vinge quatriesme Jour d'Auril proehain venant, &c. comme dans les Lettres Donnes en nostre Ville de Reunes le Vignt Jour de Decembre, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevings quatre.*

Nos autem Literas Prorogationis supradictæ, unà cum Interpertationibus, Declarationibus, & Augmentationibus memoratis, Rata habentes atque Grata, eas Literas ac omnia & singula in eisdem contenta, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, Acceptamus, Ratificamus, & Confirmamus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* septimo Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Scot. 2. R. 3. m. 8.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, ad Rogatum Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Reverendum Patrem *Willielmum Aberdonensem*, & *Willielmum Knolles* Præceptorem de Torfeyken Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, Ambassiatores, Oratores, & Commissarios dicti Consanguinei nostri, in Regnum nostrum cum *Quadraginta Personis* de Regno Scotiæ in Comitiva sua, & totidem Equis, *&c. prout in cæteris de Conductu Literis.*

In cujus &c. usque primum Diem Maii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Ibid.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, ad Rogatum Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales *Willielmum Episcopum Aberdonensem*, & Dominum *Willielmum Knolles* Præceptorem de Torfeykyn Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, Ambassiatores, Oratores, & Commissarios dicti Consanguinei nostri, in Regnum nostrum Angliæ cum Sexaginta Personis de Regno Scotiæ in Comitiva sua, *&c. prout in cæteris de Conductu Literis.*

In cujus &c. usque primum Diem Augusti proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Newark* decimo tertio Die Aprilis.

Literæ

Pro Filio Bastardo Regis.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm summa, Dilecti Filii nostri *Bastardi*, *Johannis de Glocestria*, Ingenii Vivacitas, Membrorúmque agilitas, & ad omnes bonos Mores promtitas, magnam & indubiam Nobis de futuro ejus Servitio bono spem, Gratiâ Divinâ, promittant,

Sciatis Nos, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Ordinâsse & Constituisse *ipsum Johannem* Capitaneum Villæ & Castri nostrorum Calesii & Turris nostræ de Rysbank, ac Locumtenentem nostrum in Marchiis nostris ibidem,

Donatione sive Concessione Officiorum ibidem, ac Auctoritate & Potestate Faciendi & Constituendi omnes Officiarios ibidem Nobis omnino Exceptis & Reservatis, durante Minori Ætate ipsius *Johannis* (videlicet) ante Ætatem suam Viginti & unius Annorum,

Habendas, Occupandas, & Excercendas Capitaniam & Locumtenentiam prædictas *præfato Joh.* per Se, vel per sufficientem Deputatum suum, aut sufficientes Deputatos suos, a Quarto Die Martii ultimò præterito, pro Termino Vitæ suæ, cum omnibus Juribus, Honoribus, & Proficuis, Emolumentis, Feodis, Vadiis, Regardis, & Prærogativis, in tàm ampla potestate & formâ prout aliquis alius Capitaneus dictæ Villæ nostræ ante hæc tempora habuit; Nobis Exceptis & Reservatis Præexceptis & Reservatis ut prædictum est:

Ac *ipsum Johannem* Retinuimus penes Nos pro Termino Vitæ suæ Capitaneum dictæ Villæ & Castri nostrorum Calesii & Turris nostræ de Rysbank, & Locumtenentem nostrum in Marchiis ibidem, prout per Indenturas, indè inter *Nos* & *præfatum Johannem* debitè conficiendas, pleniùs poterit apparere,

Et ulterius, de uberiori Gratia nostra, Ordinavimus, Assignavimus, & Constituimus præfatum *Johannem* Capitaneum Castrorum nostrorum de Guysnes & Hampnes in Partibus Picardiæ,

Habendas, Occupandas, & Excercendas Capitanias illas per Se, vel per sufficientes Deputatos suos, sive per sufficientem Deputatum suum, pro Termino Vitæ suæ, in tàm amplâ formâ & Potestate, prout aliqui alii Capitanei sive aliquis alius Capitaneus eorumdem Castrorum aut alicujus eorum ante hæc tempora habuerunt sive habuit,

Ac *ipsum Johannem* Retinuimus penes Nos, pro Termino Vitæ suæ, Capitaneum dictorum Castrorum nostrorum de Guysnes & Hampnes, prout per quasdam alias Indenturas, indè inter *Nos* & *præfatum Johannem* debitè conficiendas, pleniùs poterit apparere; Potestate & Auctoritate Faciendi & Constituendi omnes Officiarios ibidem semper Nobis Reservatis durante Minore Ætate *ipsius Johannis* ut prædictum est.

Et insuper Dedimus & Concessimus Licentiam & plenam Potestatem *præfato Johanni*, quòd ipse, cùm ad plenam Ætatem Viginti & unius Annorum pervenerit, Ordinabit & Stabiliet omnimodos Officiarios qui sibi videbuntur oportuni & convenientes pro bona & salva Gardia Villæ & Castrorum nostrorum prædictorum & Marchiarum ibidem, pro Termino Vitæ suæ prædictæ,

Et quòd ipse, cùm ad plenam Ætatem pervenerit, Dare posset & Concedere sub Sigillo suo salvos Conductus Securitates & alias Literas Gratiæ Adversariis nostris Veniendi Calesii ac ad Marchias & Partes prædictas, Morandi & Recedendi, tàm per Terram ex parte illa Maris, quàm per & super Mare, pro Vitellatione Villæ & Castrorum nostrorum prædictorum, necnon pro Deliberatione Prisonariorum, si quos capi contigerit, per ipsum vel per aliquem de Retinentia sua, durante Vitâ suâ prædictâ,

Et etiam quòd ipse, cùm ad plenam Ætatem suam pervenerit, Appatizare poterit, tempore Guerræ, si casus id requirat, omnes Parochias Disobedientes & Rebelles nostros, ac pro eisdem dare Literas Salvæ Gardiæ & alias Literas sub Sigillo suo requisitas in hac parte, durante Vitâ suâ prædictâ.

Concessimus ulterius *eidem Johanni*, si præsentes Literæ nostræ sibi quoad Præmissa seu aliquod eorumdem Invalidæ sive minus sufficientes ob aliquam Causam quamcúmque in Lege existant sive existere contigerint, tunc Cancellarius noster Angliæ pro tempore existens, *eidem Johanni* tot & tantas Literas Patentes validas & sufficientes, ac Brevia inde sub Magno Sigillo nostro fieri faciat & deliberari, absque Prosecutione aliquâ inde penes Nos faciendâ, quot & qualia *eidem Johanni* necessaria fuerint in hac parte & oportuna; eo quod expressa mentio de vero Valore annuo Præmissorum seu alicujus eorumdem, aut

A.D. 1485. Ric. 3. de aliis Donis sive Concessionibus eidem *Johanni* ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium facto, ordinato, sive proviso, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante;

Proviso semper quòd *præfatus Johannes* non onerabitur in dicto Castro de Hampnes, aut cum Custodia ejusdem, quousque ipse ad pacificam Seisinam A.D. 1485. Ric. 3. & Possessionem ejusdem Castri pervenerit.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Regis Scotorum Literæ pro Commissariis Angliæ.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis Ligiis, Subditis, & Officiariis nostris, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Honorabiles Viros, *Ricardum Redcliff* Militem, *Thomam Metcalf* Cancellarium de Duch. *Willielmum Claxtoun*, *Nicholaum Rydley*, & *Ricardum Salkyld*, Anglicos, ac Centum Personas vel infra, cujuscúmque Status aut Gradûs existant, in Comitiva eorum, seu cujuscúmque eorumdem, etiam Anglicos in Regnum nostrum apud Loumabaneftane, vel alium Locum quemcúmque eocirca, de quo melius inter nostros Commissarios & Gardianos sive Locumtenentes & Excellentissimi Principis nostri Consanguinei *Ricardi Regis Angliæ* Commissarios, Gardianos, & Locumtenentes concordari poterit, conjunctim seu divisim, cum suis Equis, Hernesiis, Rebus, Bulgeis, Bonis, Kasketis, Auro, Argento, Jocalibus, Literis, Scripturis quando & quotiens eis vel eorum alicui placuerit & expediens visum fuerit, durante Datâ præsentis nostri salvi Conductûs, salvò & securè Veniendo, ibidem Morando, Perhendinando, Conversando, Expectando,

Ac super firma & secura Treugarum Observantiâ, & Reformatione Attemptatorum faciendâ, ac Materiis illa concernentibus, cum nostris Commissariis & Locumtenentibus Communicando & Determinando,

Necnon ad Partes proprias conjunctim seu divisim, quando & quotiens eis vel eorum alicui placuerit, cum suis Equis, Hernesiis, Rebus, Bulgeis, Kasketis, Auro, Argento, Jocalibus, Literis, Scripturis liberè redeundo, revertendo, & repatriando, absque impedimento vel Perturbatione Legiorum nostrorum quorumcúmque, A. D. 1485.

Quare vobis Præcipimus & Mandamus quatinus dictos, *Ricardum*, *Thomam*, *Willielmum*, *Nicholaum*, & *Ricardum*, & dictas Centum Personas vel infra, in Regnum nostrum, conjunctim seu divisim, veniendo, ibidem morando, perhendinando, conversando, expectando, & Communicando, ac ad Partes proprias conjunctim seu divisim, quando ac totiens eis vel eorum alicui placuerit, ut præmittitur, redeundo, revertendo, & repatriando, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis, non inferentes eis seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes, Malum, Molestiam, Injuriam, Violentiam, Dampnum aliquod, seu Gravamen, sub omni Pœna quæ competere poterit in hac parte,

Et, si quid eis vel eorum alicui Forisfactum vel Injuriatum fuerit, id eis & eorum cuilibet debitè corrigi, emendari, & reformari faciatis,

Proviso tamen quòd dictæ Personæ nichil in Regnum nostrum vel Ligiorum nostrorum Præjudicium prosequantur vel attemptent, & quòd non sint Proditores aut Rebelles Principis eorumdem,

Nolumus autem præsentem nostrum salvum Conductum Delicto alicujus Personarum prædictarum infringi, sed quod Delinquens juxta qualitatem Delicti Personâ propriâ puniatur,

Præsentibus pro Duobus Annis proximò sequentibus Datam eorumdem in suo robore duraturis.

Dat. sub Magno Sigillo nostro apud *Edinburgh*, Decimo octavo Die Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo quinto, & Regni nostri vicesimo quinto.

A. D. 148.5 Ric. 3. A. D. 1485. Ric. 3.

De Communicando cum Commissariis Scotiæ.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Scot. 2. R. 3. m. 1.

REX Universis & singulis Ligeis, Subditis, & Officiariis nostris, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Honorabiles Viros, *Dominum Kenedy*, *Dominum Lyle*, *Alexandrum Hume*, *David Scot*, Magistrum *Johannem Irland*, Magistrum *Alexandrum Steuart*, *Gilbertum de Jonston* Militem, & *Johannem de Murray*, Scotos, ac Centum Personas vel infra, cujuscúmque Status aut Gradûs existant, in Comitiva eorum, seu cujuscúmque eorumdem, etiam Scotos, in Regnum nostrum apud Borderas versus Scotiam, vel alium Locum quemcúmque eocirca, de quo melius inter nostros Commissarios & Gardianos sive Locumtenentes & Excellentissimi Principis nostri Consanguinei *Jacobi Regis Scotorum* Commissarios, Gardianos, & Locumtenentes concordari poterit conjunctim seu divisim, cum suis Equis, Hernesiis, Rebus, Bulgeis, Kasketis, Auro, Argento, Jocalibus, Literis, Scripturis, quando & quotiens eis vel eorum alicui placuerit & expediens visum fuerit, durante Datâ præsentis nostri salvi Conductûs, salvò & securè veniendo, ibidem morando, perhendinando, conversando, exspectando,

Ac super firma & secura Treugarum Observantia, & Reformatione Attemptatorum faciendâ, ac Materiis illa concernentibus, cum nostris Commissariis & Locumtenentibus Communicando & Determinando,

Necnon ad Partes proprias conjunctim seu divisim, quando & quotiens eis vel eorum alicui placuerit, cum suis Equis, Hernesiis, Rebus, Bulgeis, Kasketis, Auro, Argento, Jocalibus, Literis, Scripturis, liberè redeundo, revertendo, & repatriando, absque impedimento vel perturbatione Ligeorum nostrorum quorumcúmque,

Quare vobis Præcipimus & Mandamus quatenus dictum *Dominum Kenedy*, *Dominum Lyle*, *Alexandrum*, *David*, Magistrum *Johannem*, Magistrum *Alexandrum*, *Gilbertum*, & *Johannem*, & dictas Centum Personas vel infra in Regnum nostrum conjunctim seu divisim veniendo, ibidem morando, perhendinando, conversando, exspectando, & communicando, ac ad Partes proprias conjunctim seu divisim, quando & totiens eis vel eorum alicui placuerit, ut præmittitur, redeundo, revertendo, & repatriando, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis, non inferentes eis seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes Malum, Molestiam, Injuriam, Violentiam, Dampnum aliquod seu Gravamen, sub omni Pœna quæ competere poterit in hac parte,

Et, si quid eis vel eorum alicui Forisfactum vel Injuriatum fuerit, id eis & eorum cuilibet debitè corrigi, emendari, & reformari faciatis;

Proviso tamen quòd dictæ Personæ nichil in Regni nostri vel Ligeorum nostrorum præjudicium prosequantur vel attemptent, & quòd non sint Proditores aut Rebelles eorumdem,

Nolumus autem præsentem nostrum salvum Conductum Delicto alicujus Personarum prædictarum Infringi, set quòd Delinquens juxta qualitatem Delicti Personâ propriâ puniatur.

Præsentibus pro Duobus Annis proximò sequentibus Datam eorumdem in suo robore duraturis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo octavo Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu.

A. D. 1485 An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 4. A. D. 1485.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, ad Instantiam & Requisitionem Consanguineæ Regis Dominæ *Johannæ Vallois* Uxoris Consanguinei nostri *Comitis de Russilion* Admiralli Franciæ, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem & Defensionem nostras speciales, Dilectos Nobis, *Richardum le Palmer*, *Johannem le Danoys*, & *Ludovicum Auber* de Normannia, ac Attornatos, Factores, & eorum Servientes, in Regnum Regis Angliæ & alia Loca sub Obedientia sua quæcúmque vel alibi, cum unâ Navi de Partibus Angliæ, Franciæ, Ispanniæ,

A. D. 1485. An. 3. Ric. 3. Ispanniæ, Normaniæ, Britanniæ, Flandriæ, aut de aliis Partibus Exteris quibuscúmque, Portagii Centum & Viginti Doliorum vel infra, Vinis de Crescentia Ducatûs nostri Aequietanniæ, ac aliis Vinis, Bonis, & Mercandisis quibuscúmque Carcatâ, cum uno Magistro & Triginta & Sex Marinariis & Duobus Pagettis vel infra pro Gubernatione Navis prædictæ, necnon Rebus, Hernesiis, Armis, & Habilimentis Guerræ quibuscúmque, pro Tuitione & Defensione Personarum Navis, Vinorum, Bonorum, & Mercandisarum prædictorum necessariis & convenientibus, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, seu alia Equitatura totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu Regis, conjunctim vel divisim, veniendo, ibidem noctedíéque morando, perhendinando, manendo, sojornando, & expectando, Navem prædictam de Vinis, Bonis, & Mercandisis prædictis Discatcando, aliáque Bona & Mercandisas quæcúmque, Stapulæ nostræ Calesii minimè pertinentia, emendo, cum eisdem Navem prædictam Recarcando, & cum eadem Navi sic Recarcatâ, unà cum Magistro, Marinariis, Pagettis, Rebus, Hernesiis, Armis, & Habilimentis Guerræ prædictis, ad quoscúmq; Partes Exteras Transeundo, & iterum in dictum Regnum Regis Angliæ ac alia Loca prædicta, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu Regis, conjunctim vel divisim, reveniendo & redeundo, absque Impetitione, Impedimento, Molestatione, Exactione, Inquietatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Regis aut Officiariorum seu Ministrorum Regis quorumcúmque,

Aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ, concessâ vel concedendâ, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium facto, edito, sive ordinato, eo etiam quod Nomina Navis & Magistri prædictorum in Præsentibus minimè sint specificata, aut aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante,

Et ideò &c.

Non inferentes &c.

Et, si quid &c.

Proviso semper quod Regi de Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis Regis pro Vinis, Bonis, & Mercandisis prædictis debitis fideliter respondeatur ut est justum,

Proviso etiam quòd prædicti Mercatores & secum Comitantes se benè & honestè erga Regem & Populum suum habeant & gerant, absque quiequam quod in Regis Contemptum seu Præjudicium aut Populi Regis prædicti Dampnum seu Gravamen cedere valeat faciendo vel attemptando,

Et, si contingat aliquem prædictorum Mercatorum aut secum Comitantium præsentem Salvum Conductum Regis infringere, non vult tamen alicui dictum salvum Conductum Regis minimè infringenti aliquod Dampnum seu Præjudicium generari, set illi vel illis sic infringenti vel Infringentibus tantùm.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Officio Viceconstabulariatus concesso.

Memorandum *quòd, Die & Anno subscriptis, ista Billa liberata fuit* Domino Cancellario Angliæ *apud Westmonasterium exequenda.*

Per ipsum Regem.

R. R.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Ex Bundel. infra Turrim Lond. n. 37. temp. R. 3. Reverende in Christo Pater, Nobis quamplurimùm Dilecte. Vobis Mandamus quòd, sub Magno Sigillo nostro, in Custodia vestra existente, Literas nostras Patentes fieri faciatis in forma sequente,

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *&c.* Salutem.

Sciatis Nos,

A. D. 1485. De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Prædilectorum Nobis, *Radulphi Assheton* Militis pro Corpore nostro, & Magistri *Roberti Rydon* in Legibus Bacalarii, plurimùm confidentes,

Fecisse, Ordinâsse, Præfecisse, Deputâsse, ac Tenore Præsentium Constituisse Ipsum *Radulphum Asscheton* Militem Viceconstabularium nostrum, ac ipsum *Robertum Rydon* eidem Viceconstabulario nostro Assessorem suum, Commissarium nostrum

A. D. 1485. Ric. 3. strum generalem, in Officio Constabulariatûs nostri Angliæ,

Habendum dictum Officium eisdem *Radulpho* & *Roberto* hac vice conjunctim,

Dantes insuper ac per præsentes Concedentes eisdem, *Radulpho* & *Roberto*, Auctoritatem & Potestatem ad Cognoscendum, Procedendum & Statuendum de & super *Crimine Læsæ Majestatis* seu ipsius occasione, cæterisque Causis, Querelis & Negotiis, ad Officium Constabulariatûs Angliæ pertinentibus, ipsáque causas Querelas & Negotia *criminis læsæ Majestatis* prædicta, cum omnibus & singulis suis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus & Connexis, Audiendum, Examinandum & fine debito Terminandum, summariè & de plano, sine strepitu & figura Judicii, solâ Facti Veritate inspectâ, & Appellatione remotâ, cum cujuslibet Pœnæ, etiam ultimi Supplicii, Meritis Causæ seu Causarum id exigentibus, Cohertionis legitimæ, Executionisque verum debitæ in hac parte, plenaria Facultate, A. D. 1485. Ric. 3.

Cæteráque omnia & singula, quæ ad Officium prædictum pertinent aut pertinere poterint, assumpto vobis, ut Actorum vestrorum Scriba, aliquo fideli Notario Publico, vestro arbitrio etiam hac Vice Eligendo.

In cujus Rei, &c. & hæ Literæ nostræ vobis erunt in hac parte Sufficiens Warrantum.

Dat. nostro sub Signeto *apud Palatium nostrum Westm.* Vicesimo nono die Aprilis, Anno Regni nostri Secundo.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Pat. 2. R. 3. p. 3. m. 24.

REX, Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wiltesiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Sarum, per Mortem, bonæ memoriæ, *Leonelli ultimi Episcopi* loci illius, Venerabilem Patrem *Th.* nuper *Menevensem Episcopum*, a Vinculo quo dictæ Ecclesiæ Menevensi tenebatur absolverit, & ipsum ad dictam Ecclesiam Sarum Transtulerit, ipsúmque in Episcopum loci illius Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Thomas* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes eum eo in hac parte agere gratiosè, A. D. 1485.

Cepimus Fidelitatem *ipsius Thomæ*, & Temporalia dicti Episcopatûs Sarum Restituimus eidem,

Et ideò Tibi Præcipimus quòd Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* quarto Die Maii.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors. &c.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Super Bulla Papali, de Inquirendo.

A. D. 1485. An. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 3.

REX Dilecto & Fideli suo *Thomæ Hutton* Clerico Consiliario nostro, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm quædam Bulla, tempore Domini *Edwardi* nuper *Regis Angliæ Quarti*, pro Utilitate Incolarum infra Insulas nostras de Gersey & Guernesey optenta fuerat, quæ forsan Nobis & Regno nostro redundare posset in Præjudicium, prout ad nostrum pervenit auditum,

Nos,

Volentes de & super omnibus & singulis Appendentiis, Incidentibus, & Interpretationibus, dictam Bullam qualitercúmque concernentibus, per vos pleniùs certiorari, A. D. 1485.

Vobis (de cujus circumspectione providâ plenam fiduciam optinemus) Auctoritatem & Potestatem per Præsentes Damus & Committimus, ad Inquirendum, tàm per Sacramentum Proborum & Legalium Hominum Insularum prædictarum, quàm aliis Viis, Modis, & Mediis quibus meliùs sciveritis aut poteritis, si dicta Bulla aut aliqua Interpre-

Z z z tatio

A. D. 1485. Ric. 3. ratio ejusdem aliquod Dampnum Nobis poterit generare, necnon de & super omnibus & singulis Articulis Circumstantiis & Dependentiis quibuscúmque eandem Bullam qualitercúmque concernentibus,

Et insuper per Præsentes Damus & Committimus vobis plenariam Potestatem & Auctoritatem, ad Inquirendum, modo quo supra, super omnibus & singulis Criminibus, Delictis, Offensis, & Excessibus, per quoscúmque Officiarios sive alios Subditos nostros infra easdem Insulas factis sive perpetratis, qualiter & quo modo, & ad eadem Crimina, Delicta, Offensas, & Excessus, in quantum ad nos attinet, Reformandum, & ad omnes illos, quos vobis in Executione præsentis Mandati nostri Contrarios, Resistentes, aut Inobedientes inveneritis, per Servientem nostrum ad Arma, quem vobis ad vestra Mandata in Partibus illis Exequenda Deputavimus, Prisonis nostris ibidem Committendum, Inibi moraturos quousque Mandatis vestris prædictis gratis obedire, seu coram Nobis & Concilio nostro ad certum Terminum per vos præfigendum se Comparituros Cautionem sufficientem præstiterint,

Volentes ut Nos & Concilium nostrum de toto Facto vestro in Præmissis, cùm præsens Mandatum nostrum executi fueritis, distinctè & apertè sine dilatione debitè certificetis;

Et ideò &c.

Damus &c.

Præsentibus duraturis quousque has Vices nostras duxerimus revocandas.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Archiepiscopo Sancti Andreæ in Scotia.

A. D. 1485. Ar. 2. R. 3. Scot. 2. R. 3. m. 2.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare, constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certis considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Venerabilem Patrem *Archiepiscopum Sancti Andreæ* de Scotiâ, in Regnum nostrum Angliæ, in alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria de obedientia nostra, cum *Quadraginta Personis*, cujuscúmque Statûs seu Conditionis fuerint vel infra, in Comitiva sua, *&c. prout in hujusmodi Literis de Conductu.*

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Laurentio Strozzi.

A. D. 1485. Ar. 2. R. 3. Franc. 2. R. 3. m. 2.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quia nonnulli Mercatores & alii Subditi hujus Regni nostri Angliæ habent Intentionem, Deo volente, Partes Exteras, maximè ipsos Italiæ, cum suis propriis seu conductis Navibus Bonis & Mercibus, frequentare,

Tantò libentiùs quantò liberiùs & commodiùs in eis, cùm illinc applicuerint, poterunt conversati, Volentes ipsorum Quieti & Utilitati quantum possumus providere, ac per experimenta aliarum Nationum pro certo scientes oportere inter eos aliquem Magistratum peculiarem erigi & creari, cujus Judicio & Diffinitioni Lites & Contentiones, quas inter ipsos Subditos nostros Mercatores seu alios, dùm in illis Partibus Moram traxerint, Suboriri contigerit, submitti debeant,

Cúmque intellexerimus Civitatem Pisanam, inter alia Loca Italiæ, maximè Propitiam futuram Aptámque & Convenientem pro Residentia Mercatorum nostrorum hujusmodi,

De Fidelitate igitur Probitate ac egregiis Virtutibus Dilecti Nobis *Laurentii Strozzi*

A. D. 1485. Ric. 3. *Strozzi* Mercatoris Florentini plenissimè confidentes, de Gratia nostra speciali, & ad humilem Supplicationem Mercatorum Regni nostri Angliæ, & aliorum Subditorum nostrorum Partes Italiæ & præcipuè dictam Civitatem Pisanam Portúmque ibidem Partésque adjacentes frequentantium, frequentaréve in futurum volentium, *ipsum Laurentium* Præficimus, Constituimus & Ordinamus Consulem & præsidentem super Factis omnium & singulorum Subditorum nostrorum, ad dictam Civitatem Partesque illic ut præmittitur adjacentes confluentium,

Damúsque & Concedimus *eidem Laurentio*, quantum in Nobis est, Facultatem & Potestatem Causas Quæstiones Controversias atque Lites, quas inter ipsos Subditos nostros in Partibus ipsis moveri contigerit, Audiendi, Discutiendi, Terminandi & Diffiniendi summariè & de plano, sine strepitu & figura Judicii, quotiens ad id per alteram Partium hujusmodi Diffidentium requisitus fuerit, cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi & Expediendi, tàm in Judicio quàm extra, quæ ad Officium Consulatûs & Præsidentiæ hujusmodi de Jure seu Consuetudine aliarum Nationum spectare noscuntur;

Mandantes omnibus & singulis Subditis nostris antedictis, cujuscúmque Statûs, Gradûs, Ordinis, Dignitatis vel Præeminentiæ existant, tàm Mercatoribus quàm aliis, qui in futurum ad dictam Civitatem Pisanam Portúmve seu Loca illic adjacentia accedere, concurrere, habitare, seu residere curaverint, quatinus *eidem Laurentio Strozzi* in Excercitio suo Officii Consulatûs antedicti Obedientes sint, Assistentes, & Obtemperantes in omnibus, prout decet. A. D. 1485. Ric. 3.

Et, quia dignus est Operarius Mercede, utque ipse *Laurentius* tantò diligentiùs Officium hujusmodi pro Pacificandis Subditorum nostrorum Differentiis exequatur, quantò Merita & Studia sua ab eis gratiùs intellecta cognoverit, Volumus & Concedimus quòd *ipse Laurentius* habeat & percipiat de Valore & Æstimatione omnium & singulorum Mercium & Rerum Venalium, quas in dictis Civitate & Portu per Subditos nostros hujusmodi modo Mercatario Emi aut Vendi contigerit, Quartam Partem unius Ducati de quolibet Centenario Ducatorum;

Præsentibus, durante Vitâ Naturali *præfati Laurentii*, in omnibus & per omnia valituris, donec has Literas nostras, per Intimationem publicam *eidem Laurentio* faciendam, Nos aut aliquis Successorum nostrorum Regum Angliæ, aliis Literis Patentibus, duxerimus aut duxerit revocandas.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Junii.

Per ipsum Regem.

¶ ¶ *De Magno Sigillo Regi Deferendo.*

A. D. 1485. An. 3. R. 3. Claus. 3. R. 3. n. 5. dor. MEMORANDUM *quòd, Vicesimo quarto Die Mensis Julii, Anno Regni Regis* Richardi Tertii *post Conquestum* Tertio, *emanârunt Literæ dicti Domini Regis Missivæ, sub Privato Signeto suo sigillata, Venerabili Patri* Johanni Episcopo Lincolniensi *Cancellario Angliæ directa,*

In quibus, inter alia, continebatur quòd idem Dominus Cancellarius, ob certas Causas ipsum Dominum Regem *moventes, Magnum Sigillum suum, in Custodia præfati Domini Cancellarii existens, per Fidelem Consiliarium dicti* Domini Regis Thomam Barowe *Magistrum Rotulorum, præfata* Domino Regi *mitteret,*

Quem idem Dominus Rex, *ad dictum Sigillum suum ab ipso Cancellario recipiendum, ad illud sibi deferendum, per alias Literas missivas eidem* Thomæ *directas, assignavit:*

Super quo idem Dominus Cancellarius, *juxta Mandatum dicti* Domini Regis, *Die Veneris, videlicet, Vicesimo nono Die dicti Mensis Julii, circa Horam octavam, in præsentia* Richardi Skypton *Clerici unius Clericorum Cancellariæ præfati Domini Regis,* Cristofori Haynyngton, Willielmi Nanson, Thomæ Snowe, Walteri Wheler, *& aliorum plurimorum, apud Vetus Templum Londoniæ, in quodam basso Oratorio ibidem, juxta Capellam, Sigillum prædictum, in quadam Baga de albo Corio inclusum, & Signeto ipsius Domini Cancellarii, Figuram Aquilæ continente, sigillatum, præfato* Thomæ Barowe *dicto* Domino Regi *deferendum Deliberavit;* A. D. 1485.

Quod quidem Sigillum, ut præmittitur signatum, tunc & ibidem, in præsentia antedicta, idem Thomas Barowe *ab ipso Cancellario recepit.*

De

De Custode dicti Sigilli constituto.

A.D. 1485. An. 3. R. 3. Claus. 3. R. 3. m. 1. d. MEMORANDUM *quòd, Primo Die Augusti, Anno Regni* Regis Richardi *Tertii post Conquestum* Tertio, Thomas Barowe *Clericus, Custos Rotulorum Cancellariæ ejusdem Domini Regis, venit ad ipsum Regem apud Villam suam Notynghamiæ,*

Et ibidem, in Oratorio suo infra Capellam suam ac Castrum dictæ Villæ, dicto Primo Die, circa Horam Septimam post Meridiem, in Præsentia Reverendissimi Patris Thomæ Eborum Archiepiscopi, Johannis Comitis Lincolniæ, Thomæ Scrope *Domini Scrop de Upsale, &* Georgii Straunge *Domini de Straunge, Militum, ac* Johannis Kendall *Secretarii dicti Domini Regis, idem* Thomas *Deliberavit Magnum Sigillum ipsius* Domini Regis *prædicto* Domino Regi: A.D. 1485.

Super quo idem Dominus Rex, *ob certas Causas & Considerationes ipsum ad tunc moventes, Magnum Sigillum suum prædictum, in præsentia dictorum* Archiepiscopi, Comitis, Thomæ, Georgii *&* Johannis *præfato* Thomæ *Reliberavit, ad Sigillandum omnimoda Brevia ac Literas Patentes quæcumque, eundemque* Thomam Custodem *præfati Magni Sigilli sui ad tunc & ibidem constituit.*

De Restitutione Temporalium Dunolmen.

A.D. 1485. An. 3. R. 3. Pat. 3. R. 3. m. 8. REX Escaetori suo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm Dominus *Sixtus* nuper *Summus Pontifex* Vacante Ecclesiâ Dunolmensi, per Obitum, bonæ memoriæ, *Willielmi nuper Episcopi* loci illius, de Persona Dilecti Filii *Johannis Dunolmensis Electi*, de Fratrum Consilio, Apostolicâ Auctoritate providerit eidem, ipsúmq; in Episcopum Loci illius Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis, per Dilectum & Fidelem nostrum *Thomam Scrope* de Upsale Militem, suum Procuratorem in hac parte Deputatum, palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi* a præfato Procuratore suo, & Temporalia Episcopatûs illius *eidem Electo* Restituimus; A.D. 1485.

Et ideò Tibi præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Notyngham* sexto Die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Northumbr.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Episcopo Dunolmensi, de Pardonatione.

A.D. 1485. An. 3. R. 3. Ibid. m. 9. REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, *Pardonavimus, Remisimus*, & *Relaxavimus* Venerabili in Christo Patri *Johanni Dunolmensi Episcopo*, aliàs dicto *Johanni Shirwode* Prothonotario Apostolico, aliàs dicto *Johanni Shirwode* nuper Oratori Regis Angliæ, aliàs dicto *Johanni Shirwode* nuper Archidiacono Richemondiæ, aliàs dicto *Johanni Shirwode* Sacræ Theologiæ Professori, A.D. 1485.

A. D. 1485. Ric. 3. fectori, seu quocúmque alio Nomine censeatur, omnimodas Transgressiones, Offensas, Contemptus, Mesprisiones, & Impetitiones, per ipsum, ante præsentem Diem, contra formam tàm quorumcúmque Statutorum, Ordinationum, & Provisionum factorum sive editorum de Perquisitionibus, Acceptationibus, Lectionibus, Publicationibus, Notificationibus, & Executionibus quibuscúmque quarumcúmque Literarum & Bullarum Apostolicarum, & omnium aliorum Statutorum, Ordinationum, & Provisionum, prætextu quorum aliqua Secta versus *eundem Johannem*, per Billam vel *Breve de Præmuniri facias*, seu alio modo quocúmque, pro aliquâ Materiâ ante dictum præsentem Diem factâ, fieri valeat, quàm quorumcúmque aliorum Statutorum ante eundem Diem facta sive perpetrata, necnon omnimoda Punitiones, Fines, Redemptiones, Pœnas, Forisfacturas Bonorum aut Catallorum suorum, Imprisonamenta & Executiones quæcúmque, unde ipse erga Nos incurrere, subire, aut forisfacere valeat aut debeat ullo modo ratione Præmissorum seu eorum alicujus, ac omne id quod ad Nos versus *ipsum Johannem* pertinet seu pertinere posset ex Causis supradictis (Statutis, Ordinationibus, & Provisionibus illis non obstantibus) & firmam Pacem & Protectionem nostram ei indè Concedimus. A. D. 1485. Ric. 3.

Ac etiam *Pardonavimus*, *Remisimus*, & *Relaxavimus eidem Johanni* omnimodos Intrusiones & Ingressus in Temporalia Archiepiscopatûs, Episcopatûs, Abbatiæ, Prioratûs, Collegii, Hospitalis, seu alterius Domûs Ecclesiasticæ cujuscúmque, in parte vel in toto, post Mortem Prædecessorum suorum, absque debita Prosecutione, Liberatione, seu Restitutione eorumdem extra Manum Regiam, ante dictum præsentem Diem factos, unà cum Exitibus & Proficuis inde medio tempore perceptis, necnon omnimodas Actiones, Executiones, Impetitiones, Querelas, & Demandas quas Nos solus, vel Nos conjunctim cum aliis Personis, vel alia Persona, habemus seu habere poterimus versus *eundem Johannem*, pro aliqua Causarum supradictarum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Notyngham* septimo Die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.







CONVENTIONES, LITERÆ, ET ACTA PUBLICA.

Regnante *Henrico Septimo.*

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 4. m. 1. REX Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus Salutem.

Cùm *Dominus Summus Pontifex*, nuper Vacante Ecclesiâ Cathedrali Menevensi, Personam Dilecti & fidelis nostri *Hugonis ejusdem Ecclesiæ Electi* in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis inde ostensas, pleniùs constare poterit,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se Submisit, Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem,

Et ideò Vobis Mandamus quòd *eidem Electo* tanquam Episcopo & Domino vestro in omnibus quæ ad Episcopatum prædictum pertinent Intendentes sitis & Respondentes, sicut prædictum est. A. D. 1485.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xix Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo & de data prædicta, &c.

Consimilia brevia diriguntur Escaetori Subscripto, sub eadem Datâ; videlicet,

Dilecto Regis Majori Civitatis suæ London. *ac Escaetori suo in eadem Civitate.*

Et Mandatum est, &c.

De Mansionibus infra Palatium Westm. concessis.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 1. m. 14. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, in consideratione veri & fidelis Servitii, quod Dilectus Serviens noster *Antonius Kene* Armiger Nobis impendit, & durante Vitâ suâ imposterùm impendere intendit, de Gratia nostra speciali, Dedimus & Concessimus ei omnes Mansiones Nobis pertinentes A. D. 1485.

a

A. D. 1485. Hen. 7. nentes infra Palatium nostrum Westmonasteriense unà cum Custodia Paradisi & Inferni infra Aulam nostram Westmonasteriensem, & tria Tenementa quæ *Jacobus Fryes* habuit & occupavit, ac Custodiam Purgatorii infra Aulam prædictam quam *Nicholaus Whitfeld* habuit & occupavit, necnon quandam Domum vocatam Potans House subtus Scaccarium nostrum, ac etiam Turrim & Domum vocatam le Grenlates quas *Johannes Catesby* habuit & occupavit,

Quæ Turris & Tenementa prædicta non excedant Annuum Valorem Viginti & unius Librarum Sex Solidorum & Octo Denariorum. A. D. 1485. Hen. 7.

Habenda, Occupanda, & Gaudenda Domus Turrim & Palatia prædicta & quemlibet eorum pro termino Vitæ suæ, absque aliquo pro eisdem Nobis reddendo aut Compoto faciendo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxi. Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Comite Oxon.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Ibid. m. 13. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, pro laudabilibus atque acceptabilibus Obsequiis, quæ Carissimus Consanguineus noster *Johannes Comes Oxoniæ* Nobis ante hæc tempora impendit indiésque impendere non desistit, de Gratia nostra speciali, Concessimus *eidem Comiti* Officium Constabularii Turris nostræ Londoniæ,

Habendum & Occupandum dictum Officium per Se vel per sufficientem Deputatum suum pro Termino Vitæ, cum omnimodis Vadiis, Feodis, Proficuis & aliis Commoditatibus eidem Officio Constabularii pertinentibus sive quovismodo spectantibus; eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo Præmissorum, aut de aliis Donis & Concessionibus *eidem Comiti* per Nos per antea factis, in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, vel Mandato, in contrarium factis ordinatis sive editis, non obstantibus, A. D. 1485.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxii. Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Memorato Comite, de Custodia Leonum Concessa.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac pro bono & gratuito Servitio, quod Dilectus Serviens noster *Johannes Comes Oxoniæ* Nobis impendit & in futurum impendet, Concessimus ei *Officium Custodiæ Leonum, Leænarum, & Leopardorum, infra Turrim nostram Londoniæ* nunc existentium, & eorum qui infra eandem Turrim erunt in futurum,

Ac unam Placeam infra eandem Turrim pro Custodia hujusmodi Leonum, Leænarum, & Leopardorum ibidem deputatam, cum quadam alea Placea quæ pro hujusmodi Leonibus, Leænis, & Leopardis infra Turrim illam ordinata existit,

Habendum & Occupandum Officium prædictum *præfato Comiti* per Se vel per sufficientem Deputatum suum pro Termino vitæ suæ,

Percipiendo Dietim, pro Occupatione Officii prædicti, pro Vadiis suis, *Duodecim Denarios per Diem*, ac pro Sustentatione cujuslibet Leonum, Leænarum, & Leopardorum prædictorum *Sex Denarios per Diem*, durante Vitâ *ipsius Comitis*, de Exitibus, Proficuis, Firmis, & Reventionibus Civitatis nostræ Londoniæ provenientibus, per manus Vicecomitum Civitatis illius pro tempore existentium, ad Terminos Sancti Michaelis Archangeli & Paschæ per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Proficuis & Commoditatibus dicto Officio qualitercúmque pertinentibus sive spectantibus; A. D. 1485.

Proviso semper quòd *Cancellarius noster Angliæ* pro tempore existens habeat Potestatem sufficientem Examinandi, de tempore in tempus, *præfatum Comitem*, vel ejus Deputatum, per Sacramentum suum, quot Leones, Leænæ, & Leopardi in & sub Custodia sua infra Turrim & Placeam prædictas existunt, priusquam ipse Brevia nostra de Libe-

A. D. 1485. Hen. 7. Liberate & Allocate, pro Solutione & Allocatione *Sex Denariorum diurnorum*, pro Sustentatione cujuslibet Leonum, Leænarum, & Leopardorum prædictorum possideat, & Numerus Leonum, Leænarum, & Leopardorum hujusmodi ponatur in Brevibus prædictis,

Et ulterius Volumus & Concedimus *præfato Comiti* quòd, per Sacramentum suum in hac parte præstitum, Cancellarius noster prædictus, qui pro tempore fuerit, de tempore in tempus, tot & tanta Brevia de & pro *Sex Denariis per Diem*, pro quolibet hujusmodi Leonum, Leænarum, & Leopardorum *præfato Comiti* Deliberet, & eisdem Vicecomitibus Civitatis prædictæ pro tempore existenibus quòd inde erga Nos Allocationem & Exonerationem, in Compoto A.D. 1485. suo, ad Scaccarium nostrum, de tempore in tempus, habeant; eo quod ex- Hen. 7. pressa mentio de vero Valore Annuo præmissorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *præfato Comiti* ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquibus Statutis, Actibus, Ordinationibus, sive Restrictionibus, in contrarium factis ordinatis sive provisis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxii Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Treugis Franciæ Proclamandis.

A. D. 1485 An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 2. m. 11. dor.

REX Vicecomiti Surriæ & Sussexiæ Salutem.

Præcipimus Tibi quòd Statim, post Receptionem Præsentium, in singulis Villis Portubus & Locis, infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates quàm extra, ubi magis videris expediens, ex Parte nostra Publicas Proclamationes fieri facias in hæc verba,

FOR ASMOCHE *as certeyn Appoyntements and Conclusyons of Trues and Abstinences of Werre be had, made, and concludid* Betwene the Kyng our Soverayne Lord *of that one Partye, and his most Derrest Cousyn* Charles of France *of that other Partye*, To Begynne the First Daye of this present Moneth of Octobre, and to Endure unto the Last Day of Septembre next ensuyng,

THE KYNG our seid Soverayne Lord *straytly Chargeth and Commandeth All and everyche his Subgettis and true Liege Men, that they ne none of theym move, ne cause to be moved any maner Werre or Hostylite ayenst* his seid Cousyn, *or any of his Subjetts, be Lond,* A.D. 1485. *See, ne freshe Waters; but that They and everych of theym peasybly suffre the seid Subjects of* his seid Cousin, *aswell Marchaints as other, to entre, come, passe, and repasse into and fro any Porte or Portis or other Place or Placis withyn this his Realme, there to Charge and Recharge, and to make Fre Entrecourse of Merchaundyse, from tyme to tyme, as oft as it shall please theym, duryng the Terme afore expressid, withoute any Saufconducte, Licence, or Saufgard, and withoute any Impedyment, Arrest, or Greve, otherwyse then ys accordyng to his Lawes, uppon the Payne of Forfeicture of all that they maye forfaicte and their Bodys at the Kingis Will.*

Et hoc, sub Periculo incumbenti, nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xii. Die Octobris.

De Officio Senescalli ad Coronationem Regis.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Ibid. m. 17.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Petro Exoniæ Episcopo*, ac Carissimo Avunculo suo *Jaspari Comiti Pembrochiæ*, Carissimis Consanguineis suis, *Johanni Comiti Oxoniæ*, *Johanni Comiti Notynghamiæ*, *Thomæ Stanley Domino de Stanley* Militi, *Johanni Domino de Fitz Wauter* Senescallo Hospitii nostri, *Roberto Morton* Custodi Rotulorum Cancellariæ nostræ Angliæ, *Thomæ Brian Militi* Capitali A. D. 1485. Justiciario nostro de Banco, *Humfredo Starky Militi* Capitali Baroni de Scaccario nostro, & *Richardo Croft Militi* Thesaurario Hospitii nostri, Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Industria & Circumspectione Vestris pleniùs confidentes, Assignavimus Vos ad omnia & singula quæ ad Officium Senescalli Angliæ, *ad Coronationem Nostram*, perti-

 nent,

A. D. 1485. Hen. 7. nent, hac vice tantum faciendum & exercendum;

Et ideò Vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, & ea faciatis & exequamini modo & formâ debitis antiquitùs usitatis;

Damus autem universis & singulis, quorum interest in hac parte, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, in Executione Officii prædicti, Intendentes sint Auxiliantes, Consulentes & Obedientes in omnibus prout decet. A. D. 1485. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xix. Die Octobris.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Servitio in Campo de Bosworth.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 1. m. 6.

REX omnibus ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Consideratione fidelis Servitii, quod Dilectus Subditus noster *Adam ap Jenan ap Jankyn* Nobilibus Progenitoribus nostris peraoleà, ac Nobis nuperimè io nostris Victoriosis Itinere & Campo, ad sui grandes Custus & Onera, impendit, ac imposterùm impendere inteodit,

Concessimus ei Officium Attornati nostri infra Comitatus nostros de Carmerden & Cardigan,

Habendum & Occupandum & Gaudendum Officium prædictum per Se, vel per sufficientem Deputatum suum, sive Sufficientes Deputatos suos, pro Termino Vitæ suæ,

Capiendo inde Feoda & Vadia eidem Officio pertinentia & ab antiquo debita & consueta, Solvenda, ad Scaccarium nostrum de Cardigan, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, per manus Camerarii nostri Suthwalliæ pro tempore existentis; eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo Officii prædicti in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Ordinatione, Provisione sive Restrictione, in contrarium facta sive ordinata, non obstante. A. D. 1485.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xvii Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Servitio prætacto.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Franc. 1. H. 7. m. 15.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Consideratione veri & fidelis Servitii, quòd Dilectus Serviens noster *Edwardus Worsley* Gentilman Nobis impendit tàm in Partibus Transmarinis quàm in *Itinere nostro victorioso*, in Subductione Inimicorum & Rebellium nostrorum & Recuperatione hujus Regni nostri Angliæ,

Dedimus & Concessimus ei Dominium de Balyngham, in Marchiis nostris Calesii & Guynes, in eodem modo & forma ut *Robertus Radclyff* Dominium illud habuit,

Habendum, Occupandum, & Gaudendum idem Dominium per Se, vel per Sufficientem Deputatum suum, pro Termino Vitæ suæ, cum Vadiis, Feodis, Proficuis, Commoditatibus & Avantagiis ad idem Dominium pertinentibus, & ab antiquo debitis & consuetis; aliquo Actu, Ordinatione, sive Provisione, io contrarium facto edito vel proviso, non obstante. A. D. 1485.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxii. Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Communicando & Tractando cum Carolo Franciæ.

A. D. 1485. An. 1. H. 7. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm jam nuperrimùm, inter Serenissimum Principem *Regem Karolum Franciæ* Consanguineum nostrum Carissimum & *Nos*, facta, inita, concordata & publicata sit Treuga seu Absti- A. D. 1485.

A.D. 1485 nentia Guerrarum, *per unum Annum a Mense Octobris ultimò præterito* inter Subditos nostros atque suos duratura, sub spe & confidentia longiores Treugas, Abstinentiam Guerrarum, cum Libero Intercursu Mercandisandi, interim inter *Nos* & *dictum Consanguineum nostrum*, pro Regnis, Patriis, Dominiis, Terris, & Subditis suis atque nostris, Capiendi, Concludendi, & Firmandi,

Hen. 7.

Volentes eam, secundum utriúsq; nostrûm Propositum, ad optimum perduci effectum,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ Dilecti & Fidelis nostri Magistri *Oliveri Kyng* Consiliarii nostri in Legibus Licentiati ac Archidiaconi Oxoniæ in Ecclesia Lincolniensi pleniffimè confidentes,

Ipsum nostrum verum & indubitatum Oratorem, Commissarium, Procuratorem, & Nuncium nostrum specialem Facimus, Deputamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eidem Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum *dicto Consanguineo nostro*, & suo Concilio, Commissariis, Procuratoribus, seu Deputatis ejusdem sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Serenissimo Principe ad hoc habentibus seu habituris, Communicandi, Tractandi, Conveniendi, Componendi, Concordandi, & Concludendi de & super securo Statu, Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, Mercantiarúmque Intercursu, inter Nos, Hæredes, Successores, & Subditos nostros quoscúmque ex una Parte, & dictum Principem & Consanguineum nostrum *Karolum*, Hæredes, Successores, & Subditos suos quoscúmque Parte ex altera, ineundis, capiendis, firmandis, & habendis, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, sub Modis, Formis, Conditionibus, & Temporibus de quibus inter eos poterit concordari, A.D. 1485 Hen. 7.

Ipsásque Treugas, Guerrarum Abstinentias, cum Mercantiarum Intercursu, invicem Capiendi, Appunctuandi, Concordandi, & Concludendi,

Unámque seu plures Literam aut Literas, sub quacúmque formâ Verborum, Promissionum, & Obligationum, quæ eidem Consiliario nostro conveniens videbitur & oportuna, de & super Concordatis & Conclusis hujusmodi Conficiendi, Sigillandi, Expediendi, & Liberandi;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per dictum Consiliarium, Commissarium, Procuratorem, & Nuncium nostrum Actum, Gestum, Provisum, Appunctuatum, & Conclusum fuerit in Præmissis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Tertio Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Commissariis constitutis versus Villam Calesii.

A.D. 1485. An. 1. H. 7. Ibid. m. 13.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Prædilectorum nostrorum, Magistri *Johannis Arundell* Decani Cathedralis Ecclesiæ Sancti Petri Exoniæ, *Ricardi Egecombe* Militis Contrarotulatoris nostri Hospitii, Consiliariorum nostrorum, atque Magistri *Johannis Baldiswell* Legum Doctoris & Clerici nostri Concilii, pleniffimè confidentes,

Assignavimus, Constituimus, Ordinavimus, & per Præsentes Assignamus, Constituimus, & Ordinamus ipsos nostros Commissarios, Procuratores, Oratores, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem, Tribus & Duobus eorum, casu quo aliquis eorum Morte aut Infirmitate (quod Deus avertat) impediatur, Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum quibuscúmque Capitaneis, Locatenentibus, Officiariis, Stipendiariis, seu Habitatoribus Villæ nostræ Calesii, Turris de Risebanke, Villæ & Castri de Guynis, Castri de Hammes, atque Marchiarum eorumdem, cæterorúmque Locorum quorumcúmque ultra Mare ad Jus Titulum atque Possessionem Coronæ nostræ Angliæ quomodolibet attinentium & pertinentium, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Conveniendi, & Concludendi, A.D. 1485.

Dictáque Villas, Turrim, Castra, Marchias, & omnes & singulos Moram trahentes sive commorantes in eisdem, ad nostras Obedientiam & plenam quietámque Possessionem Reducendi,

Ac de & super Modis, Temporibus, Formis, & Conditionibus, quibus ipsa Reductio

A. D. 1486. Hen. 7. Reductio celeriùs maturiùs atque nostro cum majori Honore nostræ Ditioni & Potestati fieri valeat, Tractandi & Conveniendi,

Juramenta Fidelitatis & Obedientiæ omnium & singulorum nostrorum Subditorum, infra eadem Villas, Turrim, Castra, & Marchias commorantium, Acceptandi & Recipiendi,

Stipendiarios, ultra Numerum ordinarium & assuetum, in dictis Villis, Turri, Castris, & Marchiis, quovis quæsito colore, aut quovis pacto deputato sive assumpto, Exonerandi & Dispunctuandi,

Literas nostras Patentes Absolutionis & Pardonationis singulis Subditis nostris, in Villis, Turri, Castris, & Marchiis antedictis, Nomine nostro, Promittendi & Concedendi,

Oneráque ordinaria & consueta, Officiariis, Ministris, & Soldariis sive Stipendiariis, in dictis Villis, Turri, Castris, & Marchiis, debita & non soluta, Nos soluturos debere & fore Astringendi & Obligandi,

Singulisque eorum, in dictis Villis, Turri, Castris, eorúmque Marchiis commorantibus, Nobiscum super præfata Reductione tractare venire volentibus, salvum & securum Conductum, meliori formâ quo fieri poterit, pro Nobis & Nomine nostro, Præstandi & Concedendi,

Cæteráque omnia & singula, quæ in Præmissis seu circa ea fuerint necessaria seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Excercendi, & Expediendi, etiam si de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros quicquid dicti Commissarii nostri in forma prædicta fecerint in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Contra Liberatas & Retentiones de Sacramento recipiendo.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 2. m. 12. d. REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Humfredo Starky* Militi, *Willielmo Norres* Militi, *Thomæ Dalanare* Militi, *Thomæ Saye*, *Roberto Cheyne*, *Johanni Isbury*, *Thomæ Wode*, *Willielmo Besell*, *Jacobo Viall*, & *Johanni Fetiplace* de Cherney, Salutem.

Sciatis quòd Nos, Auctoritate nostrâ Regiâ & per Advisamentum & Assensum Dominorum Spiritualium & Temporalium, Commisimus & vobis Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus vestrûm (quorum aliquem vestrûm vos præfate *Humfrede*, *Thoma Saye*, *Thoma Wode*, *Willielme Besell*, & *Johannes Fetyplace* unum esse volumus) Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus ad omnes & singulos Milites, Armigeros, Generosos, Valettos, & alios Homines quoscúmque,

Dantes *Liberatas & Retentiones*, coram vobis Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus vestrûm (quorum aliquem vestrûm &c. unum esse volumus) Evocandi, ac Juramenta Præstandi, sub modo & forma sequentibus,

Ye shall Swere, *that ye from hensforth shall not Reteigne, Ayde, ne Comfort any Person opynly Cursed, Murderer, Felon, or Outelawed Man for Felony by you knowen so to be, ner any such Person Lette to be Attached or Taken therfor by the order of the Lawe,*

Nor Reteygne any Man by Endenture or Othe or Yeve Lyvere Signe or Token contrarye to the Lawe,

Nor any Mayntenaunce Ymbracery Riotis or unlawfull Assembles make, cause to be made, or assent therto,

Nor Lette or cause to be Letted the executing of any of the Kinges Writtes or Preceptes directed to such lawfull Ministers and Officers as ought to have th'Execucion of the same,

Nor Lette any Man to Bayle or Maynprise, knowing and demyng hym to be a Felon,

Uppon your Honour and Worship, So God you help and all Sayntis.

Et ideò &c. quorum &c. unum esse volumus,

Ad hoc provideritis

Sacramenta prædicta recipiatis, & circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus &c.

Et, Nos de toto Facto vestro in hac parte, cùm præsens Mandatum nostrum executi fueritis, & de Nominibus Militum, Armigerorum, Generosorum, Valettorum,

A. D. 1486 Hen. 7. lettorum, & aliorum Hominum & Ligeorum nostrorum quorumcúmque prædictorum, in Cancellaria nostra, sine dilatione, debitè Certificando.

In cujus &c. A. D. 1486. Hen. 7.

Teste Rege apud *Westmonasterium* quarto Die Januarii.

Litteræ Treugarum Franciæ.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Ex Autogr.

KAROLUS, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, *Universis*, præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Cùm dirus Christianorum Status, crudeli Perfidorum Furore enormiter miserabiliterque inpræsentiarum afflictus, ad veterem Prosperitatis Felicitatem Gloriosámque Famam sanctiùs & maturiùs reduci nequeat, quàm Orthodoxæ Religionis Principes Potentatu saltem majores Vires suas uniant, Treugarum, Pacis, Amicitiæque Fœdera componant, & Caritatis Vinculo se invicem copulent.

Cúmq; innumerabiles Bellorum Calamitates, inæstimabiléfque Principibus, atque eorum Dominiis & Subditis Pacis & Amicitiæ felices sunt eventus,

Notum facimus quòd cum Serenissimo Principe *Henrico Rege Angliæ* Consanguineo nostro carissimo Inivimus, Contraximus, Perfecimus, Convenimus, Conclusimus, & Appunctuavimus, & per Præsentes Inimus, Contrahimus, Perficimus, Convenimus, Concludimus, & Appunctuamus bonas, sinceras, veras, firmas, & perfectas Treugas, Guerrarum Abstinentias, Ligas, Intelligentias, & Confœderationes, inter *Nos*, Regnum nostrum Franciæ, Patrias, & Dominia nostra, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, & præfatum Serenissimum Principem *Henricum Angliæ Regem* Consanguineum nostrum carissimum, Patrias & Dominia sua, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, per Tres Annos a Datâ Præsentium proximè futuros duraturas, modo & formâ in Articulis seu Capitulis sequentibus contentis,

Quorum Tenor sequitur, & est talis,

INPRIMIS, quòd bonæ, sinceræ, firmæ, & perfectæ sint, & inviolabiliter habeantur Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Ligæ, Intelligentiæ, & Confœderationes inter dictos Potentissimos Franciæ & Angliæ Principes, Patrias, & Dominia sua quæcúnque, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, necnon inter Inclitissima Franciæ & Angliæ Regna, per Terram, Mare, Portus Maris, & Aquas dulces, & quòd dictæ Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Ligæ, & Confœderationes *Incipiant*, quoad Principes antedictos, & eorum Patrias, Dominia, Subditos, & Vassallos, *ab hâc Die, & durent usque ad Finem Trium Annorum proximè sequentium inclusivè*, & sic finient in Die Decimâ septimâ Januarii, post Solis Occasum ejusdem Diei, qui erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo etiam inclusivè. A. D 1486.

ITEM, quòd, durante dicto Triennio & Treugis prædictis, Bella, Guerræ, & Hostilitates quæcúnque inter præfatos Principes Franciæ & Angliæ, utriúsque eorum Hæredes, Successores, Vassallos, & Subditos; necnon inter dicta Inclitissima Franciæ & Angliæ Regna, Patrias, & Dominia sua quæcúnque ubique Locorum per Terras, Mare, & Aquas dulces omninò cessabunt.

ITEM, quòd omnes & singuli utriúsque dictorum Principum Vassalli & Subditi, sive sint Principes, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Comites, Barones, Mercatores, aut eujúsvis Statûs, Conditionísve existant, durantibus Treugis antedictis, ubivis locorum sese mutuis Officiis prosequentur & honestâ Affectione pertractent, possintque liberè, tutè, & secure, absque alterius ejusve Subditorum offensâ sine impedimento ubique Perlustrare per Terram per Mare Navigare hinc indeque ad Portus, & Dominia, & Districtus quoscúnque utriusque ipsorum Principum citra & ultra Mare (dùm tamen Armati ultra Numerum Armatorum Centum simul non accedant) accedere, in eisque quamdiu volent Morari, Mercari, Merces, Mercimonia, Arma, & Jocalia quæcúnque Emere, Vendere, & ut eis placet ab illinc ad Partes proprias, vel alibi liberè quotiens duxerint abeundum abire, cum suis aut conductis vel commodatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus suis quibuscúnque, absq; ullo Impedimento, Offensâ, Arrestatione, ratione Marcæ, Contramarcæ, Reprisaliorum, aut aliâ Restrinctione quacúnque, tàm in Terra quàm in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodùm Patriis in propriis hæc omnia facerent, aut eis ea facere liceret, ita quòd nullo alio Salvo Conductu generali aut speciali indigeant.

A.D. 1486. Hen. 7.

ITEM, quòd omnia Munera sive Onera, ab aliquo dictorum Principum in cujusvis Partibus Patriarum sive Dominiorum suorum a Viginti duobus Annis citra imposita, Mercatoribus & Subditis alterius Principis nociva, penitùs Extincta sint & Rejecta, & quòd talia aut consimilia durantibus hiis Treugis amodo non imponantur; salvis tamen quoad cætera omnibus Regionum, Urbium, & Locorum aliis Legibus, Statutis, & Consuetudinibus; quibus nichil quoad eorum Jura per Præmissa censetur Derogatum.

ITEM, quòd si infra dictos Tres Annos, durantibus ipsis Treugis, aliquid contra vires & effectus earundem Treugarum & Abstinentiarum Guerrarum, per Terram, Mare, aut Aquas dulces, per aliquem ipsorum Principum, Hæredes, Successores, Subditos, Vassallos utriúsque eorum fuerit attemptatum, actum, aut gestum, quòd omnia ipsa sic attemptata per Conservatores ipsarum Treugarum, nominatos ab ipsis Principibus, seu saltem a Principe eorum sic Dampnificantium, infra Mensem post Requisitionem superinde eis factam, unà cum Expensis sic Dampnificati aut Dampnificatorum Restaurentur, Reficiantur, & Reparentur, sic quòd propter nulla, durante harum Treugarum Termino, in contrarium Attemptata hæ Treugæ rumpantur nec terminentur, sed in suis Viribus usque ad finem dictorum Trium Annorum permaneant, & pro ipsis Attemptatis solummodo puniantur ipsi Attemptantes & Dampnificantes, & non alii,

ITEM, pro maturâ & inviolabili harum Treugarum, Abstinentiarum Guerrarum, Ligarum, & Confœderationum observantiâ & conservatione electi & nominati sunt,

Ex Parte Christianissimi *Franciæ Regis* Conservatores, Carissimus Frater & Consanguineus suus, Illustrissimus *Comes Claromontis & Marchiæ, Dominus Belli Joci*, necnon Illustris *Ludovicus Bastardus de Borbonio Comes Rossilion* Admiraldus Franciæ,

Et ex parte dicti Serenissimi Principis Angliæ Regis, Illustrissimus *Dux Bedfordiæ* ejusdem Regis Avunculus, ac *Præfectus sive Locumtenens* dicti Regis *Calisiæ* pro tempore existens:

Qui quidem Conservatores dictorum Principum, ac utriúsque eorum, & Duo aut Unus eorum, ex parte saltem Principis Subditorum Dampnificantium, si qui sint nominati nominatúsve, Auctoritatem & Potestatem habeant & habeat ipsos Dampnificantes Puniendi, Attemptata & Dampna contra vires harum Treugarum illata, unà cum Expensis Dampnificatorum, Reficiendi & Reparandi;

A.D. 1486. Hen. 7.

Et, si contingat ipsos Conservatores per ipsos Principes, ut præmittitur, nominatos, super Reformatione aliquorum dictorum Attemptatorum fore Discordes & inter eos superinde concordare non valentes, quòd eo tunc Causa illa referatur Concilio Principis Subditorum sic Dampnificantium, aut, si opus sit, utriúsque Principis, dum tamen Causa illa summariè & de plano coram eis examinetur & felici Marte terminetur.

Quas quidem Treugas Principes antedicti Promiserunt, & eorum uterque Promisit, in Verbo Principis & bonâ Fide, juxta Vires manutenere & inviolabiliter servare, observaríque facere.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium, hiis præsentibus Litteris nostris Patentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Datum *Meleduni* Die Septimâ decimâ Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo quinto, & Regni nostri Tertio.

CHARLES.

Per Regem in suo Concilio.

Domino *Duce Lotharingiæ*, *Comite Claromontensi*, *Episcopo Petragoricensi*, *Dominis de la Truvaille*, *de Gravillle*, & *de Insula*, *Ballivis Moldensi* & *Masticonensi*, Magistro *Karolo des Pontaulx* Requestarum Hospitii ejusdem Domini Magistro, & aliis præsentibus.

LEBER.

Sub Magno Sigillo Regis Franciæ de cerâ albâ pendente a Caudâ Pergamenâ.

De

De Literis Recommendatoriis.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Franc. 1. H. 7. m. 10.

REX universis & singulis Christianis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Nobilibus, Proceribus, Dominis, Capitaneis, Castellanis, Constabulariis, Gubernatoribus Civitatum, Castellorum, Villarum, Arcuum Præfectis, Custodibus Portuum, Pontium, Passagiorum, & Districtuum, ac omnibus aliis quibuscúmque Dominis tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus, cujuscúmque Statûs, Gradûs, Ordinis, Dignitatis, Præeminentiæ, vel Conditionis existant, necnon & eorum Officiariis sive Locatenentibus, cunctis denique aliis Benivolis, Alligatis, Confœderatis, & Feudatis nostris, ad quos &c. Salutem & prospera votorum incrementa.

Nunc siquidem Terræ Marísque Globum, quo Mortales omnes fruimur, idcircò a Divinâ Providentiâ constitutum Fabricatúmque fuisse constat, ut universo Animantium Generi communis semper pateret Sedes, atque eo uti pro arbitrio cuique liceret utpote communi omnium Domicilio,

Hinc est quòd & nostrorum aliqui ad aliena peregrináque Regna, & Peregrinorum Exterorúmque nonnulli ad nostra, seu voluntate seu necessitate ducti, sese quandóque transferunt, rem profectò non minùs æquam quàm & humanam & jocundam: Quid enimverò aut justius aut humanius jocundiúsve esse potest, quàm Homines, variis Ortos Mundi Climaribus, nec iisdem Educatos Moribus, Fidei Christianæ Cultores, frequens simul habere Commercium, atque una pariter & amicè versari, Terrámque ipsam, Vitalium omnium Matrem, simul incolere & possidere?

Cùm itaque inpræsentiarum Venerabilis Vir *Dominus Cristoforus* Juris utriusque Doctor Eleemosinarius noster cariſſimus Romam versus Iter arripiat, quo Promissa Deo ac divi Petri Apostoli Basilicæ pia quædam Vota persolvat, indeque ad Sereniſſimum *Regem Neopolitanum*, & ad alios item Christianos Principes sit accessurus, tàm pro suis quàm nostris nonnullis agendis Negotiis, quæ eidem dumtaxat coram iu Mandatis dedimus,

Vos omnes & singulos prænominatos Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, ac Dominos quoscúmque, & & quemlibet vestrûm, cum omni cordis affectu, obnixè rogamus & obtestamur quatenus eundem *Dominum Cristoforum* Elemosinarium nostrum, quandocúmq; A. D. 1486. hac in sua Peregrinatione ad Regna, Dominia, Jurisdictiones, & Potestates vestras seu alicujus vestrûm declinare aut venire contigerit, intuitu nostro & specialium Precum nostrarum interventu, Commendatum habentes, cum Familiaribus suis, Equitibus vel Peditibus, per vestras Civitates, Terras, Oppida, Castra, Villas, Pontes, Portus, Passus, Flumina, & Loca quæcúmque transeundo, cum suis Equis, Valisiis, Satcinis, Atnesiis, Manticis, Fardellis, Bulgeis, Literis, Libris, & aliis Bonis suis quibuscúmq;, quæ secum attulerit seu per alios afferri fecerit, Die Noctúque, tàm Terrâ quàm Mari, benignè suscipiatis, & eum ibidem morari seu per eadem Regna, Dominia, Jurisdictiones, & Potestates vestras, cùm sibi placuerit, tutè, liberè, & expeditè, sine solutione alicujus Dacii, Pedagii, Passagii, Vectigalis, Gabellæ, Bulectarum, Fundinavis, ac sine alterius cujúsvis Oneris Exactione, & absque omni prorsùs Impedimento sive Perturbatione, ire, redire, & transire permittatis, sine aliquâ Apertione Librorum, Literarum, Manticarum, Fardellorum, Bulgiarum, aut Arnesiorum, necnon eidem suísque de salvo & securo Conductu per Passus, Loca, Jurisdictiones, & Dominia vestra & cujuslibet vestrûm, si necesse fuerit, rationabilibus suis Sumptibus & Expensis, provideatis,

Non inferentes ei aut suis quomodolibet, seu inferri permittentes, in Corporibus sive Bonis, Dampnum, Impedimentum, Violentiam, Injuriam, Molestiam, seu Gravamen aliquid, quin Sibi potius suísque, in eorum Agendis, si egeant, Consilium, Auxilium, & Favorem impartiri, nostrâ Causâ dignemini; ad hæc, si quid eidem vel cuiquam ex suis Injuriæ Molestiæve in Corporibus aut Bonis illatum fuerit, id ei vel eisdem nostris Precibus & Amore Reformari confestim emenardiq; curetis; Offerentes Nos pariter in Subditos vestros aut cujuslibet vestrûm, qui ad Regna, Dominia, sive Jurisdictiones nostras se contulerint, gratissimos semper:

Vobis insuper universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, Officiariis, Ministris, Ligeis, Vassallis, & Subditis nostris quibuscúmque, sub Obedientia nostra tàm citra quàm ultra Mare constitutis,

A. D. 1486. Hen. 7.

conftitutis, quantum ad vos feu quemlibet veftrûm pertinet aut pertinere poterit, Injungimus, Præcipimus, & diftrictè Mandamus quatenus antedictum *Dominum Criftoforum* Eleemofinarium noftrum, in eundo, equitando, perendinando, morando, & redeundo, per Regna, Dominia, Poteftates, & Jurifdictiones noftras quafcúmque, cum Servientibus, Familiaribus, Equis, Libris, Literis, Manticis, Fardellis, Bulgeis, Valifiis, & aliis Rebus, Bonifq; & Hernefiis fuis licitis quibufcúmque, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Non inferentes ei, vel eis, feu quantum in vobis eft ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Moleftiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentúmve aliquod, feu Gravamen; quinimmò, fi quid eidem vel cuipiam ex fuis Injuriæ illatum fuerit, id fine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis.

In cujus &c.

Dat. per Manum noftram apud *Palatium noftrum Weftmonafterii* quarto Die Februarii.

De Cantaria fundanda.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 4. m. 3.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De gratia noftra fpeciali, & ob fincerum Amorem, Devotionem, & Affectum, quos ad Sanctam & Individuam Trinitatem, Gloriofámque Virginem Dei Genitricem Mariam, Sanctum Georgium, ac omnes Sanctos gerimus & habemus,

Conceffimus & Licentiam Dedimus, ac per Præfentes Concedimus & Licentiam Damus, pro Nobis & Hæredibus noftris quantum in Nobis eft, Præcariffimæ Conforti noftræ *Elizabethæ Reginæ Angliæ*, necnon Cariffimæ Matri noftræ *Margaretæ Comitiffæ Richemondiæ*, Dilectis & Fidelibus noftris, *Thomæ Bourgchier*, *Reginalde Bray*, Militibus, & Magiftro *Willielmo Smyth* Clerico, ac etiam, Dilectis Nobis, *Henrico Norbrigge*, *Thomæ Kyngefton*, & *Johanni Clopton* Rectori Ecclefiæ Parochialis Sanctæ & Individuæ Trinitatis de Guldeford in Comitatu Surriæ, quòd Ipfi, Hæredes, Executores, five Affignati fui, aut eorum aliqui vel aliquis, ad Laudem & Gloriam Dei, QUANDAM CANTARIAM PERPETUAM de uno Capellano perpetuo,

Divina fingulis diebus, in Ecclefia prædicta per præfatos *Henricum Norbrigge* & *Thomam Kyngefton* de Guldeford prædicta Conftructam, pro falubri Statu noftro & dictæ Conforis noftræ, dictæque Matris noftræ, necnon *Thomæ Bourgchier*, *Reginaldi Bray*, Magiftri *Willielmi Smyth*, *Henrici Norbrigge*, & *Thomæ Kyngefton*, dùm vixerimus, necnon pro Animabus noftris cùm ab hac Luce migraverimus, Animabúfque eorumdem *Henrici* & *Thomæ Kyngefton*, & omnium Fidelium Defunctorum, imperpetuùm Celebraturo, aliáque Pietatis & Mifericordiæ Opera, juxta Ordinationes, Stabilimenta, & Conftitutiones, quæ per præfatos, *Elizabetham*, *Margaretam*, *Thomam Bourgebier*, *Reginaldum*, Magiftrum *Willielmum Smyth*, *Henricum*, *Thomam Kyngefton*, & *Johannem Clapton*, feu eorum aliquos vel aliquem, in hac parte facienda, facturo & fubituro,

A. D. 1486.

Facere, Fundare, Erigere, & Stabilire poffint vel poffit, perpetuis futuris temporibus duraturam:

Et quòd CANTARIA ILLA, cùm fic Facta, Fundata, Erecta, & Stabilita fuerit, NORBRIGGE & KYNGESTON CHAUNTERIE in Ecclefia Parochiali Sanctæ Trinitatis de Guldeford prædicta perpetualiter NUNCUPETUR & APPELLETUR:

Et quòd Capellanus Cantariæ prædictæ, & quilibet Succeffor fuus, *Capellanus Cantariæ Norbrigge* & *Kyngefton* in Ecclefia Parochiali Sanctæ Trinitatis de Guldeford in dicto Comitatu imperpetuùm *Vocetur* & *Nominetur*; habeátque Succeffionem perpetuam in eadem Sibi & Succefforibus fuis Capellanis Cantariæ illius:

Et quòd idem *Capellanus*, & quilibet Succeffor fuus, *Capellanus Cantariæ illius* fit Perfona habilis & in Lege capax ad perquirendum Terras, Tenementa, Redditus, & alias Poffeffiones quafcúmque, in Feodo & Perpetuitate, a quacúmque Perfona five quibufcúmque Perfonis, Ea Ei vel Succefforibus fuis dare vel concedere volenti vel volentibus, Habenda & Tenenda Sibi & Succefforibus fuis *Capellanis Cantariæ prædictæ* imperpetuùm:

Et quòd idem *Capellanus*, & quilibet Succeffor fuus *Capellanus Cantariæ illius*, *per Nomen Capellani Cantariæ Norbrigge & Kyngefton* in Ecclefia Parochiali Sanctæ Trinitatis de Guldeford in Comitatu Surriæ, Implacitare poffit & Implacitari,

ac

A. D. 1486. Hen. 7. ac Prosequi & Defendere atque Defendi, in quibuscumque Curiis coram quibuscumque Justiciariis & Judicibus Spiritualibus & Temporalibus, in omnibus & singulis Actionibus realibus, personalibus, & mixtis, Sectis, Querelis, & Demandis, motis & movendis pro ipsis seu contra ipsos in Curiis prædictis seu earum qualibet:

Et ulterius Concessimus & Licentiam Dedimus, ac per Præsentes Concedimus & Licentiam Damus, pro Nobis & Hæredibus nostris quantum in Nobis est, *prædictæ Consorti nostræ, dictæque Matri nostræ*, & præfatis, *Thomæ Bourgchier, Reginaldo Bray*, Magistro *Willielmo Smyth, Henrico, Thomæ Kyngeston*, & *Johanni*, quod ipsi seu eorum aliqui vel aliquis, cùm Cantaria illa sic Facta, Fundata, Erecta, & Stabilita fuerit, Terras, Tenementa, Redditus, & alias Possessiones, *ad Valorem Decem Marcarum per Annum*, ultra Reprisalia, licet de Nobis seu aliquo alio vel aliquibus aliis teneantur in Capite, dare possint & possit concedere & assignare *præfato Capellano Cantariæ prædictæ* & Successoribus suis, Habenda & Tenenda *eidem Capellano* & Successoribus suis prædictis *Capellanis Cantariæ illius* imperpetuùm, juxta Ordinationes in hac parte per præfatos *Consortem nostram, Matremque nostram, Thomam Bourgchier, Reginaldum*, Magistrum *Willielmum Smyth, Henricum, Thomam Kyngeston*, & *Johannem*, seu eorum aliquos vel aliquem, ut præmittitur, faciendas; & *eidem Capellano* quòd ipse & quilibet Successor suus Terras, Tenementa, & Possessiones prædicta, cum suis Pertinentiis, ad annuum Valorem prædictum, a *præfatis Consorte nostra, Matreque nostra, Thoma Bourgchier, Reginaldo*, Magistro *Willielmo Smyth, Henrico, Thoma Kyngeston*, & *Johanne*, aut eorum aliquibus vel aliquo, Hæredibus, & Executoribus, sive Assignatis suis, Recipere possit & Tenere Sibi & Successoribus prædictis, in Sustentationem suam ac ad Opera prædicta supportandum, imperpetuùm similiter Licentiam Dedimus specialem, absque impetitione, impedimento, perturbatione, seu gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Ministrorum nostrorum vel dictorum Hæredum nostrorum quorumcúmque, & absque aliquo Fine seu Feodo inde ad opus nostrum capiendis seu solvendis, & absque aliquo Brevi de AD QUOD DAMPNUM, seu aliquo Mandato Regio, seu aliquibus aliis Literis Regiis Patentibus, aut aliquâ Inquisitione, sive aliquibus Inquisitionibus, super hujusmodi Literis sive Mandatis, in hac parte habendis, prosequendis, capiendis, sive retornandis; Statuto de Terris & Tenementis ad *Manum Mortuam* non ponendis, aut aliquo alio Statuto, Actu, Ordinatione, sive Provisione in aliquo, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo, & de Dat. &c. & pro Quadraginta Marcis solutis in Hanaperio.

Appunctuamenta cum Rege Scotorum.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Ex Autogr. HÆC INDENTURA, FACTA inter Nos *Wilelmum Episcopum Aberdonensem, Johan. Dominum Bothvil, Johan. Dominum Kennedy*, Milites, *Robertum Abbatem Monasterii Sanctæ Crucis prope Edinburgh, Archibaldum Quhitelaw Archidiaconum Laudoniæ* Secretarium, ac *Johannem Roos* de Montgrenane, Serenissimi & Illustrissimi Principis *Jacobi*, Dei gratiâ, *Regis Scotorum* Consiliarios, Commissarios, Oratores, Legatos, & Nuncios speciales ex unâ, &, Reverendos in Christo Patres, *Johannem Wigorniensem* & *Johannem Lincolniensem* Episcopos, Fratrem *Johannem Weston* Priorem Ordinis Sancti Johannis Jerusalem in Angliâ, & *Johannem Dominum de Dynham*, Milites, *Thomam Lovell* Thesaurarium Cameræ Regiæ, & Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem Canonicum Lincolniensem secundarium in Officio Privati Sigilli, Excellentissimi Principis *Henrici*, eadem gratiâ, *Regis Angliæ* Consiliarios & Commissarios Partibus ab altera,

TESTATUR quòd Nos Commissarii Excellentissimi Principis *Regis Scotorum antedicti* cum præfatis Commissariis Inclitissimi Principis *Regis Angliæ*, atque ipsi nobiscum per nonnullos Dies Mensis Junii & Julii, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi, Octuagesimi sexti, in Civitate Londoniarum mutuò convenientes, post nonnullos Tractatus, Communicationes, & Deliberationes inter Nos habitos, tandem Auctoritate &

A. D. 1486. Hen. 7.

Virtute nostrarum Commissionnm hinc-inde per Patentes Literas dictorum Regum, Nobis ac Ipsis divisim factas (quarum Tenores de Verbo ad Verbum inferiùs inseruntur) Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus; Appunctuamus, Convenimus, Concordamus, & Concludimus, Nos & Ipsi Nobiscum, Nominibus Principum nostrorum prædictorum, in omnibus & per omnia, prout in sequentibus Articulis pleniùs Continetur,

INPRIMIS, Appunctuatum, Conventum, Concordatum & Conclusum est, quòd inter Serenissimos Reges & Principes antedictos, viz. *Jacobum*, Dei gratiâ, *Regem Scotorum* ex Unâ; & *Henricum*, eâdem gratiâ, *Angliæ Regem* Partibus ab Alterâ, pro Se suisque utrinque Hæredibus & Successoribus, Regnis, Patriis, Terris, Dominiis, Subditis, Ligeis, Vassallis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus & Adhærentibus quibuscúnque caperentur, inirentur, concordarentur, & concluderentur, & jam de facto capiuntur, ineuntur, concordantur, & concluduntur firmæ & inviolabiles Treugæ, & Guerrarum Abstinentiæ, tàm per Terram, quàm per Mare & Aquas dulces, *Inceptura ab Ortu Solis Tertiæ Diei Mensis Julii instantis, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi, Octuagesimi Sexti, & Duraturæ per Tres Annos continuè ex tunc sequentes, viz. ad Ortum Solis Tertiæ diei Mensis Julii, qui erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Nono.*

ITEM, Concordatum & Conclusum est, quòd durantibus Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis antedictis, nullus dictorum Principum movebit per Se, neque per Subditos suos aut alios quoscúnque seu moveri permittet Guerram per Terram, Mare neque Aquas dulces adversus alium dictorum Principum, Subditos aut Ligeos suos: Nec dabit Consilium, Auxilium, aut Favorem, ut hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur.

ITEM, Conclusum est, si durantibus dictis Treugis & Guerrarum Abstinentiis, quòd vi Tempestatis aut alia impellente necessariâ Causâ Navigantes Naufragium passi fuerint de Unâ Parte vel aliâ, dummodò Persona Humana superstes fuerit, Bona & Navis non intelligentur a Proprietariis auferenda; set illis reservabuntur qui Domini & Proprietarii antea fuerunt.

ITEM, quod si, durantibus dictis Guerrarum Abstinentiis, contingat aliquos Subditos sive Ligeos alterius vel utriusque Principis prædicti per Mare ex quâcúnque rationabili vel licitâ Causâ Navigantes, sive Mercatores fuerint, sive Peregrini, aut alii cujuscúnque conditionis, Statûs, seu Gradûs fuerint, etiamsi Regali, Ducali, Archiepiscopali, Episcopali, Comitiali, aut Inferioris Gradûs Homines, vi Tempestatis, seu aliâ rationabili urgenteque Causâ ad hoc eis omnino impellente, cùm ipsi hoc non affectaverint, nec id tempore Recessûs eorum a Patriâ suâ proposuerint, Applicare in aliquo Portu sive Loco quocúnque Regni alterius Principis, & Naufragium pati, dummodo aliqua Persona humana in Navi sic Naufragium passâ superstes existat; Non licebit alteri Principum, seu alicui vel aliquibus Subditorum seu Ligeorum suorum, per Se vel alios ipsos sic Appulsos seu Naufragium passos, eorum Naves, Bona, Mercandisas, Aurum, Argentum Monetatum vel non Monetatum, Jocalia, Vestes Aureas, Sericas, Laneas, vel Lineas, sive Res alias quascúnque in hujusmodi adductas Capere, Rapere, vel ab eisdem sic Appulsis, vel Naufragium passis aut passo Auferre quovismodo, vel Detinere, aut ratione Delicti alicujus Personæ easdem Res, Bona, vel Mercandisas Arrestare, vel Arrestari facere: Set licebit ipsis sic Appulsis, aut Naufragium passis, cum Navibus, Bonis, Mercandisis, & Rebus suis prædictis, Causâ hujusmodi cessante, prout sic Appulsi, & Naufragium passi, eorum Nave Refectâ, tenebuntur quamcitiùs commodè valeant Recedere, absque quibuscúnque Impetitione, Impedimento, Arrestâ, seu aliâ Occasione quâcúnque sibi per alterum Principem aliquem vel aliquos ejusdem Subditum vel Subditos obiciendis seu etiam faciendis.

ITEM, Conclusum est quòd, si aliquis vel aliqui Subditorum vel Ligeorum alterius Principis sic ut præmittitur Appulsus vel Appulsi, sive in Regnum alterius sub Salvo conductu Veniens vel Venientes, ante diem expirationis Salvi Conductûs sui adversa Valetudine adeò vexetur vel vexentur, quòd sic Appulsus vel Appulsi, aut Naufragium passus vel passi, aut sub salvo Conductu Veniens vel Venientes, cum Navi vel Navibus quâ vel quibus applicuit vel applicuerunt, vel ante diem Expirationis sui Salvi Conductûs sic Veniens vel Venientes nequeat vel nequeant commodè Recedere, & in proprias Partes se recipere; Tunc benè licebit sic Appulso vel Appulsis, Naufragium passo vel pas-

fis, ac Venienti vel Venientibus, Infirmo vel Infirmis, Læso vel Læsis, cuicúnque & quibuscúnque, salvò & securè in loco quo sic Appulsus vel Appulsi Naufragium passus vel passi applicuerit vel applicuerint Expectare, quousque Reconvaluerit vel Reconvaluerint, Extunc cum Litteris Testimonialibus Majoris, Ballivi, Constabularii, aut alterius alicujus Officiarii Regis in Loco quo sic eum vel eos Infirmari seu Lædi contigerit, eidem vel eisdem sub moderatis Expensis concedendis & tradendis, causâ hujusmodi Infirmitatis vel Læsionis cessante, in proprias Partes Recedere: Idémque Infirmus seu Læsus, Infirmi seu Læsi, sic Recedere debebit & debebunt absque Impedimento vel Obstaculo quocúnque sibi per aliquem Subditorum vel Ligeorum utriúsque Regum quomodolibet faciendis; Ita tamen quòd interim nichil Præjudiciale contra alterum Principem, Regnum, seu Ligeos ejusdem attemptet vel attemptent, fierive procuret seu procurent.

Præterea, Conclusum est quòd, si, eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, contigerit aliquem non Subditum vel aliquos non Subditos utriúsque Principis Navem vel Naves, Personam vel Personas, Res, Mercandisas, aut Bona quæcúnque alicujus vel aliquorum Subditi vel Subditorum alterius Principis capere, & eas vel ea in aliquem Locum vel Portum alteri Regi subjectum adducere; Non licebit ipsi Regi, vel alicui Subdito sive Ligeo suo eas vel ea, seu aliquam partem earundem Emere, seu quovismodo ad utilitatem suam Receptare, absque Consensu ejus vel eorum ad quem vel ad quos Bona seu Res hujusmodi ante eorum Captionem verè pertinebant, aut eorum Factorum: Et si Mercator vel Proprietarius Bonorum, vel ejus Factor non fuerit præsens tunc sufficiet Licentia Magistri, Ductoris, seu Gubernatoris Navis ante Captionem, & aliarum Personarum in eâdem existentium; Quòd si per aliquem eorum quicquam in contrarium hujusmodi Ordinationis factum, vel attemptatum fuerit, Tunc Personæ, Bona, Mercandisæ, & Res quæcúnque, sic Emptæ sive Receptæ, Illi vel Illis, ad quem vel ad Quos bona hujusmodi, verè pertinebant, dolo, fraude, malóve Ingenio cessantibus quibuscúnque, integraliter Restituentur per sic Ementes sive Recipientes, eo modo quo Restitui debent, si a Subditis illius Regis Capta fuissent in cujus Regno Res hujusmodi Emptæ erant: Et Nichilominus sic attemptans tanquam Violator harum Abstinentiarum Guerrarum pro modo & qualitate Criminis Puniętur.

Item, Conclusum est quòd, si, durantibus prædictis Guerrarum Abstinentiis contingat aliquam Navem alterius Partium prædictarum Naufragium pati aut Rumpi, & aliqua Personarum existentium in Navi sic Naufragium passâ vel Ruptâ Superstes remanserit; cessantibus in eâ parte dolo, fraude, & malo ingenio quibuscúnque, Mercandisæ, Bona, & Res quæcúnque quæ de dictâ Nave Projecta sunt, ex eâdem Extracta, vel in Mari Collecta, seu ad Terram venientia, seu aliàs quovismodo salva & salvata, per eos ad quorum manus Res, Mercandisæ, & Bona hujusmodi devenerunt nullatenus dissipentur, diminuantur, alienentur, dividantur, nec quovis modo subtrahantur, aut concelentur; Set integra sine Diminutione quâcúnque Gubernatori illius Dominii sive Loci, in quod vel in quem dicta Bona devenerunt, seu ejus Deputato, fideliter & sine fraude deliberentur atque tradantur ad Usum & Utilitatem Illius vel Illorum, ad Quem vel ad Quos Bona ipsa, rei veritate inspectâ, pertinere noscuntur conservanda; Cui vel Quibus infra Spatium unius Anni, a tempore notitiæ Naufragii vel Rupturæ Navis Computandi, licebit pro Recuperatione & Restitutione Rerum, Mercandisarum, & Bonorum hujusmodi Prosequi coram Judice in eâ parte competente: Cui vel Quibus sic prosequenti vel prosequentibus, seu eorum Executoribus, realiter & effectualiter tradi, liberari, & restitui debent; Solutis tamen & Refusis Expensis & Sumptibus rationabilibus, factis circa Collectionem & Salvationem Bonorum corundem; Proviso semper quòd Persona vel Personæ, Superstes vel Superstites ex eâdem Nave ad Terram venientes, ad statim juxta effectum & Tenorem Præsentium Abstinentiarum liberè dimittantur.

Item, Conclusum est quòd, si, dictis Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliqua Navis unius Partis vel alterius, Personis, Rebus, Mercandisis, aut Bonis Onusta, sive Rupta, sive pro Victualibus de Necessitatibus eis in Mare supervenientibus Emendis applicuerit in aliquem Portum vel Locum alium alicujus Partium prædictarum, pro quâ Refectione Navem ipsam, Personas, Merces, Res, & Bona contenta in eâdem oporteat ad Terram deponi; Quòd in hoc Casu Personæ, Merces, Res, & Bona ipsa sic Deposita absque Impedimento & sine Solutione Custumæ in

eâdem

A. D. 1486. Hen. 7. eâdem Nave, cùm Refecta fuerit, vel in aliam reponantur, & liberè abducantur; Proviso tamen quòd pro Mercibus, Rebus, Bonis, & Mercandisis, ibidem pro Emendis Victualibus eis necessariis pro Numero Personarum Venditis, Custumæ & cætera Deveria in eâ parte debita fideliter persolvantur.

ITEM, Conclusum est quòd, si, Guerrarum Abstinentiis prædictis durantibus, aliquis Subditorum unius Partis vel alterius Contrahat vel quasi, Delinquat vel quasi, infra Regnum, Terram, sive Dominium unius Partis cujus Contrahens vel Delinquens est Subditus, & extunc causâ evitandi Justitiam se subtraxerit, & effugerit in Locum quemcúnque subditum sive subjectum alteri ex eisdem partibus quibus Subditus non extiterat, & illuc deveniat Homo Ligeus illius Partis, Nichilominus compelletur ad Revertendum, & Satisfaciendum, ac Subeundum Justitiam de Debito sive Delicto suo hujusmodi coram Conservatoribus Abstinentiarum utriusque Partis, sive eorum Deputatis, sicut Satisfacturus & Subiturus fuisset si permansisset sub Fide & Ligeantiâ ipsius Partis cujus Terram & Dominium effugit; Si verò in solâ Fugâ perstiterit, nec devenerit Homo Ligeus illius Partis in cujus Terram effugit; Eo Casu Remittetur & Restituetur ei Parti cujus Ligeus & Subditus fuerat, pro Justitiâ de eo prout sibi videbitur faciendâ.

ITEM, Conclusum est quòd, durantibus præsentibus Guerrarum Abstinentiis, non Admittentur, nec Recipientur super Assisam, aut ad perhibendum Testimonium Personæ Infames, Rebelles, Fugitivi, Proditores unius Partis vel alterius, aut Convicti per Assisam; set Boni, Fideles, Justi, Fide digni, & non Suspectæ Personæ.

ITEM, Conclusum est quòd, durantibus Guerrarum Abstinentiis prædictis, nullus unius Partis vel alterius ingrediatur Terras, Boscos, Nemora, Forestas, Warrennas, Loca, Dominia quæcúnque alicujus Subditi alterius Partis, causâ Venandi, Piscandi, Aucupandi, Disportum aut Solatium in eisdem exercendi, aliáve quâcúnque de Causâ, absque Licentiâ ejus vel eorum ad quem seu ad quos Locus seu Loca ipsa pertinet seu pertinent, aut Deputati sui, petitâ permitùs & obtentâ. Er si contingat Bestias seu animalia alicujus Subditi alterius Partium prædictarum, Fundum, Agrum, Solúmve Subditi alterius Partis ingredi, & Granum aut Herbam ibidem crescentem depascere, alióve modo illi cujus est Solum Injuriam seu Damnum inferre; quòd ob hoc neutra Partium hujusmodi Damnum sive Injuriam sibi factam propriâ Auctoritate ulciscatur: Set illud Malefactum secundùm Legem & Consuetudinem, observatam in Partibus ubi Damnum & Injuria talia facta sunt, effectualiter emendabitur ut est justum.

ITEM, ut Guerrarum Abstinentiæ supradictæ eo firmiùs observentur, quo cuilibet ex Subditis Partium prædictarum Conquerenti liberior appareat facultas Justitiam prosequendi, Ordinatum & Concordatum est, quòd si quis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquam Deprædatus fuerit seu Attemptaverit infra Marchiam aut Terram alterius Partis, & post Deprædationem hujusmodi seu attemptatum fugiendo revertatur ad Marchias aut Terram illius Partis cui est Subditus, licebit Illi contra quem sic attemptaverit in Recenti vel infra Sex dies computandos a tempore Delicti sic attemptati sive commissi, Auctoritate præsentis Ordinationis, absque aliis Litteris de Salvo Conductu Prosequi illum Malefactorem, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias sive Terram in quam idem Malefactor se contulerit; Dummodo quam citò hujusmodi Marchiam hac de Causâ intraverit, adeat aliquem Virum Bonæ Famæ, & Opinionis Illæsæ, Habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui, viz. ad Prosequendum Deprædationem suam, describátque & specificet Idem quibus Bonis, Catallis, vel Rebus fuerit deprædatus; Ac insuper requirat eundem, quòd quam diu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit, secum eat ut super Factis suis tempore dictæ Prosecutionis possit cùm requisitus fuerit super hoc perhibere Testimonium Veritati; vel si sibi melius videbitur poterit infra dictos Sex Dies adire unum de Gardianis alterius Partis, vel ejus Deputatum, pro suâ Justitiâ prosequendâ.

ITEM, quòd tàm Excellentissimus *Scotorum Rex*, quàm Illustrissimus Princeps *Rex Angliæ*, ejus Consanguineus benè considerant, & perpendunt, quòd nisi prædicta omnia benè conserventur efficaciter & votivè juxta eorum desideria per magnam & debitam diligentiam Officiariorum in Puniendo Transgressores quoslibet pro qualitate Delictorum, contigere poterit infra breve, propter insolentiam & inefffrænatam Multitudinem Delinquentium, prædictas abstinentias multipliciter violari,

A. D. 1486. Hen. 7. lari, quod absit; Idcirco Conclusum est, quòd quandocúnque aliquis Regum prædictorum senserit Se aut Suos contra formam prædictarum Guerrarum Abstinentiarum Aggravatum vel Aggravatos in defectu Executionis Justitiæ ab alterâ Parte non factæ, Princeps taliter Se aut Suos Læsum & Læsos per unum *Heraldum* aut alium Nuncium advisabit & informabit alium Regem, quòd per Officiarios suos nullum aut non debitum poterit de suis conquerentibus habere Justitiæ complementum; In quo Casu Rex sic Informatus, & cui talis Conquestio facta sit, quamcirò commodè poterit, Bis vel ad minus semel in Anno mittet Tres aut Duos de suo Concilio, Justitiæ & Pacis Amatores, ad aliquem Locum convenientem prope Marchias, obviaturos totidem de consimilibus de Concilio Regis Conquerentis, cum Potestate sufficienti oneratos, non tantum ad Puniendum Delinquentes super quibus conqueritur juxta qualitatem Delicti, verum etiam ad Inquirendum, Examinandum, & ad Investigandum, si Conservatores dictarum Abstinentiarum, Gardiani, eorum Locatenentes, aut Deputati Negligentes fuerint, aut Remissi, in Executione Justitiæ Partibus Conquerentibus: Quos etiam Punire, Corrigere, & Emendare habeant, si per talem Inquisitionem, Examinationem, & Investigationem Culpabiles inventi fuerint, aut Remissi:

SIMILITER, Conclusum est & Provisum, quòd licebit cuicúnque Spoliato, Deprædato, aut Injuriato contra Formam Abstinentiarum præsentium inter præfatos Reges initarum suum Spolium, Rapinam, seu Injuriam Prosequi coram quibuscúnque Judicibus in aliquo Regnorum prædictorum in eâ parte competentibus quandocúnque sibi videbitur expedire, & Justitiæ complementum obtinere.

ITEM, Conclusum est quòd, dictis Guerrarum Abstinentiis durantibus, non licebit cuiquam Subditorum alicujus Regum memoratorum, aut alicui alteri Inhabitanti Regnum, Terras, Dominia, seu Loca alterius eorundem, per Se vel per alium, quascúnque Lanas aut Pelles lanatas Emere, vel alio modo Recipere de uno Regno in aliud ipsorum per Terram, vel Mare vehendas, auferendas, & asportandas; Ser Lanæ ipsæ & Pelles lanatæ, prout aliàs pro eis ordinatum & dispositum est, absque fraude, malove ingenio quocúnque, disponantur secundum Leges & Consuetudines alterius Regnorum prædictorum.

ITEM, Concordatum est, quòd in A.D. 1486. Hen. 7. præsentibus Treugis & Abstinentiis Guerrarum comprehendentur Amici, Alligari, & Confœderati utriusque Principis, si comprehendi voluerint, & super hoc Animos suos declaraverint infra Sex Menses proximò exnunc sequentes, & specialiter pro Parte *Regis Scotorum*, *Karolus Christianissimus Rex Franciæ*, *Johannes Rex Daciæ, Sueciæ*, &c. *Rex Hispaniæ*, *Maximilianus Rex Romanorum*, *Austriæ* & *Britanniæ* Duces, & *Marchio Brandiburgen.* Et pro parte *Regis Angliæ Imperator*, *Rex Romanorum*, *Rex Karolus Franciæ*, *Reges Castellæ* & *Portugaliæ*, *Austriæ*, *Burgundiæ*, & *Britaniæ* Duces.

ITEM, Concordatum est quòd illi Fugitivi Scotiæ, qui devenerunt Ligei Regni Angliæ, quorum Nomina juxtà ultimum Tractatum habitum apud Notinghame fuerunt missa in Scotiam, debent ligari ex parte Anglicorum ad Observandum Articulos præsentium Treugarum, & quòd Attemptata per eos super Subditos dicti *Regis Scotorum* debent eodem modo Reformari, quo reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*; Idem per omnia observando ex Parte *Regis Scotorum*, si qui Anglici ante hæc Tempora per sua Sacramenta Ligei *Regis Scotorum* devenerunt.

ITEM, specialiter Conventum & Concordatum est, quantum ad Castrum & Villam Berwici, quòd Villa & Castrum hujusmodi cum Limitibus stabunt & permanebunt sub Guerrarum Abstinentiis & Bellorum Induciis per Annum aut Tres Annos proximò secuturos, secundùm id quod ex Considerationibus & Eventibus infrascriptis postea declarabitur.

NAM, inter cætera Concordatum est quòd tenebitur una Diæta super Marchias Orientales versus Scotiam propè Bervicum inter Commissarios utriusque Regis Octavo Die Martii proximò futuro, cum Continuatione & Prorogatione Dierum extunc sequentium, si necesse fuerit, de & super Terminis & Limitibus Villæ & Castri prædictorum, qualiter servari debeant, pendentibus Treugis antedictis, communicaturos, tractaturos, factorósque, & determinaturos Limitationes, Ordinationes, & Divisiones Finium & Terminorum hujusmodi, adeò amicabiliter, benignè & beneficialiter Servandas & Custodiendas, sicut aliquorum Regum Angliæ & Scotiæ temporibus retroactis, Treugis inter Regna manentibus, & dictis Villâ & Castro in Manu & Potestate *Regis*

 Angliæ

A. D. 1486. Hen. 7. *Angliæ* constitutis, Fines & Termini prædicti statuti aut limitati fuere: Et si dictorum Regum Commissarii futuri de Veteribus Terminis ejusmodi veram Certificationem & probatam Informationem habere nequiverint, tunc Novos Fines & Terminos favorabiliter, beneficialiter, & benignè, sicut supratactum est, Virtute & Auctoritate Facultatum & Potestatum suarum limitabunt & ordinabunt, prout Justitiæ & Æquitati juxta eorundem Discretiones rectum & conveniens videatur.

Item, Conventum & Concordatum est quòd, si (quod absit) Quæstiones & Differentiæ Limitum & Terminorum hujusmodi ante Octavum Diem Aprilis proximò futurum per dictos futuros Commissarios Discussæ & Determinatæ non fuerint, præsentes Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ ultra Unum Annum a dicto Tertio Die Mensis Julii computandum durare non debent; set in Tertio Die Mensis Julii, qui erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo septimo, in Ortu Solis ejusdem Diei, dictæ Treugæ expirabunt & extinguentur, & nullius erunt roboris vel momenti; Pactione seu Captione Treugarum prædictarum ad Tres Annos, de quibus supra fit mentio, in aliquo non obstante: Post inceptam verò Communicationem per Commissarios futuros antedictos de & super Terminis & Limitibus suprameмoratis, & a dicto Octavo Die Martii usque ad certos alios Dies consequentes, prout eis videbitur expediens, continuatam, sive tunc certa Conclusio & Diffinitio in ea parte capta fuerit sive non, Commissarii & Oratores, quos Serenissimus Dominus *Rex Angliæ* ad Diætam hujusmodi destinabit, se versus & ad Villam Edinburgi, sub spe quòd ante Octavum Diem Aprilis supra præfixum Quæstio Terminorum & Limitum prædictorum, unà cum aliis Articulis subsequentibus, rationabiliter poterit concordari, transferri facient illic apud Illustrissimum *Scotorum Regem supradictum*, de & super amplioribus Intelligentiis, Amicitiis, & Alligantiis inter Reges antedictos per Dei Gratiam contrahendis & firmandis, ac longioribus Treugis inter Regna capiendis, déque Contrahendis Sponsalibus & Matrimonio inter Inclitissimum Principem *Jacobum Marchionem de Ormont*, &c. Filium Illustrissimi *Scotorum Regis* Secundogenitum, & Illustrem Domicellam *Katerinam* unam de Filiabus, claræ Memoriæ, *Domini Edwardi Quarti* nuper *Regis Angliæ* Defuncti, & Serenissimæ Principis ac Dominæ Dominæ *Elizabethæ Reginæ Angliæ* modernæ Sororem; ac A. D. 1486. Hen. 7. etiam de & super Dote, Dotalitio, & Donatione propter Nuptias, occasione Sponsalium & Matrimonii hujusmodi promittendis & assignandis, & cæteris Articulis Pacem & Tranquilitatem utriúsque Regni concernentibus, cum similibus Oratoribus & Commissariis *Regis Scotorum* communicaturi, tractaturi, & conclusuri.

Insuper, Concordatum est quòd, præsentibus Treugis, sive per Triennium, sive per Unum solum Annum juxta distinctionem prælibatam firmis maneutibus, ut præmissum est, Castrum & Villa Berwici cum Limitibus, simul & Inhabitantes ac Incolæ eorundem sub Guerrarum Abstinentiis & Bellorum Induciis stabunt & permanebunt toto tempore durationis Treugarum prædictarum; ita quòd neque Serenissimus *Rex Scotorum*, per Se aut aliquos Subditorum, Ligeorum, aut Vassallorum suorum, Guerram Insultum aut Obsidionem ipsis Locis aut Incolis eorundem: neque Excellentissimus *Rex Angliæ* per Se aut suos Inhabitantes Villam seu Castrum hujusmodi Guerram, Insultum, aut Obsidionem dicto Serenissimo *Regi Scotorum*, suisve Ligeis & Vasallis faciet quovismodo, pendente tempore manentium Treugarum supradictarum.

Item, Concordatum est quòd, si quicquam per Subditos unius Regum prædictorum, pendentibus Treugarum & Abstinentiis Guerrarum supradictis, super Subditos alterius Regis per Vim, Violentiam, aut Viam Facti contra & adversus præsentes Treugas & Abstinentias attemptari contigerit, sive Attemptatores & Malefactores hujusmodi ad Villam seu Castrum Berwici supradicti, seu Marchias ibidem adjacentes pertineant sive non, id, quod nequiter attemptatum est, per Regem, cujus Malefactores illi Subditi extiterint, Reparari & Reformari debebit Justitiâ mediante.

Item, Concordatum est, quanquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sunt modis & formis ut supra; attamen non dicentur nec reputabuntur omninò Generales, nec se extendent ad Dominium de Lorne in Regno Scotiæ, nec Insulam de Lundey in Angliâ; set Dominium & Iusula prædicta intelligentur nullo modo in hiis Guerrarum Abstinentiis comprehensa.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd utraque Partium prædictarum Publicari & Notificari facient dictas Guerrarum Abstinentias Subditis suis, in omnibus Marchiis & Locis insignioribus utriúsque Regni, ante Primum Diem Mensis

a

A. D. 1486. Hen. 7. Mensis Augusti proximò futuri post Datam Præsentium.

Conservatores verò Guerrarum Abstinentiarum pro dicto Excellentissimo Principe *Jacobo*, Dei gratiâ, *Scotorum Rege*, ejúsque Regno, Terris, Dominiis, Locis, & Personis quibuscúnque ei Subditis, tàm per Terram quàm per Mare, erunt Gardiani Marchiarum; viz.

Archibaldus Comes Angusiæ Dominus de Douglas, pro Australibus & Mediis Marchiis versus Angliam,

Et *Johannes Dominus Maxwell*, pro Occidentalibus Marchiis versus Angliam,

Et *eorum Locatenentes*, & *omnes Admiralli Maris*, & *Custodes Marchiarum versus Angliam*;

Pro Illustrissimo Principe *Henrico Rege Angliæ* antedicto erunt,

Henricus Comes Northumbriæ, pro Orientalibus & Mediis Marchiis versus Scotiam, A. D. 1486. Hen. 7.

Et *Dominus Dacres*, pro Occidentalibus Marchiis versus Scotiam,

Et *eorum Locatenentes*, & omnes *Admiralli Maris*, & *Custodes Marchiarum versus Scotiam*;

Qui omnes & singuli ex utraque Parte supranominati hincinde habebunt Potestatem plenam soli & in solido, ac Gardiani & Admiralli in locis Custodiæ & Admiralitatis suarum, ad Reformandum, Reparandum, & Emendandum, Reparari, Reformari, & Emendari faciendum omnia Dampna & Attemptata, Excessúsque facta & perpetrata, facienda & perpetranda contra Tenorem dictarum Abstinentiarum, & ad Puniendum Malefactores omnes & singulos secundùm Causam & Exigentiam Delictorum,

Tenor vero Litterarum Patentium dicti Illustrissimi Principis Scotorum Regis, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Noverit Universitas vestra quòd Nos, ad Omnipotentis Dei Honorem, Gloriam, & Reverentiam, & ad Evitandum Strages & Christiani Sanguinis Effusionem, Damna & Pericula maxima, quæ occasione Guerrarum verisimiliter poterint evenire; cupientes quantum in Nobis est, Divino subveniente Numine, cum omnibus Christianæ Fidei Cultoribus, & maximè cum Vicinis Principibus Pacem observare, tenere, & inviolabiliter custodire, nostrósque Subditos sub Justitiâ ponere, & in Pace ac Quiete fovere & præservare,

Confisi eapropter ad plenum de Fidelitate, Prudentiâ, Legalitate, Scientiâ, & Probitate Reverendi in Christo Patris *Gilelmi Episcopi Aberdonensis*, Dilectorum Consanguineorum nostrorum, *Johannis Domini Bothvile*, *Johannis Domini Kennydy*, Venerabilis in Christo Patris *Roberti Abbatis Monasterii Sanctæ Crucis prope Edinburgh*, Magistri *Archibaldi Quhitelaw Archidiaconi Sancti Andreæ infra Partes Landoniæ* Secretarii nostri, & *Johannis Rosse de Montgrenane*, Consulum nostrorum apprimè Dilectorum,

Ipsos Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorundem, nostros veros & indubitatos Procuratores, Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios generales & speciales Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac Tenore Præsentium Constituimus, Deputamus, & Ordinamus;

Dantes & Concedentes eisdem Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis nostris, ac Tribus eorundem plenam Potestatem ac Mandatum generale & speciale pro Nobis & Successoribus nostris, Regno, Terris, Dominiis, Possessionibus, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúnque, cum Spectabilibus & Clarissimis Dominis Egregiisque Viris Consiliariis, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis Serenissimi Principis *Henrici Angliæ Regis* Consanguinei & Fratris nostri carissimi, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, necnon Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus *inter Nos*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúnque ex una Parte, & *præfatum Principem*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones suas, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúnque ex Parte alterâ,

A. D. 1486. Hen. 7. terâ, Contrahendis, Ineundis, Vallandis, Roborandis, & Firmandis, sub Modis, Formâ, & Conditionibus, & ad Tempus longum & ad breve de quibus inter nostros Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios ex unâ Parte, ac Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios præfati Consanguinei & Fratris nostri Parte ex alterâ, tractari, communicari, appunctuari, concordari, seu concludi poterit, & prout eisdem Commissariis utriúsque Partis magis conveniens & expediens visum fuerit:

Et quascúnque Securitates, in eâ Parte necessarias, Nomine nostro Promittendi, Præstandi, & Faciendi,

Nósque modis omnibus, quibus ipsis videbitur, ad Præmissorum completionem & complementum, firmiter & in Verbo Regio Obligandi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Exercendi, Expediendi, ac Concludendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum, seu circa ea aut eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nosmetipsi faceremus seu facere possemus, si præsentes personaliter interessemus, etiam si talia fuerint quæ de se Mandatum exigant magis speciale: A. D. 1486. Hen. 7.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, atque Firmum pro perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros in formâ prædictâ Actum, Gestum, Factum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, sub Magno Sigillo nostro apud *Edinburgh*, Sexto Die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo sexto, & Regni nostri Vicesimo sexto.

Tenor vero Litterarum Patentium dicti Excellentissimi Principis Regis Angliæ, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Noverit Universitas vestra quòd Nos, ad Omnipotentis Dei Honorem, Gloriam, & Reverentiam, & ad Evitandum Strages & Christiani Sanguinis Effusionem Dampna & Pericula maxima quæ occasione Guerrarum verisimiliter poterint evenire; cupientes quantum in Nobis est, Divino subveniente Numine, cum omnibus Christianæ Fidei Cultoribus, & maximè cum Vicinis Principibus Pacem observare, tenere, & inviolabiliter custodire, nostrósque Subditos sub Justitiâ ponere, & in Pace ac Quiete fovere & præservare,

Confisi eapropter de Fidelitate, Prudentiâ, Legalitate, Scientiâ, & Probitate, Reverendorum in Christo Patrum, *Johannis Wigorniensis*, & *Johannis Lincolniensis*, Episcoporum, &, Spectabilium Dominorum, Fratris *Johannis Westonne, Prioris Ordinis Sancti Johannis Jerusalem in Angliâ*, *Johannis Domini de Dynhame* Militis, necnon, Dilectorum Nobis, *Johannis Lovell* Armigeri pro Corpore Thesaurarii Cameræ nostræ, ac Magistri *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris Canonici Lincolniensis in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, Consiliariorum nostrorum,

Ipsos omnes, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios generales & speciales Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac Tenore Præsentium Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis nostris, ac Quinque, Quatuor, aut Tribus eorundem plenam Potestatem & Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Successoribus nostris, Regno, Terris, Dominiis, Possessionibus, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúnque, cum, Spectabilibus & Clarissimis Dominis Egregiisque Viris, Reverendo in Christo Patre *Willielmo Episcopo Aberdonensi*, *Johanne Domino Bathvile*, *Johanne Domino Kennedy*, Venerabili in Christo Patre *Roberto Abbate Monasterii Sanctæ Crucis prope Edinburgh*, Magistro *Archibaldo Qubitelaw Archidiacono Sancti Andreæ infra Partes Laudoniæ*, & *Johanne Rosse de Montgrenane*, Consiliariis, Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis Serenissimi Principis *Jacobi Regis Scotorum* Consanguinei

A. D. 1486. Hen. 7. nei nostri carissimi (Quos quidem Ambaxiatores idem Consanguineus noster ad Nos & intra hoc Regnum nostrum Angliæ, cum Potestate & Auctoritate Negotia infrascripta Tractandi & Concludendi jamdudum misit & destinavit) Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, necnon Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus inter *Nos*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúnque ex unâ Parte, & *præfatum Principem*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones suas, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúnque ex Parte alterâ contrahendis, ineundis, vallandis, roborandis, & firmandis sub Modis, Formâ, Conditionibus, & ad Tempus longum aut breve de quibus inter dictos nostros Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios ex unâ Parte, ac Commissarios, Deputatos, & Nuncios præfati Consanguinei nostri ex alterâ Parte tractari, appunctuari, communicari, concordari, seu concludi poterit, & prout eisdem Commissariis utriusque Partis conveniens & expediens visum fuerit,

Et quascúnque Securitates in ea parte necessarias Nomine nostro Promittendi, Præstandi, & Faciendi,

Nósque modis omnibus, quibus ipsis videbitur, ad Præmissorum completionem & complementum, firmiter & in Verbo Regio Obligandi,

Cæteráq; omnia & singula Faciendi, Exercendi, Expediendi, & Concludendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum, seu circa ea aut eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nosmetipsi facere mus seu facere possemus, si præsentes personaliter interessemus, etiam si talia fuerint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, atque Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros, in formâ prædictâ, Actum, Gestum, Factum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum. A. D. 1486. Hen. 7.

In cujus Rei Testimonium has Litteras nostras fieri fecimus Patentes, sub Magno Sigillo nostro apud *Westmonasterium* Secundo Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo sexto, & Regni nostri Primo.

QUÆ OMNIA ET SINGULA, ita inter Nos mutuò Communicata, Tractata, Appunctuata, Conventa, & Concordata, Nos, Commissarii Regis Scotorum prænominati, Promittimus per ipsum Metuendissimum Dominum nostrum Regem, suósque Successores, quoad Ipsum & Ipsos attinet, debere in omnibus & per omnia teneri inviolabiliter pariter & observari, *præsentemque Indenturam* per Litteras Patentes ejusdem Domini nostri Regis, suo Magno Sigillo sigillandas, Ratificari & Confirmari,

Ipsásque Litteras Ratificatorias, in Ecclesiâ Parochiali Villæ de Berwik, primo Die Mensis Septembris proximò futuro, Nuncio *Regis Angliæ*, similes Literas pro ipso Rege afferenti, Tradi & Liberari debere.

In quorum omnium Testimonium atque Fidem huic Parti *Indenturæ*, penes Commissarios *Regis Angliæ* supranominatos *remansuræ*, Nos Oratores, Commissarii, & Ambassiatores antedicti *Scotorum Regis* Sigilla nostra cum Nominibus & Signis nostris Manualibus subscriptis apposuimus apud prædictam Civitatem Londoniarum Tertio Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo sexto.

WILLIELMUS ABERDON.
JOHANNES DOMINUS BOTHVILLE.
JOHN LORD KENYDY.
R. ABBAS S. CRUC.
ARCHIB. QUHITELAW.
JOHANNES ROOS.

Sub Sigillis prædictorum Commissariorum de Cerâ rubrâ pendentibus a duplicibus Caudis Pergamenæ.

Bulla Dispensationis, pro Matrimonio contracto inter Henricum Regem Septimum & Elizabetham ejus Uxorem & Reginam.

A.D. 1486. An. 1. H. 7. Ex Origine.

INnocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, *Henrico Angliæ Regi* Illuſtri, & Dilectæ in Chriſto Filiæ Nobili Mulieri *Elizabethæ*, claræ Memoriæ, *Edwardi Quarti Angliæ Regis* Illuſtris *Natæ*, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ineffabilis Sedentis in Trono, cujus Poteſtas & Imperium ſupra humerum ejus eſt, cujuſque inveſtigabilia ſunt Judicia, Summi Patris refertus Providentiâ, Apoſtolorum Principis Cœleſtis Clavigeri Succeſſor *Romanus Pontifex*, cuncta Mundi diſcurrens Climata, omniumque Nationum qualitates & ortus condignè ſecernens Reſolutionis Acie, juxta Officii debitum, Fidelium quorumlibet Pacis & Salutis incentiva explorat, & nonnunquam Canonum, Humanarum (videlicet) Editionum, præſertim circa Dignitatis & Proſapiæ Prærogativâ fulgentes, relaxando Rigorem, prout Temporum Perſonarum & Locorum qualitas perſuadet, quod Juris negat Severitas, de Gratia ſuæ Benignitatis, indulget, prout rationabilibus ſuadentibus Cauſis in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Sanè pro Parte veſtra Nobis nuper Oblata, & coram Nobis &, Venerabilibus Fratribus noſtris, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, in Conſiſtorio, Lecta Petitio continebat quòd Vos,

Providè conſiderantes, cauſantibus Diſſentionibus quæ viguerunt inter Eos, qui de *Tui Regis* LANCASTRIÆ, & Illos, qui de *Tuæ Elizabethæ* EBORACENSIS, nuncupatis Domibus ſive Familiis, Originem traxerunt, Progenitores veſtros, inclitum Regnum Angliæ fuit diu vexatum inteſtinis Bellis & Cladibus, cum maxima Sanguinis Effuſione tàm ſummarum quàm mediocrium & infimarum Perſonarum,

Et quod tandem Tu, *Henrice Rex*, poſt hujuſmodi Clades, longúmque ob præfatas Diſſentiones tui Exilium, Dei adjutorio atque clementiâ, ad Regnum præfatum, Jure Hæreditario ad Te, legitimum in illo Prædeceſſorum tuorum Succeſſorem, pertinens, Reſtitutus, & in Regem Coronatus, ac a Concilio ſive Conventu Generali dicti Regni, Parliamentum nuncupato, Nemine Contradicente, pro eorum vero, legitimo, & indubitato Rege Receptus, Habitus, Tentus, & Reputatus fuiſti, prout ab univerſis Prælatis, Proceribus, Magnatibus, & Populis dicti Regni haberis, teneris, & reputaris de præſenti,

Ac cupientes omnes & ſingulas Simultates & Diſcordias, occaſione prædictâ, ut præfertur, exortas, extinguere, delere, atque penitùs abolere, Regnúmque præfatum perpetuæ Paci atque Tranquillitati reſtituere,

Idque effici indubitanter credentes ſi inter Vos *Henricum* & *Elizabetham*, quæ illius, præclaræ Memoriæ, *Edwardi Quarti* olim præfati Regni Regis Primogenita & indubitata Hæres exiſtis, Matrimonium contrahatur,

Requiſiti etiam atque Interpellati ſuper hoc cum maxima Inſtantia ab eiſdem Prælatis, Proceribus, Magnatibus, ac Populis illius Regni,

Deſideratis pro ejuſdem Regni Pace & Quiete hujuſmodi, quæ præ cæteris Rebus Nobis cordi eſt, invicem matrimonialiter copulari,

Sed, quia Quarto & Quarto Conſanguinitatis & forſan Quarto Affinitatis Gradibus conjuncti eſtis, hujuſmodi Deſiderium veſtrum adimplere nequitis, Diſpenſatione Apoſtolicâ deſuper non obtenta,

Quare, pro Parte veſtra & ejuſdem Regni Prælatorum, Procerum, Magnatum, ac Populorum prædictorum, Nobis fuit humiliter Supplicatum, ut ſuper hoc vobis de oportunæ Diſpenſationis Gratiâ providere de Benignitate Apoſtolicâ dignaremur,

Nos igitur, qui Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, in cujus Ortum Angeli Pacem Hominibus bonæ Voluntatis nuntiârunt, quique Rediturus ad Patrem Pacem tanquam Bonum Hæreditarium ſuis reliquit Diſcipulis in Diſceſſu, Vices quanquam immeriti gerentes in Terris, & Regnum ipſum, quod ob Devotionem ac Obſervantiam, Inclitæ memoriæ, Angliæ Regum Prædeceſſorum veſtrorum qui pro tempore fuerunt, Romanæ Eccleſiæ inter alia

A. D. 1486. Hen. 7. alia Christianorum Regna Peculiare & carissimum semper habitum & reputatum fuit, ac illius Regni Incolas eorúmque Pacem & Quietem supremis optamus Affectibus, Deo gratum & apud Homines commendabile Pacis & Quietis Desiderium vestrum hujusmodi unà cum Fratribus nostris prædictis plurimùm in Domino Commendamus, ac ex Præmissis & aliis Nobis expositis Causis hujusmodi Supplicationibus inclinati, Vobiscum ut, impedimentis prædictis non obstantibus, Matrimonium inter vos contrahere, & nullis Præcedentibus Bannis seu Edictis, prout vobis placuerit, etiam tempore per Ecclesiam prohibito, Solemnizari & Celebrari facere, ac si vobis videbitur Carnali Copula Consumare, & in eo postquam Contractum fuerit remanere liberè & licitè valeatis, Auctoritate Apostolicà, Tenore Præsentium, ex certa nostra Scientia de speciali Dono Gratiæ Dispensamus, Suscipiendam ex hujusmodi inter Vos contrahendo Matrimonio Prolem legitimam Nuntiando: A. D. 1486. Hen. 7.

Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc Paginam nostræ Dispensationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attemptarè præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo quinto, sexto Non. Martii, Pontificatûs nostri Anno secundo.

P. de Perreria.

Sub Filis Sericis Flavi rubeique Coloris.

De Officio Constabularii concesso.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 3. m. 18.

REX omnibus ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, De Fidelitate, Probitate, & Industriâ Prædilecti Consanguinei nostri *Thomæ Comitis Derbiæ* plurimùm confidentes,

Concessimus *eidem Thomæ* Officium Constabularii Angliæ, Habendum, Occupandum, & Exercendum Officium illud *eidem Thomæ*, ad Terminum Vitæ suæ, per Se vel sufficientem Deputatum suum, sive Deputatos suos,

Percipiendo indè annuatim Feoda & Vadia *Centum Librarum legalis Monetæ Angliæ* de Reventionibus Castrorum, Maneriorum, Dominiorum, Terrarum, & Tenementorum nostrorum infra Comitatum nostrum Lancastriæ, per Manus Receptorum, Ballivorum, Firmariorum, sive aliorum Occupatorum eorumdem pro tempore existentium, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, unà cum omnibus aliis Proficuis, Juribus, Libertatibus, Franchesiis, Commoditatibus, & Emolumentis, eidem Officio qualitercúmque pertinentibus sive spectantibus, in tàm amplo modo & formâ quibus aliquis alius, Officium illud peranteà occupans, pro eodem habuit & percepit; eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo Officii prædicti, aut de aliis Donis sive Concessionibus per Nos *eidem Thomæ* ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione, in contrarium facto, edito, sive ordinato, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante. A. D. 1486.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Regis in Exilio Sociis.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Franc. 1. H. 7. m. 11.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis eos omnes, qui Exilii nostri Socii & Participes fuere, Incommodáque maxima & prope innumerabilia idcirco sunt perpessi, Vitam denique pro Nobis & Regni Recuperatione nostri, Nos per Mille Pericula Mortis sequentes, exposuerunt, ita Nobis Cordi esse & Animo ut non satis ad eis Benefaciendum & Laborum Præmia restituendum defatigari, videaturque Nobis ut dignam pro Meritis Mercedem illis nunquam rependere valeamus. A. D. 1486.

Cùm

A. D. 1486. Hen. 7.

Cùm itaque insignis Miles *Egidius Daubney* dictus *de d'Aubney* iis omnibus de quibus supra mentionem fecimus Laboribus & Periculis, nostro Amore ductus, Se ingesserit, Volentes Meritorum suorum Rationem aliquam habere & Felicitatum nostrarum Participem facere, de Gratia nostra speciali ac ex certa scientia & Mero motu nostris Ordinavimus Assignavimus & Constituimus *ipsum Egidium* Locumtenentem nostrum tàm Villæ & Castri nostrorum Calesii & Turris nostri de Risbank, quàm Castri nostri de Guysnes & Marchiarum ibidem,

Habendam Occupandam & Excercendam, Locumtenentiam prædictam, per Se vel per sufficientes Deputatos suos vel sufficientem Deputatum suum, a Sexto Die Aprilis proximò futuro usque ad finem & terminum Septem Annorum extunc proximò sequentium & plenarè Complendorum, & posteà quamdiù Nobis placuerit, cum hujusmodi Feodis Vadiis & Regardis prout per Indenturas inde inter Nos & *præfatum Egidium* debitè Conficiendas pleniùs poterit apparere, ac cum aliis Juribus Honoribus & Proficuis & tàm amplâ Potestate prout aliqui Locumtenentes vel aliquis Locumtenens dictorum Villæ Castrorum & Turris ante hæc tempora habuerunt seu habuit,

Ac *dictum Egidium* Retinuimus penes Nos, durante Termino prædicto, Locumtenentem nostrum Villæ Castrorum Turris & Marchiarum ibidem prædictorum, prout per Indenturas illas pleniùs apparebit:

Et Insuper Dedimus & Concessimus per Præsentes Licentiam & plenariam Potestatem *præfato Egidio* quòd Ipse, durante Termino prædicto, de tempore in tempus, Ordinabit, Stabiliet & Ammovebit omnimodos Officiarios de Retinentia sua, quos sibi videbitur opportunos & convenientes pro bona & salva Gardia Villæ Castrorum Turris & Marchiarum prædictorum,

Et quod ipse durante, Termino prædicto, de tempore in tempus, Dare possit & Concedere, Nomine suo, per Literas suas, sub sigillo suo sive signeto, Salvos Conductus Securitates & alias Literas Gratiæ Adversariis nostris veniendo Calesium & ad partes prædictas, ibidem morando & recedendo, per Terram, ex illa parte Maris, pro Vitellatione villæ Castrorum & cæterorum Præmissorum, necnon pro Deliberatione Prisonariorum, si quos capi contigerit, per *ipsum Egidium* vel per aliquem de Retinentia sua, durante Termino prædicto; Et quòd hujusmodi Literæ, sic per ipsum conficiendæ, sint tàm validæ & efficaces sicut essent si per Nos sub Magno Sigillo nostro forent confectæ.

A. D. 1486. Hen. 7.

Et quòd *ipse Egidius* Appatizare poterit, tempore Guerræ, si Casus id requirat, omnes Parochias Disobedientes & Rebelles, ac pro eisdem dare Literas Salvæ Gardiæ & alias Literas sub Sigillo suo requisitas in hac parte durante Termino illo,

Salvâ Nobis Auctoritate Concedendi Salvos Conductus pro Piscatione, & Literas Gratiæ Adversariis nostris, veniendo Calesium & ad Partes prædictas per Mare, pro Vitellatione Villæ Castrorum & cæterorum Præmissorum,

Concessimus ulterius *præfato Egidio* quòd, si præsentes Literæ nostræ sibi quoad Præmissa seu eorum aliquod Invalidæ seu minus sufficientes, ob aliquam Causam quamcúmque, in Lege existant sive existere contigerint, tunc *Cancellarius noster Angliæ*, pro tempore existens, super sola Monstratione Præsentium, *eidem Egidio* tot & tantas Literas Patentes validas & sufficientes ac Brevia nostra inde sub Magno Sigillo nostro fieri faciet & deliberari, absque prosecutione inde penes Nos seu aliquo alio Waranto, quot & qualia *eidem Egidio* necessaria fuerint in hac parte & oportuna;

Eo quòd expressa mentio de Certitudine sive de vero Valore Annuo, sive de aliquo alio Valore Præmissorum, seu de aliis Donis sive Concessionibus per nos *præfato Egidio* ante hæc tempora factis in præsentibus minimè facta existit; aut aliquo Statuto actu Ordinatione sive Restrictione, in contrarium editâ, aut aliâ Re, Causâ vel Materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Septimo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Bulla

Bulla, super Successione in Regno Angliæ, approbatoria, Et contra Rebelles excommunicatoria.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. *Ex Origine.*

INNOCENTIUS Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam Rei memoriam.

ROMANUS PONTIFEX, in quo Potestatis plenitudo consistit, inter Curas multiplices, quibus Rerum Negotiorúmque varietatibus continuè premitur, ad ea ex debito Pastoralis Officii sibi commissi sollicitè intendere debet, per quæ inter Catholicos Principes eorúmque Vasallos & Subditos Pacis & Quietis coadjuvante Domino conservetur amoenitas, & quæ hiis contraria sunt ac Scandala producunt per suæ Vigilantiæ studium radicitùs extirpentur, prout, Personarum Locorum & Temporum qualitate pensatâ, id in Domino conspicit salubriter expedire.

Nuper siquidem, pro Parte Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici vii. Angliæ Regis* Illustris & Dilectæ in Christo Filiæ Nobilis Mulieris *Elizabethæ* claræ memoriæ *Edwardi iv. dicti Regni olim Regis Primogenitæ*, Nobis expositio quòd ipsi, ad submovendum Contentiones quæ de Regno ipso fuerant inter eorum Prædecessores *de Lancastria*, de qua *Henricus ipse Rex*, & *Eboracensis, inclitis Domibus & Familiis dicti Regni*, de qua *Elizabet*, præfati Originem trahebant, quarum occasione in Regno ipso gravia Scandala retroactis temporibus exorta fuerant, desiderabant invicem Matrimonium contrahere,

Sed quia Quarto & Quarto Consanguinitatis & forsan Affinitatis gradibus invicem conjuncti erant, eorum desiderium hujusmodi in ea parte adimplere non poterant Dispensatione Apostolicâ desuper non obtentâ.

Nos, tunc cupientes perpetuæ Tranquillitati Paci & Quieti dicti Regni, quemadmodum decet pium & communem Patrem & Pastorem omnium Christianorum, providere, ac Discordiis quæ in eo Regno diu inter Descendentes ex Domibus prædictis, cum maximo ipsius Regni Detrimento, viguerant Finem imponere, illúdque futuris Dissentionibus occurrendo Pacatum & Quietum perpetuis temporibus reddere, ac Christiani Sanguinis Effusionem evitare, cum eisdem *Henrico Rege* & *Elizabetha* ut, hujusmodi Consanguinitatis & forsan Affinitatis impedimentis non obstantibus, Matrimonium inter Se Contrahere, & in eo postquam Contractum foret Remanere liberè & licitè possent, per alias nostras Litteras gratiosè Dispensavimus, suscipiendam ex hujusmodi Matrimonio Prolem Legitimam Nuntiando.

A. D. 1486.

Cùm autem, sicut accepimus, *Henricus Rex præfatus*, quanquam non modò Jure Belli ac notorio & indubitato proximo Successionis Titulo, verùm etiam omnium Prælatorum, Procerum Magnatum Nobilium totiúsque ejusdem Regni Angliæ Plebis Electione & Voto, necnon Decreto Statuto & Ordinatione ipsius Angliæ Regni Trium Statuum in ipsorum Conventu, Parliamento nuncupato, propter hoc publicè & generaliter celebrato, Jus ipsius Regni Angliæ ad ipsum *Henricum vii. Angliæ Regem* suósque Hæredes suo ex Corpore procreandos indubitanter de Jure pertineret eidémque delatum foret,

Ad omnes tamen Discordias & Dissentiones, quæ olim inter illustres LANCASTRIÆ & EBORACENSEM Domos prædictas viguerant tollendas atque imperpetuum abolendas, ac pro firma & perpetua Pace in eodem Regno observanda, ad præcipuam & specialem ipsorum Trium Statuum dicti Regni Requisitionem, assenserit eandem *Elizabetham Principissam*, immortalis Famæ *Regis Edwardi præfati Primogenitam & veram Heredem*, ducere habereque in Uxorem, dummodò primitùs a Nobis oportuna Dispensatio super Impedimentis prædictis obtineretur;

Nos, qui unà cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus omnia & singula supradicta paternâ Caritate considerantes, non solum super Matrimonio hujusmodi inter *Henricum Regem* & *Elizabetham Principissam* præfatos ut præfertur contrahendo, ex Causis supradictis, per dictas nostras Litteras, Dispensavimus, sed etiam Prolem suscipiendam ex eo ad Succedendum eisdem *Regi* & *Elizabethæ* legitimam Nuntiavimus, prout in ipsius Dispensationis Litteris pleniùs continetur, motu proprio, non ad *Henrici Regis* aut *Elizabethæ* prædictorum aut alterius pro Nobis super hoc oblatæ Petitionis Instantiam, sed de nostra mera Liberalitate & ex certa nostra Scientia, hujusmodi Dispensationem nec non Ma-

A. D. 1486. Hen. 7. trimonium, illius vigore prædictæ contrahendum, seu cujúsvis alterius Dispensationis desuper a Sede Apostolica vel illius Penitentiaria aut Legatis sive Nunciis, ad id facultatem ab eadem Sede habentibus, forsan obtentæ, pro tempore contractum, quarum quidem Litterarum nostrarum & aliarum prædictarum Dispensationum Tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, habere volumus pro expressis, Legitimamque Liberorum Successionem, ac etiam Declarationem Pronuntiationem & Decretum Parliamenti tàm super Titulo *ipsius Henrici Regis* quàm super Successione Liberorum ac Hæredum suorum, nec non omnia alia & singula Præmissa Auctoritate Apostolicâ Præsentium Tenore Confirmamus & Approbamus, ac Robur perpetuæ & inviolabilis verè firmitatis obtinere eadem Auctoritate Pronuntiamus, Decernimus atque Declaramus, supplemúsque omnes & singulos Defectus tàm Juris quàm Facti, si qui forsan intervenerint in eisdem aut aliquo Præmissorum.

Monemúsque & Requirimus, Motu, Scientiâ, & Auctoritate prædictis, omnes & singulos dicti Regni Incolas, & ejusdem *Henrici Regis* Subditos, cujuscúmque Gradûs, Statûs, seu Conditionis existant, etiam si Ducali vel Majori Dignitate præfulgeant, eisque & cuilibet eorum districtè præcipiendo Inhibemus nè Ipsi aut aliquis eorum novos Tumultus, occasione Juris Succedendi hujusmodi vel quocúmque quovis quæsito colore, aut quacúmque aliâ Causâ, in eodem Regno per Se vel alium seu alios movere seu moveri facere, Dispensationi, Declarationi, & Decreto hujusmodi, aut Paci Tranquillitative ipsius Angliæ Regni contraveniendo quovis modo præsumant, sub Excommunicationis & Majoris Anathematis Pœna,

Quam omnes & singuli hujusmodi Tumultus novos Excitantes vel excitari facientes atque Pacem & Regni præfati Tranquillitatem posthac nequiter perturbantes aut prædictis Contravenientes ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc (cujuscúnque, ut præfertur Dignitatis Statûs, Gradûs, seu Conditionis existant, etiam si Ducali aut Majori præfulgeant Dignitate) eo ipso incurrant, eósque incurrere & illius Vinculo innodatos & involutos ipso facto esse eisdem Motu Scientiâ & Auctoritate Volumus, Statuimus, Decernimus atque Declaramus,

A quo quidem Excommunicationis & Anathematis Vinculo ab alio quàm Sede Apostolicâ præfatâ, aut cui ipsa Sedes id specialiter & specificè commiserit, præterquam in Mortis Articulo constituti, nequeant Absolutionis Beneficium obtinere. A. D. 1486. Hen. 7.

Et si (quod Deus avertat) contingat *ipsam Elizabetham*, Prole ex dicto *Henrico Rege* non susceptâ, vel susceptâ non tamen tunc Superstite, Decedere ante *ipsum Regem*, eo casu Prolem ex ipso *Rege Henrico* & aliâ quacúnque ejus legitimâ Uxore, ab eo superducendâ, in omni Jure Hæreditario Regni hujusmodi juxta antedictum ipsius Parliamenti Decretum & hujusmodi nostrum, illius Approbationem, & Confirmationem super hujusmodi Decreto & aliis prædictis, ut præmittitur, factam, Succedere debere similibus Motu, Scientia & Auctoritate etiam Decernimus & Declaramus,

Et nè, in hujusmodi eventum, quispiam Prolis præfatæ Successionem hujusmodi, quovis quæsito colore, impedire aut impediendum novos Tumultus in eodem Regno per Se vel alios excitare vel excitari facere vel procurare præsumat, sub præfatis Censuris & Pœnis, quas omnes & singuli novos Tumultus, ut præfertur, ex quacunque Causa in contrarium Excitantes aut Excitari facientes, eo ipso incurrant, & a quibus ab alio quàm Sede prædictâ, & cui Sedes ipsa id specialiter commiserit, Absolvi nequeant, præterquam in Mortis Articulo constituti, pari Motu Scientiâ & Auctoritate Prohibemus.

Et quoscunque, tàm Principes Exteros quàm dicti Regni Incolas, præstantes Opem & Succursum *eidem Henrico Regi*, ejúsve Descendentibus in eodem Regno Successoribus Angliæ Regibus, contra eorum Rebelles aut aliqua contra Præmissa quovis pacto molientes, eisdem Motu Scientia & Auctoritate Benedicimus, & Illis, quos sic faciendo in tam justa Causâ Decedere continget, plenariam omnium suorum Peccatorum Indulgentiam & Remissionem elargimur,

Et nichilominus universis & singulis Episcopis, Monasteriorum Abbatibus, Metropolitanis & aliarum Cathedralium & Collegiatarum Decanis, Archidiaconis, Canonicis, Parrochialiúmque & aliarum Ecclesiarum Rectoribus sive Vicariis perpetuis, Prioratuum & Domorum cujúsvis etiam Mendicantium Ordinum Prioribus & Guardianis, & quibuscúnque aliis Ecclesiasticis Personis Exemptis & non Exemptis, similibus Motu Scientia & Auctoritate, sub Interdicti ingressus Ecclesiæ in Episcopos & Superiores, ac Excommunicatio-

A. D. 1486. Hen. 7. nis latæ Sententiæ Pœna in Inferiores ab eis, eo ipso per eos si non paruerint incurrenda, Mandamus quatinus Ipsi & quilibet eorum, cùm pro parte præfati *Henrici Regis* Hæredum & Successorum suorum hujusmodi quorumcúmque fuerint desuper requisiti, Contravenientes hujusmodi & Novos Tumultus Excitantes in Ecclesiis suis & aliis Locis publicis, inter Missarum & aliorum Divinorum Officiorum Solemnia, necnon aliis Temporibus congruis, totiens quotiens requisiti fuerint, Excommunicatos & Anathematizatos esse & hujusmodi Sententias & Censuras incurrisse publicè Nuntient, faciántque ab aliis Nunciari, & ab omnibus artiùs evitari, ac, legitimis super hiis habendis servatis Processibus, Censuras & Pœnas hujusmodi iteratis vicibus aggravent, Contradictores quoslibet & Rebelles per Censuram Ecclesiasticam & alia Juris remedia, Appellatione postpositâ, Compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit Auxilio Brachii Secularis;

Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, concessis quoque per Nos & Sedem præfatam Privilegiis & Literis Apostolicis, quibus illa etiam *si de eis eorumque totis Tenoribus*, seu quævis alia expressio habenda esset, & in eis caveretur expressè quòd illis non intelligeretur unquam Derogatum, nisi dùm & quotiens sub certis inibi Expressis modo & formâ contingeret derogari Præsentibus, pro Expressis & insertis habentes quoad Præmissa specialiter & expressè Derogamus Contrariis quibuscunque, seu si eisdem Episcopis, Abbatibus, Decanis, Archidiaconis, Rectoribus, Vicariis perpetuis, Prioribus, Guardianis & aliis Ecclesiasticis Personis ac Ducibus & aliis prædictis vel quibúsvis communiter vel divisim a dicta sit Sede Indultum quod Interdici, Suspendi vel Excommunicari non possint per Litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & qualibet aliâ dictæ Sedis Indulgentia generali vel speciali, cujuscúnque Tenoris existat, per quam Præsentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujúsque toto Tenore habenda sit in nostris Litteris mentio specialis. A. D. 1486. Hen. 7.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Confirmationis, Approbationis, Pronuntiationis, Constitutionis, Declarationis, Supletionis, Monitionis, Requisitionis, Inhibitionis, Voluntatis, Statuti, Decreti, Prohibitionis, Benedictionis, Concessionis, Mandati, & Derogationis infringere, &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Sexto, Sexto Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri Anno Secundo.

MAR.

Gratis de Mandato Domini nostri Papæ.

JO LAURENTIUS *pro R.*

HIE. BALBANUS.

L. DE MARCELLINIS.

Sub Sigillo plumbeo a Filis Sericis Flavi rubeique colores pendente.

INNOCENTIUS PAPA *viii.*

Pro Abbate Cisterciensi, de Conductu.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Franc. 1. H. 7. m. 9.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd de Gratia nostra speciali, ac ex certis Consideratonibus nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem nostras speciales, Dilectum Nobis in Christo, *Johannem Abbatem* Monasterii beatæ Mariæ de Cittewes in Burgoon in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones & Territoria de Obedientia nostra, cum Sexdecim Personis, cujuscúmque Statûs seu Conditionis fuerint, vel infra, in Comitiva sua, equestrè vel pedestrè, Armatis vel non Armatis, ac cum Literis, Papiris, scripturis apertis & clausis, Manticis, Bogeis, Fardellis, Cariagiis, Bonis, Rebus, Jocalibus & Hernesiis suis quibuscúmque, tàm per Terram quam per Mare & Aquas dulces, veniendo, ibidem Nocte Diéque morando, expectando, sojornando, & perhendinando, Negotia sua expediendo, & perimplendo, & ab eodem Regno nostro ad Partes suas proprias vel ad alias Partes quascúmque Exteras transeundo & redeundo, & iterùm in Regnum nostrum prædictum ac alia Loca Jurisdictiones & Territoria nostra prædicta totiens quotiens sibi placuerit in forma prædicta reveniendo, ibidem expectando, sojornando, & ab eodem redeundo & transeundo, durante præsenti Salvo Conductu nostro, absque Impedimento A. D. 1486.

A. D. 1486. Hen. 7. mento, Arresto, Molestatione, seu Gravamine quocúmque; aliqua Marqua, Contromarqua, sive Reprisalia, concessa vel concedenda; aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Mandato, in contrarium editis sive ordinatis, non obstantibus.
Et ideò vobis &c.

In cujus &c. per Octo Menses proximos post &c. duraturas. A. D. 1486. Hen. 7.

Teste Rege apud *Notyngham* undecimo Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Mercatoribus Florenciæ.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Franc. 1. H. 7. m. 4.

REX Universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, & aliis Officiariis, Ministris, & Fidelibus Ligeis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Michaelem de Sepprello*, *Marcum Stroze*, *Antonium Corssy*, & *Aldobrandum Tanagly*, Mercatores de Florentia, & omnes & singulos Mercatores de Florentia, & eorum Factores, Attornatos, & Servientes, Districtuales, Subditos, & Vassallos, in Regno nostro Angliæ & aliis Jurisdictionibus, Dominiis, & Territoriis nostris quibuscúmque ad præsens existentes, & quos exnunc in eadem, durante præsenti Salvo Conductu nostro, venire contigerint, & eorum quemlibet, ac Patronos, Marinarios, Pilotos, & Servientes Carcarum, Galearum, Navium, & aliorum Vasorum suorum, in & per eadem Regnum, Jurisdictiones, Dominia, & Territoria nostra, cum Carracis, Galeis, Navibus, & aliis Vasis suis hujusmodi Carcatis vel non Carcatis, ac Rebus, Bonis, Mercandisis, necnon Armis pro Defensione sua oportunis, & Hernesiis suis quibuscúmque, conjunctim & divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, veniendo & transeundo, in eisdem Regno, Jurisdictionibus, Dominiis, & Territoriis nostris morando, præstolando, Nocte Dièque Perhendinando, Bona & Mercandisas sua Vendendo, & Lanas, Pannos, Stannum, Plumbum, & alias Mercandisas quascúmque Emendo, & cum eisdem ac Carracis, Galeis, Navibus, & aliis Vasis suis hujusmodi, necnon Rebus, Bonis, atque Armis pro Defensione sua oportunis, & Hernesiis suis prædictis extra Regnum, Jurisdictiones, Dominia, & Territoria nostra prædicta, & per eadem quo & quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, transeundo, veniendo, & redeundo, liberè & absque impedimento aliquo Nostri aut Hæredum nostrorum aut aliorum quorumcumque, A. D. 1486.

Ita etiam quòd ipsa Bona, Mercandisas, & Merces sua, & quamlibet indè Parcellam infra Regnum, Dominia, & Jurisdictiones nostra prædicta, per ipsos & eorum quemlibet adducenda & non vendita, pro quibus Custumas & Subsidia nobis in Introitu eorumdem debitè Soluta fuerint, quomodocúmque & quotienscúmque sibi placuerit, absque aliis Custumis, Subsidiis, & aliis Denariis, ad Opus nostrum indè capiendis, solvendis Abducere, Extrahere, & Asportare possint & valeant licitè & impunè,

Aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ, contra Communitatem, Dominium, sive Civitatem Florentiæ, aut alias Partes, seu eorum aliquem concessis vel concedendis, aut eo quod expressa mentio de Nominibus Caracarum, Galearum, Navium, & Vasorum prædictorum, seu Patronorum & Magistrorum eorumdem, vel de Portagio eorumdem, in Præsentibus minimè facta existit; aut aliquo Statuto, Actu, vel Ordinatione, Judicio, aut Mandato, Causâ, vel aliquâ aliâ Materiâ quacúnque, in contrarium Præmissorum factis, habitis, ordinatis, vel provisis, aut habendis, fiendis, ordinandis, vel providendis, non obstantibus;

Et ideò vobis Mandamus quòd prædictos *Michaelem*, *Marcum*, *Antonium*, & *Aldobrandum*, & omnes & singulos alios Mercatores de Florentia, & eorum Factores, Attornatos, & Servientes, ac Patronos, Marinarios, Pilotos, & Servientes

A. D. 1486. Rot. 7. vientes Cartacarum, Galearum, Navium, & aliorum Vasorum suorum, & eorum quemlibet, in Regno nostro prædicto, aut aliis Jurisdictionibus, Dominiis, & Territoriis nostris prædictis ad præsens existentes, & quos exnune in eadem, durante præsenti Salvo Conductu nostro, venire contigerit, & eorum quemlibet, in & per eadem Regnum, Jurisdictiones, Dominia, & Territoria nostra, in Carracis, Galeis, Navibus, & aliis Vasis suis hujusmodi Carcatis vel non Carcatis, ac Rebus, Bonis, Mercandisis Licitis & non Probibitis, & Hernesiis suis prædictis, ut prædictum est, veniendo & transeundo, ac in eisdem Regno, Jurisdictionibus, Dominiis, & Territoriis nostris morando, præstolando, Nocte Dieque perhendinando, Bona & Mercandisas sua vendendo, ac Lanas, Pannos Laneos, Stannum, Plumbum, & alias Mercandisas suas quascúmque emendo, ac cum eisdem ac Carracis, Galeis, Navibus, & aliis Vasis suis hujusmodi, necnon Rebus, Bonis, & Hernesiis suis prædictis, extra Regnum, Jurisdictiones, Territoria, & Dominia nostra prædicta, quo & quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, ut prædictum est, transeundo, revenìendo, & redeundo, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis, non inferentes eis aut eorum alicui seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittetis Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis aut eorum alicui Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis & eorum cuilibet sine dilatione corrigi debiteque reformari faciatis;

Proviso semper quòd Nobis & Hæredibus nostris de Custumis, Subsidiis, & aliis Denariis, Nobis in hac parte debitis, de tempore in tempus, prout justum fuerit, fideliter respondeatur:

Et quòd aliqua Bona sive Mercandisæ, ad Stapulam Villæ nostræ Calesii pertinentia, vigore præsentis salvi Conductûs nostri, alibi quàm ad eandem Stapulam, nisi per Destrictus de Marrok tantum, non carientur nec traducentur quovis modo: A. D. 1486. Rot. 7.

Nolumúsque quòd, si contingat aliquem prædictorum Florentinorum, aut eorum Factorum, Attornatorum, & Servientum, Districtualium, Subditorum, & Vassallorum suorum, aut Mercatorum Florentiæ, Patronum, Marinariorum, Pilotorum, & Servientum Carracarum, Galearum, Navium, & aliorum Vasorum seu eorum alicujus præsentes Literas nostras Infringere, aliquod Dampnum seu Gravamen minimè Infringentibus gravari seu fieri, set tantum illi vel illis sic Infringenti vel Infringentibus:

Volumus insuper, ac de Avisamento & Assensu prædictis Concessimus præfatis Mercatoribus, Factoribus, Attornatis, Patronis, & eorum cuilibet, quòd *Cancellarius noster Angliæ*, pro tempore existens, sufficientem Potestatem habeat, de tempore in tempus, durante præsenti Salvo Conductu nostro, fieri faciendi separales Literas nostras Patentes, Tenorem, Effectum, Formam, & Vigorem Præsentium continentes, quibuscúmque Mercatoribus Florentiæ, sub & pro eorum propriis Nominibus & Personis, & eorum Carracis, Galeis, Navibus, Vasis, Bonis, Mercandisis, Rebus, & Hernesiis, ac hujusmodi Carracarum, Galearum, Navium, & Vasorum Patronis, Marinariis, Pilotis, & Servientibus, absque aliquo Waranto seu Prosecutione penes Nos & Concilium nostrum prosequendo seu fiendo quovis modo; aliquo Statuto, Actu, vel Ordinatione, in contrarium factis vel ordinatis, non obstantibus.

In cujus &c. per Decem Annos duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Bello exorto inter Regem Romanorum & Karolum Franciæ, de Proclamationibus.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 3. m. 9. dor. REX Vicecomiti Norffolciæ & Suffoliæ, Salutem.

Præcipimus Tibi, firmiter injungentes, quòd statim, post Receptionem Præsentium, in singulis Locis infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates quàm extra, ubi magis expediens videris, ex Parte nostra Publicas Proclamationes fieri facias in hæc verba, A. D. 1486.

FORASMUCH *as the King our Soveraign Lord* Henry the Seventh, *by the Grace of God*, King of England and of

Fraunce,

A. D. 1486. Hen. 7.

Fraunce, and Lord of Irlond, *hath credible Informacion that there is lik to be open Werre had, moved and stered, aswell by Water as by Lond, betwene hys Cousyn* Charles of Fraunce *on the oon Partie, and his Cousyn the* King of Romannys *oon the other Partie, Wherupon great Navys of both Parties byth in Rigging redye to be sette unto the See, wer thurgh Hurte and Prejudice by the Riottouse demeanyng of the said Navyes myght sodenly growe unto this his Realme and to his Subgetts of the same, if no remedie wer in that behalf foresene, ordyned, and provyded, which God defend,*

Our said Soveraigne Lord, *not willing any such Hurte or Prejudice to ensue unto this his said Realme, ne unto any of his said Subgetts, Willeth, Chargeth, and straitly Commaundith all and everych of his said Subgettis, that they and every of them kepe Watche and Warde uppon the Costes of the See where nede shuld require, and that all Bekyns and other Tokyns uppon the same Costes be made redie to be sette on Fyre, and to Warne all his said Subgettis to be redie and to come and Defend this his said Realme and his said Subgettes, if nede be, according to their Duteis, in maner and fourme as in old tyme, in like Case, hath ben used and accustumed.*

Et hoc, sub Periculo incumbenti, nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Junii.

Pro Episcopo Eliensi de Custodia commissa.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Pat. 1. H. 7. p. 4. m. 11.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris,

Concessimus, & per Præsentes Concedimus, Venerabili in Christo Patri *Johanni Episcopo Eliensi* Cancellario nostro Custodiam omnium Temporalium Archiepiscopatûs Cantuariensis Ecclesiæ cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem, necnon quascúmque Portiones, Pensiones, & omnia & singula alia quæ Nobis per Mortem, bonæ memoriæ, *Th. Cardinalis ultimi Archiepiscopi Loci prædicti*, & ratione Vacationis ejusdem Archiepiscopatûs aliquo modo pertinent seu pertinere poterunt aut debent in futurum,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Episcopo* Assignatis & Executoribus suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a Festo Annunciationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerint remanere, ac unà cum Feodis Militum, Escaetis Terrarum & Tenementorum, ac Bonorum & Catallorum quorumcúmque, necnon Advocationibus Ecclesiarum Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præposituratum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis reddendo aut solvendo seu Compoto indè faciendo:

A. D. 1486.

Et ulterius Concessimus *præfato Episcopo* plenariam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentia, cuicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi,

Et quoscúmque Senescallos, Receptores, Ballivos, ac alios Officiarios quoscúmque, & Officia quæcúmque Archiepiscopatui prædicto pertinentia, durante Vacatione prædictâ, Assignandi, Faciendi, & Donandi, omnésque & singulos Officiarios dicto Archiepiscopatui nunc pertinentes ad libitum *ipsius Episcopi* Amovendi, absque impetitione, impedimento, perturbatione, seu gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque;

Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo aut certitudine Præmissorum seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus *eidem Episcopo* per Nos ante hæc tempora factis in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Acto, sive Ordinatione, indè in contrarium facta, edita, sive ordinata,

A. D. 1486. nata, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacumque, non obstante.
Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Julii. A. D. 1486. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

Conventiones cum Duce Britanniæ.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Ex Autogr.

A Tous ceulx, qui ces Presentes verront ou orront, *Jehan le Bouteillier* Chivalier Seigneur de Maupartuys Chambellan, *Jehan Troussier* Chantre de Saint Malo, *Rolland de la Villeeon* Seneschal de Hennebout, & *Francoys du Pou* Secretaire, Conseilliers, Orateurs, & Ambassadeurs de Treshault & Puissant Prince *Francois*, par la Grace de Dieu, *Duc de Bretaigne* nôtre Souverain Seigneur, Salut.

Savoir faisons que Nous, Orateurs & Ambassadeurs dessus nommez, par vertu & Auctorite des Lettres de nôtre dit Prince a Nous baillees (la Teneur des quelles sera cy apres inseree de mot en mot) ayans Communication & Traicte avecques, Reverend en Dieu Honnorables Saiges & Discreetes Personnes, *Jehan Evesque de Lincolne*, *Thomas Boteler Conte de Ormont* Chambellan de la Royaune d'Angleterre, Maistres *Henry Aynesworth* Docteur es Loys Secundaire en l'Office du Prive Seel, & *Jehan Bailli* Chappelain du Roy & Chanoine de la Chappelle Royalle de Wyndesores, Conseilliers de Treshault, Tresexcellent, & Trespuissant Prince *Henry*, par la mesme Grace, *Roy d'Angleterre*, ses Commissaires & Deputez o toute Puissance & Commission par Lettres Patentes du dit Roy (la Teneur des quelles sera aussi Inseree cy apres de mot a mot) sur une Treue, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandise, qui devant ces heurs ont este prinses & accordees entre les ditz Princes d'une Coste & d'autre, a durer jusques a la fin d'un An des le Commencement d'icelles, qui n'est encores expire, & en quelle forme & maniere pour le Bien, Utilite, & Prouffit des ditz Princes leurs Pails & Subgectz les dites Treues, & Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandise, puissent estre Prorogez on Prinses de Nouveau, apres plusieurs Ouvertures & Communications en celle Matiere, ayans es gard & consideration aux bonnes & grandes Amour & Affection qui sont entre les ditz Princes, & aussi comment bonnes Treues, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandise, out este ou temps passe entretenuz & gardez entre les *Roys d'Angleterre* & les *Ducs de Bretaigne* au Bien & Utilite Commun des dites Parties, A. D. 1486.

Pour celles & autres Causes, Nous mouvans, eu sur ce par entre Nous bon advis & meure deliberation, Nous & les ditz Commissaires avons par les vertuz des ditz Pouoirs, a Nous sur ce baillez de chascun de noz Princes Respectivement, si comme dessus est dit, Communique, Traicte, Appoincte, Accorde, & Conclud, sans Deroger ou Prejudicier a la Treue qui a present est, & dure jusques a temps a venir, une Treue, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandise de Nouveau entre les ditz Princes, pour Eulx, leurs Paiis, Terres, Seigneuries, & Subgectz, a durer jusques aux Termes qui sont declarez es Articles & Forme qui ensuivent,

Comme, pour obvier aux innumerables Maux & Inconveniens de la Guerre, soit necessaire d'avoir & tenir Treues & Entrecours de Marchandise entre le Royaume d'Angleterre & le Duche de Bretaigne, Accorde, Passe, & Conclud est que entre Treshault, Trespuissant, & Tresexcellent Prince *Henry*, par la Grace de Dieu, *Roy d'Angleterre*, pour Lui, son Royaume d'Angleterre, Seigneurie d'Yrlande, Ville & Marches de Calays, & autres ses Villes, Places, Terres, & Seigneures quelzconques a lui appartenants ou estans en son Obeissance Garde & Gouvernement, & generalement & especialement pour tous & chascuns ses Hommes, Vassaulx, Feaulx, Subgectz, Serviteurs, Paiis, Places, Terres, & Seignenries, tant de la que deca la Mer, sur Mer & sur Riviere, en quelzconques Lieux qui soient situez & assiis, quelles il a de present ou pourra avoir cy apres d'une Part, & Treshault & Trespuissant Prince *Francys*, par icelle mesme Grace, *Duc de Bretaigne*, *Conte de Montfort*, *de Richemont*, *d'Estampes*, *& de Vertuz*, pour Lui, ses Paiis, Terres, Seigneuries, & Subgectz d'autre Part, soient Seur Estat, Treues, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandise, commencent au Jour & Dabte de ces Presentes, & a durer jusques a Temps & Terme qui sera dit cy apres; cestassavoir,

Quant

A. D. 1486 Hen. 7.

Quant aux Treues & Abstinence de Guerre, que le dit *Duc de Bretaigne*, durant les dites Treues & Abstinence de Guerre, ne fera, ne ne souffrera, ne ne permettre faite Guerre, Grief, Prejudice, ne Dommaige, par Mer ou par Terre, en maniere quelconque, par Lui, ses Hommes, Vassaulx, Feaulx, Serviteurs, & Subgectz au dit *Roy d'Angleterre*, ses Hommes, Vassaulx, Feaulx, Subgectz, & Serviteurs, Places, Paiis, Terres, & Seigneuries quelzconques, qu'il ayt tient a present, ou qu'il pourroit avoir cy apres en Garde & Gouvernement, ne a aucuns d'iceulx: & aussi le dit *Duc* ne soustendra souffrera ne permettra aucun ou aucuns, de quelque estat ou condition qu'ilz soient, en nulz de ses ditz Portz, Places, Villes, ne Fortresses, de ses dites Paiis, Terres, & Seigneuries, a lui appartenants ou estans en son Obeissance, Garde, & Gouvernement, ne ne baillera Gens a Personnes quelzconques, soit a la Querelle de Lui ou a Querelle d'autrui, pour faire Guerre, ne porter Grief, Prejudice, on Dommaige, au dit *Roy d'Angleterre*, ses Hommes, Vassaulx, Feodaulx, Subgjetz, Serviteurs, Paiis, Terres, & Seigneuries, qu'il a de present & aura cy apres a lui appartenans ou estans en sa Garde & Gouvernement comme dit est; ne le dit *Duc* ne souffrera ne parmettra que aucuns de ses Cappitaines, Feaulx, Vassaulx, Subjectz, ou Serviteurs quelzconques, soit a la Querelle du dit *Duc* ou a Querelle d'autrui, facent Guerre, portant Grief, Prejudice, ou Dommaige au dit *Roy*, ne a ses ditz Hommes, Vassaulx, Feaulx, Subgectz, Serviteurs, Paiis, Places, Terres, & Seigneuries quelzconques a lui appartenants ou qui a lui appartendront ou seront en sa Garde & Gouvernement, ne a aucuns d'iceulx.

Item, que, durant le temps des dites Treues & Abstinences, le dit *Roy d'Angleterre* ne le *dit Duc* ne pourront Prendre ne faire Prendre ne Conquerir l'un sur l'autre, par Force, Aquet, Eschelle, Siege, Assault, Deceprion, ou autre quelconque maniere, Places, Villes, Chasteaulx, on Fortresses: Et, se les Cappitalnes ou Manans on Habitans d'aucunes Citez, bonnes Villes, Chasteaulx, Places, ou Fortresses d'aucunes des dites Parties, se vouloient Rendre & Bailler les dites Places & Retourner de leur propre voulente de l'un Party a l'autre, ilz ne feront a ce Receuz, alns feront & demourront on mesme point & en l'estat qu'ils sont de present, ou qu'ilz estoient devant celle Prinse, Aquet de Siege, Eschelle, Assault, & Deception.

A. D. 1486. Hen. 7.

Item, que toutes manieres de Gens, tant d'Eglise Nobles que Bourgoys, Marchans, Mecanicques, Laboureux, & autres quelzconqnes, comprins en ces presentes Abstinences, pourront estre Demourer & faire leurs Labeurs, Marchandises, & autres Besongnes, & Aller & Venir en leurs autres singuliers Afaires en tous les Lieux de leur Parti, comprins en ces Presentes Abstinences de Guerre, Seurement & Sauvement; aussi pourront les Subgectz d'une Part & d'autre, avec leurs Navires, Biens, & Marchandises, Aller & Venir, par Mer, Rivieres, & Eaues doulces, en tous autres Paiis & Contrees ou ilz auront a Marchander, sans ce que ceulx d'un Parti soient Empeschez, Troublez, Vexez, ne Travaillez, par ceulx de lautre Parti, en leurs Personnes, Navires, Bastiaux, Marchandises, ou autres leurs Choses & Biens quelzconques, par Prinsons, Appatiz, Courses, Fourrages, ne autrement, en quelque maniere que ce soit ou puisse estre.

Item, que tous Ambassadeurs, Messagiers, & Transmis de l'un Parti en l'autre (c'estassavoir) du dit *Roy d'Angleterre* devers *le dit Duc*, on du *dit Duc* devers *le dit Roy*, Armez ou Desarmez ainsi que sera necessaire ou proussitable pour la seurte d'Eulx, ou de leurs Biens & Navires, Pourront, durant la dite Treue & Abstinence de Guerre, par Mer, par Terre, par Rivieres, & Eaues doulces, Aller, Venir, Sejourner, & Demourer es Paiis, & Obeissances de chascune des dites Parties, comprins es dites Abstinences de Guerre, ainsi qu'il leur plaira, pour Besongner es Ambassades, Messaiges, & Commissions qui leurs seront commises & ordonnees par les Princes de l'un Parti & de l'autre Respectivement, & eulx en Retourner en leur Parti quant il leur plaira seurement & sauvement, sans ce qu'il leur soit Besoing avoir autre Saufconduit ne Seurte de l'un Parti ne de l'autre, mais seulement qu'ilz monstrent poner Lettres ou Messaiges des Princes de l'un Parti ou de l'autre.

Item, s'il avenoit que, par aucun ou aucuns Subgectz *du dit Roy* ou du *dit Duc*, feust commise on attempte aucune Chose contraire ou prejudiciable a ses dites Treues & Abstinences, feust par voye de Fait de Guerre, ou autrement, icelles Treues & Abstinences, ne seront pour tant Rompues ne Enfraintes, mais les Infracteurs ou faisans Guerre seront tenuz & contrainctz de Reparer leurs Attemptatz

A.D. 1486. Hen. 7. Attemptatz & Meffaiz qu'iz auront en ce commis: Et auffi feront ilz Puniz comme Infracteurs de Treues felon l'exigence des Cas (ceftaffavoir) les Hommes, Subgectz & Serviteurs *du dit Roy* Comprins en ces dites Abftinences par *icellui Roy*, & les Hommes, Serviteurs, & Subgectz *du dit Duc* comprins en fes dites Abftinences *par celui Duc*; les quelles Abftinences, Treues, & Sur Eftat, feront & demouront en leur force, vertu, & valeur, *depuis le Dabte de ces Prefentes, la Vye durant des ditz Roy & Duc*, *& jufques au Decex avenu de celui d'eulx qui Premier Decedera*.

ET, EN OULTRE, quant a l'Entrecours, Communication de Marchandife, Pefcherie de Mer, & autres Chofes neceffaires, *Commencent au Jour & Dabte de ces dites Prefentes, & a durer jufques au Temps & Terme qui fera dit cy apres*, d'entre *le dit Roy*, fes Paiis, Seigneuries, & Subgectz d'une Part, & *le dit Duc*, fes Paiis, Seigneuries, & Subgectz d'autre, a efte entre Nous Ambaffadeurs & Deputez du *dit Duc*, & les ditz Commiffaires & Deputez du *dit Roy*, & par vertu des Puiffances a Nous donnees (dont les Teneurs feront cy apres Inferees de mot a mot ainfi que dit eft) Appoincte, Paffe, Conclud, & Accorde en la forme & maniere qui enfuit;

PREMIEREMENT, que tous Marchans, tant du dit Royaume d'Angleterre, Seigneurie d'Irlande & de Calais, que autres Villes & Seigneuries du *dit Roy*, comme auffi les Marchans du dites Paiis & Duche de Bretaigne, foient Marchans de Laynes, de Draps, de Toilles, de Vins, de Fruiz, de Cuirs, de Vitailles, de Harnoys, d'Armeures, d'Artillerie, de Chevaulx, ou d'autres Beftiaulx, ou de quelxconques autres Marchandifes, leurs Facteurs ou Familiers puiffent feurement Aller, par Mer, Rivieres, & Eauees doulces, & par Navire & par Terre, a Pie ou a Cheval, en paffant & traverfant d'icelui Paiis d'Angleterre, d'Irlande & de Calais, ou dites Paiis & Duche de Bretaigne, & du dit Paiis & Duche es dites Paiis d'Angleterre, d'Irlande, & de Calais, ou mefmes par les dites Paiis, tant d'un Parti que d'autre, enfemble leurs Biens & Marchandifes, & Marchander les ungs avecques les autres de toutes manieres de Marchandifes, tant Vivres, Armeures, Artillerie que autres: & Mener & Ramener ou faire Mener & Ramener d'Angleterre, Yrlande, ou Calays ou dit Duche, & d'icelui Duche ou d'autres Contrees en Angleterre, Yrlande, ou Calays, Vivres, Harnoys, Armeures, Artillerie, & autres Chofes quelzconques; & que les ditz Marchans, leurs Facteurs, & Familiers puiffent, chafcun d'eulx a qu'il fera neceffaire, Achater & avoir Franchement de ceulx de l'autre Cofte des Vivres, & les Mener par Mer, Rivieres, Eaues doulces, par Terre, en & oultre la Mer, les ungs aux autres; ceftaffavoir, ceulx d'Angleterre, Yrland, & Calays en Bretaigne: Et ceulx de Bretaigne es dits Paiis & Seigneuries d'Angleterre, Irlande, & Calays, fans Empefchement, Deftourbier, ou Deffence quelzconques, ne pour ce encourir en aucune Paine, & fans en eftre Reprins en aucune maniere des Seigneuries d'un Cofte ne d'autre, ue de leurs Jufticiers, Officiers, & Subgitz.

ITEM, que tous Marchans d'Angleterre, d'Irlande, & de Calays, foient de Laines, de Draps, de Toilles, de Vins, de Cuirs, de Vitailles, ou de quelzconques autres Marchandifes, leurs Facteurs & Familiers, Maiftres de Nefz & Mariniers, puiffent Aller & Venir par Mer, Rivieres, & Eaues doulces, Paffer, Repaffer, Convenir, Venir, Eftre, & Demourer feurement ou dits Paiis & Duche de Bretaigne, & dedans les Portz & Haures d'icelui, a tous leurs Biens, Marchandifes, & Nefz & Marchandes, avec tous Marchans du dites Paiis & autres Marchans quelzconques, & leurs Facteurs & Familiers, de toutes manieres de Marchandifes, tant Vivres, Harnoys, Armeures, Artillerie, que autres Chofes quelzconques, en partir avecques leurs dites Nefz, Biens, & Marchandifes, Vivres & autres, qu'ilz pourront Ramener & Retourner feurement; & que pareillement tous Marchans du dites Pais & Duche de Bretaigne, foient Marchans de Laines, de Draps, de Toilles, de Vins, de Cuirs, de Vitailles, ou de quelzconques autres Marchandifes, leurs Facteurs, Familiers, Maiftres de Nefz, & Mariniers, puiffent Aler, Paffer, Repaffer par Mer, Rivieres, & Eaues doulces, Converfer, Eftre, & Demourer, feurement ou dit Royaume d'Angleterre, en Yrlande, a Calais, & dedens les Ports & Haures d'iceulx Royaume Paiis & Villes, auctorifez par *le dit Roy* (ceftaffavoir) es Ports & Haures, ou Couftumiers & autres Officiers font par Lui ordonnez pour vacquer & entendre fur l'Entre & Yffue des Nefs & Marchandifes, & non en autres) avecques leurs Biens, Marchandifes, & Nefz, & Marchander avecques tous Marchans Angloys, & autres, & leurs Facteurs & Familiers de toutes Marchandifes, tant Vivres, Harnoys, Armeures, Artillerie comme autres, en mener es Ports deffufditz en Angleterre,

A. D. 1486 Hen. 7. en Yrlande, & a Calays, leurs Biens propres Vivres & autres, & les Biens d'autres du dites Paiis & Duche, & en Partir & Retourner feurement a tout leurs ditz Biens, Marchandises, & Nefz; & aussi que les ditz Marchans, leurs Facteurs, & Familiers puissent, chascune d'eulx a qui il sera necessaire, Achater & avoir franchement de ceulx de l'autre Parti, des Vivres & les amener par Mer, Rivieres, & Eaues doulces, les ungs aux autres; cestassavoir, ceulx d'Angleterre, d'Irland, & de Calays, ou dites Paiis & Duche de Bretaigne: & ceulx du dites Paiis & Duche en Angleterre, en Yrland, & a Calays, sans estre Reprins de ce qu'ilz auront ainsi fait des Seigneuries de l'un Parti ne de l'autre, ne de leurs Officiers; ne que par ceulx de la Partie d'Angleterre, aux Marchans du dites Paiis & Duche Dommaige, Destourbier, ne Empeschement soit fait, ne aussi par ceulx de Bretaigne aux Marchans de la Partie d'Angleterre, par voye de fait pour cause de Guerre, Pillerie, faicte ou a faire, ne autrement en aucune maniere, pour quelconque Cause, en gardant & payant, au Regard des Marchans d'Angleterre, d'Irland, & de Calais, ou dites Paiis & Duche des Marchandises qu'ilz Ameneront & Rameneront; & semblablement, au Regard des Marchans du dites Pais & Duche es ditz Royaume & Paiis d'Angleterre, d'Irlande, & de Calais, des Marchandises qu'ilz y Meneront & Rameneront, les Droiz, Coustumes, Tollieux, & Devoirs, a present & par cy devant deuz & acoustumez: Et, au Regard des Marchans d'un Coste & d'autre, touchant les Marchandises qu'ilz meneront & conduiront, chascun de son Party, ilz en paieront les Tollieux, Coustumes, & Devoirs a l'Ordonnence de leur Prince & Seigneur, selon qu'ilz auront cours eu leurs Paiis: Et par ce n'est point entendu Prejudicier au Prince ou Seigneur d'une Part & d'autre, de mettre en ses Paiis & Seigneuries les Tollieus & Devoirs, au Regard de ses Subgectz, que bon lui semblera; parmy ce que les ditz Marchans, d'un Coste & d'autre, Facteurs & Familiers, Maistres de Nefz, & Mariniers, pourront & a eulx sera loisible d'avoir avecques eulx, en leurs Nefz, Armures, & Artilleries, pour la Garde & Sauvement de leurs Corps & Biens en alant par Mer, Rivieres, & Eaues doulces, & icelles amener avecques eulx en quelzconques Haures qu'ilz arrivent, les quelles Armeures a lysser de leurs Nefz ilz laisseront en leurs dites Nefz ou Vasseaulx, Excepte Coustel, Dague, ou Espee qu'ilz pourront porter si bon leur semble jusques a leurs Hostelz, ou ilz seront tenuz de laisser leurs ditz Espees: Et aussi pourront Porter & Rapporter les Harnoys, Armeures, & Artilleries, dont ilz se Marchanderont, en excercent & administrant le fait de leur Marchandise, & non autrement: Toutesvoyes pourra le Prince d'un Coste ou d'autre, pour Cause Raisonnable, comme pour necessite ou chierte de Vivres, faire Deffence, au Regard de telles manieres de Vivres, qu'il lui semblera estre a faire pour le Bien de Lui & de ses Subgectz, non obstant ce present Accord: Et s'il avenoit que aucuns Nefz, par fortune de Mer ou par Chasse d'Ennemis, feussent contrainctz de prendre aucuns Portz ou Haures ou dit Royaume, qui ne feroient auctorisez comme dit est, en ce Cas elles pourront entrer & estre Seurement es Portz & Havres, sans ce que l'on puisse icelles esteans dites Havres & Portz charger mettre ne descharger quelzconques Denrees ne Marchandises, Vivres, & autres Choses, & s'eu Retourner quant bon leur semblera. A. D. 1486 Hen. 7.

Item, que les dits Marchans d'Angleterre, leurs Facteurs, & Familiers, Maistres de Nefz & Mariniers, pourront estre converser & demourer seurement, ou dit Paiis de Bretaigne, es Portz & Havres d'icelui, avec leurs Biens, Nefz, & Marchandises quelzconques, Vivres & autres: Et semblablement les Marchans du dit Paiis de Bretaigne, leurs Facteurs & Familiers, Maistres de Nefz & Mariniers, pourront estre & converser seurement ou dit Royaume d'Angleterre, en Yrlande, & Calays, es Portz & Havrees d'Angleterre, d'Yrlande, & de Calays, sans ce que par ceulx du dit Paiis de Bretaigne soit Meffait ou donne Empeschement ne Destourbier aux Marchans de la Partye d'Angleterre; ne par ceulx d'icelles Parties d'Angleterre, Yrlande, & Calays, aux Marchans du dit Paiis de Bretaigne, ne a leurs Facteurs, Familiers, Maistres de Nefz, & Mariniers d'un Coste & d'autre, par voye de Fait, par Cause de Guerre, Pillerie, Roberie fait ou a faire, ne autrement en aucune maniere; ne aussi que les Marchans de la Partie d'Angleterre & du dit Paiis de Bretaigne, leurs Facteurs & Familiers, Maistres de Nefz & Mariniers, pourront de l'un Partie entrer es Villes fermees de l'autre Partie, sans en demander Congie, fors pour la premier foiz seulement, a chascune venue qu'ilz feront de l'un Paiis en l'autre; Pourveu que aux Portes des dites Villes, ou il sera besoing que les dits

A. D. 1486. Hen. 7. Marchans leurs Facteurs, & Familiers, Maistres de Nefz & Mariniers, demandent Congie, soient mys certaines Gens qui ayent Pouoir de leur donner le dite Congie d'entree: Et ou cas qu'ilz ne trouveront aucuns des Gens aus dits Portez, Ilz pourront licitement & sans aucun empeschement entrer, chevaucher, ou aller Jusques a leurs Hostelz & Logeix, & Illecques demouret saus partir Jusques a ce que leur Hostes ayent signiffie leur Venue aux Cappitaines ou Officers des dites Villes: Les qu'ilz Hostes ou leurs Servans, apres qu'ilz en seront Requis, seront tenuz, tantost sur la Venue des dits Marchans, de faire Signiffiance de leur Venue aus ditz Cappitains ou Officiers: Et ou cas que, par Negligence ou autrement, la dite Signiffiance ne feroit faicte, les dits Marchans, dedans deux Heurs apres leur Venue, pourront departir aller & passer avant sur leur Chemin en leurs Affaires; & s'ilz tronvoient aus ditz Portes aucune Personne ou Personnes, & par leur Congie Ilz entrent es dites Villes fermees, Ilz ne forferont Riens, Jaczoit ce que Icelui ou ceulx, qui leur auront donne le dit Congie, n'en eussent aucune Puissance; Mais l'eussent fait par simplesse fraude ou mal engin.

Item, que tous Pelerins d'un Coste ou d'autre en allant en Pellerinaige, ne aussi les Clercs d'Angleterre, d'Irlande, ou de Calays, ne autres de quelque condition qu'ilz soient, d'Eglise ou autres allans vers la Court de Rome, ou le Concile General, aux Estudes generalles, ou ailleurs, & en Retournant, puissent entrer par Met Rivieres & Eaues duulces, & aussi par Terre a Pie & a Cheval, ou autrement, ceulx de l'une Partie au Paiis de l'autre Partie, Passer & Repasser paisiblement par Iceulx, & y ester surement & franchement, sans ce que par Iceulx du dite Duche soit en Icelui Duche Meffait donne Empeschement ne Destourbier aux Pellerins Clercs ou autres dessus declarez de la Partie d'Angleterre, ne par Iceulx du dite Paiis d'Angleterre aut Pellerins Clercs & autres du dites Paiis de Bretaigne, pat voye de fair par Cause de Guerre Pillerie ou Roberie faicte ou a faire ne autrement en aucune maniere; Pourveu que, a l'entree des Villes fermees, Ilz prendront Congie aux Gardes des Portes pour y entrer; &, si mestier est & ilz en soient Requis es entrees des dires Villes fermees, ceulx de l'une Partie feront Serement a l'autre Partie que pour Mal faire ou pourchasser a l'autre Partie ses Subgectz Villes ou Pays, Ilz ne passent par Icelles; du quel Serement, sans autre Contraincte ou Empeschement, seront creuz: & pourveu aussi que es Portes des dites villes fermees, ou Il sera Besoing aus ditz Pellerins Clers & autres dessusditz de demander Congie, soient mys certains Gens qui auront le Povoir de leur donner Congie d'Entrer, & de Recevoir d'eulx le dit Serement se mestier est en la maniere dessus dites: Et ou Cas qu'ilz ne troveroient aucuns telz Gens aus ditz Portes, Ilz pourront licitement & sans aucun empeschement Entrer Chevaucher ou aller Jusques a leurs Hostelz, & Ilecques Demourer sans en partir Jusques a ce que leurs Hostes auront signiffie leur Venue aux Cappitaines ou Officiers des dites Villes: Les quelz Hostes ou leurs Servans, apres qu'ilz en seront Requis, seront tenuz tautost, sur la Venue des Pellerins Clercs ou autres dessus declairez, de faire Signiffians de leur Venue aus ditz Cappitaines & Officiers: Et ou Cas, que par negligence ou autrement la dite Signiffiance ne feroit faicte, les diz Pellerins Clercs ou autres dessus declairez, dedens Deux Heures apres leur Venue, pourront Departir Passer & Aller avant sur leur Chemin & en leurs Affaires; & s'ilz treuvent aus ditz Portes aucunes Personnes ou Personne, & par leurs Congie Ilz feussent entrez es dites Villes fermees, Ilz ne forferont Riens, Ja coit ce que celui ou ceulx, qui leur auront donne le dite Congie, n'en eussent aucune Puissance, mais l'eussent fait par simplesse fraude ou mal engin.

Item, que tous Peschcurs, tant d'Angleterre, Yrlande, Calais, que Bretaigne, quelz qu'ilz soient, pourront paisiblement aller par tout sur Mer, pour gaigner leur Vivre sans Empeschement ne Destourbier de l'une Partie ne de l'autre & sans qu'il leur soit Besoing sur ce Retenir ne Obtenir aucune licence Congie ne Saufconduit: Et avecques ce se fortune ou autre aventure chassoit ou amenoit les ditz Pescheurs de la Partie d'Angleterre en aucuns des Portz & Havres des Destroitz ou Dangiers du dite Duche; ou les Pescheurs du dite Duche, en aucuns des Portz & Havres ou Dangiers, du dites Royaume d'Angleterre, d'Irland, & de Calais, qu'ilz soient paisiblement & franchement Receuz & Traictez raisonablement d'une Couste & d'autre, en Payant aux Lieux ou Ilz arriveront Les Tolieux Coustumes & Devoirs acoustumez; & d'i-

A. D. 1486. Hen. 7. d'ilec puissent liberallement Retourner a tous leurs Nefz Apparelz & Biens sans Destourbier Arrest ne Empeschement; Pourveu que par les ditz Peschеurs d'ung Couste & d'autre ne soit commise aucune Fraude ne fait Dommaige.

Item, que es dites Portz d'Angleterre, d'Irland, & de Calais aucuns Escumeurs ne gens labourans sur la Guerre ne aussi Marchans Marriniers ne autres de quelque Condition, soient Angloys, Yrlandoys, Francois, ou autres de quelque Nation, ne seront souffertz Entrer ne Yssyr pour faire Grevance a Marchans, Facteurs, leurs Familiers, Maistres de Nefz, Mariniers, Pellerins, Cleres, & Pescheurs de Bretaigne, ne a leurs Biens & Marchandises, aincoys Gardera a son povoir le dit Roy les Marchans Mariniers, & antres Gens du dit Paiis de Bretaigne, qui yront es dites Portz & Havres de toute Oppression & Dommaige que leur vouldroient faire les Subgectz *du dit Roy*, ou autres quelconques soient Ennemys du dite Paiis de Bretaigne, ou autres quelzconques; & aussi es Portz & Havres estans on dite Pays de Bretaigne aucuns Escumeurs ne Gens labourans sur Guerre, ne aussi Marchans, Mariniers, ne autres de quelque condition, soient Bretons Francoys ou d'autres de quelque Nation ne seront souffers Entrer, ne Yssyr pour faire Grevance a Marchans Facteurs leurs Familiers Maistres de Nefz, Mariniers, Cleres, & Pescheurs de la partie d'Angleterre, ne a leurs Biens, & Marchandises, aincois seront Gardez le mieulx que faire se pourra les Marchans, Mariniers, & Subgectz, du dite Party d'Angleterre, qui vendront es ditz Portz & Havres, de toute Oppression & Dommaige que leurs vouldroient faire les ditz Bretons, ou autres quelzconques soient Ennemys des Gens du Party d'Angleterre, ou autres.

Item, se, durant ce present Traicte, aucun Dommaige, que Dieu ne vuelle, estoir faict d'un Coste ou d'autre contre ce present Accord, Pourquoy Il convensist faire Requeste ou Poursuite que la Personne ou Personnes, de quelque Estat qu'ilz soient Jusques au Nombre de Dix Personnes & au tanr de Chaulx ou au dessoubz, que de la Partie d'Angleterre (C'estassavoir) de par *le dit Roy*, ses Chancelier, Admiral, Tresorier, ou Chambellan qui pour lors seront; Et de la part *du dit Duc*, ses Chancellier, Mareschal, Admiral, & Graut Maistre, qui pour lors seront, Seront pour telles causes envoyez en Angleterre, Yrlande a Calays, ou allieurs, d'un Coste, ou d'autre, pourront Passer par Terre, ou par Mer, Riviers, ou Eaues doulces seurement Entrer, & Demourer franchement es Villes fermees pareillement que dessus est declaire des autres Marchans d'un Coste & d'autre, & attendre a la poursuit de leurs Besognes par vertu de ce present Accord sans empeschement ne avoir pour ce autre Saufconduit.

Item, &, se par Escumeurs ou autres labourans sur la Guerre aucuns Biens, des Marchans de l'un ou autre Part, estoient Prins sur Mer on Rivieres & Eaues doulces, & Amenez en aucuns des Portz & Havres d'un Partie ou de l'autre, que Iceulx Biens ne pourront Illecques estre Venduz ne Alienez sur Terre ne mys a Terre par les ditz Escumeurs ou autres quelzconques, Amys ou Ennemys; Et s'ilz estoienr ainsi Venduz, ou Alienuez sur Terre, ou mys a Terre, Restitution sera faicte des ditz Biens ou de leurs Valeurs Aux Marchans, Facteurs, ou Mariniers sur les quelz auront este Prins; Et auront les Officiers des Lieux Mandement, expres par Lettres patentes, tel quil appartendra de faire, faire la dite Restitution, toutes les foiz que le Cas y eschera, sur Paine de les Recouvrer sur eulx si les ditz Biens estoiont ainsi Venduz ou Alienez a Terre ou mys a Terre; de leur sceu ou souffrance & avecques ce sera fait Deffence es Portz & Havres, d'un Coste & d'autre, sur certaines & grosses Paines, que aucune de quelque Nation qu'il soit ne Achate a Terre ne pour Mettre a Terre aucuns des ditz Biens.

Item, que es Victuailles Marchandises & autres Biens venans & alans du dit Paiis de Bretaigne ou de quelque Party que ce soit vers le dites Royaume d'Angleterre, Yrland, ou Calays, on aussi venans du dite Paiis d'Angleterre ou de quelque autre Pays ou dite Pays de Bretaigne pour quelzconques Personnes, non Enemys a l'une Partie ne a l'autre, & en quelzconques Vaisseaux qui soient menez, ne sera par ceulx de l'une Partye ne de l'autre mys Empeschement ne Destourbier en quelconque maniere.

Item, Se, durant le temps de ce present Accord, aucuns Vasseaulx des Marchans, de la Partie d'Angleterre ou de Bretaigne, Chargez ou non Chargez, estoient par fortune de Tempest, par Force de Ventz, ou autrement Chassez, Ceulx de l'une Partie en aucuns des Portz & Havres de l'autre Partie,

A. D. 1486. Hen. 7. Partie, les dits Vasseaulx Avecques les ditz Marchans & Mariniers estans en Iceulx seront Receuz seurement & s'en pourront Partir franchement a tous leurs Biens & Marchandises sans contredit ne destourbier; Pourveu qu'ilz ne mettront a Terre, ne en autres Vaisseaux, leurs dits Biens, & Marchandises sans Congie & Licence des Officiers du Prince du Paiis ou autres ayans Povoir a ce.

ITEM, que les Maistres des Nefz, & Mariniers de la Partie d'Angleterre, a leur Venue, es Portz & Havres de Bretaigne, pourront faire licitement lyer leurs Nefz es ditz Ports & Havres, par la maniere que font les Bretons, sans encourir pour ce en aucune Forsaicture au Amende, Sauf en ce qu'est les Places de Saint Mailo, Brest, & Tonq; es quelles ne feront Entree de leurs Navires, es Petitz Havres d'iceulx, sans le Congie, des Cappitaines des Lieux, ou autres Officiers ayans Povoir a ce; Et semblablement le pourront faire les Maistres, des Nefz, & Mariniers de Bretaigne, es Portz & Havres d'Angletere, sans & Excepte les Portz & Havres que Pareillement, par le Roy, seront Exceptez.

ITEM, durant ce present Traicte d'Entrecours, les Marchans, Maistres, de Navires, & Mariniers du dite Paiis, de Bretaigne ne ameneront par fraude ou couleur quelconque aucuns Biens, ou Marchandises, des Ennemis *du dit Roy*, ne de ses Subgitz par Mer; &, ou Cas qu'ilz en seront Interrogez par aucuns, Escumeurs ou antres Gens de la Partie d'Angleterre, Ilz en feront Juste & plaine Confession: Et pareillement les Marchans, Maistres de Nefz, & Mariniers de la partie d'Angleterre, ne ameneront par fraude ou coulenr, quelconque aucunes Marchandises ne Biens des Estrangiers & Ennemys, des dite Paiis de Bretaigne; Et s'ilz en estoient Demandez ou Interrogez par aucunes du dite Paiis de Bretaigne, Ilz en feront Juste Confession, comme dit est; Et, par ce que dit est en ce present Traicte, n'est pas entendu que, si les Gens du dite Paiis de Bretaigne mettoient leurs Personnes, Biens, ou Marchandises, en Navires de Partie des Ennemis, *du dit Roy*, non ayans Saufconduit de Lui ne, estans en Treues ne Abstinences de Guerre, avecquecques Lui que les Gens du dite Parti d'Angletere, ne peussent Prendre Acquerir a eulx les Personnes & Biens qu'ilz prendroient, dedens les Navires, Ennemys *du dit Roy*: Et aussi pourront les Gens de Bretaigne Prendre & Acquerir a eulx les Personnes & Biens du Partie d'Angleterre, qu'ilz trouveront en Navire Ennemis du dite Paiis de Bretaigne, non ayans Saufconduit *du Duc*, ne estans en Treue ne Abstinence de Guerre avecques *le dit Duc* Ainsi qu'il est dit de ceulx du dite Party d'Angletere; Mais les Gens d'ung chascun Party pourront Mener & Ramener par Terre, par Mer, Rivieres & Eaues doulces, les ungs d'eulx ou Party de l'autre, & chascun d'eulx en son Party les Biens des Gens, qui ne seront Enemys de l'autre Party, sans qu'ilz en soient Empeschez, neque les Gens d'un Party ne de l'autre y Portent Dommaige en aucune maniere. A. D. 1486. Hen. 7.

ITEM, Se, durant le temps de ce present Accord, aucune Nef ou Vasseau de la Partie d'Angleterre, Charges de Biens ou Marchandises par fortune Tempeste de Mer ou autrement, touchoit a Terre ou Perissoit, sur la Coste, ou Havre de Bretaigne, si en Icelle Nef ou Vasseau, demouroit Homme, Femme, Enfant, Chien, Chat, ou Coq vivant, les Hommes, Biens, ou Marchandises d'icelles demourront sauf a ceulx a qui Il appartendront en Payant Coustage raisonnable a ceulx qui les auront Sauvez, sans ce que les dits Biens puissent estre ditz Confisquez ne Parduz; Et aussi semblablement sera faict observe es Portz & Havres, & autres Parties d'Angleterre, Yrland, & Calays, au Regard des Navires de Bretaigne, qui par la maniere dessusdite toucheront a Terre ou Perilleront.

ITEM, que les Marchans d'Angleterre auront & pourront avoir & tenir es Villes de Bretaigne, Sauf es Villes de Saint Malo Brest & Toncq, es quelles n'auront nulle Demourence, se par les Cappitaines ou Gardes d'icelles Places n'estoit avise ou ordonne Hostelz pour eulx mesmes, & Joyront Illecques de toutes telles & pareilles, Franchises comme les autres Marchans Estrangiers qui ont Entrecours & Comunication de Marchans en Bretaigne, & seront Traictez ausi doulcement & gracieusement comme les autres Nations frecantans en Icelui Paiis Villes & Lieux d'icellui; Et pareillement les Marchans de Bretaigne auront & pourront avoit & tenir es Villes du dits Royaume d'Angleterre, Yrland, Ville & Marche de Calays, Sauf Semblablement es Villes, Lieux, & Places qui par les Lettres *du Roy*, en seront Exceptees, Hostelz pour eulx, & Joyront des dites Franchises & aussi seront Traictez comme dessus

 est

A. D. 1486. Hen. 7.

est dit des dites Marchan d'Angleterre.

ITEM, Ou temps a venir ne sera parmis ne souffert, a nul quelconque Officier ou autre Personne, de la Partie d'Angleterre, a la Requeste de quelque Personne que ce soit, faire faire, ne suffrir estre fait aucun Arrest sur les Personnes de Subgectz *du Duc*, ne sur leurs Biens Navires ne Marchandises, pour quelque Cause que ce soit; Ne pareillement, ne sera souffert faire par les Officiers *du Duc*, sur les Subgectz *du Roy*, leurs Biens, Navires, ne Marchandises, Sans que tout premier, celui ou ceulx qui les vouldront ainsi Arrester apparoissent Mandement du Prince, ou qu'ilz ayant Commendement, Congie, & Licence de ceulx qui auront l'Administration de Justice sur les Lieux, Quelz, Justiciers, & Officiers, seront tenuz de prendre bonne & seure Caution de la Partie qui vouldront faire le dite Arrest, de Satisfaire la Partie, sur la quelle sera fait le dite Arrest, ou sur ses Navires, Biens, ou Marchandises de tous ses Interestz & Dommaiges, qu'il pourra avoir porte ou souffert, portera, ou soufferat a l'occasion d'icellui Arrest par autant qu'il sera de Raison, & sur Paine aus dits Officiers & Justiciers qui feront, ou souffreront estre fait, au contraire, d'en Respondre, Comme de leur propre Fait.

ITEM, s'il avenoit (que Dieu ne vueille) que par aucune de l'une Coste, ou de l'autre aucune Chose feust faicte ou attemptee contre l'Estat de ce present Accord & Seurte en quelque Lieu ou Port par quelque voye, Ja pourtant ce present Accord ne sera tenu, ne entendu Enfraint, ne pour ce Guerre, Arrest, ne Destourbier d'aucun des Personnes touchees en ce Traicte ne sera fait, ne meu; Mais sera fait, Repare par le Segneur de l'un & de l'autre Partie, & mys en son premier, & deu Estat: Et est bien a savoir que, par ce present Traicte & Accord, ne pour riens qui soit contenu en ces Presentes, n'est aunecment contendu Prejudicier ne Defroger Aux Statuz, Constitutions, Ordonnences, Coustumes, Usaiges, Prohibitions, ne Deffences, faictes & establies avant ces heures, tant de la Partie *du dit Roy*, de ses Royaume & Paiis d'Angleterre, d'Yrlande, & de Calays, que aussi de'celles *du Duc* Paiis & Duche de Bretaigne, si bien celles qui concernent l'Estapple de Calays, Comme autres quelzconques; Ains demourront les ditz Statuz, Coustumes, Usaiges, Prohibitions, Defences, & Establissemens, tant d'une Partie que d'autre en leur Vertu, & seront observees & gardees ainsi qu'ilz estoient paravant ces Presentes.

Les quelz Entrecours, Communication de Marchandise, Pescherie de Mer, & autres Choses necessaires dessus declarees, seront & demourront en leur force vertu & valeur, *depuis le Dabte de ces Presentes, la Vye durant des* ditz Roy & Duc, *& par ung An apres la Mort d'icelui des ditz Princes qui premier Decedera.*

TOUTES LES QUELLES ARTICLES & Points, Aussi bien des Treues & Abstinence de Guerre, Comme l'Entrecours, Communication de Marchandise, Pescherie de Mer, & autres Choses en la maniere & forme ce dessus contenuz & declairez, Nous les ditz Orateurs & Ambassadeurs *du dit Duc*, par vertu de nôtre Commission & par l'Auctorite & Puissance d'icelle, AVONS PROMIS & Promettons en bonne Foy ou Nom & pour la Part de notre dit Souverain Seigneur *le Duc*, qu'il Gardera & Observera, & fera Garder & Observer par ses Subgitz, en tant que a lui & a eulx touche & peult toucher, de Point en Point, Inviolablement sans Enfraindre tout ce que dessus selon que dit est; Et que notre dit Souverain Seigneur *le Duc* Ratiffiera & Confermera tout c'est notre Appointement, de mot en mot, par ses Lettres Patentes de Ratiffication & Confirmation, soubz sont Grant Seel, & Icelles fera bailler & Dellvrer, en la Cite de Londres, dedant le Jour & Feste de Toussains prochain venants, au *dit Roy* ses Commis & Depute, qu'el baillera & fera bailler & Dellvrer le Semblable pour nôtre Soverain Seigneur *le Duc*.

Les Teneurs des quelles Commissions, dont cy dessus est fait mention, ensuivent, & sont telz,

FRANCOIS, par la Grace de Dieu, *Duc de Bretaigne, Conte de Montfort, de Richemont, d'Estampes, & de Vertus*; A tous ceulx qui ces presentes Lettres verront & orront, Salut.

Comme par cy devant, entre Treshault & Trespuissant Prince, mon Treshonnore Seigneur & Cousin *le Roy d'Angleterre* de present pour Lui ses Paiis & Subgetz d'une Part, & *Nous* & les

A. D. 1486. Hen. 7. les Nôtres d'autre, aient este prinses, accordees, & conclutes bonnes Treues, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandise, pour durer le temps & espace d'un An, qui de brief finira; Et icelui temps fini se pourroient faire Prinses & Pilleries a la Mer, & ailleurs des Subgetz da l'un Partye sur l'autre, qui pourroient estre cause de Guerre & Division entre mon dit Treshonnore Seigneur & Cousin ses Royaume, Paiis, & Subgetz d'une Part, & Nous, nôtre dit Duchie, Paiis, & Subgetz d'autre, qui Nous seroit a tresgrant Grief & Desplaisir,

Car Nous desirons de tout nôtre cueur vivre en bonne Amour & Union avecques mon dit Treshonnore Seigneur & Cousin, tant pour la grande & singuliere Amour que Lui portons a cause de la Noureture que par plusieurs Ans avons fait de Lui en nôtre Paiis & Duchie, que pour les Sceus, Honneurs, Prudence, & Vaillance qui habondent en sa Personne, aussi pour l'entretenement des bonnes Amitiez, Bienveillances, & Intelligences, que de long temps ont este entre feuz Princes de bonne memorie les *Roys d'Angleterre* Predecesseurs de mon dit Treshonnore Seigneur & Cousin leurs Royaume, Paiis, & Subgectz, & feuz Princes, de clere memoire, noz Predecesseurs *Ducs de Bretaigne*, a qui Dieu Pardoint, Nous nôtre Duchie, Paiis, & Subgectz d'autre,

Pourquoy savoir faisons que Nous,

A plain confians des Sceus, Loyaulte, Experience, & bonne Diligence de, noz bien Amez & Feaulx, *Jehan le Bouteillier* Chivalier Seigneur de Maupartuis, Maistres *Jehan Trousser* Chantre de Saint Malo, *Rolland de la Villeon* nôtre Seneschal de Hennebend, noz Conseilliers & Chambellan, Maistre *Francoys du Pon* nôtre Secretaire,

Iceulx & Deux ou Trois d'eulx avons Fait, Institue, Estably, & Ordonne, & par ces Presantes Faisons, Instituons, Establissons, & Ordonnons, noz Procureurs, Orateurs, Ambassadeurs, & Especiaulx Messaigiers,

Aus quelz & a Deulx ou Trois d'eulx avons Donne & Donnons par ces Presentes plain Povoir, Auctorite, Commission, & Mandement especial, de pour & ou Nom de Nous, noz Duchie, Paiis, & Subgectz, Traicter, Prendre, Accorder, & Conclure avecques mon dit Treshonnore Seigneur & Cousin *le Roy d'Angleterre*, ou ceulx qu'il lui plaira Commettre & Deputer, pour Lui, ses Royaume, Paiis, & Subjectz, Prorogation des dites Treues, Abstinence de Guerre, & Entrecours de Marchandise, jusques a tel temps quel par entre eulx sera avise, y Augmenter, les Interpreter, & Esclarsir, & de Nouveau, si mestier est, les Prendre, Acorder, & Conclure, s'ilz voient qu'il soit Requis pour le Bien de mon dit Treshonnore Seigneur & Cousin ses Royaume, Paiis, & Subgectz, & Nous & les Nôtres, ainsi qu'ilz verront l'avoir a faire, A. D. 1486. Hen. 7.

Et generallement de faire en ce que dessus tout ce que ferions ou faire pourrions si presens estions; Pose que le Cas requiere Mandement plus especial, ou presence de Personne.

Promectons, en bonne Foy & Parolle de Prince, & par les Foy & Serment de nôtre Corps, avoir Ferme, Estable, & Agreable ce que par nos ditz Procureurs, Orateurs, Ambassadeurs, & Especiaulx Messaigiers sera fait & Procure en ce que dessus, & le Ratiffier & en bailler noz Lettres Patentes lors que requis en serons.

En Tesmoing de ce Nous avons Signe ces Presentes & fait seeller de nôtre Grant Seel.

Donne en nôtre *Ville de Nantes* le Cinquisme Jour de Juign, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevingts Seix.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Illustrissimus Princeps Consanguineus noster Carissimus *Franciscus*, eadem Gratiâ, *Dux Britanniæ*, spectabiles & prudentes Viros, *Johannem le Boutiller* Dominum de Maupartuys Militem, Magistros, *Johannem Trousser* Præcantorem Ecclesiæ Maclovienfis, *Rollandum de la Villeon* Seneschallum de Hennebound, Consiliarios, ac Magistrum *Franciscum du Pon* Secretarium, suos Procuratores, Oratores, Ambassiatores, & Nuncios speciales ad Nos destinaverit, cum Potestate, Auctoritate, & Mandato speciali de & super Trengis, Guerrarum Abstinentiâ, & Mercium Intercursu, jam nuper pro uno Anno, in brevi expiraturo, inter *Nos* & dictum Consanguineum nostrum captis & conclusis, Nobiscum aut cum hiis quos deputare vellemus Tractandi, Accordandi, & Concludendi, ipsósque Trengas, Guerrarum Abstinentiam, & Intercursum, ad tale tempus, de quo inter Nos aut Deputatos

A. D. 1486. Hen. 7. putatos nostros ex unâ Parte, & dictos Ambassiatores ex alterâ Parte, poterit concordari, Prorogandi, Augmentandi, Interpretandi, & Declarandi, ac de Novo, si necesse fuerit, Capiendi, Concordandi, & Concludendi, prout ipsis Ambassiatoribus, Nobísque aut Deputatis nostris hujusmodi, pro Bono & Utilitate unius & alterius Partis faciendum videbitur, quemadmodum in Literis Patentibus dicti Consanguinei nostri, *de Dato Quinti Diei Junii apud Villam de Nanntes, Anno instanti*, hæc & alia hujusmodi, Auctoritatem & Potestatem dictis Ambassiatoribus attributam concernentia, pleniùs continentur,

Nos,

Considerantes quàm Placitum sit Deo Auctori Pacis Principes & Populos Christianos Effusionem Christiani Sanguinis devitare, seséque amicabili Communicatione mutuò prosequi, ut sub bona & firma semper Securitate invicem conversentur, ipsius Illustrissimi Principis *Ducis Britanniæ* Consanguinei nostri carissimi votivis Desideriis, pro more Antecessorum nostrorum Regum Angliæ, qui cum, bonæ memoriæ, *Britanniæ Ducibus* Tractatus amicabiles sæpissimè inierunt, morem gerentes,

De Fidelitate igitur, Circumspectione, & Industriâ, Prædilectorum & Fidelium nostrorum, Venerabilis Patris *Johannis Episcopi Lincolniensis*, *Thomæ Bontiller Comitis de Ormont* Carissimæ Conthoralis nostræ Reginæ Camerarii, Magistrorum, *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris Canonici Lincolniensis in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, ac *Johannis Bailli* Capellani nostri ac in Capella nostra Regia de Windesore Canonici, Consiliariorum nostrorum, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios, & Deputatos Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Procuratoribus, Commissariis, & Deputatis nostris, Tribúsque aut Duobus eorum, plenam Potestatem, Auctoritatem, ac Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, Regno nostro Angliæ, Terris, Dominiis, & Subditis nostris quibuscúmque, Tractandi, Concordandi, & Concludendi, cum Oratoribus & Ambassiatoribus dicti Illustrissimi Principis *Francisci Ducis Britanniæ* Consanguinei nostri carissimi supranominatis, pro *ipso Duce* Ducatu suo Britanniæ, Patriis & Subditis suis quibuscúmque, de & super Treugis, Guerrarum Abstinentiâ, & Mercium Intercursu, adhue inter Nos & dictum Consanguineum nostrum durantibus, Prorogandis, Augmentandis, Interpretandis, & Declarandis, & de Novo, si ita visum fuerit oportunum, Capiendis, Concordandis, & Concludendis usque ad tale Tempus de & super quo tàm nostri Commissarii quàm Ambassiatores Ducis antedicti inter se poterunt concordare, & sicut eis pro Bono & Utilitate utriúsque Partis videbitur faciendum,

Et generaliter cætera omnia Faciendi in Præmissis, quæ Nos faceremus seu facere possemus si Præsentes essemus, etiam si talia forent quæ Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes & Promittimus, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per dictos nostros Commissarios, Procuratores, seu Deputatos in forma prædicta Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, aut aliquo Præmissorum, & quòd super hoc dabimus Literas nostras Patentes Confirmatorias quando ad id fuerimus debitè requisiti.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* decimo nono Die Julii, Anno Regni nostri primo.

En Tesmoing de quoy Nous les dites Orateurs & Ambassadeurs du dit *Duc de Bretaigne* nôtre Souverain Seigneur avons Signe ces Presentes de noz Signes Manuelz, & seellez de noz Seaulx en la *Cite de Londres* le xxii. Jour de Juillet, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevinga & Six, pour estre baillees & delivrees au Roy d'Angleterre.

I. le Bouteillier.
J. Troussier.
R. de la Villeon.
F. du Pou.

Sub Sigillis Duobus ceræ rubræ, pendentibus a Caudis Pergamenæ.

Bulla

Bulla de Matrimonio inter Henricum Septimum & Elizabetham Filiam Edwardi Quarti.

R.ta apud me Hie. Balbanum.

A. D. 1486. An. 1. H. 7. Ex Origine.

INNOCENTIUS Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam Rei memoriam.

Redemptoris & Domini nostri Jesu Christi, qui ut Humanum Genus propter Primi Parentis Lapsum Deo Patri reconciliaret, in Crucis Ara Mortem subire, & tandem ad Cœlos Ascensurus, Pacem Discipulis suis Testamento relinquere dignatus est, vices licet immeriti tenentes in Terris, ea quæ Sacrorum Canonum temperato rigore pro Fidelium quorumlibet, potissimè Dignitatis & Prosapiæ prærogativâ fulgentium, perpetuâ Pace & Quiete, ac Animarum Salute, & ut Fideles ipsi, suppressis quibusvis Contentionum & Dissidiorum fomentis, Pacis & Quietis amœnitate fruantur, providè Sedis Apostolicæ Auctoritate facta & concessa cognoscimus, nè in Dubietatis Scrupulum prolabantur, sed perpetuò Firma & Illibata persistant, uberiori ejusdem Sedis Munimine Roboramus, prout, Rerum & Personarum qualitatibus inspectis, cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Dudùm siquidem, cùm carissimus in Christo Filius noster *Henricus Septimus Angliæ Rex*, & Carissima in Christo Filia *Elizabetha Regina & Primogenita*, claræ memoriæ, *Edwardi Quarti dicti Regni nuper Regis*, Illustres Quarto & Quarto Consanguinitatis Gradibus invicem conjuncti, pro Pace in eorum Regno Angliæ nutriendâ & confovendâ, invicem matrimonialiter copulari desiderarent, Venerabilis Frater noster *Jacobus Episcopus Imolensis* Noster & Sedis prædictæ in Angliæ præfato & Scotiæ Regnis cum Potestate Legati de Latere Orator & Commissarius, vigore quarumdam aliarum nostrarum Litterarum, per quas inter cætera eidem *Jacobo Episcopo* cum Duodecim Personis, Quarto Affinitatis vel Consanguinitatis Gradibus invicem se attingentibus & desiderantibus invicem matrimonialiter copulari, ut Matrimonia inter se contrahere, & in eis sic Contractis etiam remanere possent, Dispensandi, Prolémque per eos suscipiendam Legitimam Decernendi, Facultatem Concessimus, cum eisdem *Henrico Rege* & *Elizabethâ Reginâ*, ut, Impedimento Consanguinitatis hujusmodi non obstante, Matrimonium inter se contrahere, & in eo postquam Contractum foret licitè remanere possent, Dispensavit, Prolem, ex hujusmodi inter eos tunc contrahendo Matrimonio suscipiendam, Legitimam Decernendo, prout in ipsius *Jacobi Episcopi* Litteris ejus Sigillo munitis, quarum Tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, pleniùs dicitur contineri.

A. D. 1486.

Postmodùm verò, ut accepimus, *Henricus Rex* & *Elizabetha Regina* præfati, Litterarum *Jacobi Episcopi* & Dispensationis hujusmodi obtentu, Matrimonium inter se per verba legitimè de præsenti contraxerunt, & cum Solemnitatibus in dicto Regno Angliæ observari solitis Solemnizârunt, & tandem Carnali copulâ Consummârunt;

Cùm autem, sicut similiter accepimus, *Henricus Rex* & *Elizabetha Regina* præfati cupiant Præmissis, pro eorum Subsistentiâ firmiori, Robur nostræ Confirmationis adjici,

Nos, qui Regis pacifici vestigia imitando inter Fideles quoslibet, præcipuè præclari Generis Sublimitate conspicuos, ex quorum votivo successu plurimorum dependet Salus Fidelium, Pacis & Tranquillitatis Commoda suppremis desideriis affectamus, ut *Henricus Rex* & *Elizabetha Regina* præfati, liberè & quietè, absque aliquo Conscientiæ Scrupulo, in hujusmodi sic per eos contracto Matrimonio perpetuò permanere valeant, & nè imposterùm de viribus ipsius Matrimonii per quempiam hæsitari contingat providere volentes, Motu proprio, non ad ipsorum *Henrici Regis* & *Elizabethæ Reginæ*, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ Petitionis instantiam, sed de nostra Deliberatione & Voluntate, obtentam per eos a *dicto Episcopo* & Nuncio Dispensationem prædictam, & pront illam concernunt, omniaque & singula in *ejusdem Episcopi* Litteris prædictis contenta & indè secuta quæcúnque Auctoritate Apostolicâ, ex certa Scientia & de Plenitudine Potestatis, Tenore Præsentium, Confirmamus & Approbamus, ac plenum Firmitatis Robur obtinuisse & obtinere, ipsúmque Matrimonium legitimè Contractum fuisse, & Legitimum fore in omnibus & per omnia, perinde ac si cum eisdem *Henrico Rege* & *Elizabetha Regina*, ut Impedimento

A.D. 1486 Hen. 7. prædicto non obstante, invicem matrimonialiter copulari, & in contracto postmodùm per eos Matrimonio remanere possent, suscipiendam ex illo Prolem Legitimam Nuntiando aliàs juxta dictarum Litterarum *Episcopi præfati* continentiam atque formam ab initio per Nos Dispensatum fuisset, & quæ in Præmissis a *dicto Episcopo* facta fuerunt, a Nobis immediatè, nostróque proprio Ore processissent, Motu, Scientiâ, & Auctoritate similibus Decernimus, Supplemúsque omnes & singulos Defectus, tàm Juris, quàm Facti, ac etiam Solemnitatis forsan omissæ, siqui forsan intervenerint in eisdem,

Eosdem *Henricum Regem* & *Elizabetham Reginam*, ac Matrimonium ipsum per eos contractum, Redemptoris præfati, ac Beati Petri & Pauli Apostolorum ejus, Auctoritate Benedicentes,

Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationis Apostolicis, cæterisq; Contrariis quibuscúnque;

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Confirmationis, Approbationis, Constitutionis, Supplectionis, Benedictionis, & Voluntatis infringere &c. A.D. 1486. Hen. 7.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Sexto, Decimo Kal. Augusti, Pontificatûs nostri Anno Secundo.

Gratis de Mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ.

Hie. Balbanus.
Al. de Marcombe.
F. de Suno.
Jo. Cotun.
Ja. de Bosiis gratis.
F. de Parma.
Pro Trap. Ja. Fiella.
H. Koven.
Super Plicam.
L. de Marcellinis.

De Consule Mercatorum, in Civitate Pisana, constituto.

A.D. 1486. An. 1. H. 7. Franc. 1. H. 7. m. 1.

REX omnibus ad quos &c. Salutem.

Quia nonnulli Mercatores & alii Subditi hujus Regni nostri Angliæ habent intentionem, Deo volente, Partes Exteras, maximè ipsas Italiæ, cum suis propriis seu conductis Navibus suis & Mercibus frequentare, tantò libentiùs quantò liberiùs & commodiùs in eis cùm illic applicuerint poterint conversari, volentes ipsorum Quieti & Utilitati quantum possumus providere,

Ac, per experimenta aliarum Nationum, pro certo scientes oportere inter eos aliquem Magistratum peculiarem Erigi & Creari, cujus Judicio & Diffinitioni Lites & Contentiones, quas inter ipsos Subditos nostros Mercatores seu alios, dùm in illis Partibus Moram traxerint, suboriri contigerit, submitti debeant,

Cúmque intellexerimus Civitatem Pisanam, inter alia Loca Italiæ, maximè propitiam futuram aptàmque & convenientem pro Residentia Mercatorum nostrorum hujusmodi,

De Fidelitate igitur, Probitate, & egregiis Virtutibus Dilecti Nobis *Cristofori Spene* Mercatoris Florentini plenissimè confidentes,

De Gratia nostra speciali, & ad humilem Supplicationem Mercatorum Regni nostri Angliæ, & aliorum Subditorum nostrorum, Partes Italiæ, & præcipuè dictam Civitatem Pisanam, Portúmque ibidem, Partésque adjacentes frequentantium, frequentaréve in futurum volentium, A.D. 1486.

Ipsum Cristoforum Præficimus, Constituimus, & Ordinamus *Consulem* & *Præsidentem* super Factis omnium & singulorum Subditorum nostrorum, ad dictam Civitatem Partésque illic ut præmittitur adjacentes confluentium,

Damúsque & Concedimus *eidem Cristoforo*, quantum In Nobis est, Facultatem & Potestatem Causas, Quæstiones, Cotroversias, atque Lites, quas inter ipsos Subditos nostros in Partibus ipsis moveri contigerit, Audiendi, Discutiendi, Terminandi, & Diffiniendi, summariè & de plano, sine strepitu & figura Judicii, quotiens ad id per alteram Partium hujusmodi Diffidentium requisitus fuerit,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi, tàm in Judicio quàm extra, quæ ad Officium Consulatûs & Præsidentiæ hujusmodi de Jure seu Consuetudine aliarum Partium spectare noscuntur;

Mandantes omnibus & singulis Subditis nostris antedictis, cujuscúmque Statûs, Gradûs, Ordinis, Dignitatis, & Præeminentiæ existant, tàm Mercatoribus quàm aliis, qui in futurum ad dictam Civitatem Pisanam, Portúmve, seu alia Loca illic adjacentia accedere, concurrere,

A. D. 1486. Hen. 7. currere, habitare, seu residere curaverint, quatinus eidem *Cristoforo*, in Exercitio suo Officii Consulatûs antedicti, Obedientes sint, Assistentes, & Obtemperantes in omnibus, prout decet:

Et, quia dignus est Operarius Mercede, utque *ipse Cristoforus* tantò diligentiùs Officium hujusmodi pro Pacificandis Subditorum nostrorum Differentiis exequatur quantò Merita & Studia sua ab eis gratiùs intellecta cognoverit, Volumus & Concedimus quòd *ipse Cristoforus* habeat & percipiat, de Valore & Æstimatione omnium & singulorum Mercium & Rerum Venalium, quas in dictis Civitate & Portu per Subditos nostros hujusmodi modo Mercatorio Emi aut Vendi contigerit, Quartam Partem unius Ducati de quolibet Centenario Ducatorum; A. D. 1486. Hen. 7.

Præsentibus quamdiu Nobis placuerit in omnibus & per omnia Valituris, donec has Literas nostras, per Intimationem Publicam *eidem Cristoforo* faciendam, Nos aut aliquis Successorum nostrorum Regum Angliæ aliis Literis Patentibus duxerimus aut duxerit Revocandum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

¶ ¶ *Ratificatio Conventionum per Ducem Britanniæ.*

A. D. 1486. An. 2. H. 7. Ex Autogr. FRancois, par la Grace de Dieu, *Duc de Bretaigne, Comte de Montfort, de Richmont, d'Estampes, & de Vertus*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, ou orront, Salut.

Savoir faisons Nous avoir veu & bien entendu les Appointtemens des Treues, Abstinences de Guerre, & Entrecours de Marchandie, n'agueres prinses, en la Cite de Londres, *le Vingt deuxiesme Jour de Juillet, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevings Seix*,

Entre, noz bien Amez & Feaulx, *Jehan le Bouteillier* Chivalier Seigneur de Maupertuys, Maistre *Jehan Troussier* Chantre de Sainct Mallo, *Rolland de la Villeon* nôtre Seneschal de Henbont, Noz Conseilliers, & Chambellan, & Maistre *Francois du Pou* nôtre Secretaire, Noz Ambassadeurs, Orateurs, & Depputez, d'une Part, &, Saiges & Prudens Hommes, Reverend Pere en Dieu *Jehan Evesque de Lincoln*, Honnorable & Noble Seigneur *Thomas Comtee d'Ormond* Chambellan de Treshaulte & Trespuissant Princesse Ma Treshonnore Dame & Cousine *la Royne d'Angleterre*, Maistres *Henri Aynesworth* Docteur es Loix Chanoine de Lincoln, & *Jehan Bailly* Cappellain & Chanoine en la Chapelle Royalle de Wyndesore, Commissaires, Depputez de Treshault & Trespuissant Prince Mon Treshonneur Seigneur & Cousin *le Roy d'Angleterre*, d'autre Part, passez, accordez, & concluz en la forme & maniere qui ensuit,

A tous ceulx *&c. prout supra Dat. vicesimo secundo Die Julii, usque hæc verba; viz.*

Nous,

Considerans le grant Bien & Utilite, A. D. 1486. que a Nous nôtre Paiis & Duchie, Terres, Seigneuries, & Subgectz par le Moien des Treues, Abstinence de Guerre, Communication, & Entrecours de Marchandies, en la maniere & forme que dessus par nos ditz Ambassadeurs & Depputez prinses, accordees, & conclutes, pourront avenir,

Avons aujourduy, par l'Advis & Deliberation de nôtre Conseil, Accepte, Ratiffie, Conferme, & Approuve, Acceptons, Ratiffions, Confermons, & Approuvons les dites Treues & Abstinence de Guerre, sellon le contenu & effect des Articles dessurditz, durant les Vies de Nous & de nôtre dit Treshonnore Seigneur & Cousin *le Roy d'Angleterre*, & les ditz Articles, Communication, Entrecours de Marchandies, & Pescherie de Mer, durant nos dites Vies & ung An apres la Mort de celuy de Nous qui premier decedra,

Le quel Entrecours, Communication de Marchandies, & Pescherie de Mer, ainsi pour ung An apres prins comme dit est, Nous, pour Nous, noz Hoirs & Successeurs, Duchie, Paiis, Terres, Seigneuries, & Subgectz, Acceptons, Ratiffions, & Confermons pour estre Vallables en tous Cas, qui pourront avenir, tout ainsi comme se a ce faire eussions donne plain Pouoir & Auctorite a nos ditz Ambassadeurs & Depputez,

Quelles Choses & chascune devant Escriptees & Narrees Nous, de nôtre certain Science, pour Nous, nos ditz Hoirs & Successeurs, Paiis & Duchie de Bretaigne, Hommes & Subgectz dessur

A. D. 1486. Hen. 7. ditz, avons Promis & Promettons de bonne Foy & en Parolle de Prince, & sur nôtre Honneur observer & garder tenir & acomplir inviolablement, a nôtre dit Treshonneur Seigneur & Cousin, ses Hoirs & Successeurs, de poinr en point, sellon la Forme & Teneur desur contenu, durant le Temps & Terme desur declare, sans faire ou venir, ne souffrir estre fait ou venir au contraire en maniere quelcomque,

Et que Nous les dites Treues, Abstinence de Guerre, Entrecours de Marchandie, & Pescherie de Mer, & toutes les Choses contenues en ces Presentes, ferons deuement Publier.

Et pour plusgrande Seurte, & en Tesmoing de ce Nous avons signe ces Presentes, & icelles fait seeller de nôtre Seel. A. D. 1486. Hen. 7.

Donne en nôtre *Ville de Nantes* le Septisme Jour de Septembre, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevingtz seix.

FRANCOYS.

Par le Duc de son Commandement.

GUEGUEN.

Sub Sigillo Magno Ducis, ceræ rubræ, pendente a Cauda Pergamenæ.

Conventionum Regis Scotorum Confirmatio.

A. D. 1486. An. 2. H. 7. Ex Autogr.

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos Inspexisse, & ad plenum intellexisse quandam *Indenturam Literam*, certas Conventiones, Concordantias, Conclusiones, & Appunctuamenta in se continentem, penes Captionem & Receptionem Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum, ac Pacis observationem inter Excellentissimum & Potentissimum Principem Fratrem & Consanguineum nostrum *Henricum Angliæ Regem*, suum Regnum, Terras, Dominia, Subditos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúmque ex Parte una, & *Nos*, Regnum nostrum, Terras, Dominia, Subditos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúnque ex Parte altera, pro certis Terminis in dicta *Indentura* expressis & specificatis, factas, initas, conclusas, & concordatas apud Civitatem Londoniensem tertio Die Mensis Julii ultimò præteriti, inter nostros Commissarios, Ambaxiatores, & Procuratores subscriptos ex Parte una, & præfati Excellentissimi Principis *Henrici Regis Angliæ* Commissarios, Procuratores, & Deputatos ex Parte alterâ, A. D. 1486.

Cujus quidem Indenturæ Tenor sequitur sub hac forma,

HÆc INDENTURA,

FACTA inter Nos, *Johannem Wigorniensem* & *Johannem Lincolniensem*, Episcopos, Fratrem *Johannem Weston* Priorem Ordinis Sancti Johannis Jerusalem in Angliâ, & *Johannem Dominum de Dynham*, Milites, *Thomam Lovell* Thesaurarium Cameræ Regiæ, & Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem Canonicum Lincolniensem Secundarium in Officio Privati Sigilli, Excellentissimi Principis Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, Consiliarios & Commissarios ex unâ Parte, ac Reverendum in Christo Patrem *Willielmum Episcopum Abirdonensem*, Spectabiles que Dominos, *Johannem Dominum de Bothvel*, ac *Johannem Dominum de Kenedie*, Milites, Venerabilem Religiosúmque Patrem *Robertum Abbatem Sanctæ Crucis prope Edinburgh*, Egregios Viros, Magistrum *Archibaldum Quhitelaw* Archidiaconum Laudoniæ Secretarium, ac *Johannem Ros* de Mongrenen, Serenissimi Illustrissimique Principis *Jacobi Scotorum Regis* Consiliarios, Commissarios, Oratores, & Nuncios Parte ex alterâ,

TESTATUR quòd Nos Commissarii Domini Regis Angliæ antedicti cum præfatis Oratoribus & Commissariis Domini *Regis Scotorum*, atque ipsi Nobiscum per nonnullos Dies *&c. ut supra tertio Die Julii.*

Quam quidem Indenturam Literam, Conventiones, Concordantias, & Conclusiones in omnibus suis Punctis & Articulis, ac Circumstantiis suis quibuscúnque, secundùm Formam & Tenorem ejusdem, in omnibus & per omnia Laudamus, Approbamus, Ratificamus, & per Præsentes Confirmamus pro Nobis

A. D. 1486. H. n. 7. Nobis & Successoribus nostris, ut præmissum est.

In cujus Rei Testimonium Magnum Sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus apud *Edinburgh*, Vicesimo quarto Die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo sexto, & Regni nostri Vicesimo septimo. A. D. 1486. Hen. 7.

Sub Magno Sigillo, de Cerâ glauci coloris, pendente a duplici Caudâ Pergamena.

Pro Poeta Laureato.

A. D. 1486. An. 2. H. 7. Penes Cler. Pell.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Thesaurario & Camerariis suis, qui nunc sunt, & qui pro tempore erunt, Salutem.

Cùm Nos, vicesimo quarto Die instantis Mensis Novembris, de Gratia nostra speciali, per Literas nostras Patentes, Concesserimus *Bernardo Andreæ* POETÆ LAUREATO quandam *Annuitatem Decem Marcarum*, Habendam & Percipiendam dictas *Decem Marcas annuas præfato Bern.* de quousq; quodam Corrodio, Beneficio, Annuitate, Præbenda, seu Libera Capella, sive Pensione, Valoris *Decem Marcarum* vel supra per Annum in Loco competenti per Nos Promoto sibi provideretur, de Denariis sive Thesauro nostro primo provenientibus de sive ad Receptam Scaccarii nostri, per manus Thesaurarii & Camerariorum ejusdem receptæ pro tempore existentium, ad Festa Sancti Michaelis Archangeli & Paschæ per æquales Portiones, prout in Litteris prædictis pleniùs continetur,

Vobis Mandamus quòd *eidem Bernardo* id, quod ei a retro est de prædictis *Decem Marcis annuis*, a prædicto Festo Paschæ ultimò præterito, & easdem *Decem Marcas annuas præfato Bernardo* è nunc singulis Annis, quousque ei de quodam Corrodio, Beneficio, Annuitate, Præbendâ, seu Liberâ Capellâ, sive Pensione, Valoris *Decem Marcarum* vel supra per Annum in Loco competenti, per Nos Promoto, sibi provideatur, ad Receptam prædictam, de Denariis sive Thesauro nostro prædictis, ad Festa prædicta, de tempore in tempus, solvatis, juxta Tenorem Literarum nostrarum prædictarum; A. D. 1486.

Recipientes a *præfato Bernardo* de tempore in tempus Litteras suas Acquietantiæ, quæ pro Nobis sufficientes fuerint in hac parte.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Novembris, Anno Regni nostri Secundo.

De Restitutionibus pro Archiepiscopo Cantuariensi.

A. D. 1486. An. 2. H. 7. Pat. 2. H. 7. p. 1. m. 18.

REX Escaetori suo in Comitatibus Kantiæ & Middlesexiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesia Cathedrali Cantuariensi, per Mortem, bonæ memoriæ, *Thomæ* ultimi *Archiepiscopi* ejusdem Ecclesiæ, Venerabilem Patrem *Johannem*, nuper *Episcopum Eliensem*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Eliensi tenebatur, absolverit, & ipsum ad dictam Ecclesiam Cantuariensem transtulerit, ipsúmque in Archiepiscopum dictæ Ecclesiæ Cantuariensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Johannes*, sic ad dictam Ecclesiam Cantuariensem Translatus, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expresse Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, A. D. 1486.

Cepimus Fidelitatem ipsius, sic ad eandem Ecclesiam Cantuariensem Translati, & Temporalia Archiepiscopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem*, sic ad eandem Ecclesiam Cantuariensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis,

A. D. 1486. Hen. 7. scriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.
Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.
Escaetori Regis in Com. Exon. & Berk.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.
Escaetori Regis in Com. Eborum.
Escaetori Regis in Com. Buk.
Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Restitutionibus, pro Episcopo Eliensi.

A. D. 1486. An. 2. H. 7. Ibid.

REX Escaetori suo in Comitatibus Cantebrigiæ & Huntyngdoniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Johannem* nuper *Episcopum Wygorniensem*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Wygorniensi, cui tunc præerat, tenebatur, absolverit, & ipsum ad Ecclesiam Eliensem, vacantem per Translationem Venerabilis Patris *Johannis* nuper *Episcopi* ejusdem Episcopatûs Eliensis, transtulerit, ipsúmque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Eliensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Johannes*, sic ad dictam Ecclesiam Eliensem Translatus, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Johannis*, sic ad dictam Ecclesiam Eliensem Translati, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem; A. D. 1486.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Johanni*, sic ad dictam Ecclesiam Eliensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* septimo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Data prædicta; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.
Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Regis Romanorum.

A. D. 1486. An. 2. H. 7. Franc. 2. H. 7. m. 13.

REX universis & singulis, Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Venerabilem Patrem *Abbatem Sancti Petri de Gaunt*, Magistrum *Thomam de Lapapone*, Magistrum *Jacobum Bonelet*, *Egidium Duboys*, *Thomam Portunary*, *Petrum Puissant*, & *Lodowicum Conroy*, Legatos, Consiliarios, Commissarios, Oratores, & Ambassiatores carissimi Consanguinei nostri *Maximiliani Regis Romanorum*, in Villam nostram Calesii & Marchiis ejusdem, cum Sexaginta Personis in Comitiva sua vel infra, ac totidem Equis, Bogeis, Manticis, Fardellis, Literis, Papiris, Bonis, Rebus, Jocalibus, & Hernesiis suis licitis quibuscúmq; conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Veniendo, ibidem Nocte Dieque Morando, Perhendinando, ac Negotia sua Exponendo & Declarando, & exindè ad Partes suas proprias Transeundo & Redeundo, liberè & absque Impedimento, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.* A. D. 1486.

In cujus &c. usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

2 De

De Tractando & Concludendo cum Romanorum Rege.

A. D. 1486. An. 2. H. 7. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Circumspectionibus, & Industriis, Fidelium & Dilectorum nostrorum, Domini *Egidii d'Awbeney* Domini d'Awbeney Locumtenentis nostri in Villa & Marchiis nostris Calesii, Magistri *Johannis Gunthorp* Decani Wellensis Ecclesiæ, *Jacobi Tyrrell* Militis Locumtenentis nostri in Castro nostro de Guines, *Thomæ Thwaytis* Militis Thesaurarii Villæ Calesiit supradictæ, *Humfredi Talbot* Militis Marescalli ejusdem Villæ, *Thomæ Fynes* Armigeri Locumtenentis Castri nostri Calesii, Magistri *Johannis Baldeswell* Legum Doctoris Clerici Concilii nostri, *Richardi York* Majoris Stapulæ ejusdem Villæ, *Richardi Hatton* Doctoris Utriúsque Juris, *Willielmi Ros* Vitellarii, *Adriani Wetbill* Contrarotulatoris Calesiii, *Johannis Pykering* Gubernatoris Mercatorum Anglicorum in Partibus Flandriæ, Brabantiæ, &c. & *Thomæ Grafton*, Locumtenentis Majoris Stapulæ nostræ Calesii, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales ad Infrascripta Fecimus, Constituimus & Ordinavimus, prout Tenore Præsentium Facimus, Constituimus, & Ordinamus;

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Nunciis nostris, *Duodecim*, *Undecim*, *Decem*, *Novem*, *Octo*, *Septem*, *Sex*, *Quinque*, *& Quatuor* eorum (quorum, cum *præfato Domino d'Awbeney*, dictum Magistrum *Johannem Gunthorp* Decanum, Magistrum *Johannem Baldeswell*, *Richardum Torke* Majorem, aut *Johannem Pykering* unum esse volumus) plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe Carissimo nostro Consanguineo *Maximiliano Romanorum Rege*, *Duce Austriæ*, *Burgundiæ*, *Brabantiæ*, &c. Nomine suo & Illustrissimi Principis *Philippi sui Primogeniti* nunc Impuberis, seu Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, sive suis Nunciis, Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum sufficiens Nomine suo & Primogeniti suo supradicti super hoc habentibus ab eisdem, de & super vera & perpetua Pace Amicitia Liga Confœderatione & Concordia, necnon de & super Treugis, Induciis seu Guerrarum Abstinentiis quibuscúmque, inter Nos, pro Nobis Hæredibus & Successoribus nostris, ac Regnis, Terris, Dominiis, Patriis, & Subditis nostris quibuscúmque, & præfatos Principes *Regem Romanorum & suum Primogenitum* pro Se, ipsorum Hæredibus & Successoribus, Terris, Dominiis, Patriis, & quibuscúmque suis Subditis, ac etiam de & super Communicatione & Intercursu Mercandisarum inter Mercatores & alias Personas quascúmque hincinde ex utraque Parte imposterùm habendis & Excercendis, Tractandi, Conveniendi, & Paciscendi, necnon ipsum Intercursum Marcandisarum aliàs habitum Continuandi, Prorogandi, Innovandi, atque alium Intercursum Mercandisarum in Parte sive in Toto de Novo Statuendi, Componendi, & Concludendi, necnon eadem Ineundi, Capiendi, Contrahendi, & perpetuò Confirmandi,

Ac, pro Adimpletione, Firmitate, & Observatione Conventionum, Pactorum, Conclusorum, Initorum, Captorum, Contractorum, & Confirmatorum hujusmodi per eosdem, pro Nobis & Nomine nostro, Juramentum in Animam nostram Præstandi, cæterásque Cautiones, Obligationes, & Securitates quascúmque Dandi, Præstandi, Petendi, & Recipiendi,

Atque omnia & singula, in Præmissis vel circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Excercendi, & Expediendi, etiam si talia sint quæ de sua natura Mandatum exigunt magis speciale, & quæ Nos ipsi facere possemus si personaliter interessemus;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid per supradictos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios nostros, in forma prædicta, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum, absque Contraventione quacúmque.

In cujus &c.

Teste Rege Decimo Quinto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Tracta-

A. D. 1487. Hen. 7.

Tractatus, Factus per Oratores Maximiliani Regis Romanorum & Philippi Archiducis Austriæ, pro Intercursu Mercatorum.

A. D. 1487. An. 2. H. 7. Ex Autogr.

PHILIPPUS, Permissione Divinâ, *Abbas Monasterii Sancti Petri juxta Gardaunm* Ordinis Sancti Benedicti Decretorum Doctor, *Thomas de la Papoire Dominus de Pipeix* utriúsque Juris Licentiatus Procurator Generalis, *Thomas Portimari* & *Egidius de Bois* Consiliarii, ac *Petrus Puissant* Secretarius, Oratores, Ambassiatores, Procuratores, & Nuncii speciales, Serenissimorum & Illustrissimorum Principum & Dominorum nostrorum, Dominorum *Maximiliani*, Divinâ favente Clementiâ, *Romanorum* Regis *semper Augusti*, & *Philippi*, Dei gratiâ, *Austriæ* Archiducum, *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Lucemburgiæ*, & *Gheldriæ* Ducum, *Flandriæ*, *Thirolis*, *Arthesii*, *Burgundiæ*, *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *Namurci*, & *Zutphaniæ* Comitum, ac *Sacri Imperii* Marchionum, Dominorum *Friziæ*, *Salinarum* & *Mechliniæ*, specialiter Deputati, universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm nuper certa Dieta fuerit per præfatos Dominos *nostros Principes* ex una, & Serenissimum Principem, Dominum *Henricum Regem Angliæ*, &c. Partibus ex altera, concepta & ordinata teneri, in Villa Calesiæ, ultima Die Mensis Novembris novissimè præteriti, per Nos, ex & pro Parte eorumdem Principum & Dominorum nostrorum Dominorum *Romanorum Regis*, & *Philippi Archiducum*, unà cum Carissimo & Generoso Milite, Domino *Egidio Domino d'Aubeney* Locumtenente præfati Domini *Regis Angliæ*, &c. in Villa & Marchiis Calesiæ, necnon Venerabili & Circumspecto Viro, Domino ac Magistro *Johanne Gunthorpt*, utriúsque Juris Doctore, Decano Ecclesiæ Wellensis, ac, Nobilibus Militibus, *Thoma Thwaytis* Thessaurario, & *Humfredo Talbot* Marescallo, ejusdem Villæ Calesiæ, *Thoma Fynes* Armigero, Locumtenente Castri Calesiæ, necnon Venerabili Viro, Domino *Johanne Baldiswel* Legum Doctore, Clerico Concilii præfati Domini Regis Angliæ, &, Honorabilibus Viris, *Richardo Torche* Maiore Stapulæ dictæ Villæ Calesiæ, *Ricardo Hatton* Doctore utriúsque Juris, *Guillermo Roos* Vitellario, & *Adriano Wethill* Contrarotulatore dictæ Villæ Calesiæ, *Johanne Pykreyng* Gubernatore Mercatorum, in partibus Flandriæ, Brabantiæ, &c. & *Thoma Grafton* Locumtenente Majoris Stapulæ ejusdem Villæ, Oratoribus, Ambassiatoribus, & Commissariis præfati Domini *Regis Angliæ*, &c. super Intercursu seu Concursu Mercatorum, inter Subditos utrorúmque Regum & Principum prædictorum hactenus observato, & aliis Articulis, A. D. 1487.

Qua quidem ultima Die Novembris Nos, neque Oratores præfati Domini Regis Angliæ, &c. ob arduorum Negotiorum eorumdem Principum & Regum exigentias, minimè convenire Potuimus,

Quamobrem, Consensu mutuo dictorum Dominorum Regum & Principum, dicta Dieta usque ad hujus Mensis Januarii Diem continuata sit & prorogata.

NOTUM FACIMUS quòd Nos,

Indempnitati Subditorum dictorum Regum & Principum providere volentes,

Communicatione cum præfatis Oratoribus *Regis Angliæ*, &c. Ac Deliberatione inter Nos habitâ cum eisdem Oratoribus,

Convenimus & Conclusimus, Convenimúsque & Concludimus per Præsentes, Illum Intercursum seu Concursum Mercantiarum,

Per Dominum *Johannem Coolre*, Ambassiatorem, recolendæ memoriæ, *Edwardi Quarti* nuper *Regis Angliæ*, &c. Ac, magistros, *Thomam de Plana* & *Justum Baldimum*, utriúsque Juris Doctores, Nomine Illustrissimorum Dominorum *Maximiliani & Mariæ tunc Archiducum Austriæ*, *Ducum Burgundiæ*, &c. Insulis, Die Duodecimâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo Octavo Initum & Conclusum,

Postque per eosdem Principes, pro Se, suis Subditis, Patriis, & Dominiis, hincinde Approbatum & Ratificatum, modo & formâ in eodem contentis, Continuari & Renovari debere,

Eundem Intercursum seu Concursum, modo & formâ eisdem, ac sub eisdem Punctis & Articulis, Præsentium Tenore, Continuamus & Renovamus, a Prima

A. D. 1487. Hen. 7. ma Die hujus Mensis Januarii, usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximè sequens Inclusivè duraturum:

Et, si forsan in contrarium per Subditos præfatorum Dominorum nostrorum *Romanorum Regis* & *Archiducum* aliquid Attemptatum fuerit, dicti Domini Principes condignè Restitui & Reparari facient;

Promittentes, pro eisdem Dominis nostris Romanorum *Rege & Archiducibus Principibus*, & Ipsorum Nominibus, quòd Ipsi præsentem Continuationem & Renovationem suis Patentibus Literis, si & dùm opus fuerit, citra dictum Purificationis Festum, Ratificabunt & Approbabunt. A. D. 1487. Hen. 7.

Acta fuerunt Hæc in sæpe dicta Villa Calesiæ sub Sigillo Signetis & Signis nostris Manualibus præsentibus appositis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Sexto, Die verò Secundâ Mensis Januarii suprascripti.

PHILIPPUS ABBAS SANCTI PETRI. *Juxta Gand.*
PAPPOIRE.
THOMAS PORTIMARI.
DU BOIS.
PUISSANT.

Ratificatio Tractatus pro Intercursu Mercatorum.

A. D. 1487. An. 2. H. 7. Ex Autogr. MAximilianus, Divinâ favente Clementiâ, *Romanorum* Rex *semper Augustus*, & *Philippus*, eâdem gratiâ, *Austriæ* Archiduces, Duces *Burgundiæ*, *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgiæ*, *Lucemburgiæ*, *& Ghelriæ*, Comites *Flandriæ*, *Arthesii*, *Burgundiæ*, Palatini *Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zeelandiæ*, *Namurci*, *& Zutphaniæ*, *Sacrique Imperii* Marciones, Domini *Frisiæ Salinarum & Mechliniæ*, omnibus & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm, per, Dilectos & Fideles Consiliarios nostros, Reverendum in Christo Patrem Dominum *Philippum Abbatem Monasterii Sancti Petri* juxta Gandanum, Magistrum *Thomam de la Pappoire Dominum de Pippaix* in utroque Jure Licentiatum nostrum Procuratorem fiscalem, *Thomam Portimarii Egidium du Bois*, & *Petrum Puissant* Secretarium nostrum, Oratores, Ambassiatores, & Procuratores speciales, a Nobis sufficientem Potestatem habentes ex unâ, necnon Nobilem ac Generosum Baronem Dominum *Egidium Dominum d'Aubney* Militem Locumtenentem Serenissimi Consanguinei & Fratris nostri Domini *Henrici Regis Angliæ* in Villa & Marchiis Calesiæ, Egregium Virum Dominum *Johannem Gunthorp* Decanum Ecclesiæ Wellensis, Dominum *Thomam Thwaytes* Militem Thesaurarium præfatæ Villæ Calesiæ, & nonnullos alios Oratores, Ambassiatores, & Procuratores ejusdem Consanguinei & Fratris nostri Regis Angliæ, &c. ex altera Parte, Intercursus,

Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo Octavo, Duodecimo Julii, Insulis Initus & Conclusus, A. D. 1487.

Ob Utilitatem Subditorum utriusque Partis fuerit nuper Continuatus & Renovatus modo & formâ in Literis prædictorum nostrorum Ambassiatorum contentis,

Quarum Tenor sequitur & est talis,

PHilippus, Permissione Divinâ, *Abbas Monasterii Sancti Petri* juxta Gandanum Ordinis Sancti Benedicti Decretorum Doctor, *Thomas de la Pappoire, &c. ut supra in Literis, Dat. 2. Januarii.*

NOTUM FACIMUS quòd Nos prædictam Continuationem, seu Renovationem, modo & formâ præmissis nostris Nominibus factam, cum omnibus & singulis Punctis & Articulis, Ratificamus, Confirmamus, & Approbamus.

In cujus Rei Testimonium Sigillum nostrum Præsentibus Literis duximus apponendum.

Datum *in Opido nostro Bruxellensi*, Die Vicesima Sexta Mensis Januarii, Anno Domini, Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Sexto, Regni verò nostri Maximiliani Anno Primo.

Per Regem.

DOURCHEE.

Pro Episcopo Exoniensi de Custodia Temporalium Winton.

A. D. 1487. An. 2. H. 7. Pat. 2. H. 7. p. 2. m. 9.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Concessimus & per Præsentes Concedimus, Reverendo in Christo Patri, *Petro Exoniensi Episcopo* Custodi Privati Sigilli nostri Custodiam Omnium Temporalium Episcopatûs Wintoniensis cum pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem, necnon quascúmque Portiones & omnia & singula Alia, quæ Nobis per Mortem, bonæ memoriæ, *Willielmi ultimi Episcopi Loci prædicti* & ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs aliquo modo pertinent seu pertinere poterunt aut debent in futurum,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Episcopo* Assignatis & Executoribus suis, unà cum Exitibus & Proficuis suis prædictis, a Festo Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris remanere contigerint, unà cum Feodis Militum, Escaetis Terrarum & Tenementorum ac Bonorum & Catallorum quorumcúmque, necnon Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præpositurarum, Capellarum, Cantariarum, Archiniaconatuum, Præbendarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis Reddendo aut Solvendo seu Composito inde faciendo:

Et ulterius Concessimus *præfato Episcopo* plenariam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, omnia & singula hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias, Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, Nobis ratione Vacationis prædictæ Pertinentia; Cuicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint, seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum, Conferendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi,

Et quoscúmque Senescallos, Receptores, Ballivos, ac alios Officiarios quoscúmque, & Officia quæcúmque Episcopatui prædicto pertinentia durante Vacatione prædictâ Assignandi, Faciendi, & Donandi, omnésque & singulos Officiarios dicto Episcopatui nunc pertinentes ad Libitum *ipsius Episcopi* Amovendi, absque Impetitione, Impedimento, Perturbatione, seu Gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; Eo quòd expressa mentio de vero Valore Præmissorum vel alicujus indè Parcellæ, aut de aliis Donis sive Concessionibus, per Nos *eidem Episcopo* ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, sive Restrictione in contrarium facto edito ordinato sive proviso, aut aliquâ aliâ Re, Causâ vel Materiâ quacúmque non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Octavo Die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Restitutione Temporalium Exon.

A. D. 1487. An. 2. H. 7. Ibid. m. 8.

REX Escaetori suo in Comitatibus Devoniæ & Cornubiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Sede Ecclesiæ Cathedralis Exoniensis, per Translationem, Venerabilis Patris *Petri*, nuper *Episcopi Ecclesiæ prædictæ*, Personam sincerè dilecti nostri *Richardi Fox* ejusdem Ecclesiæ Electi in *ipsius Ecclesiæ Episcopum* præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Fidelitatem ipsius *Episcopi* Cepimus, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus Eidem;

Et

A. D. 1487. Hen. 7. Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ suâ, fine Dilatione Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Colcestr.* Secundo Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet, A. D. 1487. Hen. 7.

Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.
Escaetori Regis in Com. Suth.
Escaetori Regis in Com. Midd.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

De Restitutione Temporalium Wynton.

A. D. 1487. An. 2. H. 7. Ibid. REX Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wiltesiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem *Petrum*, nuper *Episcopum Exoniensem*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Exoniensi, cui tunc præerat, tenebatur, absolverit, & Ipsum ad Ecclesiam Wynoniensem, Vacantem per Mortem bonæ memoriæ *Willielmi ultimi Episcopi Loci illius*, transtulerit, Ipsúmque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Wyntoniensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Petrus*, sic ad dictam Ecclesiam Wyntoniensem Translatus, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Petri*, sic ad dictam Ecclesiam Wyntoniensem Translati, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem; A. D. 1487.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Petro*, sic ad dictam Ecclesiam Wyntoniensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, fine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Colcestr.* Secundo Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors.
Escaetori Regis in Com. Surr.
Escaetori Regis in Com. Buks.
Escaetori Regis in Com. Oxon. & Berks.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

Pro Archiepiscopo Cantuariensi.

A. D. 1487. An. 2. H. 7. Ibid. m. 7. REX Omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, *Pardonavimus, Remisimus, & Relaxavimus*, ac per Præsentes *Pardonamus, Remittimus & Relaxamus* Reverendissimo in Christo Patri *Johanni Cantuariensi Archiepiscopo*, totius Angliæ Primati & Apostolicæ Sedis Legato, aliàs dicto *Johanni Cantuariensi Arbhiepiscopo*, seu quorumcúmque alio Nomine censeatur, omnes & omnimodas Pecuniarum Summas, Nobis per *ipsum Archiepiscopum* debitas sive pertinentes, de vel *pro una integra Decima* Nobis per Clerum Cantuariensis Provinciæ ultimò concessa, pro Rebus, Bonis, & Possessionibus suis quibuscúmque, aut ipsum aliquo modo inde contingente, ac omne id quod ad Nos, ratione Concessionis prædictæ, de vel pro *Decima prædicta*, aut aliqua inde Parcella, per Ipsum seu de Ipso, pertinet seu pertinere poterit, debuit aut deberet quovis modo, necnon omnia & omnimoda Debita & Compota, Nobis *pro Decima prædicta* A. D. 1487.

A. D. 1487. Hen. 7. *prædictâ* aut aliqua inde Parcella qualitercúmque debita sive pertinentia, necnon omnes & omnimodas Actiones, Executiones, & Demandas quæ Nos versus *ipsum Archiepiscopum* occasione prædictâ habuimus, habemus, seu quovis modo habere poterimus,

Volentes quòd *idem Archiepiscopus de Decima prædicta* & qualibet Parte ejusdem, ac de Summis prædictis & qualibet Solutione indè & cujuslibet indè Parcellæ, erga Nos & Hæredes nostros ac alios quoscúmque totaliter Quietus & Exoneratus existat, ac ipsum indè & de qualibet indè Parcella erga Nos, & Hæredes nostros, ac alios quoscúmque, ut prædictum est, *Exoneramus* & *Acquietamus*, ac ipsum indè *Exonerari* & *Acquietari* volumus imperpetuùm per Præsentes,

Et ulterius Concessimus & per Præsentes Concedimus *præfato Archiepiscopo* quòd, si præsentes Literæ nostræ de Pardonatione sibi quoad suam plenariam Exonerationem *Decimæ prædictæ* & cujuslibet indè Partis & Parcellæ invalidæ aut minus sufficientes existant vel existere contigerint, tunc *Cancellarius noster Angliæ*, qui pro tempore fuerit, *eidem Archiepiscopo* tot & tantas Literas nostras Patentes *de Pardonatione Decimæ prædictæ*, ipsum solomodo contingentis, bonas & efficaces, ac Brevia nostra sub Magno Sigillo nostro, tàm Thesaurario & Baronibus nostris de Scaccario nostro, quàm Collectoribus *Decimæ prædictæ* & cujuslibet indè Partis & Parcellæ, ac aliis, si necesse fuerit, dirigenda & debitè conficienda, de tempore in tempus, fieri faciat & deliberari, absque aliqua Prosecutione sive Waranto indè penes Nos faciendis seu habendis, quot & qualia *præfato Archiepiscopo* in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna; Eo quòd expressa mentio de vera seu certa Summa *Decimæ prædictæ* aut alicujus indè Parcellæ, ipsum de *Decima prædicta* & alicujus indè Partis & Parcellæ, ut prædictum est, contingentis Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Assignamento, sive Ordinatione, indè in contrarium factis, editis, sive provisis, in aliquo non obstantibus. A. D. 1487. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Coventre* vicesimo sexto Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Commissio facta Archiepiscopo Cantuariensi pro Absolutione Tumultuantium.

Registrata in Camera Apostolica.

BLONDUS.

A. D. 1487. An. 2. H. 7. *Ex Origine.* INNocentius *Episcopus*, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri *Archiepiscopo Cantuariensi* Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Apostolicæ Sedis indefessa Clementia Lapsis, ad eam post Excessum cum humilitate recurrentibus, Personis libenter se Propitiam & Benignam exhibere, & dùm id humiliter petierint suæ Pietatis Gremium aperire consuevit.

Dudùm siquidem, pro conservandâ Pace & Quiete in Regno Angliæ, & ex certis aliis tunc expressis Causis, per alias nostras Litteras motu proprio, & ex certa Scientia, Auctoritate Apostolicâ Monuimus & Requisivimus omnes & singulos dicti Regni Incolas, & Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Septimi Angliæ Regis* Illustris Subditos, cujuscúnque Gradûs, Statûs, seu Conditionis existerent, etiamsi Ducali vel majori Dignitate fulgerent, eisque & cuilibet eorum, districtè Præcipiendo, Inhibuimus nè ipsi aut aliqui eorum Novos Tumultûs occasione Juris Succedendi in dicto Regno, vel quovis quæsito colore, aut quacúnq; aliâ Causâ in eodem Regno per se, vel alium seu alios movere seu moveri facere, aut Paci & Tranquilitati dicti Regni contravenire quovis modo præsumerent sub Excommunicationis & Majoris Anathematis Pœnâ, quam omnes & singuli hujusmodi Tumultus novos excitantes vel excitari facientes, atque Pacem & Regni præfati Tranquillitatem perturbantes, aut prædictis Contravenientes, extunc, cujuscúnque, ut præfertur, Dignitatis, Statûs, Gradûs, seu Conditionis existerent, etiamsi Ducali aut Majori præfulgerent Dignitate, eo ipso incurrerent eósque incurrere, & illius vinculo innodatos & involutos ipso facto esse, eisdem Motu, Scientiâ, & Auctoritate Voluimus, Statuimus, Decrevimus, atque Declaravimus, A. D. 1487.

A quo quidem Excommunicationis & Anathematis vinculo, ab alio quàm Sede præfatâ, aut cui Sedes ipsa id specialiter

A. D. 1487. cialiter & specificè committeret, præterquam in Mortis Articulo constituti, nequirent Beneficium obtinere, prout in eisdem Litteris pleniùs continetur:

Hen. 7.

Cùm autem, sicut *præfatus Rex* Nobis nuper exponi fecit, aliqui ex prædictis Monitis, qui hujusmodi Excommunicationis Sententiam incurrerunt, desiderent pro Serenitate Conscientiarum suarum ab illâ Absolvi, pro parte *ejusdem Regis* Nobis fuit humiliter Supplicatum ut ipsos, & eorum singulos ab hujusmodi Excommunicationis Sententiâ Absolvi mandare, aliâsque eis & eorum Statui in Præmissis opportunè providere de Benignitate Apostolicâ dignaremur,

Nos igitur, attendentes quòd præfatæ Sedis exuberans Clementia cum humilitate petentibus Veniam non consuevit denegare, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apostolica Scripta Committimus & Mandamus quatinus per Te, vel alium seu alios idoneos, quos ad hoc duxeris eligendos, super quo tuam Conscientiam oneramus, omnes & singulos Excommunicationis Sententiâ hujusmodi innodatos, qui id humiliter petierint, ab illa, Auctoritate nostra, hac vice duntaxat absolvas, in formâ Ecclesiæ consuetâ; Injunctis eis, inter alia, sub virtute præstandi Juramenti, quòd de cætero talia non committent nec ea Committentibus præstabunt Auxilium, Consilium, vel Favorem, ac pro modo Culpæ Pœnitentiâ salutari, & aliis quæ de Jure fuerint injungenda: Non obstantibus Præmissis ac Apostolicis, necnon, bonæ memoriæ, *Ottonis* & *Ottoboni*, olim in dicto Regno ejusdem Sedis *Legatorum*, ac in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscúnque. A. D. 1487. Hen. 7.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Septimo, octavo Id. Augusti, Pontificatûs nostri Anno Tertio.

Gratis de Mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ.

HIE. BALBANUS.
JA. FIELLA.
R. DE VULTERRIS.
A. TREVIANO.
L. DE MARCELLINIS.



De Præsentatione ad Ecclesiam in Marchiis Calesiæ.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Franc. 3. H. 7. m. 6.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Reverendissimo in Christo Patri J. eadem Gratiâ, *Archiepiscopo Cantuariensi* totius Angliæ Primati & Apostolicæ Sedis Legato, Salutem.

Ad Ecclesiam Parochialem de Helveryngham, in Marchiis Calesii Morinensis Diœcesis, per Mortem *Willielmi Richmond* ultimi Personæ ibidem Vacantem, & ad nostram Donationem spectantem, Dilectum Nobis *Thomam Henuot* Capellanum vobis Præsentamus, A. D. 1487.

Intuitu Caritatis Rogantes quatenus *ipsum Thomam* ad Ecclesiam prædictam, Auctoritate vobis ad omnem Jurisdictionem ordinariam in Partibus illis excercendum commissâ, admittatis, & Personam instituatis in eadem.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Septembris, Anno Regni nostri Tertio.

De Salvo Conductu.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Scot. 3. H. 7. m. 12.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis de causis & considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac Tuitionem, Protectionem, & Defensionem nostras speciales, Venerabiles Patres, *Episcopos, Dunkeldensem, Abbirdensem*, & *Glasguensem, Abbatem de Sancta Cruce*, Dominum de *Bouthwell, Willielmum Murray* Militem, & *Johannem Murray* Armigerum de Regno Scotiæ, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria de Obedientia nostra, cum *Quatervigiuti Personis* in Comitiva sua, cujuscúmque Statûs seu Conditionis fuerint, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.* A. D. 1487.

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

A.D. 1487. Hen. 7.

De Conductu, ad Instantiam Regis Scotorum.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Ibid.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, ad Instantiam & Requisitionem Præcarissimi Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Venerabilem Patrem *Willielmum Episcopum de Saint Andros*, & *Johannem Irland* Clericum de Regno Scotiæ, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria de Obedientia nostra, cum *Quinquaginta & duabus Personis* in Comitiva sua, cujuscúmque Statûs seu Conditionis fuerint *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c. per Triennium duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Communicando & Tractando super Piscaria, vocata le Fisshgarth.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Ibid. m. 10.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, pendentibus Treugis inter Nos & Serenissimum Principem Fratrem & Consanguineum nostrum carissimum *Jacobum Regem Scotorum*, exorta sit jam nuper inter Subditos nostros atque suos hincinde, habitantes juxta Ripariam de Eske in Marchiis Occidentalibus versus Scotiam, Materia Quæstionis de & super quadam Piscaria sive Jure Piscandi in dicta Riparia, vulgariter vocata *le Fisshgarth*,

Nos,

Volentes omnem Discordiam & Quæstionem hujusmodi, motam seu movendam, quantum in Nobis est, penitùs amputari, nullámque Novitatem super eadem, in præjudicium unius vel alterius Partis, maximè instantium Treugarum tempore, introduci,

Omniáque & singula, contra Tenorem & Effectum ipsarum Treugarum attemptata, ipsarúmque Treugarum Infractiones debitè puniri cupientes,

Assignavimus, Constituimus, & Deputavimus, ac Tenore Præsentium Assignamus, Constituimus, & Deputamus, Dilectos & Fideles nostros, *Thomam Dominum Dacres* Gardianum Marchiarum nostrarum prædictarum, Religiosum Virum *Priorem Ecclesiæ Cathedralis Karliolensis*, *Christoforum Moresby* Militem, *Richardum Salkeld* Militem, *Johannem Musgrave* Militem, & *Thomam Beauchamp* Armigerum, nostros Legatos, Oratores, & Commissarios,

Dantes & Concedentes per Præsentes eisdem Commissariis nostris, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum, Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Commissariis & Deputatis ipsius carissimi Fratris & Consanguinei nostri *Regis Scotorum*, Potestatem sufficientem habentibus, super Materia Quæstionis prælibatæ amicabiliter Conveniendi, Communicandi, & Tractandi,

Déque & super Jure, Titulo, & Possessione, Usúque & Observantiâ, habitis circa Piscariam antedictam, necnon Septem seu Clausuram ejusdem temporibus retroactis, viis & modis quibuscúmque licitis & rationabilibus Inquirendi & Investigandi,

Veritatéque inquisitâ & compertâ omnem Quæstionem hujusmodi cum suis incidentibus, emergentibus, & connexis, Fine debito Terminandi,

Necnon Attemptata contra dictas Treugas & earum Infractiones, si quæ ex parte Subditorum nostrorum fuerint factæ, Reparandi & Reformandi, hujusmodíque Infractores debitè Castigandi & Puniendi,

Et, si quæ ex parte Subditorum dicti Consanguinei nostri *Regis Scotorum* factæ fuerint, Reformari & reparari, atque hujusmodi Delinquentes debitè Puniri, Petendi, & Exigendi,

Ulteriúsque Decernendi, Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Aliámq; *Dietam* seu alias *Dietas*, pro meliori Expeditione Præmissorum, si necesse fuerit, Statuendi & Præfigendi,

Pro-

A. D. 1487. Hen. 7. Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum perpetuò habituros quicquid dicti Legati, Oratores, & Commissarii nostri, Quinque, Quatuor, & Tres eorum, in forma prædicta, communicaverint, determinaverint, decreverint, fecerint, seu expedierint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum;

Damus autem universis & singulis Officiariis & Subditis nostris in Mandatis, quòd dictis Legatis, Oratoribus, & Commissariis nostris, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum, In Executione Præmissorum, Intendentes sint, Obedientes, & Auxiliantes, nec quòd Guerram, Hostilitatem, seu Dampnum quodcúmque, occasione Præmissorum, contra eorum Decreta & Ordinationes faciant seu facere attemptent quovis modo. A. D. 1487. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Octobris.

Per Concilium.

De Tractando & Communicando super Treugis & Matrimoniis.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Noverit Universitas vestra quòd,

Ad Omnipotentis Dei Gloriam, Honorem, & Reverentiam, Dampnis ac Periculis maximis, quæ non sine multa Cæde & Sanguine Christianorum, occasione Guerrarum, verisimiliter evenire poterint, pro viribus obviare cupientes, Pacem cum omnibus, saltem Christianæ Fidei Cultoribus, inire, observare, ac inviolabiliter custodire, nostrósque Subditos sub Justicia ponere ac perpetua Quiete fovere conamur,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitate, Probitate, Industria, Discretione, & Experientiâ, Dilecti Servitoris nostri & *Officiarii Armorum Carlisle* plenariè confidentes,

Ipsum verum & indubitatum Commissarium, Procuratorem, Deputatum, & Nuncium nostrum generalem & specialem Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eidem plenam Potestatem & Mandatum generale & speciale Treugas & Guerrarum Abstinentias, inter *Nos*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúmque, ex Parte una, & Excellentissimum atque Carissimum Consanguineum nostrum *Jacobum Scotorum Regem*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúmque, ex Parte altera, initas & jam pendentes, Protogandi, Continuandi, & Innovandi,

Ac Novas insuper Faciendi, Statuendi, Ordinandi, & Ineundi, A. D. 1487.

Ac super Præmissis omnibus & singulis eorum cum dicto *Consanguineo nostro* seu legitimè Deputato aut Deputando, Deputatis aut Deputandis ab eodem, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi,

Supérque Affinitatibus novis, inter Nos & eundem Carissimum Consanguineum nostrum Contrahendis & Ineundis, Tractandi & Communicandi,

Novámque *Dietam*, ad Præmissorum Complementum, Statuendi, Ordinandi, & Limitandi,

Ac INDENTURAS alternatim, super Præmissis omnibus & singulis, Formandi, Conficiendi, & Sigillandi, & PARTEM, per ipsum sic Sigillatam, dicto *Consanguineo nostro*, seu Deputato aut Deputando, Deputatis aut Deputandis ab eodem Exhibendi, Tradendi, & Deliberandi, & PARTEM per ipsum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem*, seu Deputatum aut Deputandum, Deputatos aut Deputandos ab eodem similiter Sigillatam, Petendi, Requirendi, & Exigendi, ac Vice & Nomine nostris Recipiendi, Retinendi, & Reportandi,

Ac insuper nostris Subditis, Regno Scotiæ Finitimis, & prope Marchias ejusdem commorantibus, Publicandi & Notificandi, ac Proclamationes juxta Tenores, Vim & Virtutem earumdem Indenturarum fieri Faciendi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi & Expediendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum, seu circa ea aut eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nosipsi faceremus seu facere possemus si præsentes personaliter interessemus, etiam si talia

A. D. 1487. Hen. 7. talia fuerint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictum Commissarium & Nuncium nostrum, in forma prædicta, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum. A. D. 1487. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* septimo Die Novembris.

De Officio Senescalli Angliæ, ad Coronationem Reginæ commisso.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Pat. 3. H. 7. p. 1. m. 17. REX, Carissimo Avunculo suo *Jasperi Duci Bedfordiæ*, ac, carissimis Consanguineis suis, *Johanni Comiti Oxoniæ* Magno Camerario suo Angliæ, *Thomæ Comiti Derbiæ*, & *Willielmo Comiti Notynghamiæ*, necnon, Dilectis & Fidelibus suis, *Johanni Ratclyff* de Fitzwanter Militi, *Johanni Sulyard* Militi uni Justiciariorum suorum ad Placita coram Nobis tenenda, & *Johanni Hawes* uni Justiciariorum suorum de Comuni Banco, Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Industriâ & Circumspectione vestris pleniùs confidentes, Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad omnia & singula quæ ad Officium Senescalli Angliæ, ad Coronationem Præcarissimæ Consortis nostræ *Elizabethæ Reginæ Angliæ*, pertinent, hac Vice tantum Faciendum & Excercendum; A. D. 1487.

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini modo & formâ debitis & antiquitùs usitatis;

Damus autem universis & singulis, quorum interest in hac parte, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Officii prædicti, Intendentes sint, Auxiliantes, & Obedientes in omnibus, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Scot. 3. H. 7. m. 14. REX universis & singulis, Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Alexandrum Brus*, de Regno Scotiæ, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria de Obedientia nostra, cum *Viginti Personis*, cujuscúmque Statûs seu Conditionis fuerint, vel infra, in Comitiva sua, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.* A. D. 1487.

In cujus &c. per Sex Menses duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Novembris.

Per ipsum Regem.

Conventionum de Treugis Scotiæ Prorogandis, & diversis Matrimoniis contrahendis, Confirmatio.

A. D. 1487. An. 3. H. 7. Ibid. m. 9. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Notum facimus quòd Vidimus, Inspeximus, & Intelleximus quasdam Indenturas,

Factas, initas, & conclusas inter *Karlisle Heraldum* Commissarium nostrum ex una, & *Snawedonn Heraldum* Commissarium carissimi Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, Partibus ex altera, A. D. 1487.

De & super certis Articulis & Appunctuamentis, inter *Nos* & *dictum Consanguineum nostrum* ineundis, modo & formâ in dictis *Indenturis* specificatis,

Quarum Tenor sequitur, & est talis,

This

A.D. 1487. Hen. 7.

THIS INDENTURE,

MADE *at Edinburgh the xxviii. Day of November, the Yere of God a Thousand, Foure Hundreth, Foure skore and Sevin Yeris*, betuix honorable Men *Snawedoun Herald* and Commissionare of the Right Excellent Hie and Mighti Prince *James*, by the Grace of God, *King of Scottis* on the ta Partie, and *Carlile Herald* and Commissionare of the Right Excellent Hie and Mighti Prince *Henry King of Ingland* on the tothir Parte,

WITNESSETH that,

Quhare a Richt Reverend Fader in God *Richard Bischop of Excister*, and Sir *Richard Eggecombe* Knight Controllare of Houshald to the seid *King of Ingland*, ware nowe of late directe by Lettres of the samyn Kyng unto the seid *King of Scottis*, to Common with him all Matters of Difference betuix thame to be Appeasir to the Plesoir of God, the Wele of thaim baith, the Gude of baith thair Realmes, Ligeis, and Subjets,

It was Covienyt, betuix the said Richt Reverende Fader in God and Sir *Richard* for the Parte of the seid *King of England*, and a Richt Reverende Fader in God *Wilzame Bischop of Abirdene* and a Noble and a Mithti Lord *Johne Lord Boithwaill* for the Parte of the said *King of Scottes*, That forsamekill as for the grete tender Lufe and Kindnes that athir of the seid Princes has in sundri wise schewin unto uthir, and nerenes of Blude, and alsa for the Gude of Pece, to the Plesseir of God, thare has byn, in tyme past, for certane Termes and Yeris, quhareof parte is exspirit, and parte tocum, takin betuix thaim Trewes and Abstinence of Were, as mare at large it apperis be athir Writings passit betuix thame, for the ferme keping quhareof it has bene appointit to be had Communication for Mariage betuix the Hie and Mithti Prince *James Marquez of Ormond*, *Erle of Rosse*, *Lord of Brethin and Nevare*, and a Right Noble *Lady Katerine* the Thirde Dothir of umquhile the Ritht Noble Prince *Edward the Ferd late King of England* Sistir to the Richt Excellent Hie and Mithti Princes *Elizabeth nowe Quene of Ingland*, according to sic *Indentures* as ware nowe late Made at Edinburgh for the last Trewis takin thare be the Commissionaris of the seid Princes,

It was thouht expedient, by the Lords forsaid, notht onely Communication of Mariage to be had betuix the said *Marquez* and *Lady Katerine*, bot also, for the incressing of mare Love and Amite betuix the said Princes, and for the sure Observation of the Trewis nowe takin, and hereafter betuix thame to be takin, Communication to be had of Mariage betuix the said *King of Scottis*, and the Richt Hie and Mithti Princes *Quene Elizabeth* late Wife unto the said *King Edward the Ford*, and the Richt Hie and Mithti Prince *James Prince of Scotland, Duc of Rothissay, Erle of Carrik, and the First begoten Son of the seid King of Scottis*, and ane of the seid *Edward the Ferd* umquhile *King of England Dothtris, and Sistir* to the said Princes *Elizabeth nowe Quene of Ingland* quhilk likit best to baith the said Kings,

Be the quhilk Mariage or Mariagez, by the Grace of God to be completit, sall folowe the finall Appeasing and cause of Cesing of all sic Debaitis and Controversies, as in time past has bene, for the Castell and Town of Berwik, betuix the Kings of the seid Realmes for the ryme being movit and attemptit, or the quhilk Castell and Town of Berwik the said *King of Scottis* desiris alwais Deliverans at the finale Appeasing of the seid Mariages or any of thame, be sic Concorde as may be had betuix *Him* and the said *King of Ingland*,

In treting of the seid Mariages, for the mare perfite Deduction of the quhilk Materis to be had to a gude and finale Ende, it is Ordaint, Aggreit, and Concludit, by the forsaid Commissionares of bath the Kings, that the *Diete, nowe late appointit at Edinburgh, to be haldin the xxiv. Day of January*, be Obfervit and Kepte, and all sic Communication thare to be had as is comprisit in the said last Indenture, and efter the seid *xxiv. Day of Jannare thare be a Newe Diet set, to be haldin in the Moneth of May*, at sic a Place as sal be sene expedient to baith the said Kings, to Common and Conclude upon the said Mariage or Mariages, togidder with the Appeasing of the seid Mater of Berwik, as is abovefeid.

And moreover it is thotht expedient *ane uther Diet to be set, for the Personale Meting of the said Kings, in the Moneth of July next to cum*, at sic a place as can be betuix thame agreit; quhare the said Kings sal, be the Grace of God, Common upon uthir gretiz Intelligences for the incressing of mare Lufe, Amyte, and Tendernes betuix thame, thare Realmes, Lieges and Subjects:

And to th'entent all the said Maters and everilk of thame may be deducit and brotht to a perfite End and Con-

A. D. 1487 Hen. 7. elucion, it is Aggreit, Ordaint, and Concludit, be the said Commissionaris of bath the Kings, that the present Trewis, that nowe contiuues to the *Third Day of July next to cum*, be Prorogate, Obfervit, and Kepit *unto the Fyrst Day of September, quhilk shal be in the Yere of God a Thousand, Foure Hundreth, Fourskore and Nyne Yeris*, in all thiogs acording to the forme and effecte of the Trewis late taken at London; The said Town and Castell of Berwik, with the Limits of the famyn, to stand in sic special Assurance, Trewis, and Abstinence of Were as is Comprisit in the *Indenturis* of the said Trewis taken at London. A. D. 1487. Hen. 7.

AND MOROVER it is Ordaint, and by the said Commissionaris of baith the Kings fullely Aggreit and Concludit, that this present Prorogate Trewis, to the seid *Firste Day of September*, fal be fermly kepit and Obfervit unto the playne exspiration of the famyn Day, and that aithir of the feid Kings fal, before the xii. Day of the next Januare, in the Kirk of Kelso, under thare grete Selis, interchangeably sufficiently and in due forme Ratifie and Conferme thir Presents, and the Continues of the famyn.

The Tenours of the Commissions of the said Kings, gevyn to thare forseid Commissionaris, hereafter folowes,

Tenor verò Literarum Patentium dicti Illustrissimi Principis Scotorum Regis, de quibus fit mentio, sequitur & est talis,

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Noveritis quòd,

Ad Honorem, Laudem, & Reverentiam Domini nostri Jesu Christi, immensam Cædem & Sanguinis Christianorum Effusionem, quæ Guerrarum occasione eveniri poterunt, pro viribus impedire, Pacem cum omnibus, saltem Christianæ Fidei Cultoribus, observare & inviolabiliter custodire, nostrósque Ligeos sub Justitiâ, Pace, & perpetuâ Quiete consovere volentes,

Hinc est quòd,

De Fidelitate, Legalitate, Industriâ, Probitate, & Discretione Dilecti Familiaris Servitoris nostri *Officiarii Armorum Snawdoun* sanè confidentes,

Ipsum verum & indubitatum Commissarium & Procuratorem nostrum generalem & specialem Deputavimus, Limitavimus, & Ordinavimus, Tenore Præsentium, Deponamus, Limitamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eidem nostro Officiario plenariam Potestatem & Mandatum generale & speciale Treugas & Guerrarum Abstinentias,

Inter Nos, Regnum, Terras, Prædia, Possessiones, Ligeos, Amicos, Allegatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúmque ex Parte una, & Excellentissimum & Amantissimum Consanguineum nostrum *Henricum Angliæ Regem*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones, Subditos, Amicos, Allegatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúmque ex Parte altera, nuper initas, captas, & jam pendentes,

Continuandi & Innovandi,

Necnon ipsas Treugas & Guerrarum Abstinentias de novo Prorogandi, Faciendi, Statuendi, Ordinandi, & Ineundi,

Ac super Præmissis omnibus cum Deputato Deputatis, Deputando seu Deputandis dicti Consanguinei nostri carissimi, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi,

Supérque novis Affinitatibus, inter Nos & eundem Carissimum Consanguineum nostrum Contrahendis & Ineundis, Communicandi & Tractandi,

Novámque *Dietam*, ad Præmissorum Complementum, Limitandi & Ordinandi,

Necnon INDENTURAS alternatim, super Præmissis omnibus & singulis, Formandi, Conficiendi, & Sigillandi, & PARTEM, per dictum nostrum Commissarium & Deputatum sigillatam dicto *nostro Consanguineo* carissimo, ejúsve Deputato seu Deputando, Deputatis seu Deputandis, Exhibendi, Deliberandi, & Tradendi, & PARTEM, per ipsum Consanguineum nostrum carissimum *Henricum Regem Angliæ*, seu Deputatum aut Deputandum, Deputatos aut Deputandos similiter Sigillatam, Petendi, Requirendi, Exigendi, Recipiendi, Retinendi, & Nobis Præsentandi,

Insuperque nostris Subditis, super Merchias versus Angliam commorantibus, Publicandi & Notificandi, ac Proclamatio-

3

A. D. 1487. Hen. 7. clamationes juxta Tenorem Treugarum fieri Faciendi,

Cæteráque alia & singula Faciendi, Gerendi, & Excercendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile perpetuò habituros quicquid per dictum nostrum Deputatum & Commissarium, in forma prædicta, Actum Gestúmve Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas sub nostro Magno Sigillo fieri fecimus Patentes, apud *Edinburgh* Vicesimo quarto Die Mensis Novembris, Anno Regni nostri Vicesimo octavo.

Tenores verò Literarum Patentium dicti Illustrissimi Principis Angliæ Regis, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Noverit Universitas vestra quòd,

Ad Omnipotentis Dei Gloriam, Honorem, & Reverentiam, Damphis ac Periculis maximis, quæ non sine multa Cæde & Sanguine Christianorum, occasione Guerrarum, verisimiliter evenire poterunt, pro viribus obviare cupientes, Pacem cum omnibus, saltem Christianæ Fidei Cultoribus, inire, observare, ac inviolabiliter custodire, nostrósque Subditos sub Justicia ponere ac perpetua Quiete fovere conamur,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitate, Probitate, Industriâ, Discretione, & Experientiâ, Dilecti Servitoris nostri & *Officiarii Armorum Carlisle* plenariè confidentes,

Ipsum verum & indubitatum Commissarium, Procuratorem, Deputatum, & Nuncium nostrum generalem & specialem Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eidem plenam Potestatem & Mandatum generale & speciale Treugas & Guerrarum Abstinentias, inter *Nos*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúmque, ex Parte una, & Excellentissimum atque Carissimum Consanguineum nostrum *Jacobum Scotorum Regem*, Regnum, Terras, Dominia, Possessiones, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúmque, ex Parte altera, *&c. prout de Dat. septimo Die Novembris, Anno Regni nostri Tertio.*

IN WITNES of all and sundri the forseid Things to this Parte of this INDENTURE, to remayn with the said Ritht Excellent Hie and Mihti Prince *Henry King of Ingland, I the seid Snowdonn Herald*, Commissionare to the seid Ritht Excellent Hie and Mithri Prince and my Sovereigne Lord *James King of Scotts*, has put to my Sele, with my Subscriptionn Manuale, *in the Abbey of the Blak Freris of Edinburgh*, Day and Yere above wretyn.

QUAS QUIDEM INDENTURAS ac omnia & singula in eisdem contenta, Nos *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus memoratus*, ex nostra Scientiâ propriόque Motu, pro Nobis & Successoribus nostris, Regno, Terris, Dominiis, Possessionibus, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris, necnon omnibus aliis quorum interest aut interesit quomodolibet in futurum, Laudamus, Acceptamus, Ratificamus, Confirmamus, Roboramus, & Approbamus,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus, Subditis & Ligeis nostris, ea omnia & singula, quantum ad Nos attinet, firmiter Tenere, Observare, & Perimplere.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Decembris.

Bulla

A. D. 1488. Hen. 7. A. D. 1488. Hen. 7.

Bulla contra Hybernicos Prælatos, qui Lambertum Symnell, prætensum de Jure, de Facto in Regem coronarunt.



Registrata apud me Hie. Balbanum.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. En Origine.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, *Casselensi & Tuamensi Archiepiscopis*, ac *Clochorensi & Offoriensi* Episcopis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Romani Pontificis Providentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ Excessus & Crimina per Ecclesiasticas Personas, præsertim Pontificali Dignitate prædictas,

Quæ omni debent carere Maculâ Vitiorum & alios eorum Bonis Operibus & Exemplis ad benè Vivendum & suis Principibus Obediendum inducere & a Rebellionibus ac Seditionibus præcavere,

Debitè puniantur, ut alii, hujusmodi Exemplo ducti, a Similibus de cætero studeant abstinere,

Nuper siquidem ad nostrum, non sine maximâ Animi nostri perturbatione, pervenit auditum, quòd Venerabiles Fratres nostri *Octavianus Armachanensis*, & *Walterus Dublinensis*, *Archiepiscopi*, ac *Johannes Midensis*, & *Modernus Darensis*, *Episcopi*, nescitur quo Spiritu, nisi Maligno, ducti, Monitionibus, Mandatis, & Inhibitionibus per Nos contra Novos Tumultus in Regno Angliæ moventes, seu moveri facientes, aut Paci & Tranquillitati dicti Regni Contravenientes, necnon Carissimo Filio nostro *Henrico ejusdem Regni Regi* Illustri, & Iberniæ Domino Inobedientes, sibique Rebelles, Factis, ac Sententiis, Censuris, & Pœnis contra eos promulgatis, contemptis, proprio postergato Honore, Deique Timore postposito, Hostibus & Rebellibus *præfati Regis* adhærere, ac Opem, Consilium, Auxilium, & Favorem præstare non erubnerunt, quinimò, quod pejus & abhominabilius est, ad magis Perturbandum Quietem & Tranquillitatem dicti Regni, quemdam *Puerum*, de Illegitimo Thoro natum, & quem Filium quondam *Ducis Clarentiæ* forè falsò confingebant, in ipsius Regni Regem, Ausu Temerario quamvis, de Facto Erexerunt & Coronârunt, quem *præfatus Rex*, Victoriâ potitus, jam in Manibus suis habuit, Crimen Læsæ Majestatis committendo, necnon Sententias, Censuras, & Pœnas prædictas damnabiliter incurrendo, in non modicum ejusdem Regis Præjudicium & Detrimentum, Pacis & Quietis Regni & sui Domini Iberniæ prædictorum Perturbationem, Animarum suarum Periculum, Dignitatis Pontificalis Opprobrium, perniciosum quoque Exemplum & Scandalum plurimorum, A. D. 1488.

Nos igitur,

Volentes desuper, antequam majora Scandala sequantur, prout ex debito Pastoralis tenemur Officii, debitè providere, & eosdem *Archiepiscopos* & *Episcopos*, juxta suorum exigentiam Demeritorum compertâ, veritate, Punire,

Fraternitati vestræ, de quâ in his & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica Scripta Committimus & Mandamus, quatinus vos, vel Duo vestrûm, per vosmetipsos, de Præmissis omnibus Auctoritate nostrâ vos secretè diligenter informetis & inquiratis,

Et quicquid desuper comperitis, id totum Nobis per Processum vestrum, vestris, vel Duorum vestrûm Sigillis signatum, ad Nos per proprium Nuncium quem quantotiùs destinabitis fideliter Significare curabitis,

Ut exinde, omnibus diligenter examinatis, de Consilio Fratrum nostrorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, secundùm Canones & Decreta Sanctorum Patrum, contra eosdem *Archiepiscopos* & *Episcopos* debite procedere possimus:

Super quibus omnibus & singulis Vobis, quoad hoc, plenam, liberam, & omnimodam, harum serie, Concedimus Facultatem:

Non obstantibus Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Sinodalibus Conciliis editis Generalibus vel Specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscúnque;

Vos autem in hujusmodi Negotio ita accuratè, diligenter, fideliter, & prudenter, prout de vobis confidimus, vos gerere studeatis, quòd apud Nos, & hanc

A. D. 1488. Hen. 7. hanc Sanctam Sedem non immeritò possitis commendari.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Septimo, Nou. Januarii, Pontificatûs nostri Anno Quarto.

Gratis de Mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ. A. D. 1488. Hen. 7.

PATTISSEN.
JUL. DE CESARINIS.
D. GALLETTUS,
P. DE PERRERIA.

Sub Filis cannabeis.

Consimilis contra Episcopum Assavensem.

Registrata apud me HIE. BALBANUM.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Ex Origine. INNOCENTIUS Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, *Archiepiscopo Cantuariensi*, & *Wintoniensi*, ac *Eliensi*, & *Exoniensi Episcopis*, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Romani Pontificis Providentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ Excessus & Crimina per Ecclesiasticas Personas, præsertim Pontificali Dignitate præditas,

Quæ omni debent carere Maculâ Vitiorum, & alios eorum Bonis Operibus & Exemplis ad benè vivendum, & suis Principibus Obediendum inducere, & a Rebellionibus ac Seditionibus præcavere,

Debitè puniantur, ut alii, hujusmodi Exemplo ducti, a similibus de cætero studeant abstinere.

Nuper siquidem ad nostrum, non sine magna Animi nostri perturbatione, pervenit auditum, quòd Venerabilis Frater noster *Ricardus Episcopus Assavensis*, nescitur quo Spiritu ductus, Monitionibus, Mandatis, & Inhibitionibus per Nos, contra Novos Tumultus in Regno Angliæ moventes, seu moveri facientes, aut Paci & Tranquillitati dicti Regni Contravenientes, necnon Carissimo Filio nostro *Henrico, ejusdem Regni Regi* Illustri Inobedientes, sibique Rebelles, factis, ac Sententiis, Censuris, & Pœnis contra eos promulgatis, contemptis; immemor etiam Juramenti Fidelitatis per eum *eidem Regi* præstiti, proprio postergaro Honore, Deique Timore postposito, Hostibus & Rebellibus præfati Regis Opem, Consilium, & Favorem præstare non erubuit Perjurii reatum & Crimen Læsæ Majestatis committendo, necnon Sententias, Censuras, & Pœnas prædictas dampnabiliter incurrendo, in non modicum ejusdem Regis Præjudicium, Animæ suæ Periculum, Dignitatis Pontificalis Obprobrium, Perniciosum quoque Exemplum & Scandalum plurimorum. A. D. 1488.

Nos igitur,

Volentes de super, antequam majora Scandala sequantur, prout ex debito Pastoralis tenemur Officii, debitè providere, & *eundem Episcopum*, juxta suorum exigentiam Demeritorum, compertâ veritate, Punire,

Fraternitati vestræ, de qua in hiis & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica Scripta Committimus & Mandamus, quatinus Vos, vel Duo Vestrûm per Vosmetipsos de omnibus Præmissis Auctoritate nostrâ Vos secretè diligenter informetis & inquiratis,

Et quicquid de super compereritis id totum Nobis, per Processum vestrum, vestro, vel Duorum vestrûm Sigillo signatum, quem ad Nos per proprium Nuntium quantociùs destinabitis fideliter Significare curetis,

Ut exinde, omnibus diligenter examinatis, de Consilio Fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, secundùm Canones & Decreta Sanctorum Patrum contra *Eundem Episcopum* debitè procedere possimus,

Super quibus omnibus & singulis Vobis, quoad hoc, plenam, liberam, & omnimodam, harum serie Concedimus Facultatem.

Non obstantibus Apostolicis, ac bonæ memoriæ *Ottonis & Ottoboni*, olim in Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum, necnon in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis, Generalibus, vel Specialibus, Constitutionibus & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscúnque. Vos autem in hujusmodi Negotio ita accuratè, diligenter, fideliter, & prudenter vos gerere Sudeatis,

Qqqq prout

A. D. 1488. Hen. 7. prout de Vobis confidimus, quòd apud Nos, & hanc Sanctam Sedem non immeritò possitis commendari.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo, Septimo Nono Januarii Pontificatûs nostri Anno Quarto.

Gratis de Mandato Sanctissimi Domini Papæ. A. D. 1488. Hen. 7.

Pattissen.
G. Blondus.
D. Gallettus.
P. de Perreria.

Sub Filis Cannabeis.

De Tractando cum Rege Scotorum.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Scot. 3. H. 7. m. 15.

REX omnibus ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & provida Circumspectione Carissimi Consanguinei nostri *Henrici Comitis Northumbriæ* pleniùs confidentes,

De avisamento Concilii nostri Ordinavimus *ipsum Comitem* Commissarium nostrum generalem & specialem, ac ei plenam Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus, de & super Pace, Concordia & Guerrarum Abstinentia, tàm per Terram quàm per Aquam, *inter Nos* Regnum Ligeos & Subditos nostros ex una Parte, & Carissimum Consanguineum nostrum *Jacobum Scotorum Regem* Regnum Ligeos & Subditos suos ex Parte alterâ, cum Oratoribus, Commissariis sive Ambassiatoribus *ejusdem Jacobi* ad hoc sufficientem Potestatem & Auctoritatem habentibus, Communicandi, Tractandi, Conveniendi, Concordandi, & Concludendi, pro certo Termino unde inter ipsos poterit concordari duraturis; A. D. 1488.

Dantes insuper eidem *Comiti* plenam Potestatem & Auctoritatem ad aliquas idoneas Personas, ad Præmissa omnia & singula, tàm in præsentia quàm in absentia suis, facienda, excercenda & exequenda, & Loco suo sub Sigillo suo Constituendi & Deputandi;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros omne id quod per *dictum, Comitem* sive ejus Deputatum, Factum sive Gestum fuerit in Præmissis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxx. Die Januarii.

De Conductu pro Ambassiatoribus Scotiæ.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac certis considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Tuitionem & Defensionem nostras speciales, Venerabiles Patres, spectabilesque Dominos, ac Clarissimos viros, *Episcopos, Comites, Barones, Milites, Clericos, Scutiferos*, & *Mercatores*, quoscúmque, ad *Numerum in toto Duodecim Personarum seu infra*, de Regno Scotiæ, quos Serenissimus Princeps Frater & Consanguineus noster Carissimus *Jacobus Rex Scotorum* per Literas Commissionis suæ Auctorizare voluerit, ad Veniendum in Legatione & Ambassiata suis versus Nos in hoc Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca Jurisdictiones & Territoria de Obedientia nostra, cum *Ducentis Personis*, cujuscúmque Statûs seu Conditionis fuerint vel infra, in Comitiva sua, &c, A. D. 1488.

Per Septem Menses duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Februarii.

De Conductu pro Commissariis Regis Romanorum.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Fran. 3. H. 7. m. 9.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis A. D. 1488.

A. D. 1488 Hen. 7. ditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra tàm per Terram quàm per Mare constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenint salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Reverendum in Christo Patrem, *Philippum Abbatem Sancti Petri de Gand*, *Johannem de Juncourt* Militem *Dominum de Wilarnoul*, Consiliarios Illustrissimi Principis Consanguinei nostri *Maximiliani Romanorum Regis*, & Magistrum *Petrum Puissant* Secretarium ipsius Consanguinei nostri, *cum Sexaginta Personis vel infra* in Comitiva sua, in una Navi sive diversis Navibus, cum Equis, Carectis, &c. A. D. 1488. Hen. 7.

Per Sex Menses Duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Decimo Sexto Die Februarii.

Pro Mercatoribus Italiæ.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Pat. 3. H. 7. p. 1. m. 9. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm quædam Subsidia per Communitates Regni nostri Angliæ in Parliamento nostro tento apud Westmonasterium Septimo Die Novembris Anno Regni nostri Primo; videlicet,

Quoddam Subsidium vocatum *Tonage* percipiendum modo & formâ sequentibus; videlicet, *Tres Solidos de quolibet Dolio Vini* veniente in Regnum nostrum prædictum, *& de quolibet Dolio Vini Dulcis* veniente in idem Regnum per aliquem Mercatorem Alienigenam, tàm per Mercatores Hansæ & Alamanniæ, quàm aliquorum aliorum Mercatorum Alienigenarum, *Tres Solidos ultra prædictos Tres Solidos*,

Ac etiam quoddam aliud Subsidium vocatum*Pondage*; videlicet, de omnimodis Mercandisis, cujuslibet Mercatoris Indigenæ & Alienigenæ, tàm Mercatorum Hansæ & Alamanniæ quàm cujuslibet alterius Mercatoris Alienigenæ, cariatis extra Regnum prædictum seu in idem Regnum adductis per viam Mercandisæ, Valoris Viginti Solidorum, *Duodecim Denarios*, excepto Stanno unde Mercatores Extranei solvere teneantur pro Subsidio Valoris Viginti Solidorum *Duos Solidos*, ac Mercatores Indigenæ *Duodecim Denarios*.

Necnon quoddam aliud Subsidium; videlicet, de quolibet Mercatore Indigena, pro Subsidio cujuslibet Sacci Lanarum *Trigenti & tres Solidos & Quatuor Denarios*, & de quibuslibet Ducentis & Quadraginta Pellibus lanutis *Triginta & Tres Solidos & Quatuor Denarios*, & de quolibet Lasto Coriorum *Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios*, & de quolibet Mercatore Extraneo non nato nostro Ligeo, tàm de illis qui indigenæ facti sunt seu extunc facti forent per Literas nostras Patentes vel aliter, quàm aliis Mercatoribus Extraneis, de quolibet Sacco Lanæ *Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios*, & de quibuslibet Ducentis & Quadraginta Pellibus lanutis *Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios*, & de quolibet Lasto Coriorum *Sexaginta & tresdecim Solidos & Quatuor Denarios* exeuntibus extra dictum Regnum nostrum, prout in Concessione illa pleniùs continetur, A. D. 1488.

Nos,

Ad humilem Supplicationem Mercatorum Nationis Italiæ (videlicet) Venetorum vocatorum *Venitians*, Jannensum vocatorum *Janneyes*, Florentinorum vocatorum *Florentynes*, Lucensium vocatorum *Lucans*, Gratiam facere in hac parte & exhibere volentes,

Concessimus eis per Præsentes quòd nec Ipsi, nec aliquis dictæ Nationis Italiæ, aliquos plures Denarios, de aut pro Subsidio Lanarum quàm *Quadraginta & Tres Solidos & Quatuor Denarios* tantum pro Subsidio alicujus Sacci Lanæ ipsorum sive alicujus eorum, & *Viginti & Tres Solidos & Quatuor Denarios* tantum pro Custuma alicujus Sacci Lanæ ipsorum sive eorum alicujus, qui attingunt in toto pro Subsidio & Custuma alicujus Sacci Lanæ *Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios*,

Necnon *Duodecim Denarios* pro Subsidio Stanni Valoris Viginti Solidorum de Mercandisis suis sive eorum alicujus, & *Tres Denarios* tantum pro Custuma Stanni valoris Viginti Solidorum de Mercandisis suis sive eorum alicujus, qui attingunt in toto pro Custuma & Subsidio Stanni Valoris Viginti Solidorum *Quindecim Denarios* extra Regnum nostrum prædictum exeuntis quovismodo, durante Termino Trium Annorum a Data Præsentium proximò futurorum, Nobis aut Hæredibus nostris aut Collectoribus

A. D. 1488. Hen. 7. ctoribus seu Custumariis nostris aut aliis Officiariis seu Ministris nostris quibuscúmque, solvant aut solvere teneantur,

Et quòd Ipsi Mercatores de omnibus aliis Denariorum Sommis, de aut pro Subsidio & Custuma illis sive eorum aliquo, pro hujusmodi Lanis & Stanno, Nobis quovis modo solvendis, erga Nos & Hæredes nostros Exonerentur & Acquietentur & eorum quilibet,

Necnon prædicti Collectores Custumarii Officiarii & Ministri nostri & eorum quilibet, de omnibus eisdem aliis Denariis Summis de aut pro Subsidio & Custuma illis sive eorum aliquo, pro hujusmodi Lanis & Stanno, erga Nos & Hæredes nostros similiter Exonerentur & Acquietentur; supradictis Concessionibus sive earum aliqua, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Restrictione, sive Appunctuamento ante hæc tempora facto sive proviso, aut aliquâ aliâ Materiâ quacúmque non obstante. A. D. 1488. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xviii. Die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Tractando & Communicando cum Rege Castellæ & Legionum.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Franc. 3. H. 7. m. 7. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum *Johannis Weston*, Prioris Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, Magistri *Johannis Gunthorp*, Decani Ecclesiæ Cathedralis Wellensis, Magistri *Crystofori Urswyk*, Magni Eleemosinarii nostri, Magistri *Thomæ Savage*, & Magistri *Henrici Aynesworth*, Legum Doctorum, Consiliariorum nostrorum, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, & Commissarios speciales Constituimus, Assignavimus, Fecimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac Tenore Præsentium Constituimus, Assignamus, Facimus, Deputamus & Ordinamus;

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, & Commissariis nostris & Duobus eorum plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, cum Illustrissimo & Excellentissimo Principe *Ferdinando Rege Castellæ & Legionum*, & Serenissima Principe ac Nobilissima Domina *Isabella Conjuge sua*, Consanguineis nostris Carissimis, seu eorum Ambassiatore, Oratore, Procuratore, Deputato, sive Nuncio, aut eorum Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, vel Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eisdem Consanguineis nostris ad hoc habente vel habentibus, ad Communicandum, Tractandum, Concordandum, Componendum, & Appunctuandum, ac plenariè & integrè Determinandum & Concludendum tàm de & super Pace perpetua quàm de & super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, Ligis ac Amicitiis Confœderatione & Concordiâ, inter *Nos* Hæredes & Successores nostros, ac Regna & Dominia nostra, ac Subditos, Alligatos, Confœderatos nostros ac alios Nobis Adhærentes quoscúmque, & *dictos Consanguineos nostros* Hæredes & Successores suos, atque Loca & Dominia sua, Subditósque Alligatos suos & sibi Adhærentes, Ineundis, Capiendis, & Habendis, A. D. 1488.

Necnon de & super omnibus Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Demandis, & Debatis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus & Connexis, quæ inter Nos & præfatos Consanguineos nostros, ac Loca Dominia, Subditos, Alligatos, & Adhærentes prædictos, in præsentiarum quovismodo pendent, aut posthac intervenire poterunt,

Ac etiam super quibuscúmque Commerciis Exercitióque Commerciorum & Intercursu Mercandisarum, inter nostros & dictorum Consanguineorum nostrorum Subditos quoscúmque imposterùm habendis,

Necnon de & super quibuscúmque Promissionibus, Pactis, & Conventionibus, pro Subsidio, Succursu & Auxilio quocúmque hincinde præstandis, Modoque Quantitate & Formâ ejusdem, Faciendum, Firmandum, & Roborandum, sub Viis Modis & Formis & Conditionibus quibuscúmque,

Uni-

A. D. 1488. Hen. 7. Universísque & singula, quæ inter eos sic Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Roborandum & Assecurandum per Fidei interpositionem & Juramentum in Animam nostram præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis ac Dependentiis ad easdem omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promissa, ac Literas sigillatas Concedendum, Faciendum, & Expediendum, prout eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, & Commissariis nostris, & Duobus eorum videbitur expedire, quæ talem tantámque Vim, Auctoritatem, & Effectum Volumus realiter optinere, ac si ea in propria Persona fecissemus,

Et, si necesse fuerit, *Dietam* ac *Diem* & *Locum* pro eadem Appunctuandum & Assignandum,

Cæteráque omnia & singula, quæ in Præmissis conclusa, concordata, & affirmata fuerint, Expediendum, Perficiendum, & pro parte nostra Perimplendum, ac debitè Exequendum, etiam si majora sint & Mandatum de sui natura magis exigant speciale, & quæ Nosmetipsi facere possemus si personaliter præsentes essemus in explicatione & conclusione Præmissorum; A. D. 1488. Hen. 7.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per dictos Ambassiatores, Oratores, & Commissarios nostros, seu Duos eorum, in forma prædicta, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Communicando & Tractando cum Consanguineo Franciæ.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Ibid. m. 7. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Bellorum Calamitates innumerabiles sint, tantúmque Pacis Bonum fuerit quòd nil Boni sine Pace esse queat, Sciatis quòd Nos,

Ad Dei Complacentiam, Christianæque Religionis Defensionem, Pacem apud omnes, præsertim harum Occiduarum Partium Principes, celebrari anhelantes,

De Fidelitatibus, Providisq; Circumspectionibus & Industriis, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Abbatis Monasterii beatæ Mariæ de Abyngdon* Sacræ Theologiæ Professoris, Magistri *Johannis Gyles* Legum Doctoris, Magistri *Cristofori Urswyk* Magni Eleemosinarii nostri, *Ricardi Tunstall* Militis, & Magistri *Thomæ Warde* Clerici, Consiliariorum nostrorum, plurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Nuncios, Legatos, & Commissarios speciales Assignavimus, Constituimus, Fecimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Assignamus, Constituimus, Facimus, Deputamus, & Ordinamus;

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Nunciis, Legatis, & Commissariis nostris, & Duobus eorum, plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Carissimo Consanguineo nostro *Rege Karolo Franciæ*, seu ejus Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, de & pro Pace, inter Eum & Illustrissimum Principem *Britanniæ Ducem* firmiter componendâ, Communicandi, Tractandi, atque Conveniendi, A. D. 1488.

Ac de & super Prorogatione, Innovatione, & Continuatione Treugarum, Guerrarúmque Abstinentiarum, & Intercursûs Mercium & Mercandisarum, jamdudùm inter *Nos*, Regna, Terras, Dominia, Subditos, & Loca nostra, & *dictum Consanguineum nostrum Franciæ*, Regnum, Terras, Dominia, Subditos, & Loca sua factarum & habitarum, Communicandi, Tractandi, Concordandi, & Conveniendi,

Atque eas, si opus fuerit, Innovandi, Novásque Treugas, Guerrarum Abstinentias, & Mercium Intercursus, prout eis vel Duobus eorum videbitur expedire, de Novo Componendi, Paciscendi, atque Firmandi,

Necnon Ligas, Amicitias, Fœdera, atque Pacem perpetuam, inter *Nos*, Hæredes, & Successores nostros, Regna, Terras, Dominia, & Loca nostra, ac Subditos, Alligatos, & Confœderatos nostros, ac alios Nobis Adhærentes quoscúmque, & dictum *Consanguineum nostrum Franciæ*, Hæredes & Successores

A. D. 1488. Hen. 7. res suos, atque Regnum, Terras, Dominia, & Loca sua, Subditósque, Alligatos, & Confœderatos suos, ac sibi Adhærentes, si qui in eis comprehendi velint, Ineundi, Percutiendi, Conveniendi, Componendi, Concludendi, atque Firmandi,

Ac de & super Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Demandis, & Debatis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, quæ inter *Nos* & præfatum *Consanguineum nostrum Franciæ*, ac Regna, Terras, Dominia, Loca, Subditos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos, inpræsentiarùm quovis modo pendent, aut posthac intervenire poterunt,

Ac etiam de & super quibuscúmque Commerciis, Exercitioque Commerciorum, & Intercursu Mercandisarum, inter *Nostros* & *dicti Consanguinei nostri Franciæ* Subditos imposterùm habendis, Tractandi, Transigendi, Concordandi, Conveniendi, atque Terminandi,

Novamque Dietam, quatenus opus fuerit, Assignandi, Limitandi, & Deputandi,

Universáque & singula, quæ inter eos sic Conventa, Tractata, Innovata, Firmata, Roborata, Appunctuata, & Conclusa fuerint, Roborandi & Affecurandi, per Fidei Interpositionem & Juramentum in Animam nostram Præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis ac eorum Dependentiis omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, ac Literas sigillatas validas & efficaces pro Parte nostra Promittendi, Concedendi, Faciendi, Expediendi, Tradendi, & Liberandi, A. D. 1488. Hen. 7.

Ac alias Literas, consimilis Effectûs & Vigoris, ex altera Parte, Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula Faciendi, Excercendi, & Exequendi, prout eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Nunciis, Legatis, & Commissariis nostris, vel Duobus eorum, meliùs videbitur expedire,

Quæ talem tantámque Vim & Effectum volumus realiter optinere, ac si ea in propria Persona nostra fecissemus,

Cæteráque omnia Præmissa & eorum singula concernentia, Faciendi, Firmandi, & pro Parte nostra Perimplendi, ac debitè Exequendi, quæ Nos facere possemus si personaliter interessemus, etiam si majora sint & Mandatum de sui natura magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos omnia & singula, quæ per præfatos Ambassiatores, Oratores, Nuncios, Legatos, & Commissarios nostros, vel Duos eorum, Appunctuata, Promissa, Conclusa, & Concordata fuerint, in hac parte, Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias, in forma debita & autentica, daturos, secundùm quod in ea Parte fuerit Conclusum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* Decimo septimo Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Regis Romanorum.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Ibid. REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac certis considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Quadraginta Personas*, vel infra, cujuscúmque Gradûs, Statûs, seu Conditionis fuerint, aut aliquis eorum fuerit, de Subditis Serenissimorum Principum, *Maximiliani Regis Romanorum*, & *Philippi sui Filii Ducis Burgundiæ* in Calesiam ac Marchias ejusdem, necnon in Regnum nostrum Angliæ, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.* A. D. 1488.

In cujus &c. per Tres Menses duraturas.

Teste Rege apud *Cantuar.* vicesimo Die Martii.

Per ipsum Regem.

2

De

De Præsentatione ad Ecclesiam de Oye.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Ibid. m. 3.

Dilectus Regis *Thomas Hustewayte* Capellanus habet Literas Regis Patentes de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem de Oye, juxta Calesium Morivensis Diœcesis, per liberam Resignationem *Thomæ Wyrell* ultimi Rectoris ibidem jam Vacantem, & ad Regis Donationem spectantem;

Et diriguntur Literæ illæ Reverendissimo in Christo Patri *J. Archiepiscopo Cantuariensi* exequendæ. A. D. 1488.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Sandewicum* vicesimo Die Martii.

Super Attemptatis contra Treugas Scotiæ.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Scot. 3. H. 7. m. 11.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, pendentibus Treugis inter Nos & Serenissimum Principem Fratrem & Consanguineum nostrum carissimum *Jacobum Regem Scotorum*, exorta sit jam nuper inter Subditos nostros atque suos hincinde, habitantes juxta Ripariam de Eske in Marchiis Occidentalibus versus Scotiam, Materia Quæstionis de & super quadam Piscaria sive Jure Piscandi in dicta Riparia,

Nostris Subditis asserentibus Jus erigendi & habendi in certo loco ejusdem Fluminis constructam, vulgariter vocatam *le Fisshgarth*, ubi Pisces illuc confluentes faciliùs per nostros capi detinerique possint, ad Nos & ad ipsos, ut pro Jure & Nomine nostro, de Jure & Consuetudine pertinere, nonnullis Subditis ipsius Fratris & Consanguinei nostri Contrarium asserentibus,

Nos,

Volentes omnem Discordiam, jam ex Quæstione hujusmodi motam seu movendam, quantum in Nobis est, amputari, nullámque Novitatem super eadem, in præjudicium unius seu alterius Partis, maximè instantium Treugarum tempore, introduci,

Omniáque & singula, contra Tenorem & Effectum ipsarum Treugarum attemptata, ipsarúmque Treugarum Infractiones reparari & reformari, & earum Infractiones debitè puniri cupientes,

Assignavimus, Constituimus, & Deputavimus, ac Tenore Præsentium Assignamus, Constituimus, & Deputamus, Dilectos & Fideles nostros, *Thomam Dominum Dacres* Locumtenentem Marchiarum nostrarum prædictarum, Religiosum Virum *Priorem Ecclesiæ Cathedralis Karliolensis*, *Christoforum Moresby* Militem, & *Ricardum Salkeld* Armigerum, nostros Legatos, Oratores, & Commissarios, A. D. 1488.

Dantes & Concedentes per Præsentes eisdem Tribus & Duobus eorum (quorum dictum *Dominum de Dacres* unum esse volumus) Potestatem generalem & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Commissariis & Deputatis ipsius carissimi Fratris & Consanguinei nostri *Regis Scotorum*, Potestatem sufficientem habentibus, supra Materia Quæstionis prælibatæ amicabiliter Conveniendi, Communicandi, & Tractandi,

Déque & super Jure, Titulo, & Possessione, Usúque & Observantiâ, habitis circa Piscariam Sepem seu Clausuram memoratam temporibus retroactis, viis & modis quibuscúmque licitis & rationabilibus Inquirendi & Investigandi,

Veritatéque inquisitâ & compertâ omnem Quæstionem hujusmodi cum suis incidentibus, emergentibus, & connexis, Fine debito Terminandi,

Necnon Attemptata contra dictas Treugas & earum Infractiones, si quæ ex parte Subditorum nostrorum fuerint facta, Reparandi & Reformandi, hujusmodíque Infractores debitè Castigandi & Puniendi,

Et, si quæ ex parte Subditorum dicti Consanguinei nostri *Regis Scotorum* facta fuerint, Reformari & Reparari, atque hujusmodi Delinquentes debitè Puniri, Petendi, & Exigendi,

Ulteriúsque Decernendi, Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Aliámq; *Dietam* seu alias *Dietas*, pro meliori Expeditione Præmissorum, si necesse fuerit, Statuendi & Præfigendi,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum perpetuò habituros quicquid dicti Legati, Oratores,

A. D. 1488. *Hen. 7.* res, & Commissarii nostri, Tres & Duo eorum (quorum dictum *Dominum de Dacres* unum esse volumus) in forma prædicta, communicaverint, determinaverint, decreverint, fecerint, seu expediêrint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum;

Damus autem universis & singulis Officiariis & Subditis nostris in Mandatis, quòd dictis Legatis, Oratoribus, & Commissariis nostris, Tribus & Duobus eorum (quorum dictum *Dominum de Dacres* unum esse volumus) in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Obedientes, & Auxiliantes, nec quòd Guerram, Hostilitatem, seu Dampnum quodcúmque, occasione Præmissorum, contra ipsorum Decreta & Ordinationes faciant seu facere attemptent quovis modo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Martii.

Per Concilium.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Scotiæ.

A. D. 1488. *An. 2. H. 7.* *Ibid. m. 3.* REX universis & singulis, Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Venerabiles in Christo Patres, *Robertum Episcopum Glasguensem*, & *Georgium Episcopum Dunkeldensem*, ac *Colinum Comitem de Ergile* Cancellarium Scotiæ, *Patricium Dominum Hallis*, *Robertum Dominum Lile*, *Matheum Stewart* Magistrum de Dernle, *Alexandrum Magistrum de Hume*, aut Quatuor eorum, cum *Centum & Sexaginta Personis* vel infra in Comitiva sua, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Ambassiatoribus Scotiæ.

A. D. 1488. *An. 2. H. 7.* *Ibid.* REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Bellorum Calamitates innumerabiles sint, tantúmque Pacis Bonum fuerit quod nil Boni sine Pace esse queat,

Hinc est quòd Nos,

Ad Laudem, Gloriam, & Honorem Omnipotentis Dei, Christianæque Religionis Defensionem, Pacem apud omnes, præsertim Nobis Vicinarum Partium Principes, celebrari cupientes,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Balteswell* Legum Doctoris Clerici Concilii nostri, & *Henrici Wyot* Jocalium nostrorum Thesaurarii nostri, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Commissariis, Legatis, Deputatis, & Nunciis nostris plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, cum Illustrissimo Principe carissimo Consanguineo nostro *Jacobo Scotorum Rege*, seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super reali & Pace perpetuâ atque pro certo Annorum tempore sive Nostro & dicti Consanguinei nostri Vitæ duraturâ, quam de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, ac Amicitiâ, Concordiâ, Fœderibus, & Intelligentiis, necnon de & super quibuscúmque Commerciis, Excercitióque Commerciorum, & mutuo & amicabili Intercursu Mercandisarum,

Inter *Nos* ac Hæredes & Successores nostros, ac Regna, Terras, & Dominia nostra, & *dictum Consanguineum nostrum*, Hæredes, & Successores suos, atque Regna, Loca, Terras, & Dominia sua, Subditos, Vassallos, Confœderatósque, & Alligatos, Faventes, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, ineundis, capiendis, celebrandis, conveniendis, concludendis, & habendis,

Necnon

A. D. 1488. Hen. 7. Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, quæ inter Nos & præfatum Consanguineum nostrum, ac Regna, Loca, Terras, Dominia, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes prædictos hincinde inpræsentiarùm pendere dinoscuntur,

Communicandi, Tractandi, Conveniendi, & Concordandi, atque ea omnia & singula Componendi, Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuamentis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, aut ejus Ambassiatoribus, Nunciis, & Deputatis prædictis Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Liberandi, Literásque alias consimilis Vigoris & Efficacies ex altera Parte Petendi, Exigendi, & Recipiendi, A. D. 1488. Hen. 7.

Et generaliter omnia Præmissa, & Præmissorum singula qualitercúmq; concernentia, Faciendi, Exercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Ambassiatores, Commissarios, Legatos, Deputatos, & Nuncios nostros, Appunctuata, Promissa, Concordata, Conventa, & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Confirmatorias & Approbatorias, in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Maii.

Per ipsum Regem.

Bulla contra Tumultus Excitantes, super Jure Succedendi.

Registrata apud me HIE. BALBANUM.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Ex Autogr. INNOCENTIUS Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam Rei memoriam.

Sedis Apostolicæ Providentia plurimùm circumspecta, intenta Saluti Animarum Christi fidelium, ac Paci, Quieti, & Tranquilitati Catholicorum Regum & Principum, Regnorúmque & Dominiorum eorumdem Conservationi, Dubia quæ ex ordinatis propterea per eam pro tempore oriuntur Dilucidat & Declarat, & sic Ordinata Ampliat & Extendit, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

Dudùm siquidem, ad obviandum Bellis & Dissentionibus quæ in Regno Angliæ, retroactis temporibus, occasione *Juris Succedendi* in eodem Regno, inter Prædecessores Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Septimi Regis*, & Carissimæ in Christo Filiæ nostræ *Elizabethæ Reginæ Angliæ* Illustrium, Humani Generis Hoste procurante, diù viguerant, inter cætera, Motu proprio & ex certa nostra Scientia, per alias nostras Litteras, Monuimus & Requisivimus omnes & singulos dicti Regni Incolas, & ejusdem *Henrici Regis* Subditos (cujuscúmque Gradûs, Statûs, seu Conditionis existerent, etiam si Ducali vel Majori Dignitate præfulgerent) eisque & cuilibet eorum, districtè Præcipiendo, Inhibuimus nè ipsi aut aliquis eorum Novos Tumultus, occasione dicti *Juris Succedendi*, in dicto Regno, vel quovis quæsito colore, aut quacúnque aliâ de Causâ, per se vel alium seu alios movere seu moveri facere, aut Paci Tranquillitative ipsius Regni contravenire quovis modo præsumerent, sub Excommunicationis & Majoris Anathematis Pœna, A. D. 1488.

Quam omnes & singuli, hujusmodi Tumultus Novos Excitantes vel excitari facientes, ac Pacem & Regni præfati Tranquillitatem Perturbantes, aut prædictis Contravenientes, extunc eo ipso incurrere, eósque incurrere & illius vinculo innodatos & involutos ipso Facto esse eisdem Motu & Scientiâ Voluimus, Statuimus, Decrevimus, & Declaravimus,

A quo quidem Excommunicationis & Anathematis Vinculo ab alio, quam Sede prædictâ, aut cui ipsa Sedes id specialiter & pacificè committeret, præterquam in Mortis Articulo constituti, nequi-

A. D. 1488. Hen. 7.

nequirent Absolutionis Beneficium obtinere,

Et quoscúnque tàm Principes exteros quàm dicti Regni Incolas, præstantes Opem & Succursum eidem *Henrico Regi*, ejúsque Descendentibus in eodem Regno Successoribus Angliæ Regibus, contra eorum Rebelles, aut aliqua contra Præmissa quovis pacto molientes, eisdem Motu & Scientiâ Benediximus, & illis, quos sic faciendo in tàm Justa Causa Decedere contingeret, plenariam omnium Peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem elargiti fuimus,

Deputatis etiam super hiis Executoribus, qui tales publicarent & facerent ab aliis publicari, ac legitimis super hiis habendis servatis Processibus, Censuras & Pœnas prædictas iteratis vicibus aggravarent,

Prout in eisdem Litteris, quarum Tenorem, ac si de verbo ad verbum Præsentibus insereretur, haberi volumus pro sufficienter expresso, pleniùs continetur.

Cùm autem, sicut accepimus, a nonnullis revocetur in Dubium an in Monitione, Requisitione, Inhibitione, & Litteris prædictis includantur Hyberniæ & aliorum Locorum Temporali Dominio dicti Regis Subjectorum, extra tamen Regnum prædictum consistentium, Incolæ, Monitioni, Requisitioni, & Inhibitioni prædictis non parentes? Vereantúrque *Rex* & *Regina* prædicti nè Ecclesiasticæ Personæ Regni & Dominiorum prædictorum, in prædictis Litteris non inclusæ, hujusmodi Novos Tumultus & Perturbationes excitent & faciant ac procurent ab aliis excitari,

Nos,

Quibus ex Pastorali Officio præcipuè conservandæ Pacis & Quietis inter Populos & Regna Christiana Cura incumbit, super biis debitè providere, nè Fidelium Animæ aliquorum Perversorum Suasione Censuris & Pœnis prædictis Illaqueatæ remaneant, hujusmodi Ambiguitatis Dubium summovere, & nè Ecclesiasticæ Personæ prædictæ ad ea quæ Secularibus Personis Interdicta sunt impunè prorumpant, providere volentes,

Motu simili, non ad eorundem *Regis* & *Reginæ* aut ad alicujus alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ Petitionis Instantiam, sed de nostra mera Deliberatione, & ex simili Scientiâ, Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium,

Declaramus Hyberniæ & aliorum Locorum & Dominiorum dicto Regi Subjectorum extra dictum Regnum consistentium Incolas Seculares, qui hujusmodi Novos Tumultus, occasione dicti *Juris Succedendi* in eisdem Regno & Dominiis, vel aliàs, movere & excitare non verebuntur (cujuscúnque Dignitatis, Statûs, Gradûs, Ordinis, Conditionis, vel Præeminentiæ sint vel fuerint) in prædictis Monitione, Requisitione, Inhibitione, & Litteris inclusos esse, & illos ex eis, qui Monitioni, Requisitioni, & Inhibitioni prædictis non patuerint, Excommunicationis & Anathematis Sententiam prædictam incurrere debere, & eosdem Executores ac ab eis Deputatos Sub-Executores Excommunicatos & Anathematizatos publicè Nunciare, & ad Censuram earumdem Aggravationem contra eos Procedere, & alia eis Demandata Facere posse juxta Litterarum earumdem continentiam atque formam, & sic nostræ Intentionis esse, ac per quoscúnque Auditores & Judices etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in quavis Causa judicari & interpretari debere, sublata eis & cuilibet eorum quavis aliter Judicandi & Interpretandi Facultate & Auctoritate, ac irritum & inane, si secus super hiis a quoquam quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, eisdem Motu, Scientiâ, & Auctoritate, Decernimus,

Ac easdem Monitionem, Requisitionem, & Inhibitionem ad Personas Ecclesiasticas, etiam cujusvis Ordinis, Religiosas Exemptas non Exemptas, in præfatis Regno & Hyberniæ ac aliis Dominiis ipsius Regis constitutas (cujuscúnque Statûs, Gradûs, Ordinis, & Conditionis existant, etiam si Episcopali vel aliâ quavis etiam Majori Ecclesiasticâ Dignitate præfulgeant) similibus Motu, Scientiâ, & Auctoritate extendimus, & extendendo easdem Ecclesiasticas Personas & quamlibet earum dictâ Auctoritate pari modo Monemus, Requirimus, & Inhibemus eisdem, nè Novos Tumultus hujusmodi suscitare movere, seu jam Motos fovere, nutrire, & manutenere, seu quempiam ad illos Incitare, néve Paci & Tranquillitati ipsius Regni & Dominiorum ejusdem Regis, etiam extra Regnum ipsum consistentium, contravenire quovis modo præsumant, sub Interdicti Ingressus Ecclesiæ per Episcopos & Superiores ab eis, & Excommunicationis ac Anathematis latæ Sententiæ Pœnâ per alios Inferiores ab eis qui contravenerint, eo ipso incurrendâ, ita ut si Episcopali & Majori Dignitate Ecclesiasticâ fungentes sub hujusmodi Interdicto per Decem Dies permanere non formidaverint, extunc, lapsis Diebus eisdem,

2 a sua-

A.D. 1488 a suarum Ecclesiarum Regiminibus Sus-
Hen. 7. pensi existant, & si Suspensionem eandem per Viginti Dies, præfatos Decem Dies immediatè sequentes, Animo (quod absit) sustinuerint Indurato, Excommunicationis & Majoris Anathematis Sententia, prout & alii Inferiores, innodati sint & esse censeantur eo ipso:

Non obstantibus Præmissis ac Apostolicis, necnon, bonæ memoriæ, *Ottonis* & *Ottoboni* olim in dicto Regno Angliæ ejusdem Sedis Legatorum, ac in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, necnon omnibus illis quæ in Litteris prædictis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscúnque.

Et, quia difficile foret præsentes & alias Litteras prædictas ad singula quæque Loca, in quibus expediens fuerit, deferre, Volumus & eadem Auctoritate Decernimus quòd illarum Transumptis, manu Publici Notarii indè rogati subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in Ecclesiarum Dignitate constitutæ aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis, ea prorsus in Judicio & extra, & aliàs ubilibet Fides adhibeatur quæ Præsentibus & aliis Litteris prædictis adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ;

Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc Paginam nostræ Declarationis, Constitutionis, Extensionis, Monitionis, Requisitionis, Inhibitionis, Voluntatis, & Decreti infringere &c.

A.D. 1488.
Hen. 7. Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo, sexto decimo Kal. Junii, Pontificatûs nostri Anno quarto,

Gratis de Mandato Domini nostri Papæ.

JUL. CESARINUS.
TIMOTHEUS.
D. SERIANO.
B. CRISPOLITUS.
M. DE SALVETIS.
Grat. mutat. ejusd.
Expedivit M. DE SALVETIS *& exposuit duc. Quatuor.*

L. DE THERAMO.

INNOCENTIUS PAPA OCTAVUS.

Sub Filis sericis flavi rubeique coloris.

De Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, xix. Die Mensis Martii, in Ecclesia Parochiali Villæ Clomell Lismorensis Diœcesis, præsentes Literæ humiliter Receptæ, Perlectæ, ac ad plenum, in Concilio Provinchiali Cassclensis Provinchiæ, per Reverendissimum *David Cassclensem Archiepiscopum*, ac. Reverendos Patres, *Thomam Lismorensem & Waterford*, *Johannem Lundonensem*, *Episcopos*, illius Concilii Diffinitores, ac *Karolum Imalacensem Episcopum*, Executæ fuerunt & Executioni Demandatæ.

De Conductu, ad Rogatum Regis Scotorum.

A.D. 1488.
An. 3. H. 7. REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.
Scot. 3. H. 7. Sciatis quòd, ad Rogatum
Ja. 13. Carissimi Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Reverendos Patres, *Willielmum Archiepiscopum Sancti Andreæ*, *Robertum Episcopum Glasguensem*, *Willielmum Episcopum de Aberdonen.* & *Henricum Abbatem de Cambuskennetb*, ac, Spectabiles Viros, Magistrum *David Cetan*, Magistrum *Michaelem Straton*, Magistrum *David Bram*, Magistrum *Alexandrum Eliphynston*, Magistrum *Johannem Bagenoth*, *Thomam Myrton*, *Robertum Wellys*, *Carolum Blakater*, *Robertum Blendschelys*, *Johannem Wormat*, *Willielmum Elphynstan*, & *Adam Forman*, cum *Sexaginta Personis vel infra*, de Regno Scotiæ, ac totidem Equis vel infra, in Comitiva sua, in Regnum nostrum Angliæ, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.* A.D. 1488.

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* septimo Die Julii.

Pro

Pro Treugis Franciæ continuandis.

A. D. 1488. An. 3. H. 7. Franc. 3. H. 7. m. 2.

REX universis, præsentes Literas nostras inspecturis, Salutem.

Cùm dirus Cristianorum Status, crudeli Perfidorum Furore enormiter miserabiliterque impræsentiarùm Afflictus, ad veterem Prosperitatis Felicitatem Gloriosámque Famam sanctiùs & maturiùs reduci nequeat, quàm Orthodoxæ Religionis Principes, Potentatu saltem majores, Vires suas uniant, Treugarum Pacis Amicitiæque Fœdera componant, & Caritatis Vinculo se invicem copulent,

Cúmque innumerabiles Bellorum Calamitates, inæstimabiléscque Principibus atque eorum Dominiis & Subditis Pacis & Amicitiæ felices sunt eventus,

Notum facimus quòd cum Serenissimo Principe *Karolo Franciæ* Consanguineo nostro carissimo Inivimus, Contraximus, Perfecimus, Convenimus, Conclusimus, & Appunctuavimus, & per Præsentes Inimus, Contrahimus, Perficimus, Convenimus, Concludimus, & Appunctuamus bonas, sinceras, veras, firmas, & perfectas Treugas, Guerrarum Abstinentias, Ligas, Intelligentias, & Confœderationes *inter Nos*, Regnum nostrum Angliæ, Patrias, & Dominia nostra, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, & præfatum Serenissimum Principem *Karolum Franciæ* Consanguineum nostrum Carissimum, Patrias & Dominia sua, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, *usque in Decimam septimam Diem Januarii quæ erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Nono duraturas*, modo & formâ in Articulis seu Capitulis subsequentibus contentis, A. D. 1488.

Quorum Tenor sequitur & est talis,

Inprimis, quòd bonæ, sinceræ, & perfectæ sint & inviolabiliter habeantur Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Ligæ, Intelligentiæ, & Confœderationes inter dictos Potentissimos *Angliæ & Franciæ Principes*, Patrias & Dominia sua quæcúmque, Hæredes, Successores, Vassallos, Subditos præsentes & futuros, necnon inter Inclitissima Angliæ & Franciæ Regna, per Terram, Mare, Portus Maris, & Aquas dulces,

Et quod dictæ Treugæ, Guerrarum Abstinentiæ, Ligæ, & Confœderationes Continuentur, quoad Principes antedictos, & eorum Patrias, Dominia, Subditos, & Vassallos, a Data Præsentium, & *Durent usque ad Terminum antedictum* inclusivè, & sic *Finient in Die Decimo septimo Januarii post Solis Occasum ejusdem Diei, qui erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono* etiam inclusivè.

Item, quòd, durante dicto Termino & Treugis prædictis, Bella Guerræ & Hostilitates quæcúmque inter præfatos *Principes Angliæ & Franciæ*, utriúsque eorum Hæredes, Successores, Vassallos, & Subditos, necnon inter dicta Inclitissima Angliæ & Franciæ Regna, Patrias, & Dominia sua quæcumque, ubicumque Locorum, per Terras, Mare, & Aquas dulces, omninò cessabunt.

Item, quod omnes & singuli utriusque eorum Principum Vassalli & Subditi, sive sint Principes, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Comites, Barones, Mercatores, aut cujusvis Statûs Conditionisve existant, durantibus Treugis antedictis, ubivis Locorum, sese mutuis Officiis prosequantur, & honestâ Affectione pertractent, possintque liberè, tutè, & securè, absque alterius ejusdem Subditorum Offensâ sive Impedimento, ubique Perlustrare per Terram, per Mare Navigare, hincindéque ad Portus, & Dominia, & Districtus quoscumq; utriusque ipsorum Principum citra & ultra Mare Accedere (dùm tamen Armati ultra Numerum Armatorum Centum simul non accedant) in eisque quamdiu volent Morari, Mercari, Merces, Mercimonia, Arma, & Jocalia quæcumque Emere, Vendere, & ut eis placeat ab illinc ad Terras proprias vel alibi liberè, quotiens duxerint abeundum, abire cum suis aut conductis vel commodatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercimoniis, Sarsinulis, Bonis, & Rebus suis quibuscumque, absque ullo Impedimento, Offensâ, Arestatione, ratione Merciæ, Contramerciæ Reprisaliorum, aut aliâ Restrictione quacumque, tàm in Terra quàm in Mare & Aquis dulcibus, quamadmodum Patriis in propriis hæc omnia facient aut eis facere liceret; ita quòd nullo alio

Salvo

A. D. 1488. Hen. 7. Salvo Conductu generali aut speciali indigeant.

ITEM, quòd omnia Munera sive Onera, ab aliquo dictorum Principum, in cujusvis Partibus Patriarum sive Dominiorum suorum, a Viginti Duobus Annis citra, imposita, Mercatoribus & Subditis alterius Principis Nociva, penitùs Extincta sint & Abjecta; & quòd talia aut consimilia, durantibus hiis Treugis, ammodò non imponantur: Salvis tamen, quoad cætera, omnibus Regionum Urbium & Locorum aliis Legibus, Statutis, & Consuetudinibus, quibus nichil quoad eorum Jura per Præmissa censetur derogatum.

ITEM, quòd si infra dictum Terminum, durantibus hiis Treugis, aliquid contra Vires & Effectus earumdem Treugarum & Abstinentiarum Guerrarum, per Terram, Mare, aut Aquas dulces, per aliquem ipsorum Principum, Hæredes, Successores, Subditos & Vassallos utriusque eorum, fuerit Attemptatum Actum aut Gestum, quòd omnia ipsa sic Attemptata per Conservatores ipsarum Treugarum, nominatos ab ipsis Principibus, seu saltem a Principe eorum sic Dampnificantium, infra Mensem, post Requisitionem superinde eis factam, unà cum Expensis sic Damnificantium aut Dampnificatorum, Restaurentur, Reficiantur, & Reparentur: sic quòd propter nullum, durante harum Treugarum Termino, in contrarium Attemptatum hæ Treugæ Rumpantur nec Terminentur; sed in suis viribus usque ad Finem dicti Termini permaneant; & pro ipsis Attemptatis solomodò Puniantur ipsi Attemptantes & Dampnificantes & non alii.

ITEM, pro matura & inviolabili harum Treugarum, Abstinentiarum Guerrarum, Ligarum, & Confœderationum Observantia & Conservatione, Electi & Nominati sunt,

Ex parte dicti Serenissimi Principis *Angliæ Regis* Conservatores, Illustrissimus *Dux Bedfordiæ* ejusdem Regis Avunculus, ac Præfectus sive *Locumtenens* dicti Regis Calisii pro tempore existens,

Et ex Parte *dicti Karoli Consanguinei sui Franciæ*, Carissimus Frater & Consanguineus suus Illustrissimus *Dux Borbonii Modernus*, Magnificus Dominus *Ludovicus de Graville* Admirallus modernus Franciæ,

Qui quidem Conservatores dictorum Principum ac utriusque eorum, & Duo aut Unus eorum, ex parte saltem Principis Subditorum Dampnificantium, si qui sint, sic Nominati Nominatusve Auctoritatem & Potestatem habeant & habeat ipsos Dampnificantes Puniendi, Attemptata & Dampna, contra vires harum Treugarum illata, unà cum Expensis Dampnificatorum, Reficiendi & Reparandi,

Et, si contingat ipsos Conservatores, per ipsos Principes, ut præmittitur, nominatos, super Reformatione aliquorum dictorum Attemptatorum fore Discordes, & inter eos concordare superinde non valentes, quòd eo tunc Causa illa referatur Concilio Principis Subditorum sic Dampnificantium, aut, si opus sit, utriusque Principis, dumtamen Causa illa summariè & de plano coram eis examinetur & felici Marte terminetur.

Quas quidem Treugas Principes antedicti Promiserunt & uterque eorum Promisit, in Verbo Principis & bonâ Fide, juxta Vires, manutenere & inviolabiliter observare, observarique facere.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis præsentibus Literis nostris Patentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Datum apud *Castrum nostrum de Wyndesore*, Die Quartodecimâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo, & Regni nostri Tertio.

Per ipsum Regem.

Ratificatio Treugarum Scotiæ.

A.D. 1488. An. 3. H. 7. Scot. 3. H. 7. m. 19.

REX universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

NOTUM FACIMUS quòd Vidimus, Inspeximus, & Intelleximus *quasdam Indenturas*,

Initas, Appunctuatas, & Conclusas inter, Reverendos in Christo Patres, *Johannem Wygorniensem*, & *Johannem Lincolniensem*, Episcopos, & Spectabiles Dominos, *Johannem Weston* Priorem Ordinis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, & *Johannem Dominum de Dynham*, Milites, necnon, Dilectos Nobis,

A. D. 1488. Hen. 7. *Thomam Lovell* Armigerum pro Corpore Thesaurarium Cameræ nostræ, ac Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem Canonicum Lincolniensem in Officio Privati Sigilli nostri Secundarium, Consiliarios, Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros, ex unâ, & Reverendum in Christo Patrem *Willielmum Episcopum Aberdonensem*, Spectabilésque Dominos, *Johannem Dominum de Bothwell*, ac *Johannem Dominum de Kenedie*, Milites, Venerabilem Religiosúmque Patrem *Robertum Abbatem Sanctæ Crucis prope Edinburgh*, Egregios Viros, Magistrum *Archibaldum Qubitlawe Archidiaconum Laudoniæ* Secretarium, ac *Johannem Ros de Mongrenen*, Ambaxiatores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios Carissimi Consanguinei nostri *Jacobi Regis Scotorum*, ex alterâ Partibus, de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, inter Nos & dictum Consanguineum nostrum ineundis, modo & formâ in dictis Indenturis specificatis, A. D. 1488. Hen. 7.

Quarum Tenor sequitur de verbo ad verbum & est talis,

HÆc Indentura,

Facta inter Nos, *Johannem Wigorniensem* & *Johannem Lincolniensem*, Episcopos, Fratrem *Johannem Weston* Priorem Ordinis Sancti Johannis Jerusalem in Angliâ, & *Johannem Dominum de Dynham*, Milites, *Thomam Lovell* Thesaurarium Cameræ Regiæ, & Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem Canonicum Lincolniensem Secundarium in Officio Privati Sigilli, Excellentissimi Principis Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, Consiliarios & Commissarios ex unâ Parte, ac Reverendum in Christo Patrem *Willielmum Episcopum Abirdonensem*, Spectabilésque Dominos, *Johannem Dominum de Bothwel*, ac *Johannem Dominum de Kenedie*, Milites, Venerabilem Religiosúmque Patrem *Robertum Abbatem Sanctæ Crucis prope Edinburgh*, Egregios Viros, Magistrum *Archibaldum Qubitlawe* Archidiaconum Laudoniæ Secretarium, ac *Johannem Ros* de Mongrenen, Serenissimi Illustrissimique Principis *Jacobi Scotorum Regis* Consiliarios, Commissarios, Oratores, & Nuncios, ex Parte alterâ,

Testatur quòd Nos, Commissarii Domini Regis Angliæ antedicti cum præfatis Oratoribus & Commissariis Domini *Regis Scotorum*, atque ipsi Nobiscum per nonnullos Mensinm Junii & Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo sexto, in Civitate London mutuò convenientes, post nonnullos Tractatus, Communicationes, & Deliberationes inter Nos habitos, tandem, auctoritate & virtute Commissionum nostrarum hincinde, per Literas Patentes dictorum Dominorum Regum nobis atque ipsis divisim factas (quarum Tenores de verbo in verbum inferiùs inferuntur) appunctuavimus, convenimus, concordavimus, & conclusimus, appunctuamus, convenimus, concordamus, & concludimus, nos & ipsi nobiscum, nominibus Principum nostrorum prædictorum, in omnibus & per omnia, prout in sequentibus Articulis continetur;

Inprimis, Appunctuatum, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quod inter Serenissimos Principes antedictos (videlicet) *Henricum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ & Franciæ, ac Dominum Hiberniæ*, ex unâ Parte, atque *Jacobum*, eadem gratiâ, *Regem Scotiæ, &c. prout supra Dat. tertio Die Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo sexto, & Regni Domini nostri Regis supradicti Primo.*

Quas quidem Indenturas, ac omnia & singula in eisdem contenta, Nos *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ* memoratus, ex nostrâ Scientiâ proprioque Motu, pro Nobis, & Successoribus nostris, Regno, Terris, Dominiis, Possessionibus, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris, necnon omnibus aliis quorum interest aut intererit quomodolibet in futurum, Laudamus, Acceptamus, Ratificamus, Validamus, Roboramus, & Approbamus;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus, Subditis & Ligeis nostris, ea omnia & singula, quantum ad Nos attinet, firmiter tenere, observare, & perimplere.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro

Pro Bastardo Burgundiæ.



A. D. 1488. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 21.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, & aliis Fidelibus & Subditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare, constitutis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Baldewinum Bastardum Burgundiæ*, *cum Viginti Personis vel infra* in Comitivâ suâ, in unâ Navi vel diversis Navibus, cum Equis, Carectis, Cariagiis, Capsis, Manticis, Bogeis, Fardellis, Vestimentis, Apparatibus, Jocalibus, Auro & Argento monetaro & non monetato, necnon aliis Bonis & Rebus suis necessariis & requisitis nobis in hoc Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca Nobis subjecta quacúmque, tám per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Veniendo, ibidem Morando, Exspectando, Sojornando, & Conversando, Negotia Onera & alia Agenda sua ibidem Proponendo & Expediendo, & exinde se Divertendo, & ad Partes proprias Redeundo, liberè & absque Impedimento, Impetitione, Molestatione, Perturbatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque; aliquâ Marquâ, Contramarquâ, sive Reprisaliâ concessâ vel concedendâ, aut aliquo Statuto sive Ordinatione, vel aliquo Mandato nostro, in contrarium facto, non obstante.

Et ideò &c.

In cujus &c. per Sex Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Communicando cum Carolo Franciæ.

A. D. 1488. An. 4. H. 7. Ibid. m. 18.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, juxta veteres Historias longámque Rerum experientiam, nullam meminerimus Rempublicam, tam felici ac fortunato Sidere inchoatam, quam Bellorum Calamitates non prostraverint penitúsque extinxerint, nullaque unquam Terra tàm Strenuos aut Prudentes Viros educaverit, quos Discordiæ Bellique Miseria non sustulerat.

Nos,

Ut debemus, hos Dissidiorum Turbines vitare volentes, ac Pacem & Concordiam, cum omnium Christianorum Regum, tum eorum, quibus Locorum Vicinia ipsaque Sanguinis Benevolentia conjuncti sumus, apprimè sitientes,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus Dilecti Nobis in Christo Magistri *Cristofori Ursewyke* Decani Ecclesiæ Cathedralis Eborum magni Eleemosinarii nostri, ac, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Thomæ Warde* Clerici, & *Stephani Fryon*, Consiliariorum nostrorum, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Legatos, Procuratores, Oratores, Nuncios, Commissarios, & Deputatos speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe Consanguineo nostro carissimo *Rege Karolo Franciæ*, seu ejus Legatis, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputaris, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Conveniendi, Componendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, tàm de & super reali, firmâ, verâ, & Perpetuâ Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Intelligentiis, Confœderationibus, & mu-

A. D. 1488. Hen. 7. & mutuo Intercursu Mercium & Mercandisarum,

Tàm inter *Nos*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra, & *dictum Consanguineum nostrum*, Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca sua, Subditos, Alligatos, Vassallos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, ineundis, percutiendis, capiendis, componendis, & habendis,

Atque de & super omnibus & singulis Attemptatis, Contentionibus, Quæstionibus, Querelis, Litibus, & Causis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ inter Nos & prædictum Consanguineum nostrum, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde pendere dinoscuntur, Tractandi, Componendi, Decidendi, & Terminandi, seu saltem Modum seu Finem pro eis Imponendi,

Necnon de & pro Pace, inter *dictum Principem* Consanguineum nostrum, & Illustrissimam Principem *Ducissam Britanniæ*, firmiter componendâ, Tractandi, Communicandi, atque Conveniendi,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam aliam *Dietam* in tali Loco sive talibus Locis, prout eis melius visum fuerit, Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis, & ab eis qualitercúmque dependentibus Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, & Concludendi, A. D. 1488. Hen. 7.

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis, Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, seu ejus Legatis, Commissariis, Deputatis, & Nunciis prædictis, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Liberandi, Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula eaque qualitercúmque concernentia Faciendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Legatos, Procuratores, Oratores, Nuncios, Commissarios, & Deputatos nostros Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes, novas, aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias, in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Ducissa Britanniæ.

A. D. 1488. An. 4. H. 7. Ibid. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, in hac Caducâ & fragili Vitâ, nichil sit, quod ad Principum Honorem magis attineat, quàm veteris Amoris atque Amicitiæ, tùm in omni tùm in necessitatis atque periculi tempore, meminisse,

Nos equidem,

Ad memoriam reducentes ac Nobiscum internè cogitantes quàm Pium, Justum, ac etiam Honorificum sit Parentibus Orbatis cæterisque Calamitatibus Afflictis, præsertim hiis cum quibus Fœdera percussimus, Opem atque Succursum præstare,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Ricardi Eggecombe* Militis nostri Hospitii Controllatoris, & Magistri *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris in Officio nostri Privati Sigilli Secundarii, pleniùs confidentes, A. D. 1488.

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Legatos, Deputatos, Oratores, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus per Præsentes,

A. D. 1488. Hen. 7. Dantes & Concedentes eisdem plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, cum Serenissima Principe Carissima Consanguinea nostra *Anna Britanniæ Ducissa*, seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Oratoribus, seu Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab ea ad hoc habentibus, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Conveniendi, Componendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi, & finaliter Concludendi, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, Intelligentiis, Alligantiis, Confœderationibus quibuscúmque, & Intercursu Mercandisarum & Mercium, *inter Nos*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra, ac *dictam Ducissam*, Ducatum, Terras, Dominia, Patrias, & Loca sua, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes suos & nostros quoscúmque, ineundis, capiendis, componendis, inducendis, celebrandis, innovandis, prorogandis ad tempus vel impetpetuùm & habendis, superque mutuis Auxiliis ab una Partium alteri præstandis Conveniendi, & Componendi,

Nósque ad hujusmodi Auxilia sibi præstanda Obligandi, taliáque Auxilia pro Nobis & Nomine nostro, & ad certum Virorum Armatorum Numerum, & ad tanta tempora, etiam nostris Expensis, prout eis melius videbitur, eidem Nominandi atque Concedendi,

Ac insuper ab *eadem Ducissa* Cautiones, Securitates, Promissa, & Obligationes quascúmque, pro Resolutione hujusmodi Expensarum, per Nos in hujusmodi Auxiliis Exponendarum, ac Villas, Castella, Opida, & alia Loca quæcúmque, loco Pignoris & Ipothecæ, in ea Parte per *dictam Ducissam* Nobis aut Assignatis nostris tradenda & deliberanda, Petendi, Stipulandi, Exigendi pariter & Recipiendi,

Et de non contrahendo Matrimonium aut Sponsalia cum aliquo Rege, vel Principe, vel aliquo alio quocumque, nec de ineundo seu faciendo Pacem, Treugas, Ligas, Confœderationes, seu Amicitias cum aliquo Rege, vel Principe, vel Communitate, absque nostris Consensu & Assensu, dictam *Ducissam*, virtute Juramenti, suisque Literis Manu propriâ atque Sigillo munitis, & aliis Cautionibus quibuscúmque, Obligandi, & Obligationes hujusmodi in ea parte similiter Recipiendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ *inter Nos* & *prædictam Ducissam*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes prædictos hinc inde pendere dinoscuntur, A. D. 1488. Hen. 7.

Ac Nos, nostrosque Hæredes & Successores, ad eorum Locorum Restitutionem, & de non Contrahendo Pacem, Treugas, Ligas, Confœderationes, seu Amicitias cum aliquo Rege, Principe, vel Communitate, absque *dictæ Ducissæ* Concensu, Obligandi,

Ac etiam, si necesse fuerit, ad Assignandum, Deputandum, & Capiendum unam alium *Dietam*, in tali Loco sive talibus Locis, & ibidi ad Communicandum, Tractandum, Appunctuandum, & finaliter de & super omnibus & singulis Præmissis, & ab eis qualitercúmque Dependentibus Concludendum, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuamentis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfata Ducissa*, seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis prædictis Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Liberandi, Literásq; alias consimilis Effectûs & Vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa, & Præmissorum singula qualitercúmq; eaq; concernentia, Faciendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra Interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Ambassiatores, Commissarios, Oratores, Deputatos, & Nuncios nostros, Appunctuata, Promissa, Concordata, Conventa, & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes novas, Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias,

A. D. 1488. Hen. 7. batorias, in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Decembris. A. D. 1488. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Duce Burgundiæ, & Tribus Statubus Flandriæ.

A. D. 1488. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 17.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quoniam Creator omnium Rerum Deus adeò miro ordine Rerum Naturas disposuit, ut Regnum omne, per se indigens, alterius frugalitate perficeretur, quódque, tantâ necessitate impulsi, Pacem coleremus,

Nos igitur,

Interiores mentis nostræ oculos ad Pacis Bonum convertentes, nec divinis Institutis reluctari intendentes,

Ea omnia desideramus quæ omnibus ac maximè Vicinis Nobis Regnis & Gentibus conductura videbuntur,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus Dilecti Nobis in Christo Magistri *Johannis Arundell* Decani Ecclesiæ Cathedralis Exoniensis Consiliarii nostri, ac Dilecti Servitoris nostri *Ricardi Gough* Armigeri, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Procuratores, Oratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, Nomine nostro, & pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúmque, cum Illustrissimo Principe *Philippo Duce Burgundiæ* Consanguineo nostro carissimo, & *Tribus Statubus Flandriæ*, seu eorum Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, sive Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ad hoc habentibus, Communicandi, Tractandi, Conveniendi, Concordandi, Componendi, & Appunctuandi, & finaliter & integrè Determinandi & Concludendi, tàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis imperpetuùm vel ad certa Tempora duraturis, ac Ligis & Confœderationibus quibuscúmque, quàm de & super mutuo Usu amicabilíque & utili Intercursu Mercium & Mercandisarum,

Inter Nos, & Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, ac Subditos, Vassallos, Alligatos, Amicos, Confœderatos nostros, & alios Faventes & Adhærentes quoscúmque ex unâ, atque dictum *Illustrissimum Principem*, & dictos *Status Flandriæ*, Loca, Terras, & Dominia sua, Subditos, Vassallos, Confœderatósque & Alligatos suos, & sibi Faventes & Adhærentes & adhærere volentes quoscúmque, ex alterâ Partibus, ineundis, innovandis, reformandis, capiendis, componendis, fiendis, celebrandis, & habendis, A. D. 1488.

Necnon de & super omnibus Causis, Litibus, Contentionibus, Injuriis, Attemptatis, & Querelis, cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, quæ *inter Nos*, & præfatum *Illustrissimum Principem*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Amicos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde pendere dinoscuntur,

Ac etiam, si necesse fuerit, Assignandi, Deputandi, & Capiendi unam aut plures *Dietam* sive *Dietas*, in tali Loco vel talibus Locis, & inibi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter de & super omnibus Præmissis & ab eis dependentibus Concludendi, prout eisdem nostris Procuratoribus, Oratoribus, Legatis, & Nunciis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, Vallandi, Roborandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum præfato *Illustrissimo Principe* & *Statubus prædictis*, seu ejus Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Oratoribus, Legatis, & Nunciis prædictis, Appunctuata, Conventa, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces, pro Parte nostra, Tradendi & Liberandi, Literásque alias consimilis vigoris & effectûs ex alterâ Parte Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula, ac ea qualitercúmque concernentia, Faciendi, Exercendi, & Expe-

A. D. 1488. Hen. 7. Expediendi, ita & eodem modo ficut Nos ipsi faceremus & facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia sint quæ de sui natura Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos omnia & singula, quæ per præfatos Procuratores, Oratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios nostros prædictos Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes, novas, aut Ratificatorias, & Confirmatorias, in forma debita & autenticâ, daturos. A. D. 1488. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Communicando cum Rege Portugaliæ.

A. D. 1488. An. 4. H. 7. Ibid. m. 20. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm ab omni redacta Ætate firmata fuerint Amicitiæ & Fœdera inter Illustrissimos ac Potentissimos Angliæ & Portugaliæ Principes quos non sola mutua Intercursuum necessitas verùm etiam Sanguinis Affinitas copulant,

Hinc est quòd Nos,

Qui Pacis Vires novimus eique totis Viribus insudamus, quique omnium peculiariùs tamen Potentissimi *Regis Portugaliæ*, cui sumus Sanguinis benivolentiâ devincti, mutuam, firmam, ac stabilem esse desideramus,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Magistri *Thomæ Savage* Legum Doctoris Comitatûs nostri Marchiæ Cancellatii, & *Ricardi Nanfan* Militis quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales, Assignatnus, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimo Principe *Rege Portugaliæ* Consanguineo nostro carissimo, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Componendi, Paciscendi, ac finaliter & integrè Determinandi & Concludendi, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace & Concordiâ, Ligis, Confœderationibus, Amicitiis, Fœderibus, Affinitatibus, & Intelligentiis quibuscúmque, ac Intercursu Mercium & Mercandisarum, mutuisque Auxiliis & Assistentiis hinc inde præstandis, *inter Nos* & *dictum Consanguineum nostrum*, Hæredes & Successores, ac Regna, Patrias, Dominia, Subditos, Vassallos, Alligatos, Faventes, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque hincinde ineundis, capiendis, celebrandis, & habendis, atque Pacem, Ligas, Amicitias, & Confœderationes hujusmodi, Pactionésque & Conventiones viis & modis quibus melius expedire eis videbitur Componendi, Ineundi, Vallandi, Roborandi, & Paciscendi, A. D. 1488.

Dantes ulterius & Concedentes eisdem nostris Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, & Nunciis, plenam etiam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ipsum *Consanguineum nostrum* suis exigentibus & condignis Meritis *ad Ordinem Militiæ Garteræ* Nobis & Nomine nostro Acceptandi, ipsúmque in Confratrem & Comitem ejusdem Ordinis Admittendi, Præficiendi, & Insigniendi, eisque Munera & Insignia ejusdem Ordinis Tradendi & Liberandi, habendum cum suis Juribus, Honoribus, Præeminentiis, & Dignitatibus, sicuti eidem *Consanguineo nostro* ex Parte nostra per dictos nostros Commissatios & Oratores latiùs intimabitur & declarabitur,

Ac etiam Communicandi, Tractandi, & Appunctuandi de & super omnibus & singulis Attemptatis, Contentionibus, Quæstionibus, Querelis, Litibus, & Causis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ *inter Nos* & *præfatum Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos,

2

A.D. 1488. Hen. 7. fœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde pendere dinoscuntur,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam aliam *Dietam* in talibus Locis & Tempore, prout eis melius visum fuerit, Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis, & ab eis qualitercúmque dependentibus Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Affecurandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis, Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis prædictis, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Liberandi, Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula eaque qualitercúmque concernentia Faciendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ interessemus, ac etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale; A. D. 1488. Hen. 7.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios nostros prædictos Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes, novas, aut Ratificatorias, & Confirmatorias in forma debita & autentica, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Rege Romanorum.

A.D. 1488. An. 4. H. 7. Ibid. m. 19.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Pace nil sit utilius vel Augendis vel Conservandis Imperiis, eaque sola Res Humanas Divinis conciliet, sine qua nec Principes, nec eorum Subditi, nec Urbes, nec ipse demùm Mundus diù subsistere poterit,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Rysely* pro Corpore nostro Militis Consiliarii nostri, & *Johannis Balteswell* Legum Doctoris Clerici Concilii nostri quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Procuratores, Commissarios, Legatos, Deputatos, Oratores, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, cum Illustrissimo Principe *Maximiliano Romanorum Rege* Consanguineo nostro carissimo, seu ejus Procuratoribus, Commissariis, Legatis, Deputatis, Oratoribus, seu Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Conveniendi, Componendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, Intelligentiis, Alligantiis, Confœderationibus quibuscúmque, & Mercandisarum sive Mercium Intercursu, inter *Nos* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra, & *dictum Consanguineum nostrum*, Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca sua, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes suos & nostros quoscúmque, ineundis, capiendis, componendis, inducendis, celebrandis, & habendis, superque mutuo atque singulari ab una Partium alteri Succursu præstando Conveniendi & Componendi, A.D. 1488.

Atque de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Querelis, Litibus, & Causis quibuscúmque, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentiibus, & Connexis, quæ inter Nos & præfatum Consanguineum nostrum, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias,

s & Loca,

A. D. 1488. Hen. 7. & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde pendere dinoscuntur,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam aliam *Dietam* in tali Loco sive talibus Locis, prout eis melius visum fuerit, Assignandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis, & ab eis qualitercúmque dependentibus Communicandi, Tractandi, Conveniendi, & Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & opportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis, Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, seu ejus Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis prædictis, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Liberandi, Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi, A. D. 1488. Hen. 7.

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula qualitercúmque ea concernentia Faciendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ interessemus, ac etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos omnia & singula, quæ per præfatos Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes, novas, aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Communicando & Tractando cum Rege Castellæ & Legionis.

A. D. 1488. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 20.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm verò lateat Neminem quòd Civitates, Opida, atque Regna Bellorum Calamitatibus Dissidiorúmque ad nichilum fuisse redacta, eadémque Pace coaluisse,

Hinc est quòd Nos,

Propter felicem Rerum Christianæ Religionis Successum universalem Regnum & Regnorum omnium Concordiam desiderantes, & maximè eorum quibus Sanguinis Vicinitate conjuncti sumus, quosque jam ad Dies & Annos mutuæ Concordiæ benevolentiâ complexi sumus,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Thomæ Savage* utriúsque Juris Doctoris Comitatûs nostri Marchiæ Cancellarii & *Ricardi Nanfan* pro Corpore nostro Militis quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, & Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenam Potestatem & Auctoritatem, & Mandatum generale & speciale, pro Nobis & nostro Nomine, cum Serenissimo & Illustrissimo Principe Regnorum *Castiliæ*, *Legionum*, *Aragonum*, *Sisiliæ*, *Rege*, *suaque Conthorali dictorum Regnorum Regina*, Consanguineis nostris carissimis, seu eorum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eisdem ad hoc habentibus, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, ac mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum, mutuísque hincinde Auxiliis & Assistentiis quotiens opus fuerit præstandis, necnon Intelligentiis, Alligantiis, & Confœderationibus quibuscúnque, *inter Nos* & *dictos Serenissimos Regem & Reginam*, Hæredésque & Successores, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Favenres, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúnque hincinde ineundis, A. D. 1488.

A. D. 1488. Hen. 7. ine undis, capiendis, componendis, celebrandis, & habendis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Paciscendi, ac finaliter & integrè Determinandi, hujusmodique Pacem & Concordiam, ac Treugas & Guerrarum Abstinentias, Ligas, Amicitias, Fœdera, Affinitates, Intelligentias, Alligantias, & Confœderationes, aliásque Pactiones & Conventiones Componendi, Paciscendi, Firmandi, Statuendi, & pro perpetuo Roborandi,

Et ut hujusmodi Pax atque Concordia, necnon Treugæ, & Guerrarum Abstinentiæ, Amicitiæ, Fœdera, Intelligentiæ, Confœderationes, Pactiones, & Conventiones prædictæ securiùs & firmiùs Observentur & Teneantur, eisdem nostris Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus cum *dictis Serenissimis Rege & Regina*, seu eorum Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis antedictis, de & super Sponsalibus & Matrimonio inter Præcarissimum Filium nostrum *Arthurum Walliæ Principem, Ducem Cornubiæ, Cestriæque Comitem*, & Serenissimam Principem *Katerinam unam de Filiabus* dictorum Serenissimorum *Regis & Reginæ*, annuente Deo, Contrahendis,

Ac de & super Dote, seu Dotalitiis & Donationibus, propter Nuptias ex causa hujusmodi Matrimonii Assignandis, Promittendis, Dandis & Solvendis,

Necnon de & super Tempore, Modo, & Formâ Traductionis ipsius Filiæ in hoc Regnum Angliæ, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Paciscendi, ac finaliter Concludendi,

Talemque Donationem propter Nuptias eisdem Principibus, ipsius eorum Filiæ Nomine, pro Nobis & Nomine nostro Assignandam & Promittendam, atque hujusmodi Dotem & Dotalitia, ab eisdem pro dicto Filio nostro Stipulanda, Petendi & Exigendi,

Cæteráque Loca & Tempora, pro ipsius Filiæ Traductione hujusmodique Dotis sive Donationis propter Nuptias Solutione, Statuendi, Præfigendi, & Limitandi, ac Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas & Scriptas & Sigillatas, pro Præmissorum complemento Nomine nostro Promittendi, Tradendi, & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram Præstandi,

Consimiliaque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas ac Juramentum, a præfatis Serenissimis *Rege & Regina* similiter Stipulanda, Exigendi & Recipiendi, A. D. 1488. Hen. 7.

Ac de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, quæ inter *Nos* & præfatos Serenissimos *Regem & Reginam*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes prædictos hinc inde pendere dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, & Componendi,

Novamque Dietam, in talibus Loco & Tempore, prout eis meliùs visum fuerit, quatenus opus fuerit, Statuendi, Appunctuandi, & ibidem ad Communicandum, Conveniendum, Tractandum, Concludendum, Appunctuandum,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque Dependentibus, prout eis expediens visum fuerit & opportunum, universáque & singula, quæ per eos Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Vallandi, Roborandi, & Assecurandi, per Fidei Interpositionem & Juramentum in Animam nostram Præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis ac Dependentiis ab eisdem omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Pœnas, Astrictiones, ac Literas sigillatas vallidas & efficaces, pro Parte nostra, Promittendi, Concedendi, Faciendi, Expediendi, Tradendi, & Liberandi,

Juramenta, Securitates, Cautiones, Promissiones, Obligationes, Pœnas, aliasque Literas consimilis effectûs & vigoris a dictis Principibus Consanguineis nostris Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula Faciendi, Exercendi, & Exequendi, prout eis meliùs videbitur expedire,

Quæ talem tantámque Vim & Effectum volumus realiter optinere, ac si ea in propria Persona nostra fecissemus,

Cæteráque omnia Præmissa & eorum singula quoquo modo concernentia, Faciendi, Firmandi, & pro Parte nostra Perimplendi, ac debitè Exequendi, quæ Nos facere possemus si personaliter interessemus, etiam si majora sint & Mandatum de sui natura magis exigant speciale;

I Promit-

A. D. 1488. Hen. 7. Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per dictos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios, Appnnctuata, Promissa, Conclusa, & Concordata fuerint in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias, in forma debita & autentica, daturos, secundùm quod in ea fuerit Conclusum. A. D. 1488. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Conductubus.

A. D. 1488. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 17. REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Baldewinum Bastardum Burgundiæ*, & *Johannem Salizard* Hispanniæ aliàs dictum *Pety Salizard*, *cum Quadraginta Personis vel infra* in Comitivâ suâ- *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c. per Sex Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

REX &c. Salutem. A.D. 1488.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, de Avisamento & Assensu Concilii nostri, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Illustrem Virum Nobis Prædilectum *Gerardum de Oldenburgh & Delmenhorst Comitem*, cum *Viginti & Quatuor Personis vel infra* in Comitivâ suâ, cum Equis, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Sagittariis, pro Relevamine Partium Britanniæ, Providendis.

A D. 1488. An. 4. H. 7. Pat. 4. H. 7. m. 20. d. REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Johanni Vicecomiti Welles*, *Willielmo Husey* Militi, *Thomæ Burgh* Militi, *Roberto Tailboys* Militi, *Willielmo Tirwet* Militi, ac, Dilectis sibi, *Thomæ Meres*, ac *Vicecomiti Lincolniæ*, Salutem.

Quia, de Avisamento & Assensu Concilii nostri, quandam Armatam, Deo Duce, versus Partes Britanniæ, in Relevamen & Succursum earumdem Partium, infra breve mittere decrevimus, Vobis igitur (de quorum Fidelitatibus & providis Circumspectionibus ad plenum confidimus) Potestatem & Auctoritatem, conjunctim & divisim, Damus & Committimus ad omnes & singulos Comites, Barones, Milites, ac alios Nobiles quoscumque de Comitatu nostro prædicto, tàm infra Libertates quàm extra, ac alios, quos in hac parte fore videritis necessarios, juxta sanas Discretiones vestras, coram Vobis Evocandum, A. D. 1488.

Et ad ipsos & eorum quemlibet per se quotum & qualem Numerum Hominum Sagittariorum, defensibiliter arraiatorum, quilibet dictorum Comitum, Baronum, Militum, ac aliorum Nobilium, & aliorum prædictorum, pro Expeditione Armatæ nostræ prædictæ, ad nostri Custus & Onera, inveniet diligenter Examinandum, & cum eis & eorum quolibet super Præmissis appunctuandum & indentandum,

Et ad Monstrum eorumdem Sagittariorum Supervidendum & Capiendum,

Necnon ad Nomina dictorum Comitum, Baronum, Militum, ac aliorum Nobilium prædictorum & eorum cujuslibet per Se, unà cum Nominibus & Numero Sagittariorum suorum prædictorum, in Scriptis Redigendum,

Ac

Ac ad Nobis, in Personâ nostrâ, inde ac de toto Pacto vestro in hac parte, citra Quindenam Sancti Hilarii proximò futuram, sub Sigillis vestris, distinctè & apertè, Certificandum,

Et ideò vobis & cuilibet vestrûm firmiter injungendo Mandamus quòd, ad certos Dies & Loca, quos ad hoc provideritis, circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ;

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, ac aliis Ministris nostris quibuscúmque, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis & cuilibet vestrûm, in Præmissis faciendis & exequendis, Intendentes sint, Auxiliantes pariter, & Obedientes in omnibus & per omnia, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Maydeston* vicesimo tertio Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literæ diriguntur Personis subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Johanni Comiti Oxon.
Johanni Rotclyff de Fitzwater Militi.
Edmundo Bedyngfeld Militi.
Johanni Poston Militi.
Willielmo Knyvet Militi, ac
Vicecomiti Norffolciæ. } in Com. Norff.

Johanni Duci Suffolciæ.
Johanni Comiti Oxon.
Cristoforo Willoughby Militi.
Henrico Wentworth Militi.
Johanni Wyngfeld Militi.
Willielmo Brondon Militi.
Roberto Brandon Militi, ac
Vicecomiti Suffolciæ. } in Com. Suff.

Johanni Comiti Oxon.
Thomæ Mongomery Militi.
Thomæ Tyrell Militi.
Richardo Lewes Militi.
Willielmo Pyrton Militi, ac
Vicecomiti Essexiæ. } in Com. Essex.

P. Episcopo Wynton.
Thomæ Comiti Arundell.
Johanni Arundell Militi.
Johanni Cheyne Militi.
Reginoldo Bray Militi.
Edwardo Berkeley Militi.
Willielmo Uvedale.
Thomæ Stroice, ac
Vicecomiti Suthamptoniæ. } in Com. Suthampt.

Johanni Comiti Oxon.
Johanni Fortescu Militi.
Willielmo Saye Militi.
Thomæ Bourgchier Militi.
Roberto Clyfford Militi.
Johanni Boteler, ac
Vicecomiti Hertfordiæ. } in Com. Hertf.

Reginoldo Bray Militi.
Roberto Lytton.
Henr. Frowyk.
Willielmo Marowe.
Johanni Elryngton, ac
Vicecomiti Middlesexiæ. } in Com. Midd.

Johanni Grey de Wilton Militi.
Johanni Donne Militi.
Johanni Verney Militi.
Thomæ Foweler, ac
Vicecomiti Bukinghamiæ. } in Com. Buks.

Johanni Audeley de Audeley Militi.
Johanni Arundell Militi.
Thomæ Bourghchier Militi.
Reginoldo Bray Militi.
Johanni Norbury Militi.
Nicholao Goynesford, ac
Vicecomiti Surriæ. } in Com. Surr.

Edmundo Comiti Kantiæ.
Georgio Domino Grey.
Johanni Grey de Wylton Militi.
Ricardo Godfrey.
Johanni Mordant, ac
Vicecomiti Bedfordiæ. } in Com. Bed.

Edwardo Comiti Wiltesiæ.
Richardo Comiti Ryvers.
Georgio Domino de Grey.
Johanni Grey de Wylton Militi.
Nicholao Vaux Militi.
Thomæ Grene Militi.
Emdom Wulston Militi, ac
Vicecomiti Norhamptoniæ. } in Com. Norht.

Johanni Vicecomiti Welles.
Mauritio Berkley Militi.
David Philip.
Roberto Haryngton.
David Malpas, ac
Vicecomiti Rotelandiæ. } in Com. Rotel.

Egidio Daubeney de Daubeney Militi.
Roberto Willoughby de Brooke Militi.
Johanni Byconell Militi.
Johanni Seyntlowe Militi.
Willielmo Willoughby Militi.
Jacobo Daubeney, ac
Vicecomiti Somersetiæ. } in Com. Somers.

A. D. 1488 Hen. 7.

Egidio d'Aubeney d'Aubeney Militi.
Roberto Willoughby de Brooke Militi.
Johannni Cheyne Militi.
Jahanni Turburvile Militi.
Thomæ Lynde Militi.
Willielmo Martyn, ac,
Vicecomiti Dorsetiæ. } in Com. Dorf.

Edwardo Hastynges de Hastynges Militi.
Thomæ Pulteney Militi.
Radulpho Shirley Militi.
Johanni Digby Militi.
Feldyng, ac,
Vicecomiti Leycestriæ. } in Com. Leyc.

Edwardo Vicecomiti Lysle.
Thomæ Cokesey Militi.
Simoni Mountford Militi.
Henr. Willoughby Militi.
Edwardo Rawley Militi.
Henr. Boteler.
Thomæ Grey, ac,
Vicecomiti Warrewici. } in Com. Warr.

Henr. Grey de Codnore Militi.
Henr. Willoughby Militi.
Johanni Babyngton Militi.
Gervasio Clyfton Militi.
Johanni Byron Militi.
Henr. Perpoynt Militi, ac,
Vicecomiti Notynghamiæ. } in Com. Notyngh.

R. Episcopo Exon.
Edwardo Comiti Devon.
Roberto Willoughby de Brooke Militi.
Willielmo Courteney Militi.
Johanni Halwel Militi.
Johanni Sapcote Militi.
Johanni Crokker Militi.
Carolo Denham, ac,
Vicecomiti Devoniæ. } in Com. Devon.

Georgio Comiti Salopiæ.
Henr. Grey de Codnore Militi.
Johanni Savage Militi.
Jacobo Blunt Militi.
Radulpho Langford Militi.
Thomæ Gresley Militi.
Henr. Vernon.
Willielmo Basset.
Johanni Curson, ac,
Vicecomiti Derbiæ. } in Com. Derb.

Georgio Comiti Salop.
Edwardo Sutton de Dudley Militi.
Johanni Savage Militi.
Jacobo Blount Militi.
Humfredo Stanley Militi.

Henr. Willoughby Militi.
Hugoni Egerton.
Humfredo Swynerton, ac,
Vicecomiti Staffordiæ. } in Com. Staff.

A. D. 1488. Hen. 7.

Johanni Savage Militi.
Gilberto Talbot Militi.
Johanni Mortymer Militi.
Thomæ Lygon.
Rogero Harwell, ac,
Vicecomiti Wygorniæ. } in Com. Wygorn.

Edwardo Comiti Devoniæ.
Roberto Willoughby de Brooke Militi.
Richardo Eggecombe Militi.
Johanni Halwell Militi.
Thomæ Greynvile.
Johanni Carmynowe.
Johanni Moyle.
Petro Tregoys, ac,
Vicecomiti Cornubiæ. } in Com. Cornub.

Richardo Croft Militi.
Jacobo Baskervyle Militi.
Thomæ Cornewaile Militi.
Johanni Mortymer Militi.
Thomæ Monyngton Militi, ac,
Vicecomiti Herefordiæ. } in Com. Hereford.

Willielmo Comiti Notynghum.
Thomæ Coseley Militi.
Johanni Savage Militi.
Roberto Poyntz Militi.
Alexandro Baynam Militi.
Johanni Seyntlowe Militi.
Johanni Walshe.
Thomæ Brugge, ac,
Vicecomiti Gloucestriæ. } in Com. Glouc.

Willielmo Noreys Militi.
Willielmo Stonour Militi.
Edmundo Hampden.
Thomæ Davers.
Johanni Horne.
Antonio Fetipace, ac,
Vicecomiti Oxoniæ. } in Com. Oxon.

Johanni Cheyne Militi.
Willielmo Norreys Militi.
Roberto Cheyne Militi.
Johanni Isbury, ac,
Vicecomiti Berks. } in Com. Berks.

Roberto Willoughby de Brooke Militi.
Johanni Cheyne Militi.
Richardo Beauchamp Militi.
Waltero Hungerford Militi.
Rogero Tocotes Militi.
Johanni Wroughton.
Johanni Mompesson, ac,
Vicecomiti Wiltesiæ, &c. } in Com. Wiltes.

De Monstro capiendo.

A. D. 1488. An. 4. H. 7. Pat. 4. H. 7. m. 20. dor.

REX Dilectis & Fidelibus suis, *Roberto Willoughby* de Broke Militi nostri Hospitii Senescallo, & *Johanni Halwell* Militi, Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Fidelitatibus providisque Circumspectionibus vestris pleniùs confidentes, Assignavimus vos ad Monstrum sive Monstrationem cujusdam Armatæ nostræ Sexcentorum Hominum, quæ ad Partes *Britanniæ* in Relevamen & Succursum earumdem Partium mittere disponimus de præsenti, Capiendum & Supervidendum, & ad eos, in quibusdam Navibus, apud Portum nostrum de Toppesham pro Passagio suo ordinatis, ad præsens existentibus, Ponendum & Poni faciendum, ac ad Nobis, in propriâ Personâ nostrâ, de modo, formâ, & sufficientiâ Apparatûs & Arraiationis eorumdem Hominum sub Sigillis vestris, distinctè & apertè, omni dilatione postpositâ, Certificandum; A. D. 1488.

Et ideò &c.

Damus &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Maydeston* vicesimo septimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Conductu.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 11.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare, constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm ex Parte Prædilecti Nobis *Archibaldi Comitis de Angus* datum sit Nobis intelligi quòd ipse, nostrâ mediante Licentiâ, in hoc Regnum nostrum Angliæ, versus Civitatem Ambianensem, peregrè profecturus sit,

Nos, ex Munificentiâ nostrâ Regiâ Nobilitatem Sanguinis ac piam Intentionem ipsius *Comitis* considerantes, *ipsum Comitem* in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras suscepimus speciales, cum *Quaterviginti Personis in Comitiva sua vel infra*, in unâ Navi vel diversis Navibus, cum Equis, Carectis, Cariagiis, Capsis, Manticis, Bogeis, Fardellis, Vestimentis, Apparatibus, Jocalibus, Auro & Argento monetato & non monetato, necnon aliis Bonis & Rebus suis necessariis & requisitis, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca Nobis subjecta quæcúmque, tám per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Veniendo, ibidem Morando, Exspectando, Sojornando, & Conversando, & exindè ad quascúmque Partes Exteras se Divertendo, & ad Partes proprias Redeundo, liberè & absque Impedimento, Impetitione, Molestatione, Perturbatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum; aliquâ Marquâ, Contramarquâ, sive Reprisaliâ concessâ vel concedendâ, aut aliquo Statuto sive Ordinatione, vel aliquo Mandato nostro in contrarium facto, non obstante; A. D. 1489.

Et ideò vobis Mandamus quòd *ipsum Comitem*, cum *prædictis Quaterviginti Personis in Comitiva sua vel infra*, in Regnum nostrum prædictum, & alia Loca prædicta cum Navi sive Navibus prædictis, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Veniendo, ibidem Morando, Exspectando, Sojornando, & Conversando, & exindè se Divertendo, & ad Partes prædictas, ut prædictum est, Redeundo, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis; non inferentes eis, aut eorum alicui, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impe-

A. D. 1489. Hen. 7.

Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis seu eorum alicui Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis & eorum cuilibet, sine dilatione, debitè Corrigi & Reformari faciatis;

Proviso semper quòd *prædictus Comes*, & secum Comitantes, se benè erga Nos & Populum nostrum habeant & gerant, absque quicquam quod in nostri Contemptum vel Præjudicium, aut Populi nostri prædicti Dampnum seu Gravamen, cedere valeat faciendo vel attemptando,

Quódque ipsi nullum Castrorum, Fortalitiorum, seu Villarum nostrarum firmatarum, absque eo quòd ipsi præsentes Literas nostras de Salvo Conductu, Capitaneis, Majoribus, seu Gubernatoribus eorumdem primitùs demonstrent, ingrediantur, nec eorum aliquis ingrediatur, quovis modo;

Et si contingat *præfatum Comitem*, aut aliquem secum Comitantium, præsentem Salvum Conductum nostrum infringere, nolumus tamen alicui, dictum Salvum Conductum nostrum minimè Infringenti, aliquod Dampnum seu Præjudicium generari, set illi vel illis sic Infringenti vel Infringentibus.

In cujus &c. per Sex Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Februarii.

Per ipsum Regem.

Tractatus inter Maximilianum Regem Romanorum & Philippum Duces Burgundiæ, & Regem.

A. D. 1486. An. 4. H. 7. Ex Autogr.

MAximilianus, Divinâ favente Clementiâ, *Romanorum Rex semper Augustus*, & *Philippus*, eadem Clementiâ, *Archiduces Austriæ*, *Duces Burgundiæ*, *Lotaringiæ*, *Brabantiæ*, *Limburgii*, *Luxemburgii*, & *Gheldriæ*, *Comites Flandriæ*, *Tyrolis*, *Arthesii*, *Burgundiæ*, *Palatini Hanoniæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *Namurcii*, & *Zutphaniæ*, *Sacrique Imperii Marchiones*, ac *Domini Friziæ*, *Salinarum*, & *Mechliniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Quoniam execrabiles Bellorum Calamitates omnium humanarum Legum Excercitia subvertunt, ipsum Deum ad Ultionem provocant, quibus tamen (horrendum dicta est!) singulæ pœnè Christiani Nominis Provinciæ sese crudeliter lacerant, singulique Principes, sibi invicem Dominandi Libidine Reluctantes, aeternâ Cæde confodiunt, adeò ut nunc omnia Christiani Nominis Imperia propè in Desolationem venerint. A. D. 1489.

Nos igitur,

Nobiscum revolventes quantam Utilitatem vera Pax mutuaque Regnorum ac Principum Concordia eisdem sit allatura, quantúmque fraterna Dilectio ipsi Deo sit accepta,

Ad Universitatis vestræ Notitiam deduci volumus, per Præsentes, quòd inter *Nos* & Serenissimum Principem *Henricum Angliæ Regem* quædam Amicitiarum & Confœderationum Capitula sunt per Nos Nominibúsque nostris Tractata, Concordata, Conventa, Determinata, & Conclusa, sub eâ quæ sequitur Verborum serie,

Hæc

A. D. 1489. Hen. 7.

Hæc sunt Amicitiarum Confœderationumque CAPITULA *inter Commissarios & Deputatos Serenissimorum Principum,* Maximiliani, *Dei Gratia,* Romanorum REGIS, *&* Philippum ejus Filii, ARCHIDUCUM Austriæ, DUCUM Burgundiæ, &c. *ex una Parte, &* Henrici Regis Angliæ *ex altera Parte, Nominbus Principum antedictorum, matura Deliberatione Communicata, Tractata, Conventa, Firmata, & Conclusa.*

INPRIMIS, Conventum, Concordatum, & Conclusum existit quòd ab hac Die sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, firma, & perpetua Amicitia, Liga, Confœderatio, & Unio, per Terram, Mare, & Aquas dulces, omni Ævo atque Tempore duratura, inter dictos Principes, suósque Hæredes & Successores, Regna, Patrias, Dominia, Vassallos, & Subditos quoscúnque, præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúnque Gradûs & Conditionis existant; ita quòd omnes eorum Vassalli & Subditi hincinde ubique locorum sibi invicem faveant, seséque mutuis Officiis prosequantur, & honestâ Affectione pertractent, possintque tutè & liberè hincinde ad Portus, Dominia, & Districtus quoscunque, tàm citra quàm ultra Mare, ad dictos Principes conjunctim vel divisim pertinentes, accedere, in eisque commorari quamdiu voluerint, & securè abire quotiens duxerint abeundum, cum suis aut conductis vel commodatis Navibus, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercimoniis, Sarcinulis, Bonis, Rebus quibuscumque, absque ullo Impedimento, tàm in Terris quàm in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodum propriis in Patriis hæc omnia licerent: Ita quod nullo salvo Conductu generali aut speciali indigent; salvis tamen semper Urbium Regionum & Locorum Legibus, Statutis, Consuetudinibus, quibus nichil quoad cætera Præmissa censetur Derogatum.

ITEM, quòd præfati Serenissimus *Romanorum Rex* & Illustrissimus ejus Filius *Philippus*, suique Hæredes & Successores, in quibuscunq; aliis Confœderationibus, cum quovis Principe, Universitate, Communitate, Societate, aut aliâ qualibet Personâ contrahendis, dictum Serenissimum *Regem Angliæ* comprehendent si comprehendi voluerit, unà cum Hæredibus & Successoribus suis; &, versâ vice, dictus Serenissimus *Rex Angliæ*, & sui pro tempore Hæredes & Successores, in quibuscumque suis Confœderationibus, cum quovis Principe, Universitate, Communitate, Societate, aut aliâ qualibet Personâ contrahendis, semper teneatur comprehendere, si comprehendi velint, Serenissimum *Regem Romanorum* & Illustrissimum *Filium suum, Archiduces antedictos*, suósque Hæredes & Successores.

ITEM, Conventum & Concordatum existit quòd neutra immo nulla Partium prædictarum præstabit Auxilium, Consilium, vel Favorem notoriis Hostibus alterius Partis, eam infestare volentibus, per Terram, Mare, vel Aquas dulces, sed bonâ fide se mutuis Auxiliis Militaribus Gentium Armorum, expensis tamen illius Opem Interpellantis, adjuvabunt quotiens opus fuerit; in quorum Auxiliorum Præstatione, quoad Numerum attinet Armatorum, habenda erit facultatis Ratio illius Partis quæ de ferendâ Ope rogabitur seu interpellabitur; ut (scilicet) non plus teneatur quàm tùm facere poterit commodè, consideratâ Temporis & Locorum Oportunitate ac Statu Rerum suarum.

Quas quidem Amicitias & *Confœderationes*, necnon Tractatus, Concordias, Conventiones, & Conclusiones, inviolabiliter tenere & observare, atq; teneri & observari facere, atque omnia & singula Suprascripta, Nos, *Maximilianus Rex Romanorum*, & *Philippus, Archiduces* antedicti, pro Parte nostra, quantum ad Nos pertinet & in Nobis fuerit, bonâ Fide & in Verbis Regio & Principis, Promittimus per Præsentes,

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium Præmissorum has Literas nostras Patentes superindè fieri, atque Sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Datum in *Oppido nostro Dordracensi*, Die xiv. Mensis Februarii, Anno Domini M. CCCC. LXXXVIII. Regni verò nostri Regis Anno tertio.

Per Regem. NUMAN.

Ejusdem

Ejusdem Tractatus Observatio condicta pro Parte Regis.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 19.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quoniam execrabiles Bellorum Calamitates omnium humanarum Legum Excercitia subvertunt, ipsum Deum ad Ultionem provocant, quibus tamen (horrendum dictu est!) singulae poene Christiani Nominis Provinciae sese crudeliter lacerant, singulique Principes, sibi invicem Dominandi Libidine Reluctantes, alterna Caede confodiunt, adeò ut nunc omnia Christiani Nominis Imperia propè in Desolationem venerunt.

Nos igitur,

Vel ex hiis Nobiscum revolventes quantam Utilitatem vera Pax mutuaque Regnorum atque Principum Concordia eisdem sit allatura, quantúmque fraterna Dilectio ipsi Deo sit accepta,

A. D. 1489.

Ad Universitatis vestrae Notitiam deduci volumus, per Praesentes, quòd inter *Nos* & Serenissimos Principes *Maximilianum Romanorum Regem*, & *Philippum ejus Filium, Austriae Archiduces, &c.* quaedam Amicitiarum & Confoederationum Capitula sunt, per Nos, Nominibúsque nostris, Tractata, Concordata, Conventa, Determinata, & Conclusa, sub eâ quae sequitur Verborum serie,

Haec sunt Amicitiarum & Confoederationum CAPITULA *inter Commissarios & Deputatos Serenissimorum Principum,* Henrici, *Dei Gratia,* Regis Angliae & Franciae, & Domini Hiberniae, *ex una Parte, ac* Maximiliani Romanorum Regis, *&* Filii sui Philippi, Archiducum Austriae &c. *ex altera Parte, Nominibus Principum praedictorum, matura Deliberatione Communicata, Tractata, Conventa, Firmata, & Conclusa.*

INPRIMIS, Conventum, Concordatum, & Conclusum existit quòd ab hac Die sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, firma, & perpetua Amicitia, Liga, Confoederatio, & Unio, per Terram, Mare, & Aquas dulces, omni Ævo atque Tempore duratura, inter dictos Principes, suósque Haeredes & Successores, Regna, Patrias, Dominia, Vassallos, & Subditos quoscúnque, praesentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúnque Gradûs & Conditionis existant; ita quòd omnes eorum Vassalli & Subditi hinc inde ubique locorum sibi invicem faveant, seséque mutuis Officiis prosequantur, & honestâ Affectione pertractent, possintque tutè & liberè hinc inde ad Portus, Dominia, & Districtus quoscumque, tàm citra quàm ultra Mare, ad dictos Principes conjunctim ac divisim pertinentes, accedere, in eisque commorari quamdiu voluerint, & securè abire quotiens duxerint abeundum, cum suis aut conductis vel commodatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armatutis, Mercimoniis, Sarciunculis, Bonis, Rebus quibuscumq; absque ullo Impedimento, tàm in Terris quàm in Mari & Aquis dulcibus, quemadmodum propriis in Patriis haec omnia licerent: Ita quod nullo salvo Conductu generali aut speciali indigeant; salvis tamen semper Urbium Regionum & Locorum Legibus, Statutis, Consuetudinibus, quibus nichil quoad caetera Praemissa censetur Derogatum.

ITEM, quòd dictus *Rex Angliae*, suiq; Haeredes & Successores, in quibuscumq; aliis Confoederationibus, cum quovis Principe, Universitate, Communitate, Societate, aut aliâ qualibet Personâ contrahendis, dictum Serenissimum *Regem Romanorum* ac Illustrissimum Filium suum *Philippum*, Archiduces antedictos, comprehendent, si comprehendi voluerint, unà cum Haeredibus & Successoribus suis; &, versâ vice, dicti Illustrissimi Principes, *Rex Romanorum*, & *Filius suus*, & sui pro tempore Haeredes & Successores, in quibuscumque suis Confoederationibus, cum quovis Principe, Universitate, Communitate, Societate, aut aliâ qualibet Personâ contrahendis, semper teneantur comprehen-

A. D. 1489. Hen. 7. dere, si comprehendi velint, dictum *Regem Angliæ*, suósque Hæredes & Successores.

ITEM, Conventum & Concordatum exiftit quòd neutra immo nulla Partium prædictarum præstabit Auxilium, Consilium, vel Favorem notoriis Hostibus alterius Partis, eam infestare volentibus, per Terram, Mare, vel Aquas dulces, sed bonâ fide se mutuis Auxiliis Militaribus Gentium Armorum, expensis tamen illius Opem interpellantis, adjuvabunt quotiens opus fuerit; in quorum Auxiliorum Præstatione, quoad Numerum attinet Armatorum, habenda erit facultatis Ratio illius Partis quæ de ferendâ Ope rogabitur seu interpellabitur; ut (scilicet) non plus teneatur quàm tùm facere poterit commodè, consideratâ Temporis & Locorum Oportunitate ac Statu Rerum suarum.

A. D. 1489. Hen. 7. *Quas quidem Amicitias* & *Confœderationes*, necnon Tractatus, Concordias, Conventiones, & Conclusiones, inviolabiliter tenere & observare, atq; teneri & observari facere, atque omnia & singula Suprascripta, Nos, *Henricus Rex Angliæ* antedictus, pro Parte nostra, quantum ad Nos pertinet & in Nobis fuerit, bonâ Fide & in Verbo Regio, Promittimus per Præsentes.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium Præmissorum has Literas nostras Patentes superindè fieri, atque Sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Dat. &c.

Per ipsum Regem.

Coventionum, cum Ducissa Britanniæ, Ratificatio.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Ibid. m. 16. &c.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS quædam Appunctuamenta Treugarum, Amicitiarum, Intercursûs Mercium & Mercandisarum, mutuorum Succursuum & Auxiliorum, aliarumque Promissionum, Conventionum, Pactionum, inter, Dilectos & Fideles Consiliarios nostros, *Ricardum Eggecombe* Militem nostri Hospitii Controllatorem, & Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem in Officio nostri Privati Sigilli Secundarium, nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Legatos, Deputatos, Oratores, & Nuncios speciales, ex una, &, Egregios & Spectabiles Viros, *Philippum de Montauban Militem Dominum de Sens* Cancellarium Serenissimæ Principis carissimæ Consanguineæ nostræ *Anne Britanniæ Ducissæ*, ac, Magistros, *Guillirmum Guegen* Archidiaconum Penthenriæ Electum Nannetensem, & *Rollandum Gonjon*, Jurisperitos, Commissarios, Procuratores, & Oratores prædictæ Consanguineæ nostræ, Partibus ex altera, capta, inita, concordata, & conclusa, in Civitate Redonensi, Decimâ Die Mensis Februarii jam proximò præteriti, juxta formam quarumdam Indenturarum superinde confectarum,

Quarum Tenor sequitur in hæc verba,

HÆC INDENTURA,

FACTA *Redonis*, Decimâ Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo, inter Nos *Philippum de Montauban Militem Dominum de Sens* Cancellarium Britanniæ, ac *Guillermum Guegnen* Archidiaconum Penthenriæ & Electum Ecclesiæ Nannetensis, & *Rollandum Gonjon*, Illustrissimæ Principis & Dominæ Dominæ *Annæ*, Dei Gratiâ, *Ducissæ Britanniæ*, Commissarios, Deputatos, & Procuratores, ex unâ Parte, ac, Egregios & Spectabiles Viros, Dominum *Ricardum Eggecombe* Militem, & Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem, Excellentissimi & Potentissimi Principis & Domini Domini *Henrici*, eadem Gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis & Domini Hiberniæ*, Oratores, Commissarios, Deputatos, & Procuratores, ex alterâ Parte, A. D. 1489.

TESTATUR quòd Nos, præter & ultra cæteras quaslibet Pactiones, Conventiones Mercium & Mercandisarum Intercursûs, ac Confœderationes, inter dictam Illustrissimam Dominam nostram Supremam *Britanniæ Ducissam* & supradictum Illustrissimum *Angliæ Regem* & eorumdem Antecessores, sub quacumque Verborum formâ, firmatas, initas, & contractas, seu in futurum formandas, ineundas, & contrahendas, speciales quasdam Intelligentias, Promissiones, Pactiones, Conventiones, Confœderationes, Amicitias, Alligantias, Intercursûs Mercium & Mercandisarum, Prorogationes Nos, virtute Potestatis per Literas Patentes dictæ Supremæ Dominæ nostræ (Quarum Tenor infra sequitur) Nobis

A. D. 1489. Hen. 7. Nobis attributæ cum supradictis Commissariis dicti Metuendissimi Regis, Potestate similiter sufficienti per Literas suas Patentes (Quarum Tenor subinseritur) etiam fulcitis, Communicavimus, Appunctuavimus, Contraximus, Conclusimus, ac per Præsentes, sub modo & formâ sequentibus, Appunctuamus, Contrahimus, Concludimus, & Concordamus Articulos, Promissiones, Pactiones, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Mercium & Mercandisarum Intercursus, ac eorumdem Prorogationes & Continuationes quæ sequuntur,

INPRIMIS, Communicatum, Concordatum, & Conclusum est quòd inter dictum Dominum *Henricum Regem Angliæ*, suos Hæredes & Successores, & dictam Dominam *Annam Britanniæ Ducissam*, ejúsque Hæredes & Successores, & eorumdem Regna, Ducatum, Terras, Dominia, & Patrias, sit una vera, firma, perpetua, illibata, & inviolabilis Amicitia & Liga, per Dei gratiam, futuris temporibus, sub modo & formâ sequentibus, duratura; videlicet,

Quòd si dicta *Domina Ducissa*, aut ejus Hæredes vel Successores, aut eorumdem Patria per aliquem Regem, Principem, Communitatem, Nobilem, Potentem, aut Subditos suos vel alios quoscúmque, gravetur, molestetur, invadatur, vel impugnetur, seu graventur, molestentur, invadantur vel impugnentur, dictus *Rex Angliæ*, ejus Hæredes & Successores, sic Gravantibus, Molestantibus, Invadentibus, vel Impugnantibus Contradicet & Resistet, ac Contradicent & Resistent, ac eosdem pro viribus Impediet & Impedient, *dictæ Ducissæ* ejus Hæredibus & Successoribus, ac eorum Patriis & Dominiis taliter Invasis Assistendo, Succurrendo, Opem Auxilium pariter & Succursum eisdem Præbendo & Præstando:

Et si contingat *dictum Regem*, ejus Hæredes aut Successores, vel eorum Regna, Terras, Dominia, aut Patrias per aliquem Regem, Principem, Communitatem, Nobilem, Potentem, aut suos Subditos vel alios quoscúmque, gravari, molestari, invadi, vel impugnari, *dicta Domina Ducissa*, ejus Hæredes & Successores, *dicto Regi Angliæ*, ejus Hæredibus & Successoribus assistet, succurret, Auxiliumque & Succursum præbebit & præstabit, assistent, succurrent, Auxiliumque & Succursum præbebunt & præstabunt, ac eosdem juvabit & juvabunt, & illis sic eos Gravantibus, Molestantibus, Invadentibus, Opprimentibus, vel Impugnantibus contradicet & resistet, contradicent & resistent, ac eosdem pro viribus impediet & impedient: A. D. 1489. Hen. 7.

Et, si contingat, futuris temporibus, *dictum Regem Angliæ* ejúsve Hæredes aut Successores, pro Jure suo aut Progenitorum vel Antecessorum suorum, sive ad Normannam, Gasconiam, vel ad aliquam aliam Partem Franciæ, aut ad ipsam Coronam Franciæ movere Arma, facere vel inducere Guerram, aut Inire Bellum, *dicta Ducissa*, ejus Hæredes & Successores, pro Jure dicti Regis & Antecessorum suorum sic Recuperando, præstabit & præstabunt eidem & eisdem Favorem, Consilium, Opem, Auxilium, Succursum pariter, & Subsidium, & eidem, ac ejus Hæredibus & Successoribus, usque ad finalem & felicem Expeditionem assistet & succurret, assistent & succurrent, & eundem ac eosdem pro Viribus juvabit & juvabunt:

Et, pari modo, si contingat, futuris temporibus, *dictam Ducissam*, ejusve Hæredes & Successores, pro Jure suo & Antecessorum suorum recuperando, infra Regnum Franciæ, facere vel indicere Guerram, movere Arma, aut inire Bellum, *dictus Rex Angliæ*, ejus Hæredes & Successores, pro Jure *dictæ Ducissæ*, & Antecessorum suorum sic recuperando, præstabit & præstabunt eidem & eisdem Favorem, Consilium, Opem, Auxilium, Succursum pariter, & Subsidium, ac eidem ejúsque Hæredibus & Successoribus, usq; ad finalem & felicem Expeditionem assistet & succurret, assistent & succurrent, & eandem ac eosdem pro Viribus juvabit & juvabunt; salvis tamen in ea Parte Treugis, inter Angliæ & Franciæ Regna jam initis & pendentibus, quæ durabunt usque ad Decimum septimum Diem Mensis Januarii proximi.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd neutra Pars recipiet aut receptabit Rebelles alterius Partis, scilicet,

Quòd *Rex Angliæ*, ejus Hæredes aut Successores, non recipiet aut receptabit, nec recipient aut receptabunt Subditos naturales Ducatûs Britanniæ Rebelles aut Proditores, nec eosdem scienter juvabit, tenebit, aut defendet, juvabunt, tenebunt, aut defendent,

Et, pari modo, *Ducissa Britanniæ*, ejus Hæredes aut Successores, non recipiet aut receptabit, nec recipient aut receptabunt naturales Subditos *Regis Angliæ* sic Rebelles aut Proditores, nec eosdem scienter juvabit, tenebit, aut defendet, nec juvabunt, tenebunt, aut defendent.

ITEM, cùm Naturali Jure cunctos Principes, & eos præcipuè qui Proximitate San-

A. D. 1489. Hen. 7. Sanguinis ac mutuorum Officiorum necessitudine vincuntur, ab Injuriis & Injustis Invasionibus, mutuâ Vicissitudine se invicem tenere & defendere deceat, idcirco Communicatum, Concordatum, & Conclusum est quòd *dictus Rex Angliæ*, pro Succursu, Defensione, Auxilio, & Subsidio *dictæ Dominæ Ducissæ* & Patriæ suæ, contra Injuriam & Invasionem Hostium & Inimicorum suorum quorumcúmque, qui certa Loca infra Ducatum prædictum minus justè & de facto detinent, & de novo invadere molliuntur, mittet in Partes Britanniæ, suis Expensis & Pecuniis ad id per *eundem Regem* exponendis, Sex Millia Armatorum, ad Serviendum *dictæ Dominæ Ducissæ*, tàm ad Defensionem Personæ suæ quàm Patriæ ejusdem; Proviso semper quòd de illo dicto Numero Sex Millium Armatorum reservetur certus competens & sufficiens Numerus ad Tuitionem, Defensionem, & Custodiam talium Villarum, Locorum, & Castellorum, quæ per *dictam Ducissam* assignabuntur, tradentur, & deliberabuntur dicto *Domino Regi Angliæ* Nomine Pignoris & Ipothecæ, ac pro Securitate Restitutionis & Resolutionis Expensarum quæ fient per *dictum Dominum Regem* circa Stipendium & Sustentationem dicti sui Excercitûs, tàm in Conducendo & Trajiciendo eundem in Britanniam quàm Reducendo eundem in Angliam, ac, ut supra fertur, pro Tuitione, Defensione, & Custodia dictorum Locorum sic tradendorum & sibi deliberandorum, unà cum Castellis suis; Proviso semper quòd *dictus Rex Angliæ* circa Custodiam dictorum Locorum non excedat Numerum Quingentorum Virorum.

Item, Concordatum, Communicatum, & Conclusum est quòd dictus Numerus Sex Millium Armatorum serviet *dictæ Dominæ Ducissæ* & Patriæ suæ, ut suprafertur, a tempore Descensûs sui in Britaniam, pecuniâ per Regem Angliæ ad id exponendâ, usque ad Festum omnium Sanctorum proximò sequens.

Item, Communicatum, Concordatum, & Conclusum est quòd, adveniente Festo Omnium Sanctorum & Termino prædicto, statim & incontinenti & sine dilatione, *dicta Domina Ducissa*, ejus Hæredes & Successores, providebit & ordinabit, providebunt & ordinabunt Expensis & Victualibus suis Naves sufficientes pro dicto Excercitu *Regis Angliæ* ad Partes Angliæ Reducendo, & facto, cùm Venti secundi fuerint, ad aliquem Portum infra Regnum Angliæ reducet & reduci faciet, reducent seu reduci facient.

Item, Concordatum est & Conclusum quòd, si Venti & Maria obtemperent, & sufficientes Naves paratæ sint, dicta Sex Millia descendent in Britanniam, pro Succursu supradicto, illuc conducenda Navibus per *Ducissam* ad hoc ordinandis & providendis, apud Villam de Portsmouth circa medium Februarii Mensis jam instantis, aut ad ultimum prope finem ejusdem Mensis vel quamcitò commodè fieri poterit. A. D. 1489. Hen. 7.

Item, Communicatum, Concordatum, & Conclusum est quòd *dicta Domina Ducissa* ejus Hæredes & Successores restituent & resolvent *dicto Regi Angliæ*, Hæredibus aut Successoribus suis omnes & singulas Pecuniarum Summas, quas circa Succursum *dictæ Ducissæ* & Patriæ suæ *dictum Regem Angliæ*, suos Hæredes aut Successores exponere contigerit, tàm in Stipendiando quàm Conducendo & Trajiciendo Excercitum per Mare in Britanniam, & Reducendo eundem in Angliam, quàm circa Sustentationem ejusdem in Britanniam, tàm pro Succursu *Ducissæ* quàm pro Custodia Villarum & Castellorum, ut suprafertur, sibi per *dictam Ducissam* Nomine Pignoris & Ypothecæ tradendorum & deliberandorum, in quantocúmque magno aut parvo Numero dictus Excercitus existat; dummodo Decem Millia Hominum non excedat.

Item, Concordatum, Communicatum, & Conclusum est quòd dicta *Domina Ducissa*, ejus Hæredes aut Successores Resolvent & Restituent *dicto Regi Angliæ*, ejus Hæredibus aut Successoribus, omnes & singulas Pecuniarum & Denariorum Summas, ut præfertur, pro Succursu prædicto per Regem exponendas, in aliquo Loco infra Regnum Angliæ, illuc Periculo & Expensis *dictæ Dominæ Ducissæ* conducendas.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd, quamvis dicta *Domina Ducissa* ejus Hæredes aut Successores non possint nec sufficiant simul aut unâ Vice plenam Resolutionem aut integram Solutionem omnium dictorum Expensarum facere, nichilominus *dictus Rex Angliæ*, ejus Hæredes & Successores tenebuntur particulares Solutiones recipere; dictis Villis, Locis, & Castellis, ut præfertur, *dicto Regi per Ducissam*, Loco Pignoris & Ypothecæ tradendis & deliberandis, penes *prædictum Regem*, ejus Hæredes & Successores tamdiu remansuris quousque, dictis etiam particularibus Solutionibus computatis, plenè & integrè satisfactum fuerit pro Expensis supradictis.

2 Item,

A. D. 1489. Hen. 7. ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd, postquam Excercitus Illustrissimi *Regis Angliæ*, quem, annuente Deo, missurus est pro Succursu *Ducissæ* & Patriæ suæ Britanniæ, applicuerit & descenderit in aliquem Locum seu Portum prædicti Ducatûs Britanniæ, *dicta Domina Ducissa*, immediatè incontinenti & sine dilatione quacúmque, Tradet, Reddet, & Deliberabit, seu Tradi, Reddi, vel Deliberari faciet, *dicto Domino Henrico Regi Angliæ*, seu Assignatis vel Deputatis, Assignandis vel Deputandis specialiter ad hoc ab eodem, duo de infranominatis Locis & Villis, unà cum Castellis suis, quæ *dicto Regi* eligere, optare, petere, acceptare, & a *dicta Ducissa* exigere placuerit, *de Toneqlorumneau*, *Hennebont*, *Auray*, *Vennes*, & *Guerrande*, habenda & tenenda *dicto Domino Regi*, Hæredibus & Successoribus suis, cum omnibus & singulis Custumis, Gabellis, Theoloniis, Talliis, Juribus, Obventionibus, Proficuis, Commoditatibus, Regimine, Gubernatione, Officiis, & Jurisdictionibus quibuscúmque, qualitercúmque, & quocúmque modo provenientibus, ratione, colore, aut occasione dictorum Locorum, Villarum, Castellorum, seu Dominiorum, vel alicujus eorum, applicandis ad Usum & Utilitatem *dicti Domini Regis*, Hæredum & Successorum suorum, pacificè & quietè in tàm amplis modo & formâ, sicut & prout inclitæ recordationis Dominus *Franciscus* nuper *Britanniæ Dux* possedit, occupavit, & recepit aliquo tempore Vitæ ejusdem, absque Molestia, Gravamine, Impedimento, vel Contradictione *dictæ Dominæ Ducissæ*, Hæredum, aut Successorum suorum vel Subditorum eorumdem, donec & quousque *dicto Domino Regi Angliæ*, Hæredibus, aut Successoribus suis, pro & ex Parte *dictæ Dominæ Ducissæ*, Hæredum, aut Successorum suorum, plenè, integrè, & sine diminutione aut defalcatione quacumque Satisfactum, Contentatum, & Solutum fuerit de & super omnibus & singulis Expensis ac Denariorum Summis, quas *dictus Dominus Rex* facturus est, Stipendiando, Conducendo, & Trajiciendo Excercitum suum & Armatam suam per Mare, & Stipendio Armatorum, ac etiam pro secura Custodia & Observatione dictorum Locorum, Villarum, & Castellorum, Loco Pignoris, ut suprafertur, *supradicto Regi* per *dictam Ducissam* tradendorum & deliberandorum; quâ quidem Contentatione, Satisfactione, & Solutione per *dictam Dominam Ducissam*, ejus Hæredes aut Successores suos, vel alios quoscumque Nomine ejus, plenè integrè sine diminutione & defalcatione factâ dicto *Domino Regi*, Hæredibus vel Successoribus suis, vel per *dictum Regem Angliæ* ejus Hæredes vel Successores steterit quo minus dicta Contentatio & Solutio facta sit, *dictus Dominus Rex Angliæ*, Hæredes aut Successores sui, statim incontinenti sine dilatione & contradictione quacumque Reddet, Restituet, & Deliberabit, Reddent, Restituent, & Deliberabunt, seu Reddi, Restitui, & Deliberari faciet aut facient dicta Loca, Villas, & Castella, unà cum Artellariis, Bombardis, & aliis circa Custodiam non consumptis, per Indenturas & Inventarium inter Tradentem & Recipientem super hujusmodi Traditione & Receptione sigillatas, *dictæ Dominæ Ducissæ*, Hæredibus, Successoribus, seu Assignatis suis, Fructibus etiam, interim de dictis Locis per *Regem Angliæ*, Successores seu Hæredes suos, aut per ejus vel eorum Deputatos perceptis, in sortem principalem computandis: A. D. 1489. Hen. 7.

Et, si *dicta Domina Ducissa*, ejus Hæredes aut Successores interim *dicta Domina Regi Angliæ*, ejus Hæredibus aut Successoribus, Guerram aut Bellum in Regnum Franciæ aut aliquam Partem ejusdem pro Jure suo Antecessorum & Progenitorum suorum, ut suprafertur, recuperando facienti aut inde facientibus aut indicentibus, *dicta Ducissa*, ejus Hæredes aut Successores Succursum & Auxilium, ut supra Conventum est, præstiterit aut præstiterint, Expensæ circa Succursum prædictum, per *dictam Ducissam*, ejus Hæredes aut Successores faciendæ, computabuntur & deducentur Expensis prius per *dictum Regem Angliæ*, pro Succursu *dictæ Ducissæ* præstando effusis & expositis:

Et, eodem modo, si *dictæ Dominæ Ducissæ*, ejus Hæredibus aut Successoribus, Guerram aut Bellum pro Jure suo aut Antecessorum vel Progenitorum suorum infra Regnum Franciæ facienti vel indicenti, facientibus vel indicentibus, *dictus Rex Angliæ*, ejus Hæredes aut Successores Succursum & Auxilium, ut supra similiter Conventum est, præstiterit aut præstiterint, Expensæ circa Succursum prædictum, per *dictum Regem Angliæ*, ejus Hæredes seu Successores faciendæ *eidem Regi*, ejusdem Hæredibus vel Successoribus per *dictam Ducissam*, ejus Hæredes aut Successores omninò & sine contradictione Resolvendæ & Restituendæ sunt.

ET INSUPER, Conventum est & Concordatum quòd, si post Descensum Excercitûs Illustrissimi *Regis Angliæ*, aut interim, aliqua Loca, quæcumq; fuerint,

A. D. 1489. Hen. 7. quæ modò per Hostes, Inimicos, aut Rebelles *dictæ Dominæ Ducissæ* tenentur & occupantur, evinci, recuperari, restitui, reddi, aut alio quocumque modo *dictæ Dominæ Ducissæ* deliberari contigerit, tunc, si *dicto Regi Angliæ*, ejus Hæredibus aut Successoribus placuerit, Duo de illis Locis sic recuperatis & restitutis, aut unus eorum, sive Civitas Maclovienfis, aut alius Locus quicumq; fuerit, statim incontinenti & sine contradictione, cùm super hoc Voluntatem suam declaraverit aut declaraverint, & per eundem aut eosdem *dictæ Ducissæ*, ejus Hæredes aut Successores super hoc requisita fuerit aut requisiti fuerint, pro Securitate Restitutionis Expensarum, quas circa Succursum prædictum *dictum Regem* exponere contigerit, Nomine Pignoris & Ypothecæ, ut suprafertur, tradentur & deliberabuntur, seu tradetur & deliberabitur, unà cum singulis Commoditatibus & Fructibus ut supra;

Proviso tamen quòd, si Duo de illis Locis, sic Recuperatis aut Evictis, unà cum Castellis suis, ad *dicti Regis* Petitionem & Requisitionem, sibi tradita & deliberata fuerint, alia Duo Loca, quæ prius sic Loco Pignoris tenuit & occupavit, pacificè & sine contradictione *dictæ Ducissæ* aut Assignatis suis Restituet & Deliberabit: Si verò unum de dictis Locis, sic Evictis aut Recuperatis, ad suam Petitionem & Requisitionem, ut supradicitur, *dictus Rex*, Nomine Pignoris aut Ypothecæ, obtinuerit & occupaverit, statim incontinenti & sine contradictione unum de Duobus Locis, prius per eundem sic Loco Pignoris occupatis & detentis, ad ejus Electionem, dimittere, & *dictæ Ducissæ* aut Assignatis suis Restituere teneatur;

Proviso insuper quòd *dictus Rex Angliæ* non debeat simul Tenere & Occupare Loca de Brest & Toncqlorumneau; sed, si unum eorum obtinuerit, alium *dictæ Ducissæ* dimittere teneatur.

Item, Conventum est & Concordatum quod, pro tempore quo contigerit supradictum Exercitum *Regis Angliæ* circa Succursum prædictum stare, manere, seu expectare, infra Ducatum prædictum, ex Parte Regis prædicti, assignabitur & deputabitur unus Contrarotulator, ac ex Parte dictæ *Ducissæ* alter Contrarotulator, qui benè fideliter sine fraude & malo ingenio computare & allocare debent Expensas per *dictum Regem* faciendas, tàm Stipendiando, Conducendo, & Trajiciendo Armatam prædictam in Britanniam & Reducendo eam in Angliam, quàm circa Stipendium Armatorum, circa Succursum prædictum & Custodiam Locorum & Castellorum, *Regi Angliæ* Loco Pignoris tradendorum & deliberandorum per *dictam Ducissam*, ut supra Conventum est.

A. D. 1489. Hen. 7.

Item, Concordatum & Conventum est quòd dicta *Domina Ducissa*; in præsentia Domini *Ricardi Eggecombe* Militis, & Magistri *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris, Illustrissimi *Regis Angliæ* Commissariorum & Ambassiatorum, ac coram eisdem Jurabit, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter per eandem tangenda, quòd, donec & quousque plenè & integrè *dicto Regi*, ejus Hæredibus aut Successoribus Solutum, Satisfactum, & Contentatum fuerit de omnibus & singulis Pecuniarum Summis, quas *dictum Regem Angliæ* circa Succursum prædictum exponere contigerit, *dicta Ducissa* non auferret nec auferri per Subditos suos aut alios quoscúmque permittet aut procurabit dicta Loca, Villas, & Castella, sic ut præfertur Loco Pignoris Regi tradenda & deliberanda, nec Gravabit, molestabit, nec Inquietabit, aut Gravari, Molestari, vel Inquietari permittet aut procurabit *dictum Regem* aut Commissarios, Deputatos, vel ejusdem Locumtenentes circa Custodiam eorumdem aut alicujus eorum; & simile Juramentum præstabunt Dominus *Johannes de Rieux* Marescallus Britanniæ, & Tres aut Quatuor alii.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd dicta Loca, Villæ, & Castella sic, ut præmittitur, Loco Pignoris dicto *Domino Regi Angliæ*, aut Deputatis ab eodem, tradenda & deliberanda, per *dictam Ducissam*, seu Deputatos ejusdem, sint Tempore Traditionis hujusmodi benè & sufficienter ordinata & provisa Victualibus pro Quindecim Diebus, Soldatis & Stipendiariis dicti *Domini Regis*, ad Custodiam eorumdem Locorum deputandis, justo & rationabili Pretio Vendendis.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd Loca, sic tradenda & deliberanda, unà cum Castellis adjacentibus tradentur & deliberabuntur per *dictam Ducissam* aut Assignatos suos *dicto Regi Angliæ* aut Assignatis suis benè & sufficienter Fortificata, Provisa, & Munita Artelariis Bombardis, unà cum Pulvere & aliis Instrumentis Bellicis ad Defensionem Murorum, Promuralium, Turrium, & Castellorum, juxta & secundùm discretionem *dicti Regis* aut Deputatorum suorum, necessariis & requisitis; &, si contingat aliquam Partem vel Peciam Artelariæ ad Custodiam & Defensionem necessariam deesse, aut in parte vel in toto esse Diminutam, *dicta Ducissa*, infra Viginti

A. D. 1489. Hen. 7. Viginti Dies, post Requisitionem in ea Parte sibi per dictum *Regem* seu ejus Commissarios faciendam, mittet seu mitti faciet Peciam, sic Diminutam, ad Loci Defensionem necessariam, *dicto Regi Angliæ*, seu ejus ibi Locumtenenti tradendam.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd, continuò a tempore Traditionis & Deliberationis talium Locorum & Castellorum, pro tempore quo contigerit eadem Loca, Villa, & Castella esse in Custodia & Possessione *dicti Regis Angliæ*, Hæredum aut Successorum suorum, Forum Mercatura & Nundinæ tàm Victualium quàm aliarum Rerum tenebuntur, observabuntur, & celebrabuntur in eisdem pacificè & quietè, sicuti antea teneri, observari, & celebrari consueverunt, absque Molestiâ, Gravamine, Impedimento, vel Contradictione per *dictam Dominam Ducissam*, Hæredes vel Successores suos aut eorum Subditos; Quibus Subditi dictæ *Ducissæ* ad dicta Forum Mercaturas & Nundinas Emendi aut Vendendi causâ accedere retrahantur; Proviso quòd Subditi dicti *Regis Angliæ* a Subditis dictæ *Ducissæ*, sic ad Forum, Mercaturam, & Nundinas venientibus, nichil exigant aut extorqueant absque justo & rationabili Pretio & Contentatione ejusdem.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd, postquam Pars aliqua Exercitûs Illustrissimi *Regis Angliæ* applicuerit & descenderit in aliquem Portum Terræ Britanniæ, *dicta Ducissa* immediatè incontinenti & sine dilatione quacùmque transmittet in Naves prædicti Domini *Regis Angliæ*, sic in Portu remanentes, bonos & sufficientes Obsides (videlicet)

Dominos,
De *Maurre*,
Dubois,
Delamote,
Delrer,
Dacigne,
De *Quiebriat*,
De *Wennes*,
De *Pontquellec*,
De *la Soraye*,
De *Labonnardiere*,
Delrymecob,
Du *Favonet*,
De *Ondon*,
D'Ust,
Duperdo,
De *Veilleingne*,
Vel Quatuor eorum,

In dictis Navibus remansuros donec & quousque Duo de Locis supra recitatis, quæ *dictum Regem Angliæ* Nominare, Eligere, ac Acceptare contigerit, sic, ut præfertur, tàm Victualibus quàm Artelariis benè & sufficienter Provisa, Ordinata, & Munita eidem Regi aut suis in ea parte Deputatis & Commissariis plenè Tradantur, Reddantur, & Deliberentur. A. D. 1489. Hen. 7.

ITEM, Communicatum, Concordatum, & Conclusum est quòd *dicta Ducissa* non contrahet Sponsalia vel Matrimonium, per verba de præsenti vel de futuro, cum aliquo Rege, Principe, Nobili, vel aliquâ Personâ Mundi cujuscùmque Statûs, Gradûs, vel Conditionis extiterit, absq; expressis Avisamento, Consilio, Assensu pariter & Consensu dicti Domini *Regis Angliæ*; & quòd, ad Observantiam hujusmodi Promissi, *dicta Ducissa* Jurabit, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter per eandem tangenda, in præsentia dictorum Ambassiatorum *Regis Angliæ*, & coram eisdem; & simile Juramentum præstabunt Dominus *Johannes de Rieux* Marescallus Britanniæ, & Tres vel Quatuor de Ducatu prædicto, qui in Majori Auctoritate consistunt, se facturos & pro viribus curaturos quòd *dicta Ducissa* in ea parte observabit Promissa.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd, ab isto Die inantea, dicta *Ducissa*, ejus Hæredes & Successores non facient, inibunt, aut capient, nec fieri, iniri, seu capi procurabunt aut consentient, Pacem, Amicitiam, Confœderationem, Alligantiam, vel Intelligentiam cum aliquo Rege, Principe, Nobili, vel aliquâ Personâ Mundi, cujuscùmq; Statûs, Gradûs, seu Conditionis extiterit, vel cum aliquo Regno, Terra, Patria, vel Communitate, absque expressis Consilio, Assensu pariter, & Consensu dicti *Regis Angliæ*, vel Successorum suorum, præterquam cum *Regibus Romanorum* & *Hispaniæ*; nec cum illis nisi expressè & nominatim reservent & comprehendant *Regem Angliæ*.

ITEM, *dicta Ducissa*, ejus Hæredes & Successores non capient nec facient aliquas Treugas vel Guerræ Abstinentias, ultra Duos Menses duraturas, cum aliquo Rege vel Principe ut supra, absq; Consensu & Assensu dicti *Regis Angliæ*; nec ad Duos Menses vel ad minus tempus nisi in eis reservet & comprehendat, reservent & comprehendant *Regem Angliæ* expressè; &, eis finitis, non capiet aut faciet, non capient aut facient novas Treugas cum eisdem, aut prorogabunt, absque Consensu & Assensu dicti *Regis Angliæ* expressis.

ITEM, Illustrissimus *Rex Angliæ*, ejus Hæredes & Successores non facient Pacem aut contrahent Amicitiam, Confœderationem, vel Alligantiam cum *Rege Franciæ*

A. D. 1489. Hen. 7. *Franciæ* absque Consensu Ducissæ vel Successorum suorum; nec dictus Rex Angliæ, ejus Hæredes aut Successores capient aut facient novas Treugas cum Rege Franciæ, ultra Duos Menses duraturas, absque Consensu Ducissæ Hæredum & Successorum suorum; nec etiam cum eodem capiant Treugas, ad duos Menses vel minus Tempus duraturas, nisi reservent & comprehendant Ducissam Britanniæ; Treugis tamen inter dicta Angliæ & Franciæ Regna jam pendentibus semper salvis.

Item, dictus Rex Angliæ, ejus Hæredes aut Successores non facient Pacem cum aliquo alio Rege, Principe, vel Nobili, vel cum aliqua Persona Mundi, cujuscúmque Status, Gradûs, seu Conditionis extiterit, vel cum aliquo Regno, Terra, Patria, vel Communitate, nisi nominatim & expressè reservent dictam Ducissam & comprehendant eandem.

Item, Communicatum, Concordatum, & Conclusum est quòd Intercursus Mercium & Mercandisarum, dudùm in Civitate Londoniensi captus, initus, & firmatus inter Excellentissimum & Potentissimum Principem Dominum *Henricum Angliæ Regem* modernum, & inclitæ recordationis ac bonæ memoriæ Dominum *Franciscum* novissimè *Britanniæ Ducem*, pro Se, Regnis, Ducatu, Terris, & Patriis suis, ac Subditis eorumdem, *de data Vicesimi secundi Diei Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo sexto*, Exiturus & Expiraturus finito Anno post Mortem dicti Domini *Francisci ultimi Ducis Britanniæ*, Continuetur, Innovetur, & Prorogetur, quoad omnia & singula Capitula & Articulos ejusdem, futuris perpetuis temporibus duraturus; quem Nos Oratores & Commissarii antedicti, nominibus & Voluntate dictorum Principum nostrorum, quoad omnes & singulos Articulos ejusdem, ut tantæ Efficaciæ & Effectûs existat, ac si de verbo ad verbum fieret mentio de eisdem, Tenore Præsentium, Innovamus, Continuamus, & Prorogamus, perpetuis futuris temporibus duraturus.

Est insuper Conventum, Concordatum, & Conclusum, Nominibus Regis & Principum prædictorum, ad finem ut Captiones Navium Personarum seu Bonorum unius Partis super alteram de cætero cessent, quòd quandocúmque aliqua Navis Indigena exitura est ab aliquo Portu sive Oppido Regni Angliæ, Villæ & Marchiarum Calesii, Majores & Gubernatores Oppidi, Villæ, seu Portûs hujusmodi, quibuscúmque Nominibus, Officiis, aut Appellationibus censeantur, capient sufficientes Securitates de & pro Dominis seu Possessoribus, Magistris seu Bursariis Navis hujusmodi ad Duplum Valoris Navis, Apparatûs, & Victualium ejusdem, quòd Magister ejusdem Navis, Marinarii, & omnes in ea existentes, cujuscúmque Statûs aut Conditionis existant, servabunt Pacem erga quoscúmque Subditos dictæ Ducissæ Britanniæ, absque eo quod ullam eis Injuriam seu Violentiam in Terra, in Mari, Fluminibus, aut Portu aliquo inferre præsumat: Quòd si hujusmodi Securitatem præstare noluerint non permittent ipsi Majores & Gubernatores Oppidorum seu Portuum, ubi casus acciderit, Navem hujusmodi quoquo exire, nisi Possessor, Magister, seu Bursarius ejusdem Navis Licentiam Regiam, suo sub Sigillo, eisdem ostenderit & exhibuerit, quòd licitè cum sua Navi hujusmodi, sine ulla præstatione alterius Cautionis, exire poterit; in quo Casu si ipsi sic per Dominum Regem Angliæ Licentiati Subditos dictæ Ducissæ Spoliaverint aut Damnum vel Injuriam fecerint, & Solvendo non fuerint, tunc per eundem Dominum Regem plena Satisfactio fiet Partibus sic, ut præmittitur, Damnificatis:

Et parem in omnibus Securitatem capient Majores & Gubernatores Oppidorum & Portuum Ducatûs Britanniæ de & pro Dominis & Possessoribus, Magistris seu Bursariis cujuscúmque Navis Indigenæ suum Portum aut Oppidum exituræ, ad Duplum Valoris Navis, Apparatûs, & Victualium ejusdem; videlicet, quod Magister ejusdem Navis, Marinarii, & omnes in ea Nave existentes, cujuscúmque Statûs aut Conditionis existant, servabunt Pacem erga quoscúmque Subditos dicti Domini *Regis Angliæ*, absque eo quod ullum eis Injuriam seu Violentiam in Terra, in Mari, Fluminibus, aut Portu aliquo inferre præsumat; quod si hujusmodi Securitatem præstare noluerint, non permittent ipsi Majores & Gubernatores Oppidorum seu Portuum, ubi is Casus acciderit, Navem hujusmodi quoquo exire, nisi Possessor, Magister, seu Bursarius ejusdem Navis Licentiam ipsius Ducissæ, sub suo Sigillo, eisdem ostenderit & exhibuerit, quòd licitè cum sua Navi hujusmodi, sine ulla præstatione alterius Cautionis, exire poterit; in quo Casu si ipsi, sic per dictam Ducissam Licentiati, Subditos dicti Domini Regis Spoliaverint, aut eis Dampnum vel Injuriam fecerint, & Solvendo non

A.D.1489. Hen. 7. non fuerint, tunc per eandem Duciſſam Satisfactio fiet Partibus ſic ut præmittitur Damnificatis.

Quotiens autem Securitatem præmiſſam Majores & Gubernatores Oppidorum unius Partis aut alterius exigerint, dabunt Literas autenticas, ſub eorum communi Sigillo, Poſſeſſoribus, Magiſtris, ſeu Burſariis illius Navis ita Aſſecuratæ, Teſtificantes ipſam Securitatem præſtitam, ad finem ut, ipſarum Literarum Vigore, Navis hujuſmodi alios, ad quos forſitan applicabit, Portus liberè exire valeat.

Providebunt etiam Principes ambarum Partium, per modum Pactionum ſeu Indenturarum, inter Se & Subditos ſuos Gubernatores Oppidorum & Portuum prædictorum literatoriè expediendarum, quomodò omnia & ſingula Præmiſſa, de tempore in tempus, per Gubernatores hujuſmodi perfici debeant; quod ipſi Gubernatores, quotiens pœnalis Obligatio per Poſſeſſores, Magiſtros, ſeu Burſarios, ſeu eorum Fidejuſſores in Caſu præmiſſo Data, ex facto Magiſtri Navis, ſie ut præmittitur exituræ, Marinariorum aut aliorum quorumcúmque in dicta Navi exiſtentium, commiſſa ſeu fotisfacta fuerit, infra Quadraginta Dies, ab Intimatione & Certificatione hujuſmodi Forisfacturæ, nbi debitè probata fuerit, computandos, integram Obligationis hujuſmodi Pœnam ſuo Principi perſolvere tenebuntur. A.D.1489. Hen. 7.

ITEM, Communicatum, Concordatum, & Concluſum eſt quòd Pecuniæ currentes in Anglia currant & admittantur in Britannia, ac Subditi Britanniæ recipere cogantur eaſdem, ſic quod Denarius currens in Anglia valeat in Britannia pro Rata & ſecundùm Ratam *Octuaginta Denariorum Angliæ* ad Valorem *unius Nobilis Angliæ vocatæ Angelet*, & *Unus Groſſus* currens in Anglia valeat in Britannia *Quatuor Denarios Angliæ*, & *Medius Groſſus* Angliæ valeat *Duos Denarios Angliæ*, & *Viginti Groſſi Angliæ* valeant *unum Nobile vocatum Angelot:* Et quòd dictæ Pecuniæ & Aurum Angliæ aſcendant & deſcendant ſecundùm Ratam tunc & quando Aurum & Pecuniæ Britanniæ aſcendunt & deſcendunt: & quòd ſuper iſto Articulo fiant Proclamationes in Britannia; Proviſo quòd *dictus Rex Angliæ*, in Contentatione & Reſolutione ſibi faciendâ per *Duciſſam* pro Expenſis, per eundem Regem faciendis circa Succurſum prædictum, capere & recipere teneatur dictas Pecunias Angliæ prius per ſuos Subditos in Britannia expoſitas.

Tenor Literarum Illuſtriſſimæ Principis & Dominæ noſtræ Supremæ Dominæ Annæ Duciſſæ Britanniæ, *de quibus ſupra fit mentio, ſequitur & eſt talis,*

ANNA, Dei Gratiâ, *Britanniæ Duciſſa, ac Montisfortis, Richemondiæ, Eſtamparum, & Vertuſiarum Comitiſſa*, omnibus, ad quos hæ præſentes pervenerint, Salutem.

Cùm in hac Caduca & Fragili Vita nichil ſit quod ad Principis Honorem magis attineat quàm veteris Amoris atque Amicitiæ tum in omni tum in Neceſſitatis atque Periculi tempore meminiſſe,

Nos quidem,

Ad memoriam reducentes ac Nobiſcum intetnè cogitantes quàm Juſtum ac etiam Honorificum ſit Parentibus & Conſanguineis Pacem, Ligam, & perpetuam Amicitiam invicem tractare & concludere, ac tempore Afflictionis Succurſum præbere,

De Fidelitatibus & providis Circumſpectionibus, Dilectorum & Fidelium Conſiliariorum noſtrorum, *Philippi de Montaban* Militis, *Domini de Sens* Cancellarii noſtri, ac, Magiſtrorum, *Gullielmi Guegnen* Arcbidiaconi Pentheuriæ Electi Nannetenſis, & *Rollandi Gonjou* Juriſperitorum plenè confidentes,

Ipſos noſtros veros & indubitatos Commiſſarios, Deputatos, & Nuncios ſpeciales Aſſignamus, Facimus, Conſtituimus, Deputamus & Ordinamus per Præſentes,

Dantes & Concedentes eiſdem plenam Poteſtatem & Auctoritatem, & Mandatum generale & ſpeciale, cum *Ricardo Eggecombe* Milite, & Magiſtro *Henrico Ayneſworth* Legum Doctore, Ambaſſiatoribus, Legatis, Deputatis, Oratoribus, & Nunciis ſpecialibus Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Principis Domini *Henrici*, eadem Gratiâ, *Angliæ Regis* Conſanguinei noſtri honorandi, ſufficientem Poteſtatem & Auctoritatem ab eo ad hoc habentibus, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Conveniendi, Componendi, & Appunctuandi, ac ple-

A. D. 1489. Hen. 7. nariè & integrè Determinandi, & finaliter Concludendi, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, Intelligentiis, Alligantiis, Confœderationibus quibuscúmque, & Intercursu Mercandisarum & Mercium, *inter Nos* ac Ducatum, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra, ac *dictum Illustrissimum Regem*, Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca sua, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes suos & nostros quoscúmque, ineundis, capiendis, componendis, inducendis, celebrandis, innovandis, prorogandis, ad tempus vel imperpetuùm, & habendis, superq; mutuis Auxiliis ab una Partium alteri præstandis Conveniendi & Componendi,

Nósque Obligandi ad Resolutionem Expensarum, per *dictum Illustrissimum Regem* exponendarum, occasione certi Numeri Virorum Armatorum ad Auxilium & Succursum nostrum transmittendorum,

Ac Villas, Castella, Oppida, & alia Loca quæcúmque Ducatûs nostri prædicti pro dictâ Resolutione Expensarum faciendâ Obligandi, Pignorandi, & loco Pignoris & Ypothecæ *dicto Illustrissimo Regi* aut Assignatis suis Tradendi & Deliberandi, ac Obsides, & alias Securitates Nominandi, Promittendi, Obligandi in ea parte Præstandas & Exhibendas,

Et de non Contrahendo Matrimonium aut Sponsalia cum aliquo Rege vel Principe aut alio quocumque, & de non ineundo seu faciendo Pacem, Treugam, Ligas, Confœderationes, seu Amicitias cum aliquo Rege, Principe, vel Communitate, absque Consensu & Assensu dicti *Illustrissimi Regis*, Promittendi Nomine nostro & Paciscendi,

Nósque ad omnium & singulorum Præmissorum Observantiam, virtute Juramenti, nostrísque Literis Manu propriâ atque Sigillo munitis, & aliis Cautionibus quibuscumque, Obligandi & Astringendi,

Et *dictum Illustrissimum Regem*, virtute Juramenti sui, suísque Literis Manu propriâ atque Sigillo munitis, & aliis Cautionibus quibuscumque Obligandi, & Obligationes hujusmodi in ea parte Recipiendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentiis, & Connexis, quæ *inter præfatum Illustrissimum Regem* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes prædictos, & *Nos*, ac Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros, hincinde pendere dinoscuntur, A. D. 1488. Hen. 7.

Et super omnibus & singulis Præmissis, & ab eis qualitercúmque Dependentibus Concludendi & Sigillandi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis, Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum præfatis Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis prædictis, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Liberandi,

Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula qualitercúmque eáque concernentia Faciendi, Exercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsa faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Principis, omnia & singula, quæ per præsentes Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac parte, cum dictis Ambassiatoribus, Commissariis, Oratoribus, Deputatis, & Nunciis, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, ac superinde Literas nostras Patentes, novas, aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes Signo & Sigillo nostris munitas.

Dat. *Redon.* Die viii. Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo.

Sic Signatas,

ANNE.

Per Ducissam de ejus Mandato.

Oupon.

Tenor

Tenor vero Literarum Patentium Illustrissimi & Potentissimi Regis Angliæ, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ,* omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, in hac Caducâ & fragili Vitâ, nichil sit, quod ad Principis Honorem magis attineat, quàm veteris Amoris atque Amicitiæ, cùm in omni tùm in Necessitatis atque periculi tempore, meminisse,

Nos equidem,

Ad memoriam reducentes ac Nobiscum internè cogitantes quod Pium, Justum, ac etiam Honorificum sit Parentibus Orbatis cæterisque Calamitatibus Afflictis, præsertim hiis cum quibus Fœdera percussimus, Opem atque Succursum præstare,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Ricardi Eggecombe* Militis nostri Hospitii Controllatoris, & Magistri *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris in Officio nostri Privati Sigilli Secundarii, pleniùs confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Legatos, Deputatos, Oratores, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenam Potestatem ac Mandatum & Auctoritatem generale & speciale, cum Serenissima Principe Carissima Consanguinea nostra *Anna Britanniæ Ducissa,* seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Oratoribus, seu Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab ea ad hoc habentibus, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Conveniendi, Componendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi, & finaliter Concludendi, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, Intelligentiis, Alligantiis, Confœderationibus quibuscúmque, & Intercursu Mercandisarum & Mercium, *inter Nos,* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra, ac *dictam Ducissam,* Ducatum, Terras, Dominia, Patrias, & Loca sua, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes suos & nostros quoscúmque, ineundis, capiendis, componendis, inducendis, celebrandis, innovandis, prorogandis ad tempus vel imperpetuùm & habendis, superque mutuis Auxiliis ab una Partium alteri præstandis Conveniendi & Componendi,

Nósque ad hujusmodi Auxilia sibi præstanda Obligandi, taliáque Auxilia pro Nobis & Nomine nostro, & ad certum Virorum Armatorum Numerum, & ad tanta tempora, etiam nostris Expensis, prout melius videbitur eidem, Nominandi atque Concedendi,

Ac insuper ab *eadem Ducissa* Cautiones, Securitates, Promissa, & Obligationes quascúmque, pro Resolutione hujusmodi Expensarum, per Nos in hujusmodi Auxiliis Exponendarum, ac Villas, Castella, Opida, & alia Loca quæcúmque, loco Pignoris & Ipothecæ, in ea Parte per *dictam Ducissam* Nobis aut Assignatis nostris tradenda & deliberanda, Petendi, Stipulandi, Exigendi pariter & Recipiendi,

Et de non contrahendo Matrimonium aut Sponsalia cum aliquo Rege, vel Principe, vel aliquo alio quocumque, nec de ineundo seu faciendo Pacem, Treugas, Ligas, Confœderationes, seu Amicitias cum aliquo Rege, Principe, vel Communitate, absque nostris Consensu & Assensu, dictam *Ducissam,* virtute Juramenti, suisque Literis Manu propriâ atque Sigillo munitis, & aliis Cautionibus quibuscúmque, Obligandi, & Obligationes hujusmodi in ea parte similiter Recipiendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ *inter Nos* & *præfatam Ducissam,* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes prædictos hinc inde pendere dinoscuntur,

Ac Nos, nostrosque Hæredes & Successores, ad eorumdem Locorum Restitutionem, & de non Contrahendo Pacem,

A. D. 1489. Hen. 7.

cem, Treugas, Ligas, Confœderationes, seu Amicitias cum aliquo Rege, Principe, vel Communitate, absque *dictæ Ducissæ* Concensu, Obligandi,

Ac etiam, si necesse fuerit, ad Assignandum, Deputandum, & Capiendum unam aliam *Dietam*, in tali Loco sive talibus Locis, & inibi ad Communicandum, Tractandum, Appunctuandum, & finaliter de & super omnibus & singulis Præmissis, & ab eis qualitercúmque Dependentibus Concludendum, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfata Ducissa*, seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis prædictis Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Liberandi, Literásq; alias consimilis Effectûs & Vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa, & Præmissorum singula qualitercúmq; eaq; concernentia, Faciendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Ambassiatores, Commissarios, Oratores, Deputatos, & Nuncios nostros, Appunctuata, Promissa, Concordata, Conventa, & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes novas, Confirmatorias, Ratificatorias, aut Approbatorias, in forma debita & autentica, si opus fuerit, daturos.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* undecimo Die Decembris, Anno Regni nostri Quarto.

Per ipsum Regem.

CLERK.

A. D. 1489. Hen. 7.

QUÆ OMNIA ET SINGULA, inter Nos mutuò Communicata, Tractata, Appunctuata, Conventa, Concordata, & Conclusa, Nos Commissarii & Deputati *Illustrissimæ Ducissæ* Dominæ nostræ Supremæ prædicti Promittimus & Pollicemur *dictam Dominam nostram Supremam*, in omnibus & per omnia, quatenus ipsum contingunt, in formâ prædictâ, si dicto Serenissimo *Regi Angliæ* placuerint, & cum his contentus fuerit, Tenturam, Observaturam, & Perimpleturam, ac per Literas suas Parentes, suo Sigillo sigillandas, Ratificaturam, Approbaturam, & Confirmaturam, ipsásque Literas Ratificatorias & Confirmatorias, desuper confectas, in Regnum Angliæ dicto Regi, aut Commissariis suis, similes Literas Nunciis aut Commissariis dictæ *Dominæ nostræ Supremæ* tradenti & deliberanti, seu tradentibus & deliberantibus, transmissuram & daturam.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Testimonium & Fidem huic Parti INDENTURÆ, penes Commissarios & Deputatos dicti Serenissimi *Regis Angliæ* supranominatos REMANSURÆ, Nos Commissarii antedicti Sigilla nostra, unà cum Nominibus & Signis nostris, apposuimus apud *Civitatem Redonensem* prædictam, Anno, Mense, & Die supradictis.

Nos autem omnia supradicta Appunctuamenta, Promissiones, Conventiones, Pactiones, ac omnia & singula, in Indenturâ prædictâ, superinde confectâ, contenta & specificata, Rata, Firma, & Grata habentes, ea omnia & singula, pro Nobis, & Hæredibus, & Successoribus nostris, quantum ad Nos & ipsos pertinet, Ore Regio, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, necnon Tenore Præsentium Confirmamus, eáque omnia & singula firmiter & inconcussè Tenere & Observare Promittimus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* primo Die Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono, & Anno Regni nostri Quarto.

De

De Regio Assensu.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Pat. 4. H. 7. m. 7.

REX Venerabili in Christo Patri J. eadem gratiâ, *Lincolniensi Episcopo*, Salutem.

Sciatis quòd Electioni, nuper factæ in Ecclesiâ Conventuali Monasterii nostri de Rameseye Ordinis Sancti Benedicti vestræ Diœcesis, de Religioso Viro *Johanne Huntyndon*, ejusdem Monasterii Commonacho, in Abbatem Loci illius, Regium Assensum adhibuimus & Favorem; & hoc vobis, Tenore Præsentium, significamus, ut quod vestrum est in hac parte exequamini. A. D. 1489.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Licentia Eligendi pro Episcopo Londoniensi.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Ibid. m. 4.

REX, Dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli Londoniæ*, Salutem.

Ex parte vestrâ nobis est humiliter Supplicatum quòd,

Cùm Ecclesia prædicta, per Mortem Venerabilis Patris ac bonæ memoriæ *Thomæ Kempe* ultimi *Episcopi* Loci illius, Pastoris solatio sit destituta,

Alium vobis Eligendi in Episcopum & Pastorem Loci illius Licentiam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam prædictam vobis, Tenore Præsentium, duximus concedendam; A. D. 1489.

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Episcopum & Pastorem, qui Deo Devotus Ecclesiæ prædictæ Necessarius Nobisque & Regno nostro Utilis & Fidelis existat.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo nono Die Julii.

De Communicando & Tractando cum Rege Daciæ.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm verè lateat Neminem quòd Civitates, Opida, atque Regna Bellorum Calamitatibus Dissidiorúmque Turbinibus ad nichilum fuisse redacta, eadémque Pace coaluisse,

Hinc est quòd Nos,

Propter felicem Rerum Christianæ Religionis Successum, universalem Regum ac Regnorum omnium Concordiam desiderantes, & maximè eorum cum quibus Nos nostrique Progenitores & Antecessores antiquissima Pacis & Amicitiæ Fœdera percusserimus,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Jacobi Hutton* Legum Doctoris Consiliarii nostri, *Thomæ Clarenceux Heraldi Armorum Regis*, *Thomæ Carter*, & *Johannis Beles*, Mercatorum, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, & Deputamus per Præsentes, A. D. 1489.

Dantes & Concedentes eisdem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimo Principe *Johanne Daciæ*, *Swesiæ*, *Norwegiæ*, *Sclavorum*, *Gotorumque Rege*, *&c.* Confratre nostro Carissimo, seu ejus Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Confratre nostro ad hoc habentibus, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Componendi, Paciscendi, ac finaliter & integrè Concludendi & Determinandi, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace atque Concordiâ, Ligis, Amicitiis, Confœderationibus, Fœderibus, Affinitatibus, & Intelligentiis quibuscumque, quàm de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum hincinde, ineundis, fiendis, capiendis, celebrandis, & habendis, *inter Nos &*

A. D. 1489. Hen. 7. *dictum Confratrem nostrum*, Hæredes & Successores nostros, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Alligatos, Faventes, Confœderatos, Amicos & Adhærentes nostros & suos quoscúmque,

Atque Pacem, Ligas, Concordias, Confœderationes, Amicitias, Fœdera, & Intelligentias hujusmodi, aliásque Pactiones & Conventiones, viis & modis quibus meliùs eis videbitur expedire, Componendi, Ineundi, Vallandi, Robotandi, & Compaciscendi,

Dantes & Concedentes ulterius eisdem nostris Commissariis plenam etiam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Communicandi, Tractandi, & Appunctuandi, de & super omnibus & singulis Attemptatis, Contentionibus, Quæstionibus, Querelis, Litibus, & Causis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, atque Connexis, quæ inter Nos & dictum Confratrem nostrum, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos hinc inde pendere dinoscuntur,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam aliam Dietam, in talibus Loco & Tempore prout eis melius visum fuerit, Præfigendi, Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáq; omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Confratre nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis prædictis Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Liberandi, Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa, & Præmissorum singula, eáque qualitercúmque concernentia Faciendi, Exequendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ nostrâ interessemus, etiam si talia sint quæ de sui naturâ Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros prædictos Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superindè Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias, in formâ debitâ & autenticâ, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Pace inter Reges Angliæ & Daciæ.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Ibid. m. 5. REX omnibus ad quos &c. Salutem.

Quamquam inter Illustrissimos Progenitores & Antecessores nostros quondam Angliæ Reges, Parte ex unâ, & Serenissimos Progenitores & Antecessores Carissimi Confratris nostri *Johannis Daciæ, Swesiæ, & Norwegiæ, Sclavorum, Gothorumque, &c. Regis* Moderni ex Parte alterâ, eorúmque Regna, Terras, Dominia, Homines, & Subditos, bona, sincera, firma, & perfecta Treuga & Guerrarum Abstinentia, Pax, Liga, Intelligentia, & Confœderatio retroactis temporibus concordata, conclusa, & celebrata, atque per nonnulla tempora custodita & observata fuerint, ad prædictorum Regum Regnorum, Terrarum, Dominiorum eorum Incolarum & Subditorum Commoditatem non modicam & Quietem, A. D. 1489.

Postea tamen, Æmulorum quorumdam & temporum successu perversorum, quorum totus conatus ad turbandum Pacem anelat, inter præfatorum Regum Homines atque Subjectos, tàm per Terram quàm per Mare, Rapinæ, Bella, Cædes, Navium, Mercatorum atque Hominum Captiones, & Bonorum Deprædationes, hincinde suscitari & excerceri ceperunt, Páxque, Liga, Amicitia & Confœderatio prædictæ eo Pacto usque in hæc tempora omnino exulabant,

Nos verò *Rex Angliæ* antedictos, Salva-

A. D. 1489 Hen. 7. Salvatoris nostri Jhesu Christi, qui Pacem suam Nobis donavit, Pacemque in Terris reliquit, insequentes Doctrinam,

Perversorum hujusmodi Conatibus, Rapinis, Bellis, Captionibus, & Deprædationibus obviare, Pacisque Reformationi studiosè intendere decrevimus,

Quare cum præfato Carissimo Confratre nostro *Johanne Daciæ, Swesiæ, &c. Rege* Illustri bonam, sinceram, veram, firmam, & perfectam Pacem, Amicitiam, Guerrarum Abstinentiam, Ligam, Unionem, & Confœderationem, modo & formâ in Articulis subsequentibus contentis, Inivimus, Contraximus, Perfecimus, Conclusimus, & Appunctuavimus, & per Præsentes Inimus, Contrahimus, Perficimus, Concludimus, & Appunctuamus.

INPRIMIS (videlicet) quod bona, sincera, firma & perfecta sit & inviolabiliter, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, ac ubivis Locorum, habeatur & observetur Pax, Liga, Amicitia, Guerrarum Abstinentia, Unio & Confœderatio *inter Nos*, Regnaque nostra, Terras, Dominia, Hæredes, Successores, Vassallos, Homines, & Subditos quoscúmque præsentes & futuros, & præfatum Carissimum Confratrem nostrum *Johannem Daciæ, Swesiæ, &c. Regem* Illustrem, ejúsque Regna, Terras, Dominia, Hæredes, Successores, Vassallos, Homines, & Subditos quoscúmque præsentes & futuros, *a Primo Die Martii proximò futuro post Datam Præsentium imperpetuùm duratura*.

ITEM, Appunctuatum atq; Conventum, Concordatum & Conclusum est, inter Nos Reges prælibatos, tàm propter Bonum Pacis quàm propter mutuæ Dilectionis Amicitiam inter Nos æternaliter fovendam & continuandam, quòd super Spoliationibus, Deprædationibus, Dampnis, Rapinis, & Injuriis universis, ante hæc tempora inter Nos, Prædecessorésve nostros, Vassallos, Homines, aut Subditos Vivos vel Defunctos, qualitercúmque a Principio Mundi usq; ad dictum Primum Diem Martii commissis aut perpetratis, nulla super eisdem deinceps suscitetur vel moveatur Lis, Actio, Querela, Demanda, Persecutio, in Jure vel extra Jus, Discordia, seu Contraversia Juris vel Facti qualiscúmque; sed Principes prædicti, eorúmque Vassalli, Homines, & Ligei, sic Injuriati seu Dampnificati, ab eisdem penitùs Recedent, & sibi ipsi eas mutuò Remittent, prout per Præsentes Recedunt & Remittunt. A. D. 1489. Hen. 7.

ITEM, omnes Gentes nostri utriúsque Regni vicissim, per Mare, Flumina, Aquas dulces & salsas quascúmque, Navigare, Portus, Regna, Terras, & Dominia Intrare, ac in omnibus & omnimodis Portubus, Civitatibus, & Villis Regnorum, Terrarum, & Dominiorum nostrorum prædictorum, ac cum quibuscúmque Hominibus, cujuscúmque Nationis, Ritûs, seu Conditionis fuerint, Mercandisare poterint; solutis Custumis & Theoloniis solvi consuetis.

ITEM, omnes Mercatores & Subditi *Regni nostri Angliæ*, in Regnis, Terris, & Dominiis Confratris nostri *Regis Daciæ*, ac, vice versâ, Mercatores, Homines, & Subditi dicti *Regis Daciæ* Confratris nostri, in Regno & Dominiis Regni nostri Angliæ, omnibus & singulis Privilegiis, Libertatibus, Franchesiis, & Liberis Consuetudinibus Uti plenè & Gaudere debent & possunt, prout ante hæc tempora Usi sunt & Gavisi.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, inter prædictos Reges, quòd neuter Eorum aut Subditorum suorum unius aut alterius eorumdem Inimicis Auxilium quovis modo præstabit vel Favorem.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum est, & Conclusum quòd, si futuris temporibus unus nostrûm prædictorum Regum alterius Auxilio vel Succursu indigeat, & pro hujusmodi Auxilio habendo alter alterum debitè requisierit, Pars sic Requisita hujusmodi Auxilium vel Succursum Parti Requirenti, si & quatenus propter Occurrentia sibi Regnis, Terris, Dominiis, ac Subditis suis Pericula hoc facere poterit, cessantibus dolo & fraude seu fictione quibuscúmque, facere teneatur; Requirentis tamen rationabilibus Sumptibus & Expensis, prout inter Nos Reges antedictos, vel nostros Deputatos, seu nostra Concilia, poterit concordari; Proviso semper quòd Requisitio hujusmodi fiat per Sex Menses antequam Executioni demandetur.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum est, & Conclusum quòd, si alterius nostrûm Gentes in Succursum venerint alteri Regi, & in ejus Regno seu Dominiis, Castra, Civitates, aut Terras acquisierint, Bona Immobilia illi cedant Regi in cujus Regno aut Dominiis fuerint acquisita, Bona verò Mobilia in Regno ipso aut Dominiis Conquisita, insuper & Bona tàm Mobilia quàm Immobilia in Locis non ad aliquem

A. D. 1489. Hen. 7.

aliquem noſtrûm prædictorum Regum pertinentia ſive ſpectantia, dividentur ſecundùm Capita Populorum exiſtentium in Conflictu; exceptis Bonis captis hoſtiliter ſuper Mare, quorum Pars Tertia ipſi noſtrûm qui fecerit Expenſas applicabitur.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum eſt, & Concluſum quòd alter noſtrûm Regum prædictorum eorumdem alteri ejúſve Ligeis, Subjectis, aut Hominibus quibuſcumque non debet inferre nec inferri conſentiet nec procurabit ullo tempore Dampnum aliquod in Perſonis vel Rebus; & præſertim quòd unus eorum non permittet Subditos ſuos, ad Vadia vel Stipendia ſua propria vel alterius, tranſire in Obſequium vel Auxilium contra alterum, ejuſve Regna, Terras, Poſſeſſiones, aut Dominia quæcumque.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum eſt, & Concluſum quòd neuter noſtrûm Regum prædictorum, ſi Diffidaverit aliquos propter alterum, Treugas cum Diffidatis capiat, niſi alter noſtrûm, Regna, Terræ, & Dominia, ſua comprehendantur.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum eſt, & Concluſum quòd ſi temporibus futuris (quod abſit) contigerit aliquid contra præſentes Alligantias, per Subditum vel Subditos alterius noſtrûm Regum prædictorum, Hæredumve noſtrorum, contra alterius Subditum vel Subditos, per Incurſiones, Invaſiones, Deprædationes, Derobationes, Perſonarum, Navium, ſeu Rerum Captiones, ſeu Detentiones, vel quovis alio modo, attemptari vel quomodolibet injuriari; quòd ille Rex, cujus Subditi tale quid attemptaverint vel Injurias fecerint, & Hæredes ſui pro tempore exiſtentes teneantur, & quilibet eorum tempore ſuo teneatur, Juſtitiâ mediante, ad Statum debitum attemptata hujuſmodi Reducere, ac Delinquentes debitè Corrigere & Punire, cum omni celeritate poſſibili, poſtquam ſuper Reformatione & Punitione hujuſmodi fiendis (Probatis Probandis) debitè fuerint Requiſiti vel eorum aliquis inde fuerit Requiſitus; fraude, dolo, dilatione; & malitiâ ceſſantibus quibuſcúmque; Proviſo ſemper quòd præſentes Alligantiæ pro tanto non cenſeantur ſeu habeantur in aliquo Fractæ, Irritæ, ſeu Diſſolutæ, ſed ſemper in ſuo Robore permaneant & Virtute.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum eſt, & Concluſum quòd, ſi Mercatores *Regni noſtri Angliæ*, in Regnis, Terris, vel Dominiis ipſius *Regis Daciæ*, vel, vice verſâ, ſi Mercatores eorumdem Regnorum, Terrarum, vel Dominiorum *Regis Daciæ*, *in Anglia* vel in Dominiis noſtris, Naufragium (quod abſit) patiantur, liceat eis Naves ſuas Fractas vel Colliſas, necnon Res, Merces, & Bona ſua quæcúmque, liberè, quietè, & pacificè, per ſe vel per alios, Reficere, Recolligere, & Habere, quamdiu eaſdem pro Derelicto non habuerint; Ballivus autem ſeu Ballivi, qui pro tempore fuerit vel fuerint, ubi & quando hoc evenire in alterutro Regno contigerit, Naufragos illos, cum Navibus ſuis confractis & Rebus, Mercibus, & Bonis ſuis omnibus, ab Inquietantium Incurſibus pro Viribus ſuis protegant & defendant, & etiam ad Res, Merces, Bona, & Naves colligendas & ſalvandas Succurſum impendant & Juvamen.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum eſt, & Concluſum quòd, ſi Inimicus alterius noſtrûm ad alterum ejuſve Regna, Terras, ſeu Dominia confugerit, ipſum in Regna, Terras, ſeu Dominia ſua quæcumque non Receptabit, nec in eiſdem ſtare ſeu morari ultra unum Menſem aliquatenus permittet, ſed eundem ab eiſdem infra idem tempus penitùs Expellet & Ammovebit.

ITEM, Appunctuatum, Conventum, Concordatum eſt, & Concluſum quòd, ſi quis Subditorum cujuſvis dictorum Angliæ & Daciæ Regum, hujus Amicabilis Compoſitionis ſive Conventionis vel alicujus ejuſdem Partis Violator repertus fuerit, quòd tunc ipſe, qui hanc Compoſitionem quovis Pacto violaverit, per ipſius Principem vel ejus Officiarios compellatur Parti Dampnificatæ Bona ablata Reſtituere, & pro Dampno illato Parti Injuriatæ unà cum Intereſſe Satisfacere, necnon quòd ulterius ſic in Corpore & Bonis puniatur ut ipſius Pœna Metus ſit multorum hujuſmodi Fœdera violare volentium.

QUÆ OMNIA ET SINGULA, ſic, ut præmittitur, Capitulata & in præcedentibus Articulis Contenta, Nos *Henricus Rex Angliæ antedictus*, pro Parte noſtra, quantum ad Nos pertinet & in Nobis fuerit, inviolabiliter Tenere & Obſervare, atque Teneri & Obſervari facere, bonâ Fide & in Verbo Regio, Promittimus per Præſentes.

In

A.D. 1489. Hen. 7. In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium Præmissorum has Literas nostras Patentes fuperinde fieri, atque Sigilli nostri fecimus appensione communiri.

Dat. apud *Westmonasterium* Sexto Die Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo nono, & Anno Regni nostri Quarto. A.D. 1489. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

De Remuneratione pro Servitio Regi impenso.

A.D. 1489. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 6.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Pro eo quod datum sit Nobis intelligi quòd, Dilectus noster, *Stephanus Calmady* bonum & acceptabile Servitium Nobis, ante hæc tempora, diversimodè impendit, in Conducendo Nobis, dùm in Partibus Britanniæ essemus, *Dominum d'Aubeney, Johannem Cheyne*, & *Johannem Holywell*, Milites, ac alios,

Unde Nos in Remuneratione dicti sui Servitii Concessimus & Licentiam Dedimus *eidem Stephano* Cariandi & Conducendi quascúmque Mercandisas, infra hoc Regnum nostrum Angliæ crescentes sive existentes, Stapulæ nostræ Calesii minimè pertinentes, extra idem Regnum nostrum in quadam Navi vocata le Jhe, quam ipse nuperimè fecit & fabricavit, easdámque Mercandisas ad quascúmque Partes Transmarinas, quibus meliùs sibi placuerit, ad sui maximum Proficuum & Advantagium, Traducendi, dictámque Navem inibi sive alibi aliis Bonis & Mercandisis Onerandi & Recarcandi, & in Regnum nostrum prædictum Reportandi & Reducendi, dictamque Navem in quocúmque Portu sive quibuscúmque Portubus, quo vel quibus sibi placuerit, Discarcandi, ac Mercandisas hujusmodi Exponendi, Vendendi, & Disponendi, absque aliquibus Custumis, Subsidiis, aut aliis Devoriis, nobis proinde solvendis, seu Compoto faciendo, pro Primo Viagio ejusdem Navis tantum faciendo. A.D. 1489.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Succursu pro Ducissa Britanniæ, de Proclamationibus.

A.D. 1489. An. 4. H. 7. Pat. 4. H. 7. m. 3. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ & Middlesexiæ, Salutem.

Præcipimus vobis, firmiter injungentes, quòd in singulis Locis infra Civitatem & Comitatum prædictos, tàm infra Libertates quàm extra, ubi magis expediens videritis, ex Parte nostra Publicas Proclamationes fieri faciatis in hæc verba,

FORASMOCH *as the Kyng our Soveraigne, for Defense of this his Realme of England and his Subgetts of the same, and for the Repressyng and Resistyng of the Malice of his Ennemyes, entendeth, by Goddes Grace, in all goodly haste, not oonly to Reenforce his Armee nowe beyng in Britayn, but also to put and sette a Myghty Armee upon the See for the sure kepyng theraf,*

Oure seid Soveraigne Lord the Kyng therfor Commaundeth all his true Liegemen and Subgetts, which for that entent wol take upon theym to goo in eny of the seid Armees, for their competent Wager to theym to be payd in that behalve, that they and every of theym, Armed and Arraied in their best and defensible Arraye, come unto oure trusty and welbeloved Charles Somerset *Knyght,* A.D. 1489.

Whoom emongst others we have Deputed and Charged to goo unto our Citee of London, there to take the Monstres of all such as been able and wyll goo in eny of the seid Armees,

And to all theym, that he shall thynke able therunto, to geve Prestys accordyng, and further to doo that shal be necessarie and requisite in that behalve.

Et hoc, sub periculo quod incumbit, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Windesore* decimo sexto Die Augusti.

Pacis Perpetuæ inter Angliam & Portugaliam Ratificatio.

A. D. 1489. An. 4. H. 7. Franc. 4. H. 7. m. 3.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS Tractatum Pacis, Concordiæ, & perpetuæ Amicitiæ inter, recolendæ memoriæ, Dominum *Ricardum* quondam *Regem Angliæ & Franciæ*, Progenitorem nostrum, pro Se, Hæredibus, Regnis, Terris, Dominiis, Vassallis, & Subditis ejus ex unâ Parte, & *Johannem Regem Portugaliæ & Algarbii*, pro Se, Hæredibus, Regnis, Terris, Dominiis, Vassallis, & Subditis suis quibuscúmque ex alterâ Parte, modo & formâ prout inferius continetur,

Nos, *Ricardus Abberbury*, *Johannes Clamevowe*, Milites, & *Ricardus Ronhale* Legum Doctor, Serenissimi Principis & Domini Domini *Ricardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ* & Domini nostri Illustrissimi Procuratores & Commissarii ad infrascripta specialiter deputati, Salutem in omnium Salvatore.

Illud Pium Propositum rectè Regnantium, illaque finalis intentio justè principantium esse debet, bonum commune Subditorum privatis præferre comodis, talibusque subjectam eis Rem-publicam Munire Præsidiis, per quæ, exclusis cæcis Inquietationum turbinibus, exterminatisque adversantium incursibus, Plebs fidelis, quæ talibus gubernatur auctoritatibus, nedum augeatur prosperis, sed sub optatæ Quietis & Pacis amœnitate conservetur continuè in adversis, quod reverà tunc aptiùs procurari speratur cùm Christianissimi Reges & Principes, in verâ unitate & obedientiâ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ persistentes, in unam mentis consonantiam conveniunt, & invicem indissolubilis amoris Fœdere copulantur.

Hoc siquidem Serenissimus Princeps & Dominus noster metuendissimus supradictus, *&c. prout in Tom. XI. sic Dat. (viz.) in Palatio Westmonasterii, Vicesimo quarto Die Februarii, Anno Domini Millesimo, Tricentesimo, octogesimo septimo, & Regnorum nostrorum Anno Undecimo.*

Nos autem *Henricus*, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ* memoratus supradictus, Tractatus, Confœderationes, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Conditiones, Promissiones, Fœdera, & quæcúmque Ligamina supradicta Ore Regio Approbamus, Laudamus, Renovamus, Ratificamus, necnon, Tenore Præsentium, Confirmamus, atque etiam Promittimus, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris & Causam a Nobis habentibus, Præmissa omnia & singula perpetuò Tenere, & non Contrafacere eisdem vel alicui eorum, vel venire contra eadem vel aliquam Partem eorumdem, per Nos, nec per aliquem Hæredum seu Successorum nostrorum, vel alium seu alios a Nobis Causam habentes; sed ea omnia & singula supradicta firmiter & illæsa, quantum ad Nos & Hæredes & Successores nostros attinet, sicut in Literis dictorum Ligaminum seu Pactionum continetur, & prout superius Contenta sint, & Tractata & Concordata fuerunt, Promittimus Observare & Observari facere, & contra ea nullatenus venire, & per Sancta Dei Evangelia, per Nos inspecta & corporaliter tacta, Promittimus & Juramus.

A. D. 1489.

In cujus Rei Testimonium has præsentes Literas nostras solitâ Subscriptione nostrâ appensionéque Sigilli nostri Majoris fecimus communiri.

Data & Acta sunt hæc, prout suprascribuntur & recitantur, sub Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octogesimo nono: & Regni nostri Anno Quarto: Indictione septimâ: Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Innocentii*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Octavi* Anno Quarto; Mensis verò Augusti Die Decimo octavo, in quadam altâ Camerâ infra Castrum nostrum de Wyndesore,

Præsentibus tunc ibidem,

Reverendissimo in Christo Patre *Johanne Archiepiscopo Cantuariensi* totius Angliæ Primate & Apostolicæ Sedis Legato Cancellario nostro Angliæ,

Ac Venerabili in Christo Patre *Ricardo Episcopo Exoniensi* Custode Privati Sigilli nostri:

Ac,
Clarissimis Dominis,
Henrico Northumbriæ,
Georgio Salopiæ,
Et *Henrico Essexiæ*,
Comitibus:

a *Georgio*

A. D. 1489. Hen. 7.

Georgio Stanley de Straunge Milite,
Ricardo Nevyll de Latymer,
Et *Johanne le Souche de Souche*,
Baronibus:
Magistro *Olivero Kyng* Secretario nostro:
Thoma Lovell,
Et *Ricardo Guldeford*,
Militibus;
Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et quia ego Henricus Medwall *Clericus, Wintoniensis Diœcesis, Publicus Auctoritate Apostolicâ Notarius, Probationi, Laudationi, Renovationi, & Ratificationi suprascriptorum Tractatûs, Confœderationum, Conventionum, Alligantiarum, Amicitiarum, Pactionum, Conditionum, Promissionum, Fœderum, & quorumcumque Ligaminum prædictorum, sub modo & formâ prænominatis Tractatorum, Ordinatarum, & Conventorum, & aliàs quomodolibet ut præfertur Dispositorum, per præfatum Serenissimum Dominum nostrum* Henricum Regem Angliæ & Franciæ, & Dominum Hiberniæ *factorum, necnon ejusdem Domini nostri Regis ad Sacrosancta Dei Evangelia, per eum tunc inspecta & corporaliter tacta, Juramenti Præstationi, omnibusque & singulis supradictis, dum sic, ut præmittitur, per eundem Dominum nostrum Regem Approbarentur, Laudarentur, Renovarentur, Ratificarentur, Confirmarentur, Promitterentur, Agerentur, & Fierent, unà cum Reverendis in Christo Patribus ac Clarissimis Dominis & Viris Illustribus prædictis, ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis ut præmittitur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Die, & Loco prædictis, præsens personaliter interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideo hiis Præsentibus, de ipsius Regis Mandato, me hic subscripsi, easque Signo meo ac Nomine solitis & consuetis, in pleniorem Fidem earumdem, signavi rogatus & requisitus specialiter in hac parte per Dominum nostrum Regem supradictum.*



¶ ¶ *De Restitutionibus pro Episcopo Londoniæ.*

A. D. 1489. An. 5. H. 7. Pat. 5. H. 7. m. 29.

REX, Dilecto sibi, *Majori Civitatis suæ Londoniæ, ac Escaetori suo* in eadem Civitate, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Londoniæ per Mortem, bonæ memoriæ, *Thomæ ultimi Episcopi Loci illius*, Personam Dilecti & Fidelis nostri Magistri *Richardi Hyll*, ejusdem Ecclesiæ Electi, in ipsius *Ecclesiæ Episcopum* præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius *Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus Eidem;

A. D. 1489.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine Dilatione Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

Conventionum

Conventionum Portugaliæ Renovatio.

A. D. 1489. An. 5. H. 7. Ex Autogr.

JOhannes, Dei gratiâ, *Rex Portugaliæ & Algarbiorum citra & ultra Mare in Africa*, & *Dominus Guineæ*, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Tractatum Pacis Concordiæ & perpetuæ Amicitiæ inter recolendæ memoriæ Dominum *Johannem Progenitorem nostrum*, pro Se Hæredibus, Regnis, Terris, Dominiis, Vassallis, & Subditis suis, ex una, & *Ricardum Regem Angliæ* & *Franciæ*, pro Se Hæredibus, Regnis, Terris, Dominiis, Vasalis, & Subditis suis quibuscúmque ex altera Parte, *modo & formâ prout inferius continetur.*

Nos, *Ferdinandus Magister Ordinis Militiæ Sancti Jacobi* in prædictis Regnis Portugaliæ & Algarbii, & *Laurentius Fogata* Miles Cancellarius Regnorum prædictorum, Serenissimi Principis & Domini, Domini *Johannis*, Dei gratiâ, *Regis Portugaliæ* & *Algarbiorum* Domini nostri Illustrissimi Procuratores & Commissarii ad Infrascripta specialiter Deputati, Salutem in omnium Salvatore.

Illud Pium Propositum rectè Regnantium, illaque finalis intentio justè Principantium esse debet, bonum commune Subditorum privatis præferre commodis, talibusque subjectam eis Rempublicam munire præsidiis, per quæ, exclusis cæcis Inquietationum turbinibus, exterminatisque adversantium incursibus, plebs fidelis, quæ talibus gubernatur auctoribus, nedum augeatur prosperis, sed sub optatæ quietis & pacis amænitate conservetur continue in adversis; Quod reverà tunc aptius procurari speratur cùm Christianissimi Reges & Principes, in vera unitate & obedientia Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ persistentes, in unam mentis consonantiam conveniunt, & invicem indissolubilis amoris Fœdere copulantur.

Hoc siquidem Serenissimus Princeps & Dominus noster metuendissimus supradictus in profundæ suæ considerationis revolvens examine, nobis tractandi & firmandi, nomine suo, ligas amicitias & confœderationes reales & perpetuas, cum Nobilibus & discretis viris Domino *Ricardo Aberbury*, *Johanne Clamcnoune*, Militibus, & *Ricardo Roubale* Legum Doctore, Ambassiatoribus, Procuratoribus seu Nunciis Consanguinei sui Domini *Ricardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, ad præsentiam præfati Serenissimi Domini nostri transmissis, per Literas suas Patentes magno sigillo Plumbeo munitas (quarum tenor inferius describitur) Potestatem commisit & attribuit,

A. D. 1489.

In cujus vigore cum Ambassiatoribus & Nunciis Dom. Regis Angl. supradictis, ad infrascripta faciendum, Potestatem seu Procuratorium sub Sigillo cereo ex parte Domini sui exhibentibus (cujus etiam tenor inferius describitur) Ligas, Amicitias, Confœderationes seu Uniones reales firmas & perpetuas tractavimus, & post varias Dietas concordavimus, sub hac forma,

INPRIMIS, *&c. prout supra in Tom. XI.*

Nos autem *Johannes Rex Portugaliæ & Algarbiorum citra & ultra Mare in Africa*, & *Dominus Guineæ* memoratus supradictus, Tractatus, Confœderationes, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Conditiones, Promissiones, Fœdera, & quæcúnque Ligamina supradicta Ore Regio Approbamus, Laudamus, Renovamus, Ratificamus, necnon, Tenore Præsentium, Confirmamus, atque etiam Promittimus, pro Nobis & Successoribus nostris & Causam a Nobis habentibus, Præmissa omnia & singula perpetuò Tenere, & non contrafacere eisdem vel alicui eorum, vel venire contra eadem vel aliquam Partem eorumdem, per Nos nec per aliquem Hæredum seu Successorum nostrorum & a Nobis Causam habentes, set ea omnia & singula supradicta firmiter & illæsa, quantum ad Nos & Hæredes & Successores nostros attinet, sicut in Litteris dictorum Ligaminum & Pactionum continetur, & prout superiùs contenta sunt & tractata & concordata fuerunt, Promittimus Observare & Observari facere, & contra ea nullatenus venire, & per Sancta Dei Evangelia per Nos inspecta & corporaliter tacta Promittimus & Juramus.

In cujus Rei Testimonium has præsentes Litteras nostras Subscriptione nostrâ appensionéq; Sigilli nostri Plumbei Majoris fecimus communiri.

Data & Acta sunt hæc prout suprascribuntur in *Civitate Eboren.*, Anno Domini M. CCCC. LXXXIX. octavo Die Decembris;

Præ-

A. D. 1489. Hen. 7.

Præsentibus,

Illustribus & Clarissimis Dominis,
Emanuel Duce Regien. & Visen. & Conestabulario Portugaliæ,
Petro de Menesiis Morchione Vile Regalis, & Comite Aurien.
Reverendis Patribus,
Alfonsa Episcopo Elborensi Septen.
G. Episcopo Lamacen. M^cis,
Johanne Comite de Penella,
Et *Jo. Comite de Abranthes,*
Nobilibus,
Garsio de Mello,
Et *Antonio de Fario,*
Militibus,
Et Dilectis,
Didaco de Pinorio,
Et *Roderico Boco,*
Doctoribus;
Et aliis Testibus ad Præmissa vocatis specialirer & rogatis.

EL REY.

Et ego Rodericus de Pina, *Serenissimi Domini nostri Regis Secretorius, Publicus Auctoritotibus Apostolicâ & Regiâ Notarius, quia Probationi, Laudationi, Renovationi, & Ratificationi suprascriptorum Tractatûs, Conventionum, Alligantiarum, Amicitiorum, Pactionum, Conditionum, Promissionum, Fœderum, & quorumcumque Ligominum prædictorum, sub modo & formâ prænominotis Tractatorum, Ordinatorum, & Conventorum, & aliâs quomodolibet ut præfertur Dispositorum, per præfatum Serenissimum Dominum nostrum* Regem Johannem Portugaliæ & Algarbiorum & citra & ultra Mare in Africa Dominumque Guineæ *factis, necnon ejusdem Domini nostri Regis ad Sacrosancta Dei Evangelia, per eum tunc inspecto & corporaliter tacta, Juramenti Præstationi, ceterisq; omnibus & singulis supradictis, dùm sic, ut præmittitur, per eundem Dominum nostrum Regem Approbarentur, Laudarentur, Renovarentur, Ratificarentur, Confirmarentur, Promitterentur, Agerentur, & Fierent, unà cum Reverendis in Christo Patribus oc Clarissimis Dominis & Viris Illustribus prædictis, ad Præmisso vocotis specialiter & rogotis ut præmittitur, sub Anno Domini, Mense, Die, & Loco prædictis, præsens personaliter interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideo bis Præsentibus Literis Regiis, Appensione Sigilli sui Plumbei munitis, de quo mibi Notario Publico prædicto sufficienter innotuit atque constabat, de ipsius Regis Mandato, me bic subscripsi, easque Signo meo oc Nomine solitis & consuetis, in pleniorem Fidem eorumdem, signavi rogatus & requisitus specialiter in hac parte per Dominum nostrum Regem suprodictum.*

Literæ Conventionum Regis Daciæ.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Bibl. Cot. Nero. B. 5. fol. 80. &c.

JOhannes, Dei Gratiâ, *Daciæ, Norvegiæ, Sclavorum, Gothorumque Rex, Electus in Regem Sueciæ, Dux Slesvicensis*, ac *Holsatiæ, Stormariæ, Ditbmerciæ Dux, Comes in Oldenbourgh & Delmenhorst*, universis & singulis, præsentibus & futuris, Literas nostras præsentes visuris seu audituris, Salutem & continuum incrementum in omnium Salvatore.

Cùm, inter cæteras nostræ Solicitudinis Curas, more aliorum Principum Christi Fidelium, quibus pro Salute & Commodo Regnorum & Subditorum nostrorum indies premimur & urgemur, nullam Domino grariorem æstimamus quàm ad hoc Viribus nostris omnibus niti & conari, ut cum singulis Christianis Principibus, Pacis & Concordiæ Fœdera inire volentibus, ad Charitativam Unionem & Concordiam redeamus, Odiis, Injuriis, ac Simultaribus omnibus omissis, scientes Regna, Terras, & Urbes meliùs Tranquilliiate & Concordiâ dirigi atque defendi quàm Armis, Regna quoque maxima Discordiâ destitui, Concordiâ verò & Pace crescere Vidimus & extendi, illum autem, qui, secundùm Apostolum, non Dissentionis Deus sed Pacis, eos singulari Amore, Protectione, Felicitatis Æternæ Remunerarione prosequi confidimus, qui Conditiones Unanimitatis & Concordiæ non detractant,

Hinc est quòd Nos *Johannes*, Dei gratiâ, *Rex præmemoratus*, de unanimi Consilio & Consensu Dilectorum Consiliariorum nostrorum & aliorum Procerum & Nobilium Regni nostri Daciæ, cum Oratoribus Illustrissimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ* Fratris nostri Charissimi, *Jocobo Hutton* Legum Doctore, *Thoma Clorentio Armorum Rego*, *Thoma Carter*, & *Johanne Beliz*, Mercatoribus de Linna, de Pace Reformanda & perpetua Concordia inter Regna nostra firmanda per nostros Consiliarios supradictos Tractatum fecimus & annuimus,

A. D. 1490. Hen. 7.

Qui quidem nostri Consiliarii & Oratores, cum prænominati *Regis Angliæ* Fratris nostri Charissimi Oratoribus speciali Mandato & plenissimâ Potestate fulciris, de qua per Literas ejusdem *Regis Angliæ* Nos certiores reddiderunt, constituti in *Civitate nostra Haffnen.* Pacem perpetuam & inviolabilem Amiciriam firmam & Concordiam, *inter Nos* Hæredes & Successores nostros, Fautores, Amicos, & Consanguineos, & Illustrissimum Principem *Henricum Regem Angliæ & Franciæ* Fratrem nostrum Charissimum, suósque Hæredes, Successores, Fautores, Amicos, & Consanguineos, perpetuis futuris temporibus esse & fore Conclusimus per hunc modum qui sequitur,

INPRIMIS, Appunctuatum, Conventum, Concordatum est, & Conclusum, inter Nos & *dicti Regis Angliæ* Fratris nostri Charissimi Oratores prædictos, quòd bona & sincera, firma & perfecta sit, & inviolabilis, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces ac ubivis Locorum, habeatur & observetur Pax, Liga, Amicitia, Guerrarum Abstinentia, Unio, & Confœderatio, *inter Nos* & *Illustrissimum Principem Henricum*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regem*, nostrósque Hæredes Consanguineos & Successores, Homines, Vasallos, & quoscúmque præsentes & futuros, qui sub hac Confœderatione & Pace stare & comprehendi velint (de quâ quidem suâ Voluntate, per Literas suas autenticas & speciales, Nos & Principem Regem Angliæ præmemoratum certificare teneantur, infra Festum Sancti Michaelis a Datâ Præsentium proximò futurum) inperpetuùm duratura.

ITEM, omnes Gentes utriúsque Regni, Dominii, sive Potestatis nostrûm Regum prædictorum, cujuscúmque Status fuerint vicissim, per Mare, Flumina, Aquas dulces & salsas, quoscúmq; Navigare, Portus, Terras, Regna, & Dominia intrare, ac in omnibus & omnimodis Portubus, Civitatibus, Oppidis, & Villis Regnorum, Terrarum, & Dominiorum nostrorum liberè Conversari Exire & Redire, ac cum quibuscúmque Hominibus, cujuscúmq; Status, Nationis, Ritûs, seu Conditionis fuerint, Mercandizare poterint toties quoties eis libuerit & placuerit; solutis Custumis & Theoloniis de suis Mercanciis debitis & requisitis.

ITEM, Appunctuatum est, *inter Nos* & *dicti Regis Angliæ* Oratores, quòd omnes ac singuli Mercatores & Subditi *Domini Regis Angliæ* in Regnis nostris Daciæ, Norwegiæ, Terrisque Dominiis quibuscúmque, ac, vice versâ, Mercatores & Subditi nostri aliique Legii in Regnis, Terris, & Dominiis *Regis Angliæ & Franciæ*, singulis & omnibus Privilegiis, Libertatibus, & liberis Consuetudinibus uti plenè debeant & gaudere, prout ante hæc tempora rationabiliter usi sunt & gavisi, absque prædictorum Regnorum sive Terrarum Detrimento seu Jacturâ.

A. D. 1490. Hen. 7.

ITEM, Ordinatum est per Nos quòd Mercatores, & Homines Legii, *Piscatores*, & quicúmque alii *Regis Angliæ & Franciæ* Subditi liberè possint, temporibus futuris, inperpetuùm, ad Insulam Tyle (*id est*, Islandiæ) cum eorum Navibus, Bonis, & Mercandisis, Victualibus & aliis Rebus quibuscúmque, Emendi, Vendendi, Piscandi, sive Mercandizandi causâ, Navigare, Accedere, & Intrare, ibique Morari, & more Mercatorio Conversari, & ab eadem Redire & liberè Revenire, totiens quotiens eis placuerit, absq; Prohibitione, Molestatione, vel Impedimento nostro, Hæredumve nostrorum & Successorum in Reges Daciæ & Norwegiæ, vel Officialium nostrorum quorumcumque; Solvendo tamen in illâ Insulâ seu Portubus ejusdem, in quibus eos appellere contigerit, Jura & Theolonia debita & consueta; Proviso semper quòd, lapso Septennio post Datam Præsentium immediatè currente, licentiam novam a Nobis & Successoribus nostris *Regibus Daciæ & Norvegiæ* petant & obtineant; ut sic, de Septennio in Septennium, Mercatores & omnes prædicti Nos & Successores nostros *Reges Daciæ & Norvegiæ*, in impetratione novæ Licentiæ, inperpetuùm recognoscant.

ITEM, Concordatum est quòd Mercatores & Homines *Ligii Regis Angliæ*, &c. liberè possint & valeant, perpetuis temporibus in futurum, ad Insulam *Scandiæ*, *Selandiæ*, & *Dragbor*, & alia Loca quæcúmque consueta in Regno Daciæ, tàm per Terram quàm per Mare, Accedere, & Intrare, ibíque quoad justa Negotia quietè Conversari & Morari, Baleria & alios Pisces cujuscúmq; Generis recentes Emere, seu alias justè Perquirere & Salsare, ac suum in Usum quocúmque eis placuerit Convertere; Solvendo inde Jura & Theolonia debita in hac parte.

ITEM, Ordinatum est quòd, si *per Tempestatem* aut evidens Maris Periculum seu aliam justam Causam *Mercatores Regni Angliæ* sive Naucleri, super Mare cum suis Rebus & Mercandisis Navigantes, agente Tempestate compulsi, talem Cursum confecerint quod

per

A. D. 1490. Hen. 7.

per *Mare Balthicum*, hoc est per *Belts*, Navigaverint, dummodo Theolonia & Consuetudines Officialibus nostris, in Castro Nyborgh ad hoc ordinatis, bonam & sufficientem de Theolonio recepto Securitatem Liberantibus, fideliter persolverint, quod de Consuetudine solvere teuerentur si per Mare communiter appellatum *Oresundh*, infra Potestatem & Jurisdictionem Regni nostri Daciæ, Navigâssent, tunc eo ipso ab omni Damno & Jactura, in Rebus & Personis, ac etiam ab omni Culpa & offensa *Regis Daciæ* Excusantur, non obstante Lege seu Consuetudine in Regno Daciæ in contrarium editâ seu observatâ qualicúmque; super qua quidem Tempestate, seu alia Necessitate, ut prædicitur incumbente, Juramento Magistri Navis sive Duorum Nauclerorum ejusdem credatur & plena Fides debeat adhiberi; Proviso semper quòd sic Navigantes Bona Inimicorum nostrorum *Regum Daciæ* Navibus suis nullomodo deferant.

Item, Concordatum est, ad finem ut Rapinæ, Bella, & Mercatorum seu Hominum Captiones, Bonorum Deprædationes unius Partis super alteram de cætero cessent, quòd, quandocúmque aliqua Navis Subditorum unius vel alterius Nostrûm prædictorum exitura est ab aliquo Portu Statione sive Oppido Regnorum & Dominiorum prædictorum, Majores Officiales & Gubernatores Civitatum, Oppidorum, Stationum, sive Portuum capiant sufficientem Securitatem de & pro Dominis, Proprietariis & Exercitoribus Navis seu Navium hujusmodi, ad Duplum Valorum singularum Navium, quòd Marenarii sive Naucleri & omnes in ea vel in eis existentes, cujuscúmque Conditionis existant, servabunt Pacem adinvicem erga quoscúmque Subditos aut Incolas Regnorum nostrorum prædictorum, absque eo quod ullam Subditi unius Regis Subjectis alterius Injuriam seu Violentiam in Terra vel in Mari, Fluminibus vel in Portubus aliquo modo inferre præsumant: Et, si Domini Proprietarii sive Exercitores prædicti unius vel alterius Nostrûm hujusmodi Securitatem præstare noluerint, tunc Majores Officiales seu Gubernatores in Locis prædictis non permittent Navem seu hujusmodi quoquo modo exire, nisi Possessor Magister sive Bursarius Navis sive Navium hujusmodi Regiam Licentiam suo sub Sigillo eis ostenderit, quòd licitè cum sua Navi vel Navibus, nullâ præstitâ hujusmodi Cautione, exire poterit; Quo Casu si ipsi, sic per alterum Nostrûm prædictorum licentiati, Subditos alterius spoliaverint, aut Damnum seu Injuriam fecerint, vel aliter injuriosè tractaverint, si Solvendo non fuerint, per ipsum Regem sic Licentiantem plena Satisfactio fiet aliis, sicut præfertur, Damnificatis; Quotiens autem Securitatem præmissam Majores sive Officiales Oppidorum & Portuum unius vel alterius exegerint, Dabunt Literas authenticas, sub eorum Communi Sigillo, Possessoribus Magistris sive Bursariis illarum Navium Securatarum, Testificantes ipsam Securitatem præstitam, ad finem & effectum ut ipsarum Literarum vigore Naves hujusmodi alios Portus, ad quos forsitan applicuerint, liberè exire valeant.

Item, Concordatum est & Conclusum quòd Mercatores & alii Legii Homines *Regis Angliæ*, cujuscúmque conditionis existant, Regna Daciæ & Norwegiæ & alia Dominia sub Parte nostra existentia intrantes, in suis Personis Bonis Mercantiis & aliis Rebus quibuscúmque, Veniendo & Redeundo, Stando & Conversando, Emendo & Vendendo, Piscando, ac etiam Mercandizando, habeantur & sint ita Liberi & Quieti Privilegiati & Immunes sicut aliqui alii Mercatores seu Homines Extranei, quascúmque seu qualiacúmque Libertates seu Privilegia de Gratia Usu vel Consuetudine infra Regna vel Dominia prædicta habentes vel obtinentes, cujuscúmque fuerint Statûs, Conditionis, Linguæ seu Nationis, absque Molestatione, Exactione, Onere seu Impedimento aliquali: Et etiam quòd ipsi Mercatores & Legii *Regis Angliæ* possint & valeant omnes Terras, Loca & Tenementa sua, cum omnibus Ædificiis ac Pertinentiis suis, vel Loca consimilia in Civitatibus Burgensi in Norwegia, Lundensi & Lanerkrome in Scania, & Dragor in Selandia, & Loysa in Suecia, seu in aliquo alio Loco infra Regna & Dominia nostra ante hæc tempora perquisita & imposterùm perquirenda, liberè habere & tenere sibi Hæredibus & Assignatis in perpetuum: & quòd hujusmodi Terras & Tenementa, cum omnibus suis pertinentiis, Reparare, Sustentare, & Manutenere Sumptibus eorum propriis & Expensis, ac pro sua voluntate Reædificare, cum plenissima Potestate Utendi & Fruendi ad libitum suæ voluntatis, absque alicujus novæ Præstationis vel alterius cujuscúmque Oneris Impositione; necnon hujusmodi Terras & Tenementa Dare Vendere & Assignare, cuicúmque vel quomodocúmque eis placuerit, liberè & pacificè; Jure

A. D. 1490. Hen. 7.

re tamen nostro Regio semper salvo debito & consueto.

Item, Concordatum est quòd Mercatores *Regni Angliæ*, in *Civitate Burgensi* vel aliis Locis infra Regna Daciæ & Norwegiæ commorantes, quibus de Jure vel Consuetudine, Gratiâ, Usu, Privilegio, Jure Collegii sive Societatis, congregari & uniri libuerit, Personas certas sufficientes & idoneas in Gubernatores sive Oldermannos, inter Se ad eorum libitum, Eligere & Obtinere valeant; Ita quòd Gubernatores hujusmodi sive Olderrnanni, in Locis prædictis per Mercatores legitimè Electi, Partem habeant & Auctoritatem Statuta Condendi, omnésque & singulos Mercatores Anglicos & alios quoscúmque de Anglia, ad Partes prædictas de cætero venientes & declinantes, per Se & Sufficientes Loca sua tenentes, Regendi & Gubernandi, ac eis & eorum cuilibet in suis Causis & Querelis, inter eos ibidem motis & movendis, plenam & celerem Justitiam Faciendi de omnibus & singulis Quæstionibus, Contentionibus, Querelis, Injuriis, & Criminibus inter Se & contra Se motis vel movendis, ac in talibus Delinquentes Castigandi & Puniendi, ac secundùm Juris & Justitiæ ordinem in melius Reformandi, nisi talia forent quæ meritò per Regiam Magestatem forent Corrigenda, sine Impedimento aut Prohibitione nostra seu Officialium & Ministrorum nostrorum quorumcúmque.

Insuper, si aliquis Mercator Legius seu Nauclerus vel Nauta *Regni Angliæ* vel Dominiorum ejusdem Dictis Assertionibus vel Sententiis Gubernatorum hujusmodi pro tempore existentium obtemperare noluerit, nec in Locis prædictis obedire, Ille, tanquam contumax, Privilegio & Gratiâ, Mercatoribus & Legiis Domini *Regis Angliæ* ibidem concessis, amplius non gaudebit:

Cæterùm cum plurimi, nequam Seductores & Pacis Æmuli, contra innocentiam Mercatorum & Legiorum Hominum *Regis Angliæ* Querelas Criminosas solent fingere minus justè, de quibus Mercatores prædicti & alii Anglici dispendiosè fatigati in Regnis & Dominiis Daciæ & Norwegiæ solebant contra bonos Mores Gravamina atque Damna recipere & sustentare,

Hinc est quòd Nos, *Johannes*, Dei gratiâ, &c. *Rex præmemoratus*, Providimus, de Gratiâ & Benignitate speciali, quemadmodum Tenore præsentis Confœderationis Ordinamus & Providemus, quòd omnes & singuli Mercatores & Subditi *Regis Angliæ*, ad Regna nostra sive Potestatem declinantes, quamdiu in eisdem Resideant, quoad omnia ipsorum justa Negotia, habeantur & sub Protectione speciali sint nostræ Regiæ Magestatis.

A. D. 1490. Hen. 7.

Insuper, eadem Gratiâ & Benignitate Concedimus quòd, in Causis & Querelis, motis seu movendis, infra Potestatem & Jurisdictionem nostram, adversus Mercatores & Subditos *Regis Angliæ*, ubi agitur de Contractu vel quasi, qui vel quod prætenditur Initus sive Factus Initum sive Factum extra Regna & Potestatem nostram, ipsi Mercatores *Regis Angliæ* & Subditi alicui Personæ Instantiæ seu etiam Judicis Officio infra Dominia & Potestates prædicta nullatenus Respondere compellatur, seu aliquo modo teneatur, nisi Contractus hujusmodi sive Delictum contra ipsa Regna, Dominia, sive Potestatem Regnorum nostrorum, aut Subditos fuerit immediatè factum & perpetratum.

Item, Concordatum est quòd, si aliquis Mercator vel Legius *Regis Angliæ* in aliquo Loco infra Regna & Potestatem Daciæ & Noruegiæ Diem suum clauserit Extremum, tum proximus ejus Hæres seu Exequutor, quem Moriens ille nominaverit, sive ab Intestato Consanguineus proximus, habeant Administrationem liberam & Bonorum ipsius sic Discedentis Dispensationem; proviso semper quòd, propter Absentiam hujusmodi Executorum Testamentariorum sive Consanguineorum, ab Intestato succedentium, Præpositi, Gubernatores, sive Aldermanni, pro tempore existentes in Locis prædictis, liberè nanciscantur & habeant Custodiam & Conservationem Bonorum hujusmodi ad usum Ministrorum prædictorum, cùm venerint in formâ debitâ Deliberationem eorundem petituri, sine Impedimento & Prohibitione cujuscúmque; Jure Regio semper salvo.

Item, Concordatum est quòd Mercatores & Legii *Regis Angliæ*, ad Dominia & Potestatem Regnorum nostrorum Daciæ & Noruegiæ venientes, Pannos vel alia Mercimonia sua Compacta vel Cordulis Ligata Dissligare & liberè Apertire, Vendere, & Permutare valeant, absque Præsentiâ Officialium & Ministrorum nostrorum quorumcúmque; ita quòd propterea aliquam Culpam non contrahant, aut Pœnam incurrant, seu quòd per Officiales & Ministros nostros possint inde Redargui, Accusari, vel Puniri.

Item, Concordatum est quòd *Mercatores de Anglia*, ad Regnum nostrum Daciæ & Insulas ejusdem futuris temporibus

A. D. 1490 Hen. 7. poribus venientes, in Civitatibus, Oppidis, sive Villis, per Nos assignatis (videlicet) Civitate Haffnensi, Malmogensi, Landzkrone, possint & valeant suos Negotiatores & Fautores ordinare & deputare, qui possint Commodum & Utilitatem aliorum Mercatorum de Anglia, in Locis prædictis non Existentium, procurare, Pannos Integros vel Medios vel cum Divisione Ulnæ Vendere & liberè Permutare, dummodò per Annum integrum vel amplius in Loco sic designato demorantur, & faciant Civitatibus prædictis more aliorum Mercatorum,

ITEM, Concordatum est & Conclusum quòd Mercatores & omnes Legii Homines *Regni Angliæ*, ad Regna & Dominia nostra declinantes, has habeant de cætero Libertates in Locis prædictis; quod (videlicet) ipsi aut ipsorum Bona infra eadem Regna & Potestatem existentia, pro aliquo Debito de quo Principales Debitores aut Fidejussores non extiterint, nec pro aliquâ Transgressione factâ seu faciendâ per alios quàm per Seipsos, non Arestentur vel aliqualiter Molestentur; &, si contingit Mercatores vel Subditos aliquos Regni Angliæ seu eorum Bona quæcúmque pro Debitis & Delictis propriis ad Instantiam alterius Conquerentis, vel aliàs quocumque, Gravari vel Distringi, tunc, sufficienti Cautione præstitâ de Stando Juri per Mercatores sic Gravatos, in Causis quare Bonorum suorum Arestationes fieri contingent, ipsi Mercantias suas & Bona sic Arestata liberè consequantur, ac pro suo libito Habere & Distribuere valeant.

ITEM, Concordatum est, ad finem & effectum quòd in Rebus & Negotiis agendis & explicandis privatæ Affectiones de cætero cessent, ut & Mercatores & Gentes *Regis Angliæ* indifferentiùs & favorabiliùs in Regnis & Dominiis Daciæ & Noruegiæ recceptentur & tractentur temporibus futuris, inperpetuum curabimus providere, & per Præsentes providemus in Civitate Bergensi in Regno Noruegiæ, necnon in Insulâ Islandiæ, unum vel plures Præfectum sive Præfectos Officiales ad Levandum & Colligendum Theolonia & Consuetudines in Civitate & Insulâ prædictis, providum vel providos & circumspectos Viros, Origine Dacos vel Noricos, non alium vel alios alterius Nationis seu Originis cujuscúmque.

ITEM, Concordatum est quòd, si Mercatores *Regni Angliæ* vel Subditi horum Trium Regnorum Daciæ, Noruegiæ, & Angliæ Naufragium, quod absit, in Regnis vel Dominiis alterius Nostrûm patiantur, liceat eis Naves suas fractas vel collisas, necnon Res, Merces, & Bona sua quæcúmque, liberè ac pacificè, per Se vel per alios, Reficere, Colligere, & Habere; Ballivus autem seu Ballivi & alii Officiales qui fuerit pro tempore vel fuerint, ubi & quando hoc evenire in alterutro Regno contigerit, Naufragos illos, cum Navibus suis confractis Mercibus & Bonis suis omnibus, ad Inquietantium Incursibus pro Viribus suis Protegant & Defendant, ac etiam ad Res, Merces, Bona, & Naves Colligendas & Salvandas Succursum impendant & Juvamen, absque eo quòd aliquid Juris, prætextu alicujus Damnatæ Consuetudinis, in Rebus tàm luctuosis Vendicare possint aut valeant, nè ex alienâ Calamitate Compendium sectentur; exceptâ justâ Mercede pro Quantitate Laboris. A. D. 1490. Hen. 7.

ITEM, Concordatum est, *inter Nos præmemoratos Reges*, quòd neuter nostrûm aut Subditorum nostrorum Inimicis alterius Auxilium quovis modo præstabit vel Favorem.

ITEM, Concordatum est quòd, in Portubus sive Littoribus Regnorum nostrorum Daciæ, Noruegiæ, & Angliæ, *nulli Piratæ* aut alii Guerras super Mare facientes, cujuscúmque Nationis fuerint, aliquo modo Receptabuntur, nec eis ibidem seu alibi in Dominiis Regnorum prædictorum, in Pecunia, Armis, Instrumentis Bellicis, Victualibus, aut aliâ Re quacúmque, contra Subditos alterius Regni, aliquo Pacto, Auxilium præstabitur, nec Favor, quovis quæsito colore, præbebitur, ad Damnificandum Mercatores seu alios Subditos quoscúmque Regnorum prædictorum, in Personis vel in Rebus, sub Pœnâ Recuperandi ab ipsis Auxilium seu Opem facientibus, & Venditoribus illorum Armorum & Instrumentorum aut Victualium seu aliarum Rerum quarumcumque, Duplum Valorum earumdem, & sub Pœnâ Indignationis Regiæ Magestatis: Et, si contingat Bona unius vel alterius Nostrûm seu Subditorum, per Piratas hujusmodi in Terra vel in Mari Spoliata, Capta, vel Deprædata, in aliqua Civitate, Villâ, Oppido, vel Portu alterius Regnorum ad Terram applicari vel ibidem Venalia exponi, quòd tunc Judices vel Gubernatores illorum Locorum & Portuum, pro tempore existentes, hoc conscito, confestim tenebuntur Manus apponere ad prædicta Bona, & ea sic Sequestrare, ac salva Custodire ad Mercatorum & Dominorum verorum Usum, seu eorum quibus Restitutiones earundem de Jure &

A. D. 1490. Hen. 7. Æquitate fieri debeant, dolo & fraude omninò in hac parte cessantibus, probatis secundùm Legem Maritimam legitimè probandis.

Item, Concordatum est quòd, si futuris temporibus unus Nostrûm prædictorum Regum alterius Auxilio vel Succursu indigeat, & de hujusmodi Auxilio habendo alium debitè requisierit, Pars Requisita hujusmodi Auxilium vel Succursum Parti Requirenti facere teneatur, si propter Occurrentia sibi vel Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis suis Pericula aut aliam Causam rationabilem hæc facere poterit, cessantibus dolo & fraude quibuscumque, Requirentis tamen rationabilibus Expensis & Sumptibus, prout inter Nos seu Deputatos aut Consiliarios poterit concordari; proviso semper quòd Requisitio hujusmodi fiet per Sex Menses antequam Executioni demandetur.

Item, Concordatum est quòd, si alterius Nostrûm Gentes in Succursum venerint alteri nostrûm, & in ejus Regno seu Dominio Castra, Civitates, aut Terras adquisierint, Bona Immobilia illi Regi cedant in cujus Regno aut Dominiis fuerint adquisita, Bona verò Mobilia in Regno ipso aut Dominiis Conquisita, insuper tàm Bona Mobilia quàm Immobilia in Locis non *ad Nos* seu ad *Regem Angliæ* Fratrem nostrum Charissimum pertinentibus adquisita, dividantur secundùm Capita Populorum existentium in Conflictu; Exceptis Bonis captis hostiliter super Mare, quorum Pars Tertia *Regi* qui fecerat Expensas applicabitur.

Item, Concordatum est quòd nullus Nostrûm debet inferre nec inferri Consentiet nec Procurabit ullo tempore alteri Legiis, Subditis, sive Hominibus suis quibuscúmque Damnum aliquid in Personis sive Rebus; & præsertim quòd unus permittat Subditos suos, ad Vadia vel Stipendia sua propria vel alterius, transire in Obsequium vel Auxilium contra alium, Regna, Terras, Possessiones, & Dominia nostrorum qualiacúmque.

Item, Concordatum est quòd, si aliquis nostrûm Diffidaverit aliquos propter alterum, Treugas cum Diffidatis non capiat alius nisi Rex alter & Regna Terræ & Dominia sua sub Treugis hujusmodi Comprehendatur.

Item, Concordatum est quòd, si temporibus futuris, quod absit, contigerit aliquid contra præsentes Alligantias, per Subditum aut Subditos alicujus nostrûm Regum prædictorum Hæredúmve nostrorum, contra alterius Subditum vel Subditos, per Incursiones, Invasiones, Deprædationes Personarum, Navium, seu Rerum Captiones seu Detentiones, vel quovis alio modo, attentare vel quomodolibet injuriare, quòd *ille Rex*, cujus Subditi tale quod attentaverint vel injurias fecerint, & Hæredes sui pro tempore existentes, teneantur & quilibet eorum suo tempore teneatur, Justitiâ mediante, ad Statum debitum Attentata hujusmodi Reducere, ac Delinquentes debitè Corrigere & Punire, cum omni celeritate postquam super Reformatione & Punitione hujusmodi faciendis, Probatis Probandis, debitè fuerint requisiti, vel eorum aliquis inde fuerit requisitus, fraude, dolo, dilatione, malitiâ cessantibus quibuscúmque; proviso semper quòd præsentes Alligantiæ pro tanto non sentiantur seu habeantur in aliquo Fractæ, Irritæ, sive Dissolutæ, sed semper in suo Robore permaneant & Virtute.

Item, Concordatum est quòd, si Inimicus alicujus Nostrûm ad alterum vel Regna, Terras, seu Dominia ipsius confugerit; ipsum sic Confugientem in Regna, Terras, seu Dominia sua quæcúmque non Receptabit, nec in eisdem Stare seu Morari ultra Dimidium Annum a tempore Notitiæ aliquatenus permittet; sed eundem ab eisdem, Infra idem tempus præmemoratum, Expellet & Amovebit.

Item, Concordatum est quòd, tàm propter Bonum Pacis quàm mutuæ Dilectionis Amicitiam, *inter Nos* & Illustrissimum *Regem Angliæ* Fratrem nostrum Charissimum, nostrósque Hæredes & Successores nostros, æternaliter fovendam & continuandam, omnes & singuli unius vel alterius Nostrûm Subditi, in Captivitate alterius Nostrûm sive Subditorum nostrorum ubicúmque degentes sive existentes, per præsentem Confœderationis & Intelligentiæ Contractum habeantur & sint liberè Levati & Immunes; ita quòd, nullâ præstitâ Exactione seu Redemptione solutâ, Dimitti debeant, & penitùs sine omni Gravamine ulteriori misericorditer Relaxari.

Et, insuper, super Spoliationibus, Deprædationibus, Homicidiis, Damnis, Rapinis, aut Injuriis quibuscúmque, ante hæc tempora, inter Nos, Prædecessores nostros, Vassallos, Homines, aut Subditos, Vivos vel Defunctos, qualitercúmque, a Principio Mundi usque ad hunc Diem, commissis aut perpetratis, nulla super eisdem deinceps suscitetur vel moveatur Lis, Accusatio, Actio, Querela, Persecutio in Jure vel extra Jus, Discordia, seu Controversia Juris

A. D. 1490. Hen. 7. Juris vel Facti qualitercúmq; ; sed *Nos prænominati*, nostriq; Vassalli, Homines Legii, sic Injuriati sive Damnificati, ab eisdem omninò Recedimus & Recedent, quemadmodùm per Præsentes Recedimus & Recedunt, Remittimus & Remittunt; salvo Jure tàm Nobis quàm nostris Hæredibus, Successoribus, & Subditis quibuscúmque Petendi Debita, facta ratione Conventionum & Contractuum & etiam Juris Ordine Consequendi.

ITEM, Concordatum est quòd, per Præmissa omnia & singula, Præsentibus descripta & contenta, Literis, Privilegiis, Libertatibus, & Concessionibus sive Indultis, ante Datam Præsentium, per Illustrissimos *Daciæ & Norwegiæ Reges* Mercatoribus & Hominibus Angliæ datis & concessis, Præjudicium nullum generetur; sed quòd omnibus illis & singulis Veteribus Libertatibus, Privilegiis, & Indultis, cum præsentibus Appunctuatis, Conventis, Concordatis, & Conclusis, in suis Causis agendis, prout eis ad Utilitatem eorum meliùs & pertinentiùs videri poterint, habere valeant inperpetuùm uti & frui eisdem.

ITEM, Concordatum est quòd, si aliquis Subditorum, cujúsvis dictorum Regnorum Daciæ, Norwegiæ, & Angliæ, hujus amicabilis Compositionis sive Conventionis vel alicujus ejus Partis Violator repertus fuerit, quòd tunc talis per ipsum Principem vel suos Officiales compellatur Parti damnificatæ Bona ablata Restituere, & pro Damno illato Parti Injuriatæ unà cum Interesse Satisfacere, necnon ulteriùs sic in Corpore & Bonis puniatur ut ipsius Pœna metus sit multorum hujusmodi Fœdera violate volentium.

ITEM, Concordatum est quòd, si præ- A. D. 1490. dicta Connotata & Conclusa aut aliquid Hen. 7. Præmissorum in Detrimentum notabile sive Jacturam nostrûm sive Successorum nostrorum Hæredum Regnorum aut Subditorum nostrorum temporibus futuris vergat, seu in aliquo Præmissorum Dubium generaretur, tunc utrique nostrûm præfatorum, in Regnis & Dominiis suis, ad Usum & Utilitatem rationabilem nostrorum Regnorum ac Subditorum Interpretandi, Intelligendi, & etiam in melius Commutandi plena sit Facultas; Proviso semper quòd, per hujusmodi Intellectum, Interpretationem, sive Commutationem, Pax & Confœderatio, in Præsentibus complexa, nullo modo violetur.

Hæc enim omnia Puncta suprascripta, per Consiliarios nostros prænominatos Annotata & Conclusa, pro Pacis & Unionis efficacia pleniori, Nos, *Johannes*, Dei gratiâ, *prænominatorum Regnorum Rex, &c.* Promittimus, Verbo Veritatis & Regio, per Nos nostrósque Successores & Legios Homines inviolabiliter observari.

In cujus efficax Testimonium & Evidentiam firmiorem præsentes Literas nostras Sigilli nostri appensione duximus roborandas.

Datum in *Castro nostro Haffnen.* Die beatorum Fabiani & Sebastiani Martyrum, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, Anno verò Regni nostri Septimo.

Commissio Annæ Ducissæ Britanniæ ad Tractandum cum Ambassiatoribus Regis.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Ex Autogr. ANne, par la Grace de Dieu, *Duchesse de Bretaigne, Contesse de Montfort, de Richemond, d'Estampes, & de Vertus*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme par avant ces heures, bonnes, vroyes, loyalles, & perpetuelle Paix & finalle Concorde, Amytiez, Confederations, Alliances, bonnes Intelligences, Entrecours de Marchandie, Secours, Aydes, & Promesses, aient este fatz, accordez, parlez, concluz, promis, & jurez, entre Tres Hault, Tres Puissant, & Tres Execllent Prince, mon Tres Honnore Seigneur, Cousin, & Pere *le Roy d'Angleterre*, ses Royaumes, Terres, Seigneuries, Paiis, Lieux, Vassaulx, Subgects, Alliez, & Adherez, & A. D. 1490. *Nous*, noz Duche, Paiis, Terres, Seigneuries, Vassaulx, Subgects, Alliez, & Adherez,

Cognoissantz la grande & parfaicte Amour, que mon dit Seigneur & Per a à Nous, & la Declaration qu'il a faicte, tant par l'envoy du grant & beau Secours qu'il Nous a fair pour Mettre & Expulser hors nostre Paiis & Duchie noz Ennemis & Adversaires qui y estoient, que autrement, dont avons este grandement Relevee,

Considerantz mesmes le grant Bien, Utilite, & Seurte qui est avenu & peut ensuir

A. D. 1490. Hen. 7. enfuir a Nous, noz ditz Paiis & Subgects au Moien de l'entretenement des dites bonnes Amitiez, Confederations, & Alliances,

Desirans de tout nostre Cueur icelles de nostre part Garder & Entretenir, & declerer & acertenner mon dit Seigneur & Cousin *le Roy* de nostre Voulloir & Intention touchant ce, aussi de l'Estat & Disposition de noz Matieres & Affaires, comme mon bon Seigneur & Pere,

Savoir faisons que Nous,

A plain confians & bien acertennez des Sens, Honneur, Loyaute, bonne Conduicte, & Dilligence de nostre chier bien ame feal Conseillier & Chambellan *Philippes de Montauban Chivalier Seigneur de Sens* nostre Chancellier, & de noz bien amez & feaulx, *Guillaume Guillemet Seigneur de Bothleiz* nostre Maistre d'Ostel, *Jehan de Champballon Chevalier Seigneur de la Ricardye* nostre Cappitaine de Guerrande, noz Chambellans, *Jehan de Plouer Seigneur de Trevenaline* nostre Escuier d'Escuerie, Maistre *Pierres Cojalu* nostre Sennefchal de Guingamp, & Maistres *Jehan Gibon* Procureur de la Chambre de noz Comptes, noz Conseilliers,

Iceulx avons Commis, Depputez, & Instituez, & par ces Presentes Commettons, Depputons, & Instituons noz Ambassadeurs, Commissaires, & Procureurs, pour aller & se transporter devers mon dit Seigneur, Cousin, & Pere *le Roy d'Angleterre*,

Et Luy exposer & faire remonstrance d'aucunes choses touchans noz Matieres & Affaires,

Et pour le bien & entretenement des dites bonnes Amyties & Alliances d'entre mon dit Seigneur Cousin & Pere *le Roy &c.* & Nous,

En leur donnant & donnons par ces dits Presentes & a Troys d'eulx Povoir de tant sur icelles vroyes & loyalles fermes & perpetuelles Paix, Amitiez, & Concorde, que de Treues, Abstinence de Guerre, Alliances, Amitiez, Affinitez, Intelligences, Confederations, & Entrecours de Marchandie *entre Nous*, noz Duchie, Terres, Seigneuries, Pais, Subgects, Vassaulx, Confederez, & Alliez, & mon dit Seigneur Cousin & Pere *le Roy*, ses Royaumes, Terres, Seigneuries, Subgects, Vassaulx, Confederez, & Alliez, ses Adherez, & les nostres Communiquer, Traicter, Accorder, Convenir, Composer, & Appoincter, & a plain & entierment Determiner, & finablement Conclure avec mon dit *Seigneur & Pere*, ou ceulx qu'il luy plaira quant a ce commettre & depputer, & icelles Innover & Proroger a Temps ou en Perpetuel, A. D. 1490. Hen. 7.

Aussi sur les Aydes & Secours, qui seront prestees & baillees de l'un de Nous a l'autre, Convenir & Composer,

Et de Nous Obliger au Remboursement & Paiement des Fraiz & Mises, qui par mon dit Seigneur & Pere *le Roy* ont este & seront exposees, a l'occasion de certain Nombre de Gens de Guerre qu'il a envoiez & envoyera a nostre Secours & Aide, & pour le dites Remboursement & Paiement qu'il a fait & fera obliger & engaiger, en lieu de Gaige & Ypothecque, noz Villes, Chasteaulx, & autres Lieux quelzconques de nostre Paiis & Duchie, a mon dit Seigneur & Pere *le Roy*, & celles qui luy seront Promises, Accordees, & Assignees, Luy bailler & faire delivrer,

Et que Nous ne Contracterons Mariaige ou Espousailles avec quelque Roy, Prince, ou autre quelconque,

Et que ne prandrons, ne ferons Pais, Treues, Alliances, Confederations, ou Amitiez avec aucun Roy, Prince, ou Communite, sans le Sceu & Consentement de mon dit Seigneur & Pere *le Roy*,

Et se des Choses contenues es dites Amities, Alliances, Confederations, & Promesses, faictes & jurees entre mon dit Seigneur & Pere *le Roy* & *Nous*, comme dit est, aucune Difficulte se trouvoit, & Besoing feust, de Nouveau y Besongner en Communicquer, Accorder, y Augmenter, Diminuer, Determiner, & Conclure avec mon dit Seigneur *Cousin* & *Pere*, ou ses Commis & Depputez, en la plus vallable forme qu'estre deura & verront l'avoir a faire,

Et sur les dittes Choses & chascune, & autres quelzconques Deppendences d'icelles Conclure, ainsi qu'ilz congnoistront estre expedient & convenable pour le Bien de nous & nostre dites Paiis,

Aussi de & sur les dites Appoinctemens & Conclusions, & toutes & chascunes autres Choses quelzconques qui par noz diz Ambassadeurs, Commissaires, Procureurs, & Depputez seront Appoinctees, Accordees, & Conclutez avec mon dit Seigneur & Pere *le Roy*, ou ses diz Commis & Depputez, en bailler Lettres vallables & efficaces, & de Jurer en nostre Ame de les Tenir & Observer de nostre Part de Point en Point,

Et d'en Demander, Prandre, & Recevoir les semblables de mon dit Seigneur & Pere

A. D. 1490. Hen. 7.

& Pere *le Roy*, ou de ses diz Commis & Depputez,

Et generalment de faire toutes & chascunes les choses environ ce requises, partinentes & necessaires, comme Nous mesmes ferions, ou faire pourrions, se presens & personnelment y estions, ja soit qne les Choses feussent telles que de soy ilz requissent Mandement plns especial,

Aus quels noz diz Ambassadeurs, Commissaires, Procureurs, Commis, & Depputez, & a Trois d'eulx de ce faire avons Donne & Donnons, par ces dites Presentes, plain Povoir, Auctorite, Commission, & Mandement especial;

Promettans & Promettons en Parolle de Prince, & sur l'Obligation de tous & chascuns noz Biens meubles & immeubles, presens & a venir, avoir Ferme, Estable, & Agreable tout ce que par noz diz Ambassadeurs, Commissaires, Procureurs, Commis, & Depputez, ou Trois d'eulx, comme dit est, sera Fait, Accorde, & Conclut es Choses & chascunes dessusdittes, leurs Sequelles, Appendences, Emergences, & Deppendences quelzconques, & en bailler nos Lettres Ratifficatoires en forme deue & vallable.

A. D. 1490. Hen. 7.

En Tesmoing de ce nous avons signe ces Presentes de nostre Main, & fait seeller de nostre Seel.

Donne en nostre *Ville de Rennes*, le Quinzeiesme Jour de Fevrier, l'An Mille, Quatre Cens, Quatre Vingtz, & Neuff.

ANNE.

Par la Duchesse de son Commandement.

G. DE FORETZ.

Sub Sigillo præfatæ Ducissæ de cerâ rubrâ pendente a Cauda Pergamena.

Appunctuamenta Intercursus Florenciæ.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Ex Autogr.

IN DEI NOMINE AMEN.

Per præsens Publicum Instrumentum Cunctis appareat evidenter, quod Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, Indictione octavâ, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Innocentii*, Divinâ Providentiâ, *Papæ octavi* Anno sexto, Mensis Maii Die Primo, in Domo Habitationis Venerabilis Viri Magistri *Willielmi Nyk* Archidiaconi Wellensis infra Parochiam Fidis Virginis, Civitatis Londoniæ, meique Notarii subscripti præsentia personaliter constituti, providi & circumspecti Viri, *Johannes Cutt*, *Nicholaus Haryot*, *Radulphus Birde*, *Agorius Adys*, *Nicholaus Waryng*, *Willielmus Strode*, *Henricus Cantelowe*, *Willielmus Haryot*, & *Thomas Grafton* Cives & Mercatores dictæ Civitatis Londoniæ, quasdam Indenturas in se continentes certa Pacta, Conventa, & Contractus inter Venerabiles Viros, Magistros, *Johannem Batisvett* Legum Doctorem, & *Radulphum Astrich* Civem & Aldermannum Civitatis prædictæ, Procuratores, Deputatos, & Commissarios Excellentissimi & Metuendissimi Domini nostri *Henrici Septimi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, pro Se & Subditis suis ex Parte unâ, &, Spectabiles Viros, *Thomasium Folchi de Portmaris*, *Christopherum Johannis*, *Antonium de Spinis* Cives Florentinos, Procuratores, Sindicos, Actores, & Nuncios speciales Magnificorum & Excelsorum Dominorum, *Priorum Libertatis*, *& Vexilliferi Justitiæ*, *Populi Florentini*, pro Se & dicto Populo Civitatéque Florentiæ ex Parte alterâ, de & super certis Juribus & Libertatibus, Subditis dicti *Regis Angliæ*, in Dominio dictæ Civitatis Florentiæ, & quacúnque Parte ejusdem, concessis, habendis, exercendis, utendis, & observandis, eisdem & per eosdem, Sigillis dictorum Commissariorum, in cera Rubia, michi satis notis, sigillatas, unà cum Nominibus eorundem, in Fine Indenturarum prædictarum, suis propriis Manibus descriptis, ut pleniùs & de Facto apparuit in eisdem, exhibuerunt, & præsentârunt, & me Notarium subscriptum cum instantiâ requisiêrunt, quatinus Indenturas hujusmodi diligenter Inspicerem, & eas fideliter Copiarem, seu facerem Copiari, ac veras ipsarum Copias Publicarem atque Transmitterem, in Publicámque Transumpti formam Redigerem seu Reduci facere curarem, & tanta Fides hujusmodi Transumpto, sicuti dictis Originalibus, adhibeatur ubilibet in Agendis, differentes ad Partes Transmarinas, loginquas, & valdè remotas, se fore transituros, nec quòd audebant ipsa Originalia deferri facere ad Partes prædictas, propter ipsorum Deperditionem, quæ per Viarum Discrimina, & alia Pericula, in hac parte, verisimiliter posset evenire:

Quarum Indenturarum Originalium verus Tenor sequitur, & est talis,

HÆc Indentura,
Facta Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, Mensis Aprilis Decimo quinto Die,

Testatur quòd, propter Incrementum & Ampliationem Mercaturæ & Intercursûs Mercatorum in Partibus & Dominio Florentiæ, Pactum, Conventum, & Contractum est, inter Nos *Johannem Baldisvell* Legum Doctorem Clericum Concilii, & *Radulphum Austriche* Civem & Aldermannum Civitatis Londoniæ, Procuratores, Deputatos, & Commissarios Excellentissimi & Metuendissimi Domini nostri *Henrici Septimi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, pro Se & Subditis suis ex Parte unâ, & Spectabiles Viros, *Thomasium Folchi de Portmaris*, *Christopherum Joannis*, *Antonium de Spinis*, Cives Florentinos, Procuratores, Sindicos, Actores, & Nuncios speciales Magnificorum & Excelsorum Virorum, *Priorum Libertatis*, *& Vexillifèri Justitiæ*, Populi Florentini, pro Se & dicto Populo, Communitatéque Florentiæ, ex Parte alterâ, de & super certis Juribus & Libertatibus, Subditis *dicti Regis Angliæ*, in Dominio *dictæ Civitatis Florentiæ*, & ejusdem quacúnque Parte concessis, habendis, exercendis, utendis, & observandis, eisdem & per eosdem, modo & formâ infrascriptis,

Inprimis, Pactum, Conventum, & Contractum est inter Nos Procuratores & Commissarios supradictos, Nominibus quibus supra, quòd omnes & singuli *Subditi Regis Angliæ* præsentes & futuri, Masculi & Fæminæ, Clerici & Laici, cujuscúmque Statûs, Gradûs, vel Conditionis existunt, ab hac Die, Decimâ quintâ Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, usque ad Diem Decimum quintum ejusdem Mensis Aprilis, qui erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Sexto, venire poterunt liberè, securè, & absque omnimoda Perturbatione, per modum Reprisaliarum, aut alio modo quocúnque, tàm ex Anglia & aliis Locis quibuscúnque, sub Ditione vel Obedientiâ dicti *Regis Angliæ* existentibus, quàm ex omnibus aliis & singulis Locis, & Mundi partibus, sub Ditione vel Obedientia dicti *Regis* minimè constitutis, *Dominiis, vel Dominio de Florentia*, Amicis vel Inimicis, ad & in Civitates Florentiæ, & ipsarum Portus, & Alveos maritimos eorundem, omniáque alia & singula Loca, sub Ditione, Districtione, vel Obedientiâ dictorum Dominiorum vel Dominii de Florentia existentia, vel futura, Munita vel non Munita, in Mari, Terra, vel Aquis dulcibus collocata, per Terram, Mare, vel Aquas dulces, per se vel per alios, suo Nomine, Pedestres, Equestres, Bigis, Quadrigis, Navibus, & aliis Vasibus marinis, aut aquaticis quibuscúnque, aliterve quomodo voluerint, & cum Bonis, Rebus, & Mercandisis propriis, vel ad eos, aut eorum aliquem aliquo Jure pertinentibus, sive sint Bona, Res, vel Mercandisæ, Nata, Producta, Inventa, aut Fabricata, in vel ex Angliâ, vel alio Loco, existente sub Ditione vel Obedientiâ *Regis Angliæ*, vel in & ex quocunque alio Loco, vel Parte Mundi, sub dicti Regis Ditione vel Obedientiâ minimè constituto, *Dominiis vel Dominio de Florentia*, Amico vel Inimico, & cum eisdem Bonis, Rebus, & Mercandisis suis, vel ad eos aliquo Jure pertinentibus, in dictis Civitatibus, & alio quocúnque Loco, sub dictis *Dominiis vel Dominio de Florentia*, simili modo Morari, Stare poterunt, & Conversari, & in eisdem, eorúmque quolibet, cum omnibus & singulis Florentinis, & aliis cujuscúnque Nationis, Contractus Emptionis & Venditionis, & alios quoscúnque Contractus, nominatos & innominatos, bonæ Fidei, & stricti Juris, in Scriptis & absque Scriptis, de & super omnibus & singulis Rebus & Mercandisis, licitis videlicet, Die Præsentinm non Prohibitis, jure Facere, Concludere, & Consummare poterunt indistinctè, quæ tamen sint Prohibita, extra dictum Dominium Empta vel Vendita per eosdem, vel per eorum aliquem, ab eis vel eorum aliquo, per dictum Dominium & quamlibet ejus Partem, in & ad quemcúnque Mundi Locum Vehi & Transferri, liberè & absque aliquâ contradictione poterunt; insuper ab eisdem Locis & eorum quolibet, perque eosdem & eorum quemlibet, ad & in omnia alia & singula Regna, Terras, Provincias, Dominia, Villas, Oppida, & Partes quascúnque Mundi, sub Ditione vel Obedientia *Dominiorum vel Dominii de Florentia*,

A. D. 1490. Hen. 7. *entia*, minimè conſtituta, Florentinis amica vel Inimica, cum dictis Bonis, Rebus, & Mercandiſis ſuis, vel ad eos aliquo Jure pertinentibus, proficiſci, recedere & abire, quotiens & quando voluerint, liberè & abſque impedimento quocunque.

ITEM, ſpecialiter Pactum, Conventum, & Tractatum eſt, inter Nos Deputatos, Commiſſarios, & Procuratores ſupradictos, Nominibus quibus ſupra, quòd, durante tempore ſupradicto, dicti *Domini vel Dominium de Florentia*, non Recipient vel Admittent in aliquem Locum, ſub eis dictóve Dominio exiſtentem, vel futurum, aliquas Lanas natas in vel ex aliquo Loco, ſub Ditione vel Obedientiâ *Regis Angliæ* exiſtente, vel futuro, niſi tales tantummodo, quas dicti *Regis Angliæ* Subditi, vel ſub ejus Obedientia conſtituti, in Navibus Anglicis, ſeu aliquorum vel alicujus Regis Angliæ Subditorum vel Subditi propriis, ad dictum Dominium Florentiæ, vel aliquam Partem ejuſdem, apportabunt vel apportari facient, alióve Vaſe marino quocunque; ſi Naufragio, vel aliquo Caſu probabili in Itinere contingente, non oportuerint eorundem aliquem ita facere in hac parte, dictique Subditi *Regis Angliæ* Jurabunt vehere & traducere, aut vel traduci facere, ad dictam Civitatem Piſarum, omnibus & ſingulis Annis Lanas ſufficientes Uſui & Occupationi *dicti Dominii Civitatis Florentiæ*, aliárumque Partium & Locorum Italiæ, Venetorum Dominio duntaxat excepto; quibus ſcilicet antiquitùs Lanæ hujuſmodi ad dictas Partes Italiæ, Annis communibus conſueverunt vehi & traduci, niſi hac parte fuerint rationabiliter impediti: Cujus Impedimenti Examinatio, Diſcuſſio, atque Reformatio debet ad *Regem Angliæ* ſpecialiter & ſolummodo ſervari; quas Lanas, & earum quilibet Partem, dicti Subditi *Regis Angliæ*, poſtquam ad aliquam Partem Dominii Florentiæ ſupradictæ applicuerint, eiſdem, quamprimùm commodè poterint, in Civitate Piſarum reponent & collocabunt: In quâ Civitate, Portu, Portubus, & Alveis maritimis eiſdem adjacentibus, dicti Subditi *Regis Angliæ*, & eorum quilibet, Morari, habitare, & Domicilium habere poterunt, liberè, ſecurè, & abſque omnimoda Inquietatione, ſimul & ſeperatim, in unâ, vel pluribus Domibus propriis, Conductis vel quovis alio Titulo perquiſitis, aut perquirendis, in quacunque Parte dictæ Civitatis voluerint Domum vel Domos, vel Prædia hujuſmodi perquirere, vel habere; & omnes & ſingulas Res & Mercandiſas Lanarum, A. D. 1490. Hen. 7. & alias, ex quacunque Parte Mundi illuc afferre, & abinde extrahere, & tranſferre poterunt, in & ad quemcunque Locum & quamcunque Partem Mundi voluerint, ſingulíſque Libertatibus, Privilegiis, Favoribus, & Gratiis, utentur & gaudebunt, quibus Cives & Incolæ ejuſdem Civitatis, vel etiam Civitatis Florentiæ ibidem utuntur & gaudent, utentur vel gaviſuri ſunt; Et ſi, in una aliqua Domo, omnes vel aliqui Subditorum dicti *Regis Angliæ* ſimul morari voluerint, *dicti Domini vel Dominium de Florentia* ita ſimul habitare volentibus ſolum liberum congruum & ſufficiens dabunt & appropriabunt eiſdem; In quo, & ſuper quod, ſibi Domum & Habitationem ſuam, prout eis placuerint, Ædificare poterunt quandocunque.

ITEM, ſpecialiter Pactum, Conventum, & Contractum eſt, inter Nos Procuratores & Commiſſarios ſupradictos, Nominibus quibus ſupra, quòd omnes & ſinguli Subditi *Regis Angliæ* ſupradicti præſentes & futuri, in omnibus & ſingulis Locis, ſub Ditione vel Obedientia *Dominorum vel Dominii de Florentia* conſtitutis, vel futuris, erunt Exonerati & Immunes ab omnibus Muneribus Perſonalibus, Præmonialibus, vel Mixtis, Præſtationibus, Exactionibus, Tributis, Theoloneis, Gabellis, Vectigalibus, & aliis quibuſcunque Impoſitionibus & Contributionibus, præſentibus & futuris; & præſertim ab illis, quæ ratione Mercaturæ ſuæ exigi vel debere poſſent ob eiſdem, quæ nec ab eis, nec etiam ab illis, illóve, qui cum eis, vel eorum aliquo contrahunt, ubicunque fuerint exigi vel deberi poterunt quovíſmodo, Exſiſis, Gabellis, vel Daciis, Vini, Frumenti, & aliorum Victualium, aliter quàm pro Uſu Navium eorundem Emendorum, duntaxat exceptis; quas Exſiſas, Gabellas, & Dacias dicti Subditi *Regis Angliæ* in dicta Civitate Piſarum ſolvent & dabunt, eodem modo quo Scolares Studentes in eadem Civitate ſolverunt, & non alio, in aliis verò Locis ſolvant qui in eiſdem Locis inhabitant, exceptis etiam Theoloneis, Gabellis & Vectigalibus, in ipſa *Civitate Florentiæ* ſtatutis & uſitatis, de quibus dicti Subditi *Regis Angliæ* petunt Moderationem ſibi fieri: Et quia Procuratores *Dominorum Florentiæ* non habent Auctoritatem, ut aiunt, illud Concedendi, Concordatum eſt quòd deputabuntur alii Commiſſarii ex Parte *Regis Angliæ* ſupradicti, qui habebunt Auctoritatem pleniùs in hac parte Concludendi.

A. D. 1490. *Hen. 7.*

Item, Pactum, Conventum, & Tractatum est quòd licebit dictis Subditis *Regni Angliæ*, in dicta Civitate Pisarum, habere & facere unum integrum Corpus, ut sint invicem Corporati, habeántque unum vel plures Magistrum vel Magistros, Sindictum vel Sindictos, Actorem vel Actores, Cistam vel Cistas communes, per modum Electionis, vel alterius Provisionis cujuscunque, cum quo vel quibus Magistro vel Magistris, facere & habere poterunt Statuta, Ordinationes, Provisiones, & Consuetudines, de & super omnibus & singulis Causis, Controversiis, & Litibus Pecuniariis, eos vel eorum aliquem, Bona, Res, & Mercandisas eorum, invicem concernentibus, dictique *Domini vel Dominium Civitatis Florentiæ*, suis Sumptibus & Labore, dabunt, tradent, & apropriabunt, vel dari, tradi, & appropriari facient Locum, Fundum, & Superficiem, sive Domum constructam, congruam, honestam sufficientem & condecentem, Honori, Necessitati, & Usui dicti Corporis Subditorum *Regis Angliæ*, & Corporatorum eorundem; in quo tàm dictus Magister vel Magistri, quam Corporati prædicti, Convenient liberè & absque omni contradictione, pro Tractandis, Audiendis, Discutiendis, & Determinandis Causis, Querelis, Negotiis, & Deliberationibus, dictum Corpus, vel aliquem ejusdem, pro tempore concernentibus.

Item, Pactum, Conventum, & Contractum est, quòd Subditi, &c. in omnibus Causis & Litibus Pecuniariis, inter Duos dictorum Subditorum, vel plures movendis, aut futuris, tàm Agendo quàm Defendendo, sint & erunt sub Jurisdictione & Potestate dictorum Magistri vel Magistrorum, & ab omni alterius Jurisdictione penitùs & indeclinabiter Exempti; in Causis verò Pecuniariis & Litibus Civilibus inter unum vel plures dictorum Subditorum, & aliquem vel aliquos non Subditos *Regi Angliæ* supradicto, *Potestas Civitatis Pisarum*, conjunctim cum *dictis Magistris* vel *Magistro*, tàm Agendo quàm Defendendo, habebunt plenam & omnimodam Jurisdictionem, in eos & eorum quemlibet, ad Cognoscendum, Sententiandum, Exequendum super eis, & eorum singulis Bonis & Rebus eorundem, in Criminalibus Causis, pro quibus, aliquis dictorum Subditorum veniet Corpore puniendus, omnes & singuli dictorum Subditorum *Regis Angliæ* erunt sub Jurisdictione & Imperio *Potestatis Civitatis Pisarum* supradicti, qui simili modo eos & eorum quemlibet pro hujusmodi Criminibus Cohercebit, sicut Civem Civitatis Pisarum si idem vel simile comisisset, cohercere poterit, & deberet.

A. D. 1490. *Hen. 7.*

Item, Pactum, Conventum, & Tractatum est, quòd dicti *Domini vel Dominium de Florentia*, omnibus Modis & Mediis quibus poterunt, curabunt & procurabunt, absque omni dolo & fraude, quòd dicti Subditi *Regis Angliæ* comprehendantur & contineantur in omnibus & singulis Pactis & Conventionibus, super Exercitio & Intercursu Mercaturæ inter Florentinos & alios et jusciinque Nationis Homines, factis vel faciendis, contractis vel contrahendis & ut eisdem gaudeant & utantur, pro meliori Bono suo quotiens & quando voluerint.

Item, Pactum, Conventum, & Contractum est, quòd dicti *Domini & Dominium de Florentia*, absque omni difficultate, concedent & dabunt *dictis Subditis Regis Angliæ*, ad dictum Dominium confluentibus, omnia alia Privilegia, Libertates, & Commoda, quæ dicti Subditi petent & desiderabunt ab eisdem; *dictorum Dominiorum & Dominii* Juribus & Honore semper salvis.

Item, Pactum, Conventum, & Contractum est, quòd *Majestas Regis Angliæ* Prohibebit omnes & singulos sibi non Subditos, cujuscùnque Nationis... titerint, extrahere vel asportare per se vel per alios, aliquas Lanas, qualescunque fuerint, ex aliquo Loco Sui... Majestati suæ, ad aliquem alium Locum non Subditum post Festum Sancti Michaelis proximò futurum; Venetis duntaxat exceptis, quibus licebit, in... quoque Viagio, per eos ad Partes Angliæ facto, cum Galeis suis extrahere & asportare in eisdem Galeis Sex... Saceos, & non plures, de Lanis Anglicis, pro Usu & Occupatione Civitatis Venetiarum, & Dominii ejusdem & non alio modo; Proviso semper quòd si Subditi *Regis Angliæ* vel noluerint vel non potuerint, ut superius ordinatum est, Lanas hujusmodi Educere & Asportare ad dictas Partes Italiæ vel etiam quandocùnque videbimur *Regi Angliæ* minimè expedire, & per Subditos suos, juxta formam præmissam Educantur & Asportentur, tunc possint dictæ Lanæ per non Subditos, Subditos dicti *Regis Angliæ*, ad quæcunque Partes & Loca Transferri, Vehi, Asportari, tali modo quo ante præsentem Contractum per eos Trahi & Asportari consueverimus, hac præsenti Conventione in aliquo non obstante.

Item, quòd dictæ Lanæ, quæ dicti *Subditi Regis Angliæ* ad dictum Dominium

A. D. 1490. Hen. 7. minium Florentiæ Traducunt & Traduci facient, erunt Lanæ minimè Reprobatæ, benè & fideliter Sarcinatæ & Purgatæ, sicut in retroactis temporibus, quibus illuc Traductæ fuerunt, esse consueverunt; easdémque Lanas *dicti Subditi Regis Angliæ* bono & rationabili Pretio Vendent & Distribuent, juxta Annorum & Temporis ubertatem.

Quæ omnia & singula, sic, ut præfertur, Pacta, Conventa, & Contracta, Nos, dicti Procuratores, Commissarii, & Deputati dictorum *Dominorum & Dominii de Florentia*, Promittimus per *dictos Dominos & Dominium de Florentia* Teneri & firmiter Observari, ac per eosdem & idem Dominium Litteris suis Patentibus Confirmari & Ratificari circa Festum Sancti Michaelis proximò futurum: Quæ Literæ Confirmatoriæ & Ratificatoriæ mittentur & tradentur *dicto Regi Angliæ*, vel Deputato suo citra Diem Sancti Michaelis supradicti.

In quorum omnium & singulorum Fidem Nomina nostra subscripsimus, & Sigilla nostra Præsentibus apposuimus.

Dat. in *Manerio de Shene* Anno, Die, & Mense supradictis.

Acta sunt hæc omnia & singula prout suprascribuntur & recitantur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Die, Mense, & Loco supradictis, A. D. 1490. Hen. 7.

Præsentibus tunc ibidem,

Discretis Viris,

Domino *Johanne Johanson* Capellano,

Et *Johanne Goldesmyth* Eborum & Londoniæ Diœcesuum,

Ac aliis quampluribus Testibus ad Præmissa vocatis & specialiter rogatis.

Et Ego Robertus Charlement *Clericus Wigorniensis Diœcesis, Publicus Auctoritate Apostolicâ Notarius, quia Originales Indenturas præfatas, quas vidi inspexique & perlegi, omni vitio & sinistrâ suspitione carentes, cum Præsentibus Copiatis factâ Collatione diligenti, in Præsentia Testium inferius nominatorum, in omnibus Convenire & Concordare reperi & inveni, nil addito vel mutato, quod Facti substantiam diminuet, vel vitiet Intellectum, ideò dictas Indenturas Originales, quatenus possum de Jure & debeo, Publicavi & Transumpsi, ac aliunde occupatus, per alium Scribi & Copiari, atque in hanc Publicam Transumpti formam Redegi, Signoque & Nomine meis solitis & consuetis Signavi, & hic me subscripsi Manu propriâ, in Fidem & Testimonium omnium Præmissorum.*

Maximiliani Romanorum Regis Commissio ad Tractandum cum Rege.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Ex Autogr.

MAximilian, par la grace de Dieu, Roy *des Romains, tous jours Auguste*, Archeduc *d'Autriche*, Duc *de Bourgoingne, de Lothraine, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg, & de Gheldres*, Conte *de Flandres, de Thirel, d'Artois, de Bourgoingne*, Palatin *de Haynau, de Hollande, de Zellande, de Namur, de Zuytphen, & de Malines*, Marquis *du Sainct Empire*, Seigneur *de Frise & de Salines*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme par la tressinguliere & tresparfaicte Bienveullance Amour & Affection, que Nous avons a Treshault & Trespuissant Prince nostre Treschier & Tresame Frere *le Roy d'Angleterre*, saichans & bien acertenez qu'il ne l'a pas moindre envers Nous, ainsi que tresamplement il a dit declaire & afferme pour verite a noz Ambassadeurs derrenierement envoiez devers Lui, & aussi le Nous a escript & fait dire per plusieurs foiz, Nous ayons delibere prendre avec nostre dit Frere plusgrandes Intelligences, Confederacions, & Alliances, & soit besoing pour icelles Traicter Commettre aucuns Notables Personaiges a Nous seurs & feables, A. D. 1490.

Savoir faisons que Nous,

A plain confians de Scens, Loyaultez, Preudommyes, & Souffisances de noz Amez & Feaulx Messire *Ladron de Ghevara* Chevalier nostre Conseillier & Chambellan, & Maistre *Jacques de Gondebault* nostre Secretaire en Ordonnance & de noz Guerres,

A iceulx, pour ces Causes & autres ad ce Nous mouvans, avons par bon Advis & Deliberation Donne & Donnons par ces dictes Presentes signees de nostre Main, Auctorite, Faculte & plaine Puissance de Traicter, Faire & Conclurre pour, & ou Nom de Nous, avec nostre dit Frere *le Roy de Angleterre* toutes

5 H

A. D. 1490. Hen. 7.

toutes les Intelligences, Confederacions, & Alliances, qui feront avisees estre Bonnes & Prouffitables pour le Bien & Honneur de nostre dit Frere & de Nous, noz Païs & Subgectz;

Promettans, en Parolle de Roy, Ratiffier & avoir Ferme, Agreable, & Estable tout ce que en ceste Partie sera Traicte, Fait, & Conclu par les diz Messire *Ladron*, & Maistre *Jacques*, comme Se Fait, Traicte, & Conclud l'avons en Personne, quant ores se seroient Choses qui requissent Mandement plus especial.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presentes.

A. D. 1490. Hen. 7.

Donne en nostre *Ville de Wilme* le xxii. Jour de May, l'An de Grace Mille, CCCC. XC. & du Regne de nous Roy le Cinquiesme.

MAX.

Par le Roy.

NUMAN.

Appunctuamenta cum Anna Britanniæ Ducissa.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Ex Autogr.

UNiversis & singulis, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Nos *Philippus de Montauban* Miles Dominus de Sens & de Gonneville Britanniæ Cancellarius, *Guillermus Guillemet* Dominus de Botbelltz, Magister *Petrus Coialu* Sennescallus de Gningamp, Serenissimæ Principis & Dominæ nostræ Supremæ *Ducissæ Britanniæ* Oratores & Depputati, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm jam nuper (silicet) Decimâ Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Octavo, inter alia, specialiter Communicatum & Concordatum sit Inter *Ricardum Eggecombe* Militem nuper Hospitii Illustrissimi *Regis Angliæ & Franciæ*, ac *Domini Hiberniæ* Contrarotulatorem, & Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem in Officio Privati Sigilli dicti Illustrissimi Domini Regis Secundarium, suos veros adtunc & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, & Oratores ex unâ Parte, & dictum *Philipum de Montauban* Britanniæ Cancellarium, ac *Guillermum Guegnen* Archidiaconum Pantheuriæ & Electum Ecclesiæ Naneteneis, & *Rollandum Goujon*, dictæ Illustrissimæ Principis & Dominæ nostræ Supremæ Commissarios & Procuratores ex altera Parte similiter sufficienter Deputatos, quòd dictus Illustrissimus *Rex Angliæ*, pro Sucursu & Deffensione *dictæ Dominæ nostræ* & Patriæ suæ Britaniæ, mitteret in partes ejusdem Britaniæ, Peccuniis per dictum Regem exponendis, Sex Millia Armatorum ad Serviendum *dictæ Dominæ Ducissæ* & Patriæ ejusdem, qui Descenderent in Britaniam Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo, circa Medium Mensis Februarii aut Finem ejusdem Mensis, vel quamcitò commodè poterit, & ibidem morarentur usque ad Festum Omnium Sanctorum proximò sequens, ad Deffensionem Patriæ supradictæ, ut in *Indenturis* desuper confectis, postea que per utrumque Principem *Regem* & *Ducissam* suprsdictos confirmatis, pleniùs continetur,

A. D. 1490.

Nos dicti Oratores, Commissarii, Procuratores, Deputati, & Ambassiatores Serenissimæ Principis & *Dominæ nostræ Ducissæ* antedictæ, Vice, Nomine, & Auctoritate ejusdem & pro eâ, Fatemur & Recognoscimus quòd dictus Illustrissimus *Rex Angliæ* benè, perfectè, integrè, & honorificè omnia & singula, in dicta Conventione contenta, quatenus ipsum attingunt, fecit, observabit, & perimplevit,

Et propterea Nos, Oratores & Commissarii *dictæ Dominæ nostræ Ducissæ* antedicti, Auctoritate, Vice, & Nomine ejusdem atque pro ipsâ, *dicto Regi* Promittimus & Pollicemur, & *dictam Dominam nostram Supremam Ducissam* Hæredes & Successores suos, virtute Commissionis Nobis in ea parte datæ (cujus Tenor inferiùs sequitur) Astringimus & Obligamus, quòd *dicta Domina nostra Ducissa* ejus Hæredes aut Successores Restituent & Resolvent, cùm primum comodè poterint, dicto *Domino Regi* Hæredibus aut Successoribus suis omnes & singulas Pecuniarum Summas, quas ipse circa Expeditionem sive Armatam prædictam & Custodiam Villæ & Castri de Coulvicean & cujuscúnque alterius Loci *eidem Domino Regi* loco Pignoris aut Ypothecæ traditi aut tradendi antehac quovis Pacto erogavit & exposuit, & posthac exponet sive erogabit.

Præterea Nos, antedicti Oratores & Commissarii, promittimus & pro majori & firmiori Securitate Resolutionis Expensarum prædictarum *dictam Ducissam* ejus Hæredes & Successores Obligamus

mus & Astringimus, quòd Castellum & Villa de Morleix statim & sine dilatione Tradentur & Deliberabuntur dicto Illustrissimo *Regi Angliæ* aut Assignatis suis, loco Pignoris & Ypothecæ, cum omnibus suis Juribus, Obventionibus, & Commoditatibus quibuscúmque, sic quod ea liberè & quietè Retineat, absque Molestia, Impedimento, vel Contradictione *dictæ Dominæ Ducissæ* vel Hæredum aut Successorum suorum, donec integrè & plenariè sibi fuerit Solutum aut Satisfactum de & super omnibus & singulis prædictis Pecuniarum Summis; dictis tamen Obventionibus & Juribus de dictis Locis, per Regem perceptis, in Sortem principalem computandis; salvis Conditionibus in dictis Indenturis contentis & sine ipsarum Derogatione; Proviso quòd *dictus Rex* ad alia Loca, nunc per Gallos in Ducatu Britaniæ occupata, cum imposterum eadem Evinci, aut per *Ducissam* ejusve Successores quovis modo Recuperari contigerit, Recursum habere poterit, & eadem loco Pignoris tenere, prout in dictis Conventionibus pleniùs continetur.

ITEM, cùm dictus Illustrissimus *Angliæ Rex* plurimas Peccunias & Sumptus, præter & ultra eos quos circa dictam Armatam sive Expeditionem, ad *dictæ Ducissæ* ejúsque Ducatûs Deffensionem, fecerit & exposuerit, videns *ipsam Ducissam* ejúsque Ducatum & Subdictos suorum Inimicorum Viribus & Crudelitate in maximo Perditionis Periculo constitutos, ad eorum Deffensionem sua ex Benignitate atque Magnificentia facere decreverit, Nos, Oratores antedicti, *ipsius Ducissæ* Nomine Pollicemur & Promittimus, atque *ipsam Ducissam* ejus Hæredes & Successores Auctoritate quâ supra firmiter Obligamus, quòd *ipsa Ducissa*, ejusque Hæredes & Successores, Resolvet seu Resolvent Resolvíve faciet aut facient *ipsi Regi Angliæ* suísve Hæredibus & Successoribus omnes & omnimodas Peccuniarum Summas & Expensas, quas *idem Rex* pro *ipsius Ducissæ* ejúsque Ducatûs Deffensione ante hæc tempora exposuerit & erogaverit, sive posthac exponet & erogabit,

Et quòd dicta Loca de Comarecau & Morlax, unà cum suis Castellis & Juribus, atque omnia alia Loca, quæ *eidem Regi*, nomine Pignoris & Ypothecæ, per *ipsam Ducissam* posthac tradi contigerit, in Manibus & Subdictione *ipsius Regis* quietè Remaneant, quousque de dictis suis Peccuniis & Expensis, ut præmittitur, erogatis & erogandis expositis & exponendis, per *ipsam Ducissam* vel ejus Successores aliósve ejus aut eorum Nomine fuerit *eidem Regi Angliæ* integrè & plenariè Satisfactum & Persolutum.

Sequitur Tenor Commissionis.

ANne, par la Grace de Dieu, *Duchesse de Bretaigne, Contesse de Montfort, de Richemond, d'Estampes*, & *de Vertus*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme par avant ces heures, bonnes, vroyes, loyalles, & perpetuelle Paix & finalle Concorde, Amytiez, Confederations, Alliances, bonnes Intelligences, Entrecours de Marchandie, Secours, Aydes, & Promesses, aient este faiz, accordez, parlez, concluz, promis, & jurez, entre Tres Hault, Tres Puissant, & Tres Excellent Prince, mon Tres Honnore Seigneur, Cousin, & Pere *le Roy d'Angleterre*, ses Royaumes, Terres, Seigneuries, Paiis, Lieux, Vassaulx, Subgects, Alliez, & Adherez, & *Nous*, noz Duche, Palis, Terres, Seigneuries, Vassaulx, Subgects, Alliez, & Adherez,

Cognoissantz la grande & parfaicte Amour, que mon dit Seigneur & Per a à Nous, & la Declaration qu'il a faicte, tant par l'envoy du grant & beau Secours qu'il Nous a fait pour Mettre & Expulser hors nostre Paiis & Duchle noz Ennemis & Adversaires qui y estoient, que autrement, dont avons este grandement Relevee,

Considerantz mesmes le grant Bien, Utilite, & Seurte qui est avenu & peut ensuir a Nous, noz ditz Paiis & Subgects au Moien de l'entretenement des dites bonnes Amitiez, Confederations, & Alliances,

Desirans de tout nostre Cueur icelles de nostre part Garder & Entretenir, & declerer & acertenner mon dit Seigneur & Cousin *le Roy* de nostre Voullpir & Intention touchant ce, aussi de l'Estat & Disposition de noz Matieres & Affaires, comme mon bon Seigneur & Pere,

Savoir faisons que Nous,

A plain confians & bien acertennez des Sens, Honneur, Loyante, bonne Conduicte, & Dilligence de nostre chier bien ame feal Conseillier & Chambellan *Philippes de Montauban Chivalier*

A. D. 1490. *lier Seigneur de Sens* nostre Chancellier, & de noz bien amez & feaulx, *Guillaume Guillemet Seigneur de Botbellitz* nostre Maistre d'Ostel, *Jehan de Champballon Chevalier Seigneur de la Ricardye* nostre Cappitaine de Guerrande, noz Chambellans, *Jehan de Ploner Seigneur de Trevenaline* nostre Escuier d'Escuerie, Maistre *Pierres Cojalu* nostre Senneschal de Guingamp, & Maistres *Jehan Gibon* Procureur de la Chambre de noz Comptes, noz Conseilliers,

Hen. 7.

Iceulx avons Commis, Depputez, & Instituez, & par ces Presentes Commettons, Depputons, & Instituons noz Ambassadeurs, Commissaires, & Procureurs, pour aller & se transporter devers mon dit Seigneur, Cousin, & Pere *le Roy d'Angleterre*,

Et Luy exposer & faire remonstrance d'aucunes choses touchans noz Matieres & Affaires,

Et pour le bien & entretenement des dites bonnes Amyties & Alliances d'entre mon dit Seigneur Cousin & Pere *le Roy &c.* & Nous,

En leur donnant & donnons par ces dits Presentes & a Troys d'eulx Povoir de tant sur icelles vroyes & loyalles fermes & perpetuelles Paix, Amitiez, & Concorde, que de Treues, Abstinence de Guerre, Alliances, Amitiez, Affinitez, Intelligences, Confederations, & Entrecours de Marchandies, *entre Nous*, noz Duchie, Terres, Seigneuries, Pais, Subgects, Vassaulx, Confederez, & Alliez, & mon dit Seigneur Cousin & Pere *le Roy*, ses Royaumes, Terres, Seigneuries, Paiis, Lieux, Subgects, Vassaulx, Confederez, & Alliez, ses Adherez, & les nostres Communiquer, Traicter, Accorder, Convenir, Composer, & Appoincter, & a plain & entierment Determiner, & finablement Conclure avec mon dit *Seigneur & Pere*, ou ceulx qu'il luy plaira quant a ce commettre & depputer, & icelles Innover & Proroger a Temps ou en Perpetuel,

Aussi sur les Aydes & Secours, qui seront prestees & baillees de l'un de Nous a l'autre, Convenir & Composer,

Et de Nous Obliger au Remboursement & Paiement des Fraiz & Mises, qui par mon dit Seigneur & Pere *le Roy* ont este & seront exposees, a l'occasion de certain Numbre de Gens de Guerre qu'il a envoiez & envoyera a nostre Secours & Aide, & pour le dites Remboursement & Paiement qu'il a fait & fera obliger & engaiger, en lieu de Gaige & Ypotheeque, noz Villes, Chasteaulx, & autres Lieux quelzconques de nostre Paiis & Duchie, a mon dit Seigneur & Pere *le Roy*, & celles qui luy seront Promises, Accordees, & Assignees, Luy bailler & faire delivrer, A. D. 1490. Hen. 7.

Et que Nous ne Contracterons Mariage ou Espousailles avecque quelque Roy, Prince, ou autre quelconque,

Et que ne prandrons, ne ferons Pais, Treues, Alliances, Confederations, ou Amitiez avecque aucun Roy, Prince, ne Communite, sans le Sceu & Consentement de mon dit Seigneur & Pere *le Roy*,

Et se des Choses contenues es dites Amities, Alliances, Confederations, & Promesses, faictes & jurees entre mon dit Seigneur & Pere *le Roy* & *Nous*, comme dit est, aucune Difficulte se trouvoit, & Besoing feust, de Nouveau y Besongner en Communiquer, Accorder, & Augmenter, Diminuer, Determiner, & Conclure avec mon dit Seigneur *Cousin* & *Pere*, ou ses Commis & Depputez, en la plus vallable forme qu'estre deura & verront l'avoir a faire,

Et sur les dittes Choses & chascune, & autres quelzconques Deppendences d'icelles Conclure, ainsi qu'ilz congnoistront estre expedient & convenable pour le Bien de nous & nostre dites Paiis,

Aussi de & sur les dites Appointements & Conclusions, & toutes & chascunes autres Choses quelzconques qui par noz dites Ambassadeurs, Commissaires, Procureurs, & Depputez seront Appoinctees, Accordees, & Conclutez avec mon dit Seigneur & Pere *le Roy*, ou ses dites Commis & Depputez, en bailler Lettres vallables & efficaces,

Et de Jurer en nostre Ame de les Tenir & Observer de nostre Part de Point en Point,

Et d'en Demander, Prandre, & Recevoir les semblables de mon dit Seigneur & Pere *le Roy*, ou de ses diz Commis & Depputez,

Et generallement de faire toutes & chascunes les choses environ & requises, partinentes & necessaires, comme Nous mesmes ferions, ou faire pourrions, se presens & personallement y estions, ja soit que les Choses feussent telles que de soy ilz requissent Mandement plus especial,

Aus quels noz diz Ambassadeurs, Commissaires, Procureurs, Commis, & Depputez, & a Trois d'eulx de ce faire avons Donne & Donnons, par ces dites Presentes, plain Povoir, Auctorite, Commission, & Mandement especial;

Promettans & Promettons en Parolle de Prince, & sur l'Obligation de tous & chas-

A. D. 1490. Hen. 7. & chascuns noz Biens meubles & immeubles, presens & a venir, avoir Ferme, Estable, & Agreable tout ce que par noz diz Ambassadeurs, Commissaires, Procureurs, Commis, & Depputez, ou Trois d'eulx, comme dit est, sera Fair, Accorde, & Concludes en Choses & chascune dessusdittes, leurs Sequelles, Appendences, Emergences, & Deppendences quelzconques, & en bailler nos Lettres Ratifficatoires en forme deue & vallable.

En Tesmoing de ce nous avons signe ces Presentes de nostre Main, & fair seeller de nostre Seel.

Donne en nostre *Ville de Rennes*, le Quinze Jour de Fevrier, l'An Mille, Quatre Cens, Quatre Vingtz, & Neuff.

Et sic signatur,

ANNE.

Par la Duchesse de son Commandement.

G. DE FOREST.

Sigillaturque Sigillo Dominæ nostræ Supremæ Ducissæ antedictæ.

QUÆ OMNIA ET SINGULA, in istis contenta, Promittimus & dictam Dominam nostram ejus Hæredes & Successores ad Observantiam eorumdem inviolabiliter Astringimus & Obligamus, & in Animam ejusdem, & omnia & singula Nos, Oratores & Commissarii *Ducissæ* supranominati, Promittimus per ipsam Dominam nostram *Ducissam* suósque Successores in omnibus & per omnia Teneri & inviolabiliter Observari, præsentémque Scripturam per Litteras Patentes ejusdem Dominæ nostræ suo Magno Sigillo sigillandas Ratificari & Confirmari, ipsásque Litteras Ratificatorias citra Festum Nativitatis Domini proximum dicto Illustrissimo *Regi Angliæ* tradi & liberari. A. D. 1490. Hen. 7.

In quorum omnium & singulorum Testimonium & Fidem Sigilla nostra Præsentibus apposuimus.

Datum *Londoniis* Die vicesimâ sextâ Mensis Jullii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo.

PH. DE MONTAUBAN CHANCELLAR.
GUILLE GUILLEMET.
P. ÇORALU.

Sub Tribus Sigillis cereis, rubei Coloris, pendentibus a Caudis Pergamenæ.



Conventiones cum Rege Romanorum, super Bello inferendo contra Carolum Franciæ.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Ex Autogr. UNiversis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Nos *Ladron de Ghevara* Miles Consiliarius & Camerarius, ac *Jacobus de Gandebault* Secretarius in Ordinanciis & Guerris, Sacratissimi Principis *Maximiliani*, Dei gratiâ, *Romanorum Regis* Commissarii, Procuratores, & Deputati, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm Bellum eo fœliciùs & securiùs agatur quo plurimorum Principum Auctoritate, Consilio, Ope, & Auxilio conducatur, ac communis Hostis Virtus infirmior & debilior existat quo in plures Adversarios divisa fuerit,

Ideirco Nos, Commissarii & Deputati antedicti, cum, Spectabilibus & Præhonorandis Viris, *Thoma Lovell* Milite Thesaurario Cameræ Potentissimi Principis *Henrici Regis Angliæ & Domini Hiberniæ*, & *Henrico Aynesworth* Legum Doctore in Officio Privati Sigilli ejusdem Regis Secundario, Ambassiatoribus Negotiorum Gestoribus & Commissariis, ad Dominandi Libidinem Illustrissimi Principis *Franciæ Caroli Regis* Reprimendam mutuò Communicantes, ex certis Causis & Considerationibus dictos Principes nostros ad hæc specialiter hinc inde moventibus, præter & ultra cæteras quaslibet Pactiones, Conventiones, & Confœderationes inter supradictum Sacratissimum Principem nostrum *Maximilianum Romanorum Regem* & antedictum Serenissimum Principem *Angliæ Regem* initas & contractas, & eisdem in Robore suo nichilominus remansuris, speciales quasdam Intelligentias, Pactiones, Conventiones, Amicitias, Alligantias, & Confœderationes, de Consensu, Voluntate, & Mandato expressis ipsius dicti Domini nostri Regis, ac Virtute Potestatis per Litteras suas Patentes (quarum Tenor infra sequitur) nobis attributæ, eum supradictis Commissariis *Angliæ Regis*, cum Potestate similiter sufficienti per Literas dicti Regis Patentes A. D. 1490.

A. D. 1490. Hen. 7. tentos (quarum Tenor etiam subsequitur) monitis, Concordavimus, Appunctuavimus, Contraximus, Conclusimus, & Concordavimus, ac per Præsentes Appunctuamus, Contrahimus, Concludimus, & Concordamus, Articulos, Promissiones, Pactiones, Conventiones, Alligantias, Amicitias, & Confœderationes quæ sequuntur,

Inprimis, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, inter dictos Illustrissimos & Potentissimos *Romanorum & Angliæ Reges*, Hæredes & Successores suos, sit una vera, firma, & inviolabilis Pax & Amicitia, futuris temporibus perpetuò per Dei Gratiam duratura;

Et quòd in eâ aliisque Conventionibus subsequentibus comprehandantur Sacratissimus Dominus *Romanorum Imperator semper Augustus*, Illustrissimi Principes *Castelli & Legianis Rex & Regina*, eorúmque Primogenitus, Serenissimus *Rex Daciæ, Norweciæ, &c. Rex Portugaliæ, Electores & Principes Imperii*, atque *Britanniæ Ducissa*, si in eis comprehendi velint.

Item, cùm *Carolus Gallorum Princeps* suique Progenitores, nonnulla Opida insignia, Castra, Dominia, aliáque quamplurima nostra, Illustrissimorum Principum, *Romanorum Anglorumque* & *Hispanorum Regum*, Illustrissimi *Philippi Archiducis Austriæ, & Burgundiæ Ducis*, necnon Serenissimæ Principis *Annæ Britanniæ Ducissæ*, cæterorúmque Christianæ Religionis Principum, contra omnem Juris Æquitatem, Viribus & Astutiâ nequiter Usurpaverint Usurpaverítque atque injustè Detinet in præsenti,

Inter Nos Oratores, Commissarios, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Depuratos antedictos, Vice, Nomine, & Auctoritate Illustrissimorum Regum & Supremorum nostrorum, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, si dictus *Carolus Gallorum Princeps*, vel aliquis Hæredum aut Successorum suorum, aliquem præfatorum Principum Supremorum nostrorum, *Philippum Austriæ Archiducem & Burgundiæ Ducem*, seu *Britanniæ Ducissam*, vel alicujus eorumdem Subditos per Terram aut Mare Invaserit, aut Guerram de facto Fecerit, aut fieri Mandaverit, aut aliquis Subditorum suorum sine ejus Mandato Guerram fecerit, & *Gallorum Princeps* requisitus superinde Justitiam denegaverit aut facere neglexerit, & *dictus Rex*, sic per Se aut suos Subditos Invasus, propter Invasionem sibi aut suis factam, aut alter Regum prædictorum, A. D. 1490. Hen. 7. propter Invasionem *Duci* aut *Ducissæ prædictis* factam, aut Justitiam, superinde requisitam, & ab ipso *Gallorum Principe* denegatam neglectámve, contra eundem *Gallorum Principem* se Hostem manifestè Declaraverit, Bellum contra eundem indicendo realitérq; agendo, tunc si *Rex* sic Invasus *alium Regem* non Invasum, aut *alter Regum* prædictorum, propter Invasionem *Ducis* aut *Ducissæ* prædictorum, alterum Regem ad hujusmodi Bellum requisierit, statim post ipsam Requisitionem *Rex sic requisitus* se *ipsius Gallorum Principis* Hostem fore Declarabit & Manifestabit, ac Bellum contra eundem *Gallorum Principem* sectusâ Morâ indicet, Guerram per Terram & Mare contra eundem realiter & suis Expensis agendo & prosequendo.

Item, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, immediatè post Sex Menses, post Requisitionem, ut prædicitur, per *Alterum* dictorum Duorum Regum Invasum *Alteri* non Invaso factam, vel citius, si eisdem Duobus Regibus id utile & conducibile visum fuerit, *uterque* Regum Romanorum & Anglorum prædictorum Regnum Franciæ cum tali Armatorum Potentia qua posset Campum tenere, séque & suos contra ipsum *Carolum Regem* communem eorum Adversarium Tueri & Defendere, ac verisimiliter sua Jura ab eo recuperare, in propria Persona ingredietur & suis Expensis dictum *Principem Carolum* eorum Hostem Invadet & realiter Prosequetur.

Item, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, si propter Invasionem, *Ducissæ Britanniæ* ut præmittitur factam, alter Regum Romanorum & Anglorum prædictorum alterum requisierit, utérque eorum, immediatè post Sex Menses a tempore Requisitionis hujusmodi proximò futuros, vel citius si utrique eorum Utile visum fuerit, Regnum Franciæ, cum sua Potentia, ut supra, personaliter ingredi, *dictum Principem Carolum* eorum Hostem Invadere Infestaréq;, ut præfertur, teneatur, dummodò *Britanniæ Ducissa*, per dictum *Francorum Principem* Invasa, omnem & omnimodam Guerram tàm per Terram quàm per Mare contra eundem *Gallorum Regem* & suos pro viribus fecerit & realiter Prosequatur.

Item, Inter Nos Oratores & Commissarios antedictos Communicatum, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, postquam utérque *Romanorum & Angliæ Regum* prædictorum Regnum Franciæ cum sua Potentia personaliter

A.D. 1490. Hen. 7.

ingressus fuerit, Bellúmque invasivum ut prædicitur inibi fecerit, neuter eorumdem Regum sine alterius Regis Notitia & Consensu a Bello incepto Desistet.

ITEM, Concordatum, Conventum, & Conclusum est, inter Nos Oratores antedictos, & Auctoritate, quâ in hac Parte fungimur, *nostros Supremos supradictos* Astringimus, & per Præsentes Obligamus, quòd, si post Invasionem, in Regnum Franciæ per utrúmque *Romanorum & Angliæ Regum prædictorum* factam, *Aliquis* eorumdem Regum aliqua Castra, Villas, Munitiones, Fortalitia, vel Opida, ad *Alterum* eorumdem duorum Regum de Jure spectantia, evicerit aut quoquo modo Adquisierit, *ille sic Adquirens*, per *Aliquem Regem* ad quem ea de Jure spectare noscuntur Requisitus, magnâ sine difficultate & dilatione eadem *Eidem requirenti* Reddere, Tradere, & Deliberare debebit.

ITEM, Concordatum & Conclusum est, inter Nos Oratores & Commissarios antedictos, quòd *neuter* dictorum Romanorum & Angliæ Regum Treugas, Amicitias, Confœderationes, aut aliquas alias Intelligencias, absque Assensu & Consensu eorumdem *Alterius*, cum *Carolo Gallorum Principe*, aut aliquo Successorum suorum, post Invasionem per eosdem ut præfertur in Regnum Franciæ inchoatam, inibi aut faciet, seu inire aut fieri faciet, aut acceptabit.

A.D. 1490. Hen. 7.

Tenor verò Commissionis Sacratissimi Romanorum Regis, Oratoribus concessæ, sequitur sub hac Verborum serie,

MAximilianus, par la Grace de Dieu, *Roy des Romains tous jours Augusts, &c. ut supra de Dat. vicesimo secundo Die Maii.*

Tenor verò Commissionis Anglorum Regis, Oratoribus concessæ sequitur, & est talis,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, has præsentes Literas visuris, Salutem.

Sciatis quòd,

Pro singulari & summa Benivolentia, Amore, & Affectione, quam Nos habemus ad Excellentissimum & Potentissimum Principem Carissimum & Dilectissimum Fratrem nostrum *Maximilianum* Regem *Romanorum semper Augustum*, Archiducem *Austriæ*, Ducem *Burgundiæ, Lothriæ, Brabantiæ, Lembourgiæ, Luxembourgiæ*, & *Geldriæ*, Comitem *Flandriæ, Thirolis, Artesiæ, Burgundiæ*, Palatinum *de Aynau, Hollandiæ, Zellandiæ, Namurci, Zutphen*, & *de Malyns*, Marchionem *Sacri Imperii*, & Dominum *Frisiæ & de Salins*, scientes & benè assecurati quòd non minori Dilectione Nos prosequitur, sicut ipsemet amplissimè dixit declaravit & pro certo affirmavit per suos Oratores ad Nos transmissos, & sicuti ad Nos scripsit & diversis Vicibus nunciari fecit,

Nos Deliberavimus capere & habere cum *prædicto Fratre nostro* majores Intelligentias, & cùm opus sit ad easdem tractandas constituere aliquas Notabiles Personas Nobis securas & fideles,

Notum facimus quòd Nos,

Plenè confidentes de Industria, Fidelitate, Prudentia, & Doctrina, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Thomæ Lovell* Militis Thesaurarii Cameræ nostræ, & Magistri *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, Consiliariorum nostrorum,

Eisdem, pro hujusmodi Causis & aliis Nos moventibus, per bonum Avisamentum & Deliberationem, Dedimus & Damus per Præsentes, Manu nostrâ signatas, Auctoritatem, Facultatem, & plenam Potestatem Tractandi, Faciendi, & Concludendi, pro Nobis & Nomine nostro, cum Spectabilibus Viris, Domino *Ladron de Ghevara* Milite Consiliario & Camerario ejusdem *Fratris nostri*, & Magistro *Jacobo Gondebault* suo in Ordinanciis & Guerris suis Secretario, Auctoritatem, Facultatem, & plenam Potestatem ab eodem Fratre nostro ad hoc habentibus, omnes Intelligentias, Confœderationes, & Alligantias, quæ videbuntur esse bonæ & utiles pro Commodo & Honore utriúsque Nostrûm Patriarúmque & Subditorum nostrorum,

Promittentes, in Verbo Regio, Ratum, Firmum, Acceptum, & Stabile habere omne & totum illud quod in hac parte per prædictos Consiliarios nostros Tractatum, Factum, & Conclusum fuerit, sicut si penes Personam nostram Factum, Tractatum, & Conclusum fuisset, quamvis in eis requiratur Mandatum magis speciale.

In

A. D. 1490. Hen. 7. In cujus Rei Testimonium Præsentibus Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. apud *Oking* octavo Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, & Regni nostri sexto.

Subscriptio autem talis est ut sequitur.

Per ipsum Regem & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.

BACHELER.

Quæ omnia & singula Nos Illustrissimi Principis *Romanorum Regis* Oratores præfati Potestate quâ supra Spondemus atque Promittimus eundémque Regem nostrum firmiter Obligamus quòd idem Princeps noster *Romanorum Rex* antedictus quatenus ipsum concernunt Ratificabit & Observabit, & in ac sub Nomine suo proprio, nnâ cum Manûs propriæ Subscriptione, & sui Magni Sigilli munitione, infra Tres Menses post Datam Præsentium proximò futuros innovabit. A. D. 1490. Hen. 7.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium Nos omnes & singuli *Romanorum & Anglorum Regum* Oratores antedicti hiis præsentibus Manibus propriis subscriptis Sigilla nostra apposuimus.

Datum apud *Oking* undecimo Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo.

LADRON.
GONDEBAULT.
THOMAS LOVELL.
HENRICUS AYNESWORTH.

Super Bello prætacto.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Ex Autogr. UNiversis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Nos, *Ladran de Ghevara* Miles Consiliarius & Camerarius, & Magister *Jacobus de Gondebault* Secretarius in Ordinanciis & Guerris, Sacratissimi Principis *Maximiliani*, Dei gratiâ, *Romanorum Regis* Commissarii, Procuratores, & Deputati, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Serenissimus Princeps *Franciæ Karolus Rex* nonnulla Opida insignia, Castra, Dominia, aliáque quamplurima Jura Potentissimorum Principum *Romanorum Anglorumque* & *Hispanorum Regum*, necnon Illustrissimi Principis *Philippi Archiducis Austriæ* & *Burgundiæ Ducis*, Serenissimæque Principis *Annæ Britanniæ Ducissæ*, atque cæterorum Vicinorum Christianæ Religionis Principum, contra omnem Juris Æquitatem, Viribus & Astutiâ iniquè usurpaverit ac usurpat impræsentiarúmque detinet, usque adeò quòd nec Pietati, nec Juri, nec Justitiæ, aut Religioni quovis pacto parcat aut parere velit,

Cúmque etiam certa Capitula Conventa, Conclusa, & Jurata in quibusdam *Dietis*, *apud Frankfordiam & Ulmam* separatim celebratis, inter Sacratissimum Principem *Romanorum Regem* & eundem *Carolum Regem* minimè observavit, imò, spreto suo Juramento, suáque ex Culpâ & Dolo, scienter & spontaniè, Violavit, sicque illi Tractatus & Conventa in eodem nullius sunt Vigoris & Effectûs atque pro nichilo penitùs habentur, A. D. 1490.

Nos, *Ladron* & Magister *Jacobus*, præfati Sacratissimi Principis nostri *Maximiliani Regis Romanorum* Oratores, Commissarii, Procuratores, & Deputati antedicti, vigore & auctoritate Commissionis Nobis ab ipso concessæ (cujus verò Commissionis Tenor inferius inseritur) cum, Spectabilibus & Præhonorandis Viris, *Thoma Lovel* Milite Thesaurario Cameræ Potentissimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, &c. & *Henrico Aynesworth* Legum Doctore in Officio Privati Sigilli ejusdem Regis Secundario, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Deputatis (quorum quidem Auctoritatis & Commissionis Tenor etiam subinseritur) Auctoritate, Vice, & Nominibus nostrorum Principum *Romanorum Anglorumque Regum* antedictorum, & *Philippi Archiducis Austriæ* & *Burgundiæ Ducis*, præhabitâ maturâ Deliberatione, unanimiter Tractavimus, Concordavimus, Convenimus, atq; Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus, Pacificimúrq;, & Concludimus, omnia & singula Capitula quæ sequuntur, modo & formâ subsequentibus, omnibus & singulis aliis Conventionibus, inter ipsos Reges antehac initis, in suo Robore permanentibus atque permansuris.

Tenor verò Capitulorum, inter Nos utriusque Principis antedicti Commissarios conclusorum, sequitur, & est talis,

INPRIMIS, Nos, dictorum Illustrissimorum Principum *Romanorum & Anglorum Regum* Oratores & Deputati antedicti, Nominibus eorum & pro eis, Auctoritate & Potestate Nobis ab eis ut præmittitur concessis, Concordamus, Convenimus, & Concludimus, ipsósque Principes nostros firmiter Obligamus quòd, immediatè post Tres Annos, post Datam Præsentium proximò futuros, vel aliquo tempore citiùs si utrique ipsorum Regum id Utile atque Conducibile videatur, uterque præfatorum *Romanorum Anglorumque Regum* contra dictum *Carolum Gallorum Principem*, & quemcunque ejus Successorem, Bellum publicè indicet, séque ipsius Hostem manifestè Declarabit, atque suâ cum Potentiâ quâ per Se poterit in Regno Franciæ Castra metari, suorum Inimicorum Injurias viribus inibi Propulsare, & sua Jura Manu forti (Deo juvante) Recuperare valeat, Bellum contra eundem *Carolum Regem* ejúsque Successores Invasivum suo proprio Ære realiter aget, ipsúmque Regnum Franciæ cum hujusmodi Potentia in Persona propria Intrabit, & quanto commodè poterit continuò progredietur; sicque præfatum *Carolum Principem* suorum communem Hostem, & ejus Successores per Terram & Mare Bellicis Armis, pro ejus viribus, Infestabit, nec *Alter eorum* ab hujusmodi Bello, sic incepto, sine expresso *Alterius* Consensu, infra Duos Annos, dictam eorum in Regnum Franciæ Invasionem proximò & immediatè sequentes, quovis Pacto desistet.

Et, si contingat (quod Deus avertat) quòd alter dictorum *Romanorum & Anglorum Regum* (omni dolo, colore, fictione, & fraude semotis) ex aliqua causa legittima & necessaria, ut putà Infirmitate, præpeditus fuerit, adeóque in dicto Termino sic statuto in Persona propria Regnum Franciæ cum sua Potentia ullo modo ut præmittitur ingredi nequeat, quòd tunc, si alter *ipsorum Regum* in eo Termino in Persona própria dictum Regnum prout supradictum est cum sua Potentia ingredi velit, *alius Rex* sic Impeditus Potentiam, qualem secum habuisset si Regnum Franciæ in Persona propria ut præfertur Ingressus fuisset, cum idoneo Capitaneo, in eodem Termino transmittere teneatur; sic quòd per utriúsque Regis Potentiam Bellum Invasivum in Regno Franciæ agatur, & continuetur simili modo ac si *uterque Princeps* in Persona propria dictum Bellum Invasivum prout supra inferitur egisset.

ITEM, Nos, dictorum Regum Oratores, Auctoritate Nobis ut præmittitur commissâ, Convenimus & Concludimus, ac nostros Principes præfatos firmiter Obligamus quòd, si dicti nostri Principes *Romanorum & Anglorum Reges*, ex quavis Causa dictum eorum Ingressum in Franciam, in fine Triennii ut præfertur statutum, prorogaverit, & alium Terminum seu alios Terminos pro hujusmodi eorum Ingressu in Franciam statuerint, quòd *uterque eorum Principum* tunc teneatur in illo Termino seu Terminis, per eos sic statuto aut statutis, Bellum Invasivum contra dictum *Gallorum Principem Carolum*, communem eorum Hostem, ac ejus Successores, agere, & in Persona propria cum sua Potentia Franciæ Regnum invadere, & ipsum Bellum continuare eodem modo, ac si in fine dicti Triennii uterque eorum dictum Regnum ut præmittitur invasisset, licet hujusmodi Termini aut Terminorum Prorogatio Litteris eorum missivis, absque magno illorum Sigillo, super hoc posthac habeatur.

ITEM, Nos, dictorum Regum Oratores antedicti, Auctoritate & Potestate quibus supra, Convenimus & Concludimus ac nostros Principes firmiter Obligamus quòd, postquam uterque ipsorum *Romanorum & Angliæ Regum* Regnum Franciæ sua cum Potentia Ingressus fuerit, atque Bellum in eodem Invasivum ut præfertur realiter egerit, neuter *ipsorum Regum* cum dicto *Carolo Rege* aut aliquo Successorum suorum Treugas, Amicitias, Confœderationes, aut aliquas alias Intelligentias inibit aut faciet, aut iniri seu fieri faciet aut acceptabit.

ITEM, Nos, Sacratissimi Principis *Romanorum Regis* Oratores antedicti, Potestate quâ supra, Spondemus atque Promittimus *eundemque Regem nostrum* firmiter Obligamus quòd omnia & singula Præmissa, inter Nos & Potentissimi Principis *Anglorum Regis* Oratores præfatos Concordata, Conventa, & Conclusa, idem Princeps noster *Romanorum Rex*, pro sua Parte & quatenus ipsum concernunt & attingunt, Approbabit,

A.D. 1490. Hen. 7. babit, Ratificabit, & in ac sub Nomine proprio, unà cum Manus propriæ Subscriptione & sui Magni Sigilli Munitione, infra Tres Menses post Datam Præsentium proximò futuros, Innovabit.

Tenor verò Commissionis, Nobis Sacratissimi Romanorum Regis Oratoribus concessæ, sequitur sub hac A.D. 1490. Hen. 7. *Verborum serie,*

Maximilian, par la Grace de Dieu, *Roy des Romains*, *&c. ut supra de Data Vicesimo Secundo Die Maii.*

Tenor verò Commissionis Anglorum Regis, Oratoribus commissæ, sequitur, & est talis,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, has præsentes Literas visuris, Salutem.

Sciatis quòd,

Pro singulari & summa Benivolentia, Amore, & Affectione, quam Nos habemus ad Excellentissimum & Potentissimum Principem Carissimum & Dilectissimum Fratrem nostrum *Maximilianum* Regem *Romanorum semper Augustum*, Archiducem *Austriæ*, Ducem *Burgundiæ*, *Lothriæ*, *Brabantiæ*, *Lembourgiæ*, *Luxembourgiæ*, & *Geldriæ*, Comitem *Flandriæ*, *Thirolis*, *Artesiæ*, *Burgundiæ*, Palatinum *de Aynau*, *Hollandiæ*, *Zellandiæ*, *Namurci*, *Zutphen*, & *de Malyns*, Marchionem *Sacri Imperii*, & Dominum *Frisiæ & de Salins*, scientes & benè assecurati quòd non minori Dilectione Nos prosequitur, sicut ipsemet amplissimè dixit declaravit & pro certo affirmavit per suos Oratores ad Nos transmissos, & sicuti ad Nos scripsit & diversis Vicibus nunciari fecit,

Nos Deliberavimus capere & habere cum *prædicto Fratre nostro* majores Intelligentias, & cùm opus sit ad easdem tractandas constituere aliquas Notabiles Personas Nobis securas & fideles,

Notum facimus quòd Nos,

Plenè confidentes de Industria, Fidelitate, Prudentia, & Doctrina, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Thomæ Lovell* Militis Thesaurarii Cameræ nostræ, & Magistri *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, Consiliariorum nostrorum,

Eisdem, pro hujusmodi Causis & aliis Nos moventibus, per bonum Avisamentum & Deliberationem, Dedimus & Damus per Præsentes, Manu nostrâ signatas, Auctoritatem, Facultatem, & plenam Potestatem Tractandi, Faciendi, & Concludendi, pro Nobis & Nomine nostro, cum Spectabilibus Viris, Domino *Ladron de Ghevara* Milite Consiliario & Camerario ejusdem *Fratris nostri*, & Magistro *Jacobo Gondebault* suo in Ordinanciis & Guerris suis Secretario, Auctoritatem, Facultatem, & plenam Potestatem ab eodem Fratre nostro ad hoc habentibus, omnes Intelligentias, Confœderationes, & Alligantias, quæ videbuntur esse bonæ & utiles pro Commodo & Honore utriúsque Nostrûm Patriarúmque & Subditorum nostrorum,

Promittentes, in Verbo Regio, Ratum, Firmum, Acceptum, & Stabile habere omne & totum illud quod in hac parte per prædictos Consiliarios nostros Tractatum, Factum, & Conclusum fuerit, sicut si penes Personam nostram Factum, Tractatum, & Conclusum fuisset, quamvis in eis requiratur Mandatum magis speciale.

In cujus Rei Testimonium Præsentibus Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. apud *Oking* octavo Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, & Regnî nostri sexto.

Subscriptio autem talis est ut sequitur.

Per ipsum Regem & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.

Bacheler.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium Nos omnes & singuli *Romanorum & Anglorum Regum* Oratores antedicti hiis præsentibus Manibus propriis subscriptis Sigilla nostra apposuimus.

Datum apud *Oking* duodecimo Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo.

Ladron.
Gondebault.
Thomas Lovell.
Henricus Aynesworth.

De

De præfato Rege in Ordinem Garterii Eligendo.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 22.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Sacratissimum Principem *Maximilianum Romanorum Regem* semper Augustum Consanguineum nostrum Carissimum in Confratrem Nobilis Ordinis Garterii, unà cum aliis ipsius Ordinis Militibus, elegerimus, ipsumque eum quodam Gartero insigniri decrevimus,

Cùm etiam quædam Intelligentiæ, Pactiones, Conventiones, Amicitiæ, Alligantiæ, & Confœderationes inter eundem Consanguineum & Confratrem nostrum & Nos, per suos nostrosque Commissarios, Procuratores, & Deputatos, superinde sufficienter & legittimè auctorizatos, novissimè sub certis modo & formâ captæ sint, factæ, initæ, & conclusæ,

Quas quidem Intelligentias, Pactiones, Conventiones, Amicitias, Alligantias, & Confœderationes pro Parte nostra firmiter teneri & inviolabiliter observari volentes, per Literas nostras Patentes, manuali Subscriptione ac Magno Sigillo nostris munitas, pro Nobis & in Nomine nostro, innovavimus,

Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Servientum nostrorum, *Caroli Somerset* Militis pro Corpore nostro, & *Garteri Heraldi* Regis Armorum, plenius confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Legatos, Deputatos, & Nuncios Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenam Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, tàm idem Garterium quàm Literas nostras prædictas eidem Consanguineo & Confratri nostro, pro Nobis & Nomine nostro, deliberandi, Consimilesque Literas Patentes ab eodem Consanguineo & Confratre nostro Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Cæteráque omnia & singula, quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, faciendi, excercendi, & expediendi, ita & eodem modo prout Nos ipsi faceremus & facere possemus si præsentes interessemus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Okyng* duodecimo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Super Conventionibus antedictis, de Articulis Modificandis.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Ex Autogr.

UNiversis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Nos, *Ladron de Ghevara* Miles, Consiliarius & Camerarius, & Magister *Jacobus de Gondebault* Secretarius in Ordinanciis & Guerris, Sacratissimi Principis *Maximiliani*, Dei gratiâ, *Romanorum Regis* Commissarii, Procuratores, & Deputati, Salutem.

Noveritis quòd Nos, Commissarii & Deputati antedicti, vigore & auctoritate Commissionis Nobis ab ipso Supremo Domino nostro concessæ (cujus Commissionis Tenor inferiùs inseritur) cum, Spectabilibus & Prænobilibus Viris, Domino *Thoma Lowell* Milite Thesaurario Cameræ Potentissimi Principis & Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ, &c.* & Magistro *Henrico Aynesworth* Legum Doctore in Officio Privati Sigilli ejusdem Potentissimi Domini Regis Secundario, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Deputatis (quorum quidem Auctoritatis & Commissionis Tenor etiam subinfertur) Auctoritate, Vice, & Nominibus nostrorum Principum *Romanorum Anglorumque Regum* antedictorum, prævabitâ maturâ Deliberatione, unanimiter Tractavimus, Concordavimus, Convenimus, & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus & Concludimus, Pacificimúrque omnia & singula Capitula quæ sequuntur, modo & formâ sequentibus, omnibus & singulis aliis Conventionibus, inter ipsos Reges antehac initis, nihilominus in suo Robore permanentibus atque permansuris.

A. D. 1490.

INPRIMIS quòd,

. Licet inter Nos jamdudum Auctoritate Commissionum nostrarum Communicatum, Conventum, & Conclusum sit *quòd, propter Invasionem alteri eorumdem*

A.D. 1490 Hen. 7. *dem* Romanorum aut Angliæ Regum, *aut* Philippo Archiduci Austriæ & Burgundiæ Duci, *seu* Ducissæ Britanniæ, *per* Gallorum Regem *factam*, utérque Romanorum & Anglorum Regum, *post* alterius **Regis** *Requisitionem*, *contra* Carolum Francorum Regem, *ejusve Successores*, *Bellum publice Indicere & realiter Prosequi, ac in propriis Personis & Expensis Regnum Franciæ Invadere teneatur, nec a Bello sic incepto quovis Pacto Alter sine Consensu Alterius Desistere possit*, ut in Litteris desuper confectis plenius continetur,

Nobis tamen *dictorum Romanorum & Anglorum Regum* Commissariis antedictis visum est, atque Auctoritate Commissionum nostrarum prædictarum per Præsentes Convenimus, Concordamus, & Concludimus, quòd post Duos Annos, dictam eorum in Regnum Franciæ Invasionem proximò & immediatè sequentes, Uterque eorum Regum a Bello sic incepto, absque Alterius expresso Consensu, liberè Desistere licebit, priore Conventione in aliquo non obstante.

ITEM,

Licet inter Nos Commissarios antedictos, in eisdem Literis, Auctoritate Commissionum nostrarum prædictarum, Conventum & Conclusum sit quòd, *si post Invasionem per* Gallorum Principem *Alteri* Regum Romanorum & Angliæ *prædictorum*, *seu* Philippo Archiduci Austriæ & Burgundiæ Duci, *aut* Ducissæ Britanniæ *factam*, alter Romanorum & Angliæ Regum *prædictorum* Alterum *requisierit*, *uterque* Romanorum & Angliæ Regum, *immediatè post Sex Menses a tempore hujus Requisitionis, Regnum Franciæ cum sua Potentia personaliter & Expensis suis Invadere teneatur*, ut in Litteris superinde confectis plenius continetur,

Nos tamen, Oratores antedicti, Auctoritate, Vice, & Nomine Supremorum nostrorum, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus, Concordamus, & Concludimus, quòd alteri Regum prædictorum, sic Requisito per *Alterum*, immediatè post unum Annum integrum, Regnum Franciæ personaliter cum sua Potentia a tempore Requisitionis sibi factæ Invadere sufficiat, priore Conventione de tempore Semestri non obstante.

ITEM, quòd,

Licet inter Nos, Oratores, Commissarios, & Deputatos antedictos, in eisdem Litteris, Auctoritate Commissionum nostrarum, Communicatum, Conventum, & Conclusum sit quòd; *si* alter Romanorum aut Anglorum Regum *propter Invasionem*, *Sibi seu* Philippo Archiduci Austriæ & Burgundiæ Duci *aut* Ducissæ Britanniæ *per* Gallorum Principem *factam*, *Regnum Franciæ personaliter Invadere decreverit*, *&* Alterum Regem *ad similem Invasionem requisierit*, *tum, si requirens immediatè post Sex Menses a tempore Requisitionis hujusmodi realiter Regnum Franciæ cum sua Potentia personaliter Ingressus fuerit*, alter Regum *prædictorum sic requisitus similiter in sua Persona cum simili Potentia pariter idem Regnum Franciæ Invadere & Ingredi teneatur*, ut in Litteris desuper confectis pleniùs continetur, A. D. 1490. Hen. 7.

Nos tamen, Oratores & Commissarii antedicti, Auctoritate Commissionum nostrarum ut supra, mutuò Convenimus, Communicavimus, & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus, Communicamus, & Concludimus, ac Principes nostros Obligamus & Astringimus quòd, si *Alter Regum Romanorum & Angliæ* supradictorum, dolo, fraude, & malo ingenio cessantibus, aliquo legittimo & necessario Impedimento, ut putà Infirmitate, detineatur, quo minus personaliter Regnum Franciæ Invadere aut Ingredi possit, & *Alter Regum prædictorum* nihilominus personaliter dictum Regnum Franciæ cum sua Potentia Invadere velit, *Alter Rex* tunc, sic ut præmittitur Impeditus, Exercitum ita sufficientem, ac si in Persona propria Franciam invasisset sub idoneo Capitaneo Gubernandum in Franciam infra supradictum tempus (ut præmittitur) Transmittere, & Bellum Incipere, ac realiter Expensis suis Prosequi teneatur, sic quòd per utriusque Regis Potentiam Bellum Invasivum in Regno Franciæ agatur & continuetur simili modo ac si uterque *Princeps* in Persona propria dictum Bellum Invasivum prout supra inferitur egisset.

ITEM, inter Nos Commissarios, Oratores, & Deputatos antedictos Conventum & Conclusum est quòd, immediatè postquam Illustrissimus *Princeps Philippus Archidux Austriæ & Burgundiæ Dux* ad Ætatem maturam & legittimam pervenerit, tunc Sacratissimus Princeps *Maximilianus Romanorum Rex* procurabit, sollicitabit, faciet, & pro viribus curabit quòd *dictus Philippus* omnia & singula, in his & supradictis Literis contenta, Observabit & Perimplebit, ac in Persona sua & pro se ac Nomine suo Innovabit, & se ad Observantiam omnium & singulorum Articulorum, in his & supradictis Literis Contentorum,

2 cum

A. D. 1490. Hen. 7.

cum supradictis *Romanorum & Angliæ Regibus* Alligabit & Confœderabit, ac, quemadmodum alii Duo Reges supradicti se ad Præmissa Obligârunt & Astrinxerunt, se sub suo Sigillo Magno Obligabit & Astringet.

ITEM, inter Nos, Commissarios, Oratores, & Deputatos antedictos, Auctoritate quâ supra, Conventum & Conclusum est quòd per præsentes Modificationes, Limitationes, Correctiones, Interpretationes, & Additiones prioribus Literis, de quibus supra fit mentio, in aliis nullatenus derogetur, sed in omnibus & per omnia stabunt in omni Robore suo & effectu, supradictis Modificationibus, Correctionibus, Limitationibus, Interpretationibus, & Additionibus duntaxat exceptis.

Tenor verò Commissionis Sacratissimi Romanorum Regis Nobis Oratoribus suis concessæ sequitur, & est talis.

Tenor verò Commissionis Anglorum Regis Oratoribus supradictis concessæ sequitur sub hac Verborum serie,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, has præsentes Literas visuris, Salutem.

Sciatis quòd,

Pro singulari &c.

Et ita Literæ erant subscriptæ,

Per ipsum Regem & de Data prædicta, Auctoritate Parliamenti.

BACHELER.

QUÆ OMNIA ET SINGULA SUPRADICTA Nos, Sacratissimi Principis *Romanorum Regis* Oratores antedicti, Potestate quâ supra Spondemus atque Promittimus eundémque Regem nostrum firmiter Obligamus quòd idem Princeps noster *Romanorum Rex* quatenus ipsum attingunt Ratificabit, Approbabit, & in ac sub Nomine suo proprio, unà cum Manûs propriæ Subscriptione, & sui Magni Sigilli munitione, infra Tres Menses post Datam Præsentium proximò futuros, innovabit.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium Nos omnes & singuli *Romanorum & Anglorum Regum* Oratores antedicti hiis præsentibus Manibus propriis subscriptis Sigilla nostra apposuimus.

Dat. apud *Oking* decimo tertio Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo.

LADRON.
GONDEBAULT.
THOMAS LOVELL.
HENRICUS AYNESWORTH.

Conventio de Bello contra Carolum Franciæ inducendo inter Regem & Regem Romanorum.

A. D. 1490. An. 6. H. 7.
Franc. 6. H. 7. m. 22.

REX universis & singulis, Præsentium seriem inspecturis, Salutem.

Cùm Serenissimus Princeps *Franciæ Karolus Rex* nonnulla Opida Insignia, Castra, Dominia, aliáque quamplurima Jura nostra, Potentissimorumque Principum *Romanorum* & *Hispanorum Regum*, necnon Illustrissimi Principis *Philippi Archiducis Austriæ* & *Burgundiæ Ducis*, Serenissimæque Principis *Annæ Britanniæ Ducissæ*, atque cæterorum Vicinorum Christianæ Religionis Principum, contra omnem Juris Æquitatem, Viribus & Astutiâ nuper usurpaverit ac usurpat impræsentiarúmque detinet, usque adeò quòd nec Pietati, nec Juri, nec Justitiæ, aut Religioni quovis pacto pareat aut parere velit, A. D. 1490.

Cúmque etiam certa Capitula Conventa, Conclusa, & Jurata in quibusdam *Dietis*, *apud Frankfordiam & Ulmam* separatim celebratis, inter Sacratissimum Principem *Romanorum Regem* antedictum & eundem *Carolum Regem* minimè observaverit, imò, spreto Juramento, sua ex Culpâ & Dolo, scienter & spontaniè, Violavit, sic quòd ille Tractatus & Conventa in eodem nullius sint Vigoris & Effectûs atque pro nichilo penitùs habentur,

A. D. 1490. Hen. 7.

Sciatis quòd Nos *Rex Angliæ* antedictus cum præfato Sacratissimo Principe ac Confratre nostro Præcarissimo *Maximiliano Romanorum* Rege *semper Augusto*, Archiduce *Austriæ*, Duce *Burgundiæ*, *Lothringiæ*, *Brabantiæ*, *Lembourghiæ*, *Luxembourgiæ*, *&* *Geldriæ*, Comite *Flandriæ*, *Thirolis*, *Artesiæ*, *Burgundiæ*, Palatino *de Hayuau*, *Holandiæ*, *Zelandiæ*, *Namurci*, *Zutphen.* *&* *de Malins*, Marchione *Sacri Imperii*, & Domino *Frisiæ* *&* *de Salins*, præhabitâ maturâ Deliberatione, Tractavimus, Concordavimus, Convenimus, & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus, Pacificimúrq;, & Concludimus, omnia & singula Capitula quæ sequuntur, modo & formâ subsequentibus, omnibus & singulis aliis Conventionibus, inter Nos antehac initis, in suo Robore permanentibus atque permansuris.

Inprimis, Concordatum, Conventum, & Conclusum est, *inter Nos Romanorum & Angliæ Reges* antedictos, quòd, immediatè post Tres Annos, post Datam Præsentium proximò futuros, vel aliquo tempore citiùs si utrique Nostrûm id Utile atque Conducibile videatur, uterque Nostrûm contra dictum *Carolum Principem*, & quemcúmque ejus Successorem, Bellum publicè indicet, sêque ipsius Hostem manifestè Declarabit, atque suâ cum Potentiâ, quâ per Se poterit in Regnum Franciæ Castra metari, suorum Inimicorum Injurias propriis viribus inibi Propulsare, & sua Jura Manu forti (Deo juvante) Recuperare valeat, Bellum contra eundem *Carolum Regem* ejúsque Successores Invasivum suo proprio Ære realiter aget, ipsúmque Regnum Franciæ cum hujusmodi Potentia in Persona propria intrabit, & quanto commodè poterit continuò progredietur; sicque præfatum *Carolum Principem* nostrum communem Hostem, & ejus Successores, per Terram & Mare, Bellicis Armis, pro suis viribus, Infestabit, nec *Alter nostrûm* ab hujusmodi Bello, sic incepto, sine expresso *Alterius* Consensu, infra Duos Annos, dictam nostram in Regnum Franciæ, ut præmittitur, Invasionem proximò & immediatè sequentes, quovis Pacto desistet.

Et, si contingat (quod Deus avertat) quòd alter Nostrûm *Romanorum & Angliæ Regum sæpedictorum*, omni dolo, colore, fictione, & fraude semotis, ex aliqua causa legittima & necessaria, ut puta Infirmitate, præpeditus fuerit, adeò quòd in dicto Termino sic statuto in Persona propria Regnum Franciæ cum sua Potentia ullo modo ut præmittitur ingredi nequeat, quòd tunc, si alter Nostrûm in eo Termino in Persona propria dictum Regnum Franciæ, prout supradictum est, cum sua Potentia ingredi velit, alius Nostrûm sic Impeditus Potentiam, qualem secum habuisset si Regnum Franciæ in Persona propria ut præfertur Ingressus fuisset, cum uno idoneo Capitaneo, in eodem Termino in præfatum Regnum Franciæ transmittere teneatur; sic quòd per utriúsque nostram Potentiam Bellum Invasivum in eodem Regno Franciæ agatur, & continnetur simili modo ac si *uterque nostrûm* in Persona propria dictum Bellum Invasivum prout supra inferitur egisset.

Item, Conclusum & Conventum est quòd, si Nos *Romanorum & Angliæ Reges* antedicti, ex quavis Causa dictum nostrum Ingressum in Franciam, in fine Triennii ut præfertur statutum, prorogaverimus, & alium Terminum seu alios Terminos pro hujusmodi nostro Ingressu in Franciam statuerimus, quòd *uterque nostrûm* tunc teneatur in illo Termino seu Terminis, per Nos sic statuto seu statutis, Bellum Invasivum contra dictum *Gallorum Principem Carolum*, communem nostrum Hostem, ac ejus Successores, agere, & in Persona propria cum sua Potentia Franciæ Regnum invadere, & ipsum Bellum continuare eodem modo, ac si in fine dicti Triennii uterque Nostrûm dictum Regnum, ut præmittitur, invasisset, licet hujusmodi Termini aut Terminorum Prorogatio Literis nostris missivis, absque nostro magno Sigillo superinde posthac habeatur.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, postquam uterque Nostrûm *Romanorum & Angliæ Regum* prædictorum Regnum Franciæ sua cum Potentia Ingressus fuerit, atque Bellum in eodem Invasivum, ut præfertur, realiter egerit, neuter Nostrûm cum dicto *Carolo Rege* aut aliquo Successorum suorum Treugas, Amicitias, Confœderationes, aut aliquas alias Intelligentias inibit aut faciet, aut iniri seu fieri faciet aut acceptabit.

Quæ omnia et singula Præmissa, quatenus Nos concernunt & attingunt, Nos *Henricus Angliæ Rex* antedictus Promittimus, & Nos firmiter Obligamus & Astringimus, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Tenere, Observare, & Perimplere.

In

A. D. 1490. Hen. 7. In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Data apud *Okyng*, xvi. Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, & Regni nostri Sexto. A. D. 1490. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

Superiorum Tractatuum cum Rege Romanorum Confirmatio.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 28.

REX omnibus & singulis, Præsentium seriem inspecturis, Salutem.

Cùm Bellum eo fœlicius & securiùs agatur quo plurimorum Principum Auctoritate, Consilio, Opere, & Auxilio conducatur, ac communis Hostis Virtus infirmior & debilior existat quo in plures Adversarios divisa fuerit,

Noveritis quòd Nos, *Angliæ Rex* antedictus cum Sacratissimo Principe ac Carissimo Confratre nostro *Maximiliano Romanorum* Rege *semper Augusto*, Archiduce *Austriæ*, Duce *Burgundiæ*, *Lothringiæ*, *Brabantiæ*, *Lembaurgiæ*, *Luxemburgiæ* & *Gheldriæ*, Comite *Flandriæ*, *Thirolis*, *Artesii*, *Burgundiæ*, Palatino *de Haynau*, *Haland. Zeland. Navarr. Zuytphen. & de Malines*, Marchione *Sacri Imperii*, & Domino *Frisæ* & *de Salins*, ad Libidinem Dominandi Illustrissimi Principis *Franciæ Caroli Regis* Reprimendam mutuò deliberantes, ex certis Causis & Considerationibus Nos specialiter ad hoc hincinde moventibus, præter & ultra cæteras quaslibet Pactiones, Conventiones, & Confœderationes inter Nos ac supradictum Potentissimum *Romanorum Regem* initas & contractas, & eisdem in Robore suo nichilominus permansuris, speciales quasdam Intelligentias, Pactiones, Conventiones, Amicitias, Alligantias, & Confœderationes, Appunctuavimus, Contraximus, Conclusimus, & Concordavimus, ac per Præsentes Appunctuamus, Contrahimus, Concludimus, & Concordamus Articulos, Promissiones, Pactiones, Conventiones, Alligantias, Amicitias, & Confœderationes quæ sequuntur,

INPRIMIS, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, inter Nos *Romanorum & Angliæ Reges* antedictos, nostros Hæredes & Successores, sit una vera, firma, & inviolabilis Pax & Amicitia, futuris temporibus perpetuò per Dei Gratiam perpetuò duratura;

Et quòd in eâ aliisque Conventionibus subsequentibus comprehendantur Sacratissimus Dominus *Romanorum Imperator semper Augustus*, Illustrissimi Principes *Castellæ & Legionis Rex & Regina*, eorúmque Primogenitus, Serenissimus *Rex Daciæ*, *Norweciæ*, *&c. Rex Portugaliæ*, *Electores & Principes Imperii*, atque *Britanniæ Ducissa*, si in eis comprehendi velint. A. D. 1490.

ITEM, cùm *Carolus Gallorum Princeps* suique Progenitores, nonnulla Opida insignia, Castra, Dominia, aliáque quamplurima Jura nostra, ac Illustrissimorum Principum, *Romanorum Hispanorumque Regum*, Illustrissimi *Philippi Archiducis Austriæ & Burgundiæ Ducis*, necnon Serenissimæ Principis *Annæ Britanniæ Ducissæ*, cæterorúmque Christianæ Religionis Principum, contra omnem Juris Æquitatem, Viribus & Astutiâ nequiter usurpaverit, atque injustè Detineat in præsenti,

Inter Nos *Romanorum & Angliæ Reges* antedictos Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, si dictus *Carolus Gallorum Princeps*, vel aliquis Hæredum aut Successorum suorum, aliquem nostrorum *Romanorum & Angliæ Regum*, *Philippum Austriæ Archiducem & Burgundiæ Ducem*, seu *Britanniæ Ducissam*, vel alicujus nostrûm, aut eorum Subditos per Terram aut Mare Invaserit, aut Guerram de facto Fecerit, aut fieri Mandaverit, aut aliquis Subditorum suorum sine ejus Mandato Guerram fecerit, & *Gallorum Princeps* requisitus superinde Justitiam denegaverit aut facere neglexerit, & aliquis *nostrûm Angliæ aut Romanorum Regum* prædictorum, sic per *Gallorum Principem*, aut ejus Subditos Invasus, propter Invasionem sibi aut suis factam, aut alter nostrûm Regum prædictorum, propter Invasionem *Duci* aut *Ducissæ prædictis* factam, aut Justitiam, superinde requisitam, & ab ipso *Gallorum Principe* denegatam neglectámve, contra eundem *Gallorum Principem* se Hostem manifestè Declaraverit, Bellum contra eundem indicendo realitérque agendo,

Tunc si aliquis nostrûm Regum prædictorum sic Invasus alterum Nostrûm non Invasum, aut alter Nostrûm propter Invasionem *Ducis* aut *Ducissæ* prædictorum, alterum Nostrûm ad hujusmodi Bellum requisierit, statim post ip-

a

sam

A. D. 1490. *Hen. 7.*

ſam Requiſitionem, ipſe Noſtrûm, ſic per alterum Requiſitus, ſe *ipſius Gallorum Principis* Hoſtem fore Declarabit ac Manifeſtabit, ac Bellum contra eundem *Gallorum Principem* ſecluſâ Morâ, indicet, Guerram per Terram & Mare contra eundem realiter & ſuis Expenſis agendo & proſequendo.

Item, Concordatum, Conventum, & Concluſum eſt quòd, immediatè poſt Sex Menſes, poſt Requiſitionem, ut prædicitur, per *alterum* Noſtrûm *Romanorum & Angliæ Regum* Invaſum *alteri* Noſtrûm non Invaſo factam, vel citius, ſi Nobis Duobus id utile & conducibile viſum fuerit, utérque *Romanorum & Angliæ Regum* prædictorum Regnum Franciæ cum tali Armatorum Potentiâ, quâ poſſet Campum tenere, ſéq; & ſuos contra ipſum *Carolum Regem* communem noſtrum Adverſarium Tueri & Defendere, ac veriſimiliter ſua Jura ab eo recuperare, in propria Perſona, dictum Regnum Franciæ ingredietur & ſuis Expenſis dictum *Principem Carolum* Noſtrum Hoſtem communem Invadet & realiter Proſequetur.

Item, Concordatum, Conventum, & Concluſum eſt quòd, ſi propter Invaſionem, *Duciſſæ Britanniæ* ut præfertur factam, alter Noſtrûm *Romanorum & Angliæ Regum* prædictorum alterum requiſierit, utérque Noſtrûm, immediatè poſt Sex Menſes a tempore Requiſitionis hujuſmodi proximò futuros, vel citius ſi utrique noſtrûm id Utile viſum fuerit, Regnum Franciæ, cum ſua Potentia, ut ſupra, perſonaliter ingredi, *dictúmque Principem Carolum* noſtrum Hoſtem Invadere Infeſtaréque, ut præfertur, teneatur; dummodò *Duciſſa Britanniæ*, per dictum *Francorum Principem* Invaſa, omnem & omnimodam Guerram, tàm per Terram quám per Mare, contra eundem *Gallorum Regem* & ſuos pro viribus fecerit & realiter Proſequatur.

Item, Inter Nos *Reges* antedictos Conventum, & Concluſum eſt quòd, poſtquam utérque Noſtrûm Regum prædictorum ſic, ut præmittitur, Regnum Franciæ cum ſua Potentia perſonaliter ingreſſus fuerit, Bellúmque invaſivum, ut prædicitur, inibi fecerit, neuter Noſtrûm ſine alterius Notitia & Conſenſu a Bello incepto deſiſtet. A. D. 1490. *Hen. 7.*

Item, Concordatum, Conventum, & Concluſum eſt, inter Nos *Reges* antedictos, quòd, ſi poſt Invaſionem, in Regnum Franciæ per utrúmque Noſtrûm Regum ſæpedictorum factam, aliquis Noſtrûm aliqua Caſtra, Villas, Muniones, Fortalitia, vel Opida, ad alterum noſtrûm duorum Regum de Jure ſpectantia, evincat aut quoquo modo adquiſierit, ille Noſtrûm, ſic Adquirens, per alterum Noſtrûm ad quem ea de Jure ſpectare noſcuntur Requiſitus, magnâ ſine difficultate & dilatione *Eidem requirenti* Reddere, Tradere, & Deliberare debebit.

Item, Concordatum & Concluſum eſt, inter Nos *Reges* ſupradictos, quòd Neuter noſtrûm Treugas, Amicitias, Confœderationes, aut aliquas alias Intelligentias, abſque Aſſenſu & Conſenſu Noſtrûm alterius, cum *Carolo Gallorum Principe*, aut aliquo Succeſſorum ſuorum, poſt Invaſionem per Nos, ut præfertur, in Regnum Franciæ inchoatam, inibit aut faciet, ſeu iniri aut fieri faciet aut acceptabit.

Quæ omnia et singula Præmissa, quatenus Nos concernunt & attingunt, Nos *Henricus Angliæ Rex antedictus* Promittimus firmiterque Obligamus & Aſtringimus, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Tenere, Obſervare, & Perimplere.

In quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Fidem & Teſtimonium hiis Præſentibus, Manu propriâ ſubſcriptis, Magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Dat. apud *Okyng* decimo ſexto Die Septembris, Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Nonageſimo, & Regni noſtri Sexto.

Confirmatio Modificationum.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. *Ibid.*

Rex omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, cum Sacratiſſimo Principe & Cariſſimo Confratre noſtro *Maximiliano Romanorum* Rege ſemper Auguſto, Archiduce *Auſtriæ*, Duce *Burgundiæ*, *Lothringiæ*, *Brabantiæ*, *Lemburgiæ*, *Luxembourgiæ*, & *Gheldriæ*, Comite *Flandriæ*, *Tirolis*, *Arteſiæ*, *Burgundiæ*, Palatino *de Aynau*, *Holandiæ*, *Zelandiæ*, *Namur*. *Zuytphen*. & *de Malyns*, Marchione *Sacri Imperii*, & Domino *Friſiæ* & *de Salinis*, Convenimus & Concluſimus, ac per Præſentes Convenimus Paciſcimúrque, omnia & ſingula Capitula, quæ ſequuntur, modo & formâ ſubſequentibus, omnibus aliis & ſingulis Conventionibus, inter Ipſum & Nos A. D. 1490.

A.D. 1490. Hen. 7. & Nos antehac initis, nichilominus in suo Robore permanentibus atque permansuris.

Inprimis quòd,

Licet inter Nos jamdudum Communicatum, Conventum, & Conclusum sit *quòd, propter Invasionem alteri Nostrûm, aut* Philippo Archiduci Austriæ & Burgundiæ Duci, *seu* Ducissæ Britanniæ, *per* Gallorum Regem *factam*, utérque Nostrûm, *post* alterius *Requisitionem, contra* Carolum Francorum Regem, *ejusve Successores, Bellum publicè Indicere & realiter Prosequi, ac in propriis Personis & nostris Expensis Regnum Franciæ Invadere teneatur, nec a Bello sic incepto quovis Pacto Alter nostrûm sine Alterius Consensu Desistere possit*, ut in Literis desuper confectis plenius continetur,

Nobis tamen *Romanorum & Angliæ Regibus* antedictis visum est, atque per Præsentes Convenimus, Concordamus, & Concludimus, quòd post Duos Annos, dictam nostram in Regnum Franciæ Invasionem proximò & immediatè sequentes, Uterque Nostrûm Romanorum & Angliæ Regum a Bello sic per Nos incepto, absque Alterius expresso Consensu, liberè Desistere licebit, priore Conventione in aliquo non obstante.

Item,

Licet inter Nos *Reges* antedictos, in Literis superioribus Conventum & Conclusum sit quod, *si, post Invasionem, per* Gallorum Principem *Alteri nostrûm* Romanorum & Angliæ Regum *prædictorum, seu* Philippo Archiduci Austriæ *&* Burgundiæ Duci, *aut* Ducissæ Britanniæ *factam, Alter nostrûm* Regum *prædictorum* Alterum *requisierit, uterque nostrûm* Romanorum & Angliæ Regum *prædictorum, immediatè post Sex Menses a tempore hujusmodi Requisitionis, Regnum Franciæ cum sua Potentia personaliter Expensis suis Invadere teneatur*, ut in ipsis Literis superinde confectis plenius continetur,

Nos tamen *Reges* antedicti Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus, Concordamus, & Concludimus, quòd alteri Nostrûm, sic, ut præmittitur, per *Alterum* Requisito, immediatè post unum Annum integrum, Regnum Franciæ personaliter cum sua Potentia a tempore Requisitionis sibi factæ Invadere sufficiat; priori Conventione de tempore Semestri non obstante.

Item, quòd,

Licet inter Nos *Reges* antedictos, in eisdem Literis Communicatum, Conventum, & Conclusum sit quòd, *si* alter *nostrûm propter Invasionem, Sibi seu* Philippo Archiduci Austriæ & Burgundiæ Duci, *aut Serenissimæ Principi* Annæ Ducissæ Britanniæ *per* Gallorum Principem *factam, Regnum Franciæ personaliter Invadere decreverit, &* Alterum Regem *ad similem Invasionem requisierit, tunc, si sic requirens immediatè post Sex Menses a tempore Requisitionis hujusmodi realiter in Regnum Franciæ cum sua Potentia personaliter Ingredi velit, Alter nostrûm, sic requisitus, similiter in sua Persona cum simili Potentia, pariter idem Regnum Franciæ, immediatè post hujusmodi Sex Menses, Invadere & Ingredi teneatur*, ut in Literis desuper confectis plenius continetur,

Nos tamen *Reges* antedicti Convenimus & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus & Concludimus, quòd, si *Alter nostrûm Romanorum & Angliæ Regum* prædictorum, dolo, fraude, & malo ingenio cessantibus, aliquo legitimo & necessario Impedimento, ut putà Infirmitate, detineatur, quo minus personaliter Regnum Franciæ, cum sua Potentia, in ipso tempore, Ingredi possit, & Alter nostrûm nihilominus personaliter dictum Regnum Franciæ, cum sua Potentia, in ipso tempore, ingredi & Invadere velit, Alter nostrûm, tunc sic, ut præmittitur, Impeditus, Exercitum suum ita sufficientem, ac si in propria Persona Franciam invasisset, sub idoneo Capitaneo, in Franciam, in eodem tempore, ut præmittitur, Transmittere, & Bellum Incipere, & realiter Expensis suis Prosequi teneatur, sic quòd per utriusque nostram Potentiam Bellum Invasivum in Regno Franciæ agatur & continuetur simili modo ac si uterque Nostrûm in propria Persona dictum Bellum Invasivum prout supra egisset.

Item, inter Nos *Romanorum & Angliæ Reges* antedictos, Conventum & Conclusum est quòd, immediatè postquam Illustrissimus *Princeps Philippus Archidux Austriæ & Burgundiæ Dux* ad Ætatem maturam & legittimam pervenerit, tunc Sacratissimus Princeps *Maximilianus Romanorum Rex* antedictus procurabit, solicitabit, faciet, & pro viribus suis curabit quòd *dictus Philippus* omnia & singula, in hiis & supradictis Literis contenta, Observabit & Perimplebit, ac in Persona sua & pro se ac Nomine suo Innovabit, & se ad Observantiam omnium & singulorum Articulorum, in hiis & supradictis Literis Contentorum, cum Nobis *Romanorum & Angliæ Regibus antedictis* Obligabit & Confœderabit, ac, quemadmodum Nos ipsos ad

A. D. 1490. Hen. 7. Præmissa Obligamus & Astringimus, seu sub Magno Sigillo suo Obligabit & Astringet.

ITEM, inter Nos *Reges Romanorum & Angliæ* supranominatos, Conventum & Conclusum est quòd, per præsentes Modificationes, Correctiones, Limitationes, Interpretationes, & Additiones, prioribus Literis, de quibus supra fit mentio, in aliis nullatenus derogetur, sed in omnibus & per omnia stabunt in omni Robore suo & Effectu; supradictis Modificationibus, Correctionibus, Limitationibus, Interpretationibus, & Additionibus dumtaxat Exceptis.

QUÆ OMNIA ET SINGULA PRÆMISSA, quatenus nos concernunt & attingunt, Nos *Henricus Angliæ Rex antedictus* Promittimus & firmiter Obligamus & Astringimus, bonâ Fidè & in Verbo Regio, Nos Tenere, Observare, & Perimplere. A. D. 1490. Hen. 7.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. apud *Okyng* decimo sexto Die Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, & Regni nostri Sexto.

Per ipsum Regem.

Super antedictis Conventionibus de Proclamatione facienda.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Pat. 6. H. 7. m. 9. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Præcipimus vobis, firmiter injungentes, quòd statim, post Receptionem Præsentium, in singulis Locis, infra Civitatem prædictam & Suburbia ejusdem, ubi magis expediens videritis, ex parte nostra, publicas Proclamationes fieri faciatis in hæc verba,

FORASMOCH *as, bytwixt the King oure Soverayn Lord* King of England and of Fraunce, and Lord of Irland, *and the most High and Myghty Princes the* King of Romayns, *and the* King and Quene of Spayne, *ther is a very fermo and perfite Amyte, Confederacion, and Intelligence, for Theym their Heires and Successours, perpetuelly to endure, Accorded, Covenanted, and Concluded,*

In the which Confederacion, amongest other thinges, it is comprised that, If *Charles the Frensshe King* Invade or doo to be Invaded Theym, or eny of Theym, or eny of their Subgettes, or the *Duchesse of Britayn* their Alye, by See or by Land, then everych of the said *Thre Kinges of Romayns, England,* and *Spayn* shall Declare hymself Enemye unto the said *Frensh King*, and make actuelly Werre ayeinst hym by See and by Land, to the best of bis Power, as sone as he therunto shal be required by eny of Theym, for Invasion doon so unto Hym or to the said *Duchesse of Bretayn*,

Alweys forsayn that He of Theym, that is so Invaded, or for the Invadyng of the said *Duchesse of Britayn*, will, incontinent apon his said request, make like Werre on his behalf,

As in the said Letters, therupon ingroced and made, more playnly it doth appere, A. D. 1490.

Wherefor our said Soveraigne Lord *Chargeth and Commaundeth all his Subgettis to entrete, take, and accepte the Subgettes of the said* King of Romayns, *and of the* King and Quene of Spayne *as comprised in this Amyte and Confederacion, nothyng attemptyng or doyng, nor yet sofferyng as ferre as in theym shal be to be doon, to Theym or eny of Theym that in eny wise shuld be contrarie to their Premisses or eny Parte therof, upon Peyn of fallyng in to the grete Displesour of oure said Soveraigne Lord, his Body to be committed to Prison, and ferther to be Punysshed accordyng to his Demeritis.*

Et hoc, sub Periculo incumbenti, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Oking* decimo septimo Die Septembris.

Consimilia Brevia diriguntur Personis & Vicecomitibus in Civitatibus, Villis, & Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Vicecomitibus Civitatis Norwici.
Vicecom. Civitatis Cantuar.
Vicecomitibus Civitatis Lincoln.
Vicecomitibus Civitatis Eborum.
Vicecom. Villæ Novi Castri super Tynam.
Vicecom. Villæ Bristoll.
Vicecom. Villæ de Kingeston super Hull.
Vicecom. Villæ Suthampton.
Majori Villæ Cales.

Vice-

A. D. 1490. Hen. 7.

Vicecom. Kanc.
Vicecom. Essex. & Hertf.
Vicecom. Surr. & Suffex.
Vicecom. Somers. & Dors.
Vicecom. Suthampt.
Vicecom. Devon.
Vicecom. Wiltes.
Vicecom. Norff. & Suff.
Vicecom. Lincoln.
Vicecom. Cornub.
Vicecom. Eborum.
Vicecom. Northumbr.
Philippo Lewes *Locumtenenti Castri Dovorriæ ac Quinque Portuum Regis.*

A. D. 1490. Hen. 7.

Super Conventionibus cum Rege & Regina Hispaniarum Declarationes.

A. D. 1489. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 17.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm inter Altissimos & Potentissimos Principes *Fernandum Regem & Helesabetham Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & Illustrissimum Principem *Johannem eorum Primogenitum & Hæredem* Confœderatos & Consanguineos nostros Carissimos eorúmque Hæredes & Successores ex eorum Corporibus legitimè procreatos ex una, & *Nos* Illustrissimúmque Principem *Arthurum nostrum Primogenitum & Hæredem* nostrósque Hæredes & Successores ex Corporibus nostris legitimè procreatos ex altera Partibus, nonnulla Pacta, Conventiones, Intelligentiæ, & Fœdera, hiis actis Diebus, per nostros eorúmque Oratores, Procuratores, & Nuncios, sufficientem & plenam Auctoritatem in hac parte habentes, fuerint concordata, percussa, conventa, & conclusa,

Inter quæ erat Concordatum, Conventum, & Conclusum quòd, *Neuter dictorum Regum a Bello, per ipsos seu eorum aliquem contra* Carolum Gallorum Principem *ejusve Successorem Indicto & Incepto, sine alterius eorum Consensu desistere valeat, sed uterque eorum contra* eundem Carolum *ejusque Successorem Bellum realiter agere debeat, nisi quòd ipse* Gallorum Princeps *præfatis* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principibus *eorum Hæredibus Successoribusve suis Comitatus Rocillionis & Saritaniæ de sua Voluntate Restituat, quo Casu ab hujusmodi Bello ipsi* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes *sine* Regis Angliæ *Consensu liberè desistere valeant, aut si dicto* Regi Angliæ *Heredibus Successoribusve suis Ducatûs Normanniæ & Acquitanniæ restituerit, quo etiam Casu & ipse* Rex Angliæ *ab ipso Bello sine dictorum* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principum *Consensu desistere valeat*, ut in Literis superinde confectis, quarum Data est Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octagesimo nono, pleniùs liquet,

A. D. 1490

Cúmq; veros inter Amicos Animorum foret idemptitas, Votorúmque parilitas, & in rebus eorum gerendis æqualitas, inter præfatos Illustrissimos *Principes Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* atque *Angliæ Reges* Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, postquam Bellum per eos vel eorum alterum contra *dictum Gallorum Principem* est Indictum & Inceptum, & quòd Ipsi vel eorum alter contra Ipsum in Guerra realiter existat, alius eorum consimile Bellum & Guerram pro Viribus agere teneatur, & quòd neuter eorum sine alterius expresso Consensu ab hujusmodi Bello & Guerra desistet, nec aliquas Treugas, Conventiones, aut Intelligentias cum eodem *Gallorum Principe* sine alterius Consensu componat aut faciet, quibuscúmq; Conventionibus, in antedictis Literis contentis, non obstantibus,

Cúmque etiam in dictis Literis, de Datâ Vicesimæ septimæ Diei Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octoagesimo nono, *de Serenissimæ Principis* Katerinæ Filiæ Quartæ *Excellentissimorum Principum* Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, *&c. in Angliam Traductione, Matrimonii celebrandi causâ cum dicto Illustrissimo Principe* Arthuro Regis Angliæ Primogenito, *nullus certus Terminus præcisè est specificatus & statutus, neque quo certo tempore prima Medietas Dotis seu Donationis propter Nuptias per ipsas* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes ipsi Regi Angliæ *numerabitur & dabitur, & an quarta Pars ejusdem Dotis in Pecunia numerato aut in Jocalibus, Vestibus, Ornamentis, aut Supellectilibus Domini Custodis Privati Sigilli Angliæ relationi & certificatorio referatur & stetur*, prout in eisdem Literis pleniùs continetur,

Inter dictos Potentissimos Principes *Regem Angliæ ac Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Con-

A. D. 1490. Hen. 7.

Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, quamprimùm ipse Illustrissimus Princeps *Arthurus Angliæ Regis Primogenitus* fuerit completè quatuordecim Annorum, & præfata Serenissima Princeps *Katerina* ipsorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Filia Quarta* fuerit completè Duodecim Annorum, ipsa Princeps *Domina Katerina*, Expensis suorum Parentum in Angliam (videlicet) in Portu Londoniæ, Bristolliæ, Suthamptoniæ, aut alibi infra idem Regnum ubi commodiùs applicare poterit Traducere,

Et quòd dicti Serenissimi Principes *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredes & Successores, infra Quatuor Dies ante vel post Solemnizationem Matrimonii inter præfatos *Arthurum* & *Katerinam* Principes celebrati celebrandive, *Centum Milia Scutorum (unoquoque eorum Quatuor Solidos & Duos Denarios Sterlingorum Monetæ Angliæ valente)* realiter Solvent Solvíve facient, & *Quinquaginta Milia hujusmodi Scutorum* infra unum & primum Annum dictam Solemnizationem proximò sequentem Persolvent, & alia *Quinquaginta Milia Scutorum* infra secundum Annum ipsam Solemnizationem proximò sequentem, *præfato Angliæ Regi* ejúsve Deputato seu Deputatis Solvant aut Solvi facient in Pecunia Numerata, aut Vasis seu Jocalibus aureis & argenteis, sic quòd una quævis eorum Uncia recipiatur secundùm ejus verum Valorem prout in Anglia tempore Solutionis ejusdem hujusmodi Uncia valebit & æstimationem habuerit,

Quam quidem Solutionem dictorum *Ducentorum Milium Scutorum* Nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias, *Regi Angliæ*, ut præmittitur, fiendam, ipsi *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Promittunt facere & fideliter perimplere, & ad inviolabilem ejusdem Solutionis observantiam Se, suos Hæredes, Successores, Subditos, & eorum Bona firmiter Obligant & Astringunt, sub eisdem modis, & formis, & temporibus, prout in hiis Literis est superius signanter specificatum & contentum, & sub eisdem Securitatibus, Cautionibus, & Promissis quas pro hujusmodi Dotis Solutione in dictis Literis, quarum Data est de dictâ Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octoagesimo nono, promiserunt, fecerunt, & se obligârunt,

Et, ad securiorem & firmiorem dictorum *Ducentorum Milium Scutorum* Solutionem, Nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias, *Regi Angliæ*, ut in hiis Literis continetur, fiendam & observandam, & tertiam Partem Dominiorum, Castrorum, Villarum, & Opidorum Principatûs Walliæ, Ducatûs Cornubiæ, & Comitatûs Cestriæ præfatæ Serenissimæ Principi *Katerinæ* Nomine ejus Dotis modis, formis, & temporibus assignandam, dandam, & deliberandam, sicuti in ipsis Literis dictæ Vicesimæ septimæ Diei Mensis Martii pleniùs continetur,

Inter Excellentissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ &c.* & *Regem Angliæ* est Conventum, Concordatum, & Conclusum, quòd prædictæ Promissiones, Securitates, & Cautiones, quæ in præfatis Literis, quarum Data est ut supradicitur Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octoagesimo nono, pleniùs continetur, in omni suo Robore, Vigore, & Effectu permaneant, ac si in præsentibus Literis specialiter repetitæ fuissent, quibuscúmq; Conventionibus, contentis in præfatis Literis, inter eos, ut præfertur, confectis, aut aliquibus aliis, non obstantibus.

Item, inter *dictos Angliæ, & Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes* Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, per præsentes Modificationes, Declarationes, Interpretationes, Limitationes, & Additiones, nullo pacto aut aliquatenus derogetur prioribus Literis de Datâ vicesimæ septimæ Diei Mensis Martii antedicti, de quibus supra fit mentio, neque aliquibus Articulis aut Capitulis inclusis in eisdem, præterquam in omnibus & singulis in hiis Literis specificatis & inclusis, sed in omnibus aliis & per omnia ipsæ Literæ præfatæ stabunt in suo Robore & Effectu, hiis Literis non obstantibus.

Quæ omnia et singula Præmissa, quatenus Nos concernunt & atringunt, Nos *Henricus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ antedictus* Promittimus & Nos, bonâ Fide & in Verbo Regio, & tactis per Nos superinde Sacrosanctis Dei Evangeliis, firmiter Obligamus & Astringimus Nos tenere, observare, & perimplere.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu propiâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. apud *Okyng* Vicesimâ Die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, & Regni nostri Sexto.

Conven-

Conventionum & Modificationum cum prædictis Rege & Regina, Ratificatio.

A.D. 1489. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 21.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm inter Altissimos & Potentissimos Principes *Fernandum Regem & Helesabetham Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & Illustrissimum Principem *Johannem eorum Primogenitum & Hæredem*, Confœderatos & Consanguineos nostros Carissimos, eorúmque Hæredes & Successores ex Corporibus eorum legitimè procreatos ex una, & *Nos* & Illustrissimum Principem *Filium nostrum Primogenitum* nostrósque Hæredes & Successores ex Corporibus nostris legitimè procreatos ex altera Partibus, nonnulla Pacta, Conventiones, Intelligentiæ, & Fœdera, hiis actis Diebus, fuerint Concordata, Conventa, Percussa, & Conclusa,

Inter quæ certa sunt Capitula, Bellum, per dictum Consanguineum nostrum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Regem* & Nos, contra *Gallorum Principem Carolum* Se Regem Franciæ nominantem ejúsque Hæredes & Successores Indicendum realiter agendum & continuandum, tangentia, aliáque sunt Capitula Matrimonium, inter dictum Dilectissimum Principem Primogenitum nostrum *Arthurum* Principem *Walliæ*, Ducem *Cornubiæ*, & Comitem *Cestriæ*, atque Serenissimam Principem Dominam *Katerinam* dictorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Filiam Quartam*, Dei gratiâ, ritè celebrandum & in facie Ecclesiæ legitimè solemnizandum, atque Dotem & Donationes propter Nuptias proinde statuendam, præstandam, & persolvendam concernentia, prout in Literis, superinde confectis, quarum Data est Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octoagesimo nono, plenius continetur,

Cúmque tamen in dictis Capitulis nullus certus Terminus aut Modus specificatus est (videlicet) quo Tempore & quo Modo hujusmodi Bellum per *Nos* & dictum Consanguineum nostrum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Regem* contra dictum *Gallorum Principem* Indici, Agi, & Continuari debeat, nec quando illa Princeps in Anglia habet Traduci, nec etiam quo Tempore Prima Pars Dotis, quam pro ea dicti *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes* daturi sunt, persolvi debeat, & aut in Pecunia Numerata aut in Jocalibus seu Supellectilibus Quarta Pars ejusdem Dotis persolvi teneatur, nullus Terminus aut Modus signanter præfigitur nec statuitur, sicuti in ipsis dictis Literis plenissimè liquet, A.D. 1490.

Igitur, inter dictos Illustrissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Consanguineos nostros Carissimos & *Nos* Concordatum, Conventum, & Conclusum est modo & formâ, prout in sequentibus Articulis & Capitulis plenius continetur,

INPRIMIS, inter Potentissimos ac Illustrissimos Principes *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* atque *Angliæ Reges* antedictos pro Eis eorum Hæredibus & Successoribus antedictis Tractatum, Concordatum, Conventum, & Conclusum existit quòd, quamquam in dictis Literis, inter eos ut præmittitur confectis, Concordatum, Conventum, & Conclusum fuerit quòd *Neuter eorum aut Filiorum & Hæredum suorum faciet Pacem, Amicitiam, Treugas, nec Confœderationem cum* præfato Carolo Francorum Principe, *nec cum ejus Hæredibus, & Successoribus sine expresso alterius Consensu, &, quandocumque aliquis eorum Hæredumve suorum prædictorum contra ipsum* Francorum Principem *Bellum aut Guerram fecerit, alius eorum Pacem aut Treugas cum ipso* Gallorum Principe *facere seu habere nequeat sed Guerram & Bellum contra eum agere & movere teneatur, ita tamen quòd utrique eorum per unum integrum Annum, post Decimum septimum Diem Mensis Januarii, Datam ipsarum Literarum immediatè sequentem, sine alterius Consensu Treugas componere liceat, in quibus Treugis alterum comprehendere teneatur, quódque a dictâ Guerrâ, sic per eos contra dictum* Gallorum Principem *Indictâ & Inceptâ, neuter eorum sine alterius Consensu desistere valeat, nisi prius ipse* Gallorum Princeps *præfatis* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principibus, *Comitatus Rosilionis & Saritaniæ de sua Voluntate restituat, quo Casu ab hujusmodi Bello ipsi* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes *sine* Regis Angliæ

 Consensu

A. D. 1490. Hen. 7. *Consensu liberè desistere valeant, aut si dicto* Regi Angliæ *Heredibus & Successoribus suis Ducatus Normanniæ & Acquitaniæ restituerit, quo etiam Casu & ipse* Rex Angliæ *ab ipso Bello sine dictorum* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principum *Consensu Desistere valeat*, ut in ipsis præfatis Literis pleniùs liquet,

Tamen, quia in hujusmodi ipsis Literis & Capitulis, Bellum contra ipsum *Gallorum Principem* gerendum, ut præmittitur, concernentibus, nulla certa fit mentio quale Bellum, quantáque cum Potentia, quibúsve in Locis utérque dictorum *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c. Angliæque Reges* contra eundem *Gallorum Principem* ageret, & quo Tempore incipiet,

Cúmque etiam certa Fœdera, Conventiones, & Intelligentiæ, Modum, Formam, & Tempora hujusmodi Belli incipiendi & continuandi pleniùs specificantia, inter Sacrarissimum *Romanorum* & Illustrissimum *Angliæ Reges*, contra eundem *Gallorum Principem* novissimè & citra dictam Datam Literarum percussa couventa & inita fuerint,

Et quòd quàm utile & oportunum fuerit quòd ipsi Tres *Romanorum*, *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c. Angliæque Reges* contra ipsum *Gallorum Principem* conjungantur, uniantur, & confœderentur, ac inter eos qualia Fœdera percutiantur, similisque Bellandi Modus contra præfatum *Gallorum Principem* habeatur, quo unusquisque eorum maturiùs & celeriùs sua Jura Recuperare, ipsúmque *Gallorum Principem* magis Infestare valeat,

Inter eosdem *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c. Principes*, & *Angliæ Regem* Concordatum, Conventum, & Conclusum est, quantum ad ipsum Gallicanum Bellum attinet, prout in effectu inter præfatos *Romanorum & Angliæ Reges*, ut præfertur, nuperimè est Concordatum & Conventum (videlicet) quòd, si dictus *Carolus Gallorum Princeps* alterum dictorum *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* & *Angliæ Regum*, aut eorum Hæredes & Successores, eorúmve Subditos per Terram seu per Mare invaserit, aut Guerram de facto fecerit aut fieri mandaverit, aut aliquis Subditorum dicti *Principis Gallorum* absque ejus Mandato Guerram fecerit, & *Gallorum Princeps* pro ipsa Injuria, sic per ejus Subditos absque ejus Mandato illata, requisitus, Justitiam denegaverit aut facere neglexerit, & alter dictorum *Angliæ*, *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c. Regum*, propter hujusmodi Invasionem sibi aut *Ducissæ Britanniæ* factam contra eundem *Gallorum Principem* Se Hostem manifestè Declaraverit, Bellum contra eundem Indicendo & realiter Agendo, & alterum Regum non Invasivum pro hujusmodi Invasione ad consimile Bellum contra dictum *Gallorum Principem* peragendum requisierit, & immediatè post unum Annum, hujusmodi Requisitionem proximò sequentem, idem *Rex* sic requirens in propria Persona cum sua Potentia qua inibi Castra metari & Campum per se sustinere, suáque Jura, Dei gratiâ, per se recuperare valeat, Regnum Franciæ suo proprio Ære & Expensis suis ingredi, ac Bellum Invasivum contra dictum *Gallorum Principem* realiter agere velit, tunc dictus *Rex* sic Requisitus, statim post ipsam Requisitionem, Se *Gallorum Principis* Hostem fore Declarabit & Manifestabit, ac Bellum contra eundem *Gallorum Principem*, seclusâ morâ, Indicet, Guerram per Terram & Mare & suis Expensis realiter agendo & prosequendo, Regnúmque Franciæ in propria Persona, cum sua Potentia, qua inibi Castra metari & Campum per se sustinere, suáque Jura, Dei gratiâ, per se Recuperare valeat, immediatè post unum Annum, dictam Requisitionem proximò sequentem, suo proprio Ære & Expensis Ingredi teneatur, Bellum Invasivum contra dictum *Gallorum Principem* peræquè agendo, dummodò præfata Serenissima *Britanniæ Ducissa*, si per dictum *Francorum Principem* Invasa fuerit, omnem & omnimodam Guerram, tàm per Mare quàm per Terram, contra eundem *Gallorum Principem* & suos pro viribus fecerit & realiter prosequatur,

Et quòd neuter dictorum Regum a Bello, per eos sic Incepto, sine expresso alterius Consensu, inter Duos Annos, eorum sic Ingressum in Franciam proximò sequentes, quovis pacto desistet, nisi quòd interim tàm pro Parte *Regis Anglorum*, Ducatus Normanniæ & Acquitaniæ, quàm & pro Parte *Regis Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c*, Comitatus Rocilionis & Saritaniæ ab ipso communi eorum Hoste *Gallorum Principe* Recuperentur, & ad Manus & Potestatem cujuslibet eorum Reducantur, in quo vero Casu utrique ipsorum Regum, sine alterius Consensu, ab hujusmodi Bello liberè Desistere liceat, quibuscúmque Conventionibus seu Pactionibus, inter eos initis & indictis, prioribus Literis contentis, in aliquo non obstantibus.

Item, cùm præfatus *Carolus Gallorum Princeps* nullo Juris ordine sed sola

5 ejus

A. D. 1490. Hen. 7.

ejus Potentia omnes sibi Vicinos Principes maximis Injuriis affecerit, plurimos exhæredaverit, atque Illustrissimorum Principum *Romanorum*, *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* & *Anglorum Regum*, necnon Serenissimæ Principis *Britaniæ Ducissæ*, cæterorúmque Principum nonnulla Jura nequiter antehac usurpaverit, inter Illustrissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* *Angliaque Regem* antedictos Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, immediatè post Tres Annos, post Datam Præsentium proximò futuros, vel citiùs si eis id utile atque conducibile videatur, utérque præfatorum *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* & *Angliæ Regum* contra dictum *Carolum Gallorum Principem* Bellum publicè Indicet, seque ipsius Hostem manifestè Declarabit, atque Regnum Franciæ in Persona propria suísque propriis Expensis Ingredi teneatur, tanta cum Potentia qua per se inibi Castra metari & Campum per Se sustinere, suorum Inimicorum Injurias Viribus propriis propulsare, & sua Jura Manu forti, Dei gratiâ, Recuperare valeat, Bellum contra eundem *Gallorum Principem* realiter agendo, & quanto commodè poterit continuò progrediendo, ipsum eorum Communem Hostem per Terram & Mare bellicis Armis pro ejus Viribus infestans, & quòd neuter ipsorum Regum ab hujusmodi Bello, sic per eos Incepto, sine expresso alterius Consensu, infra Duos Annos eorum sic Ingressum Franciam proximò sequentes, quovis pacto desistet nisi quòd interim, tam pro Parte *Regis Anglorum*, Ducatus Normanniæ & Acquitanniæ, quàm &, pro Parte *Regis Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* Comitatus Rocilionis & Saritaniæ, ab ipso communi Hoste eorum *Gallorum Principe* Recuperentur, & ad Manus & Potestates suas Reducantur, in quo verò Casu utrique ipsorum Regum sine alterius Consensu ab hujusmodi Bello liberè Desistere liceat, quibuscúmque Conventionibus seu Pactionibus, inter eosdem Principes confectis, & in dictis prioribus Literis aut alibi contentis, in aliquo non obstantibus,

Et, si contingat (quod Deus avertat) quòd alter dictorum *Anglorum*, *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* *Regum*, omni dolo, fraude, & fictione semotis, ex aliqua Causa vera, legitima, & necessaria, ut putà Infirmitate, præpeditus fuerit, adeò quòd in aliquo Termino sive propter eorum Ingressum in Franciam, immediatè post Unum Annum post dicti *Gallorum Principis* Invasionem, & superinde, ut præmittitur, Requisitionem, aut immediatè post Tres Annos, ut præmittitur, statutos, in Persona propria Regnum Franciæ, cum sua Potentia, ullo modo, ut præfertur, ingredi nequeat, tunc, si alter ipsorum Regum, in illo Termino, in Persona propria, ipsum Franciæ Regnum, prout supradictum est, cum sua Potentia, ingredi velit, alius sic Rex Impeditus Potentiam, qualem secum habuisset si Regnum Franciæ, in Persona propria, ut prædicitur Ingressus fuisset, cum uno idoneo Capitaneo, in eodem Termino in Franciam transmittere teneatur; sic quòd per utriúsque Regis Potentiam Bellum Invasivum in Regno Franciæ agatur & continuetur, simili modo & peræquè ac si *uterque Anglorum*, & *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* *Rex* in Persona propria dictum Bellum Invasivum prout supra inseritur egisset.

Item, inter dictos Potentissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* *Angliæque Regem* Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, si ex quavis Causa dictum Terminum Triennalem, pro eorum Descensu & Ingressu, ut præmittitur, in Franciam statutum, prorogaverint, & alium Terminum seu alios Terminos pro hujusmodi eorum Descensu & Ingressu in Franciam statuerunt, quòd utérque eorum Regum tunc teneatur in illo Termino seu Terminis, sic per eos statuto aut statutis, Bellum Invasivum contra dictum *Gallorum Principem* agere, & in Persona propria, vel per idoneum in Casu præmisso Capitaneum, cum sua Potentia Franciæ Regnum Ingredi, communem eorum Hostem invadere, & ipsum Bellum continuare eodem modo, ac si in dicto Termino Triennali uterque ipsorum dictum Regnum, ut præmittitur, invasisset, licet hujusmodi Termini aut Terminorum Prorogatio seu Præfixio Literis eorum missivis, absque Magno eorum Sigillo, dumtaxat superinde posthac habeatur.

Item, inter dictos Excellentissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ*, *Legionis Aragonum*, *Siciliæ*, *&c.* *Angliæque Regem* Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, quousque Bellum realiter inter *Eos* & *Gallorum Principem* ut præmittitur agatur, & ante dictorum Trium Annorum Finem, dummodo tamen ipse *Gallorum Princeps* interim neutrum eorum invaserit, utrique eorum Regum sine alterius eorum Consensu liceat Treugas cum ipso *Gallorum Principe*

A. D. 1490. Hen. 7. *cipe* componere, ita tamen quòd in hujusmodi Treugis utérque eorum eas sic Componens alterum nominat & comprehendat, si in eis comprehendi velit, sic quòd, ipsis Treugis durantibus, de ipso Bello Invasivo, in Fine Termini Trium Annorum, per eos, ut præfertur, indicendo, liberiùs mutuò tractare & pro eodem maturiùs providere valeant, quibuscúmque Conventionibus, contentis in prædictis Literis, aut aliàs inter eos ut prædicitur confectis, non obstantibus,

Et quòd, post dictos Tres Annos, Datam Præsentium immediatè sequentes, aut postquam utérque eorum Regum Regnum Franciæ sua cum Potentia, ut præfertur, Ingressus fuerit, atque Bellum in eodem Invasivum realiter egerit, neuter ipsorum cum dicto *Carolo Rege* aut aliquo Hæredum Successorúmve suorum Treugas, Amicitias, Confœderationes, aut aliquas alias Intelligentias sine expresso alterius Consensu inibit aut faciet, inirive seu fieri faciet aut acceptabit.

Item, inter ipsos Potentissimos Principes *Anglorum Regem, ac Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, si, post hujusmodi Invasionem in Regnum Franciæ, per utrúmque ipsorum, ut præmittitur, factam, alter eorum Regum aliqua Castra, Villas, Munitiones, Fortalitia, vel Opida ad eorum alterum de Jure spectantia Recuperaverit, Evicerit, aut quoquo modo Acquisiérit, ille sic ea Adquirens, per alterum eorum, ad quem de Jure ea spectare noscuntur, ipsa restituere Requisitus, statim incontinenti & sine difficultate aut dilatione quacúmque ea eidem Requirenti Reddere, Tradere, & Deliberare debebit.

Item, cùm in dictis Literis & Capitulis de præfatæ Serenissimæ Principis *Katerinæ Filiæ Quartæ* Excellentissimorum Principum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* in Angliam Traductione, Matrimonii celebrandi Causâ cum dicto Illustrissimo Principe *Arthuro Regis Angliæ Primogenito*, nullus certus Terminus præcisè est specificatus & statutus, neque quo certo Tempore Prima Medietas Dotis seu Donationis propter hujusmodi Nuptias per ipsos *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes* ipsi *Regi Angliæ* persolvenda numerabitur & dabitur, & an Quarta Pars ejusdem Dotis in Pecunia numerata aut in Jocalibus, Vestimentis, Ornamentis, aut Supellectilibus, Domini Custodis Privati Sigilli Angliæ relationi & certificatorio referatur & stetur, prout in eisdem Literis & Capitulis plenius continetur,

Inter dictos Potentissimos Principes *Regem Angliæ ac Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, quamprimùm ille Illustrissimus Princeps *Arthurus Angliæ Regis Primogenitus* fuerit completè quatuordecim Annorum, & præfata Serenissima Princeps *Katerina* ipsorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Filia Quarta* fuerit completè Duodecim Annorum, ipsa Princeps *Domina Katerina*, Expensis suorum Parentum in Angliam (videlicet) in Porto Londoniæ, Bristolliæ, Suthamptoniæ, aut alibi infra idem Regnum ubi commodiùs applicare poterit Traducatur,

Et quod dicti Serenissimi Principes *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredes & Successores, infra Quatuor Dies ante vel post Solemnizationem Matrimonii, inter præfatos *Arthurum* & *Katerinam* Principes celebrati celebrandíve, *Centum Milia Scutorum (unoquoque eorum Quatuor Solidos & Duos Denarios Sterlingorum Monetæ Angliæ valente)* realiter Solvent Solvíve facient, & *Quinquaginta Milia hujusmodi Scutorum* infra unum & primum Annum dictam Solemnizationem proximò sequentem Persolvent, & alia *Quinque Milia Scutorum* infra secundum Annum ipsam Solemnizationem proximò sequentem, *præfato Angliæ Regi* ejúsve Deputato seu Deputatis Solvant aut Solvi facient in Pecunia Numerata, aut Vasis seu Jocalibus aureis & argenteis, sic quòd una quævis eorum Uncia recipiatur secundùm ejus verum Valorem prout in Anglia tempore Solutionis ejusdem hujusmodi Uncia valet & æstimationem habuerit,

Quam quidem Solutionem dictorum *Ducentorum Milium Scutorum* Nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias, *Regi Angliæ*, ut præmittitur, fiendam, ipsi *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Promittunt facere & fideliter perimplere, & ad inviolabilem ejusdem Solutionis observantiam Se, suos Hæredes, Successores, Subditos, & eorum Bona firmiter Obligant & Astringunt, sub eisdem modis, formis, & tempotibus, prout in hiis Literis est superius signanter specificatum & contentum, & sub eisdem Securitatibus, Cautionibus, & Promissis quas pro hujusmodi Dotis Solutione in dictis Literis, quarum Data est de dictâ Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo,

A. D. 1490. Hen. 7. lesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono, promiserunt, fecerunt, & se obligârunt,

Et, ad securiorem & firmiorem dictorum *Ducentorum Milium Scutorum* Solutionem, Nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias, *Regi Angliæ*, ut in hiis Literis continetur, fiendam & observandam, & tertiam Partem Dominiorum, Castrorum, Villarum, & Opidorum Principatûs Walliæ, Ducatûs Cornubiæ, & Comitatûs Cestriæ præfatæ Serenissimæ Principi *Katerinæ* Nomine ejus Dotis modis, formis, & temporibus assignandæ, dandæ, & deliberandæ, sicuti in ipsis Literis dictæ Vicesimæ septimæ Diei Mensis Martii pleniùs continetur,

Inter Excellentissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Regem Angliæ* est Concordatum, Conventum, & Conclusum, quòd prædictæ Promissiones, Securitates, & Cautiones, quæ in præfatis Literis, quarum Data est ut supradicitur Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono, pleniùs continetur, in omni suo Robore, Vigore, & Effectu permaneant, ac si in præsentibus Literis specialiter repetitæ fuissent, quibuscúmq; Conventionibus, contentis in præfatis Literis, inter eos, ut præfertur, confectis, aut aliquibus aliis, non obstantibus.

ITEM, inter *dictos Angliæ, & Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes* Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, per præsentes Modificationes, Declarationes, Interpretationes, Limitationes, & Additiones, nullo pacto aut aliquatenus derogetur prioribus Literis de Datâ vicesimæ septimæ Diei Mensis Martii antedicti, de quibus supra fit mentio, neque aliquibus Articulis aut Capitulis inclusis in eisdem, præterquam in omnibus & singulis in hiis Literis specificatis & inclusis, sed in omnibus aliis & per omnia ipsæ Literæ præfatæ stabunt in suo Robore & Effectu, hiis Literis non obstantibus. A. D. 1490. Hen. 7.

QUÆ OMNIA ET SINGULA PRÆMISSA, quatenus Nos concernunt & attingunt, Nos *Henricus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ antedictus* Promittimus & Nos, bonâ Fide & in Verbo Regio, & tactis per Nos superinde Sacrosanctis Dei Evangeliis, firmiter Obligamus & Astringimus Nos tenere, observare, & perimplere.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. apud *Okyng* Vicesimâ Die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo, & Regni nostri Sexto.

Per ipsum Regem.

Conventionum cum Rege & Regina prælibatis, Ratificatio.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 27. &c.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

VIDIMUS, LEGIMUS, & diligenter INSPEXIMUS nonnuulla PACTA, inita, composita, & concordata per Honorabiles & Nobiles Viros Magistrum *Thomam Savage* utriúsque Juris Doctorem Comitatûs nostri Marchiæ Cancellarium, & *Ricardum Nanfan* pro Corpore nostro Militem, Consiliarios, Oratores, Procuratores, & Nuncios nostros, ex una, necnon per, Nobiles & Honorabiles Viros, *Didacum de Guivara* Archidiaconum de Campos in Ecclesia Palentinensi, *Rodoricum Gundisalvi de Puebla* utriúsque Juris Doctorem, & *Johannem de Sepulueba* Militem, Altissimorum & Potentissimorum Principum *Regis & Reginæ Castellæ, Ligionis, Arrogonum, Siciliæ, &c.* Confœderatorum & Consanguineorum nostrorum Carissimorum & eorum cujuslibet Consiliarios, Procuratores, & Nuncios, ex altera Partibus, eujusdámque Notarii Publici manu propriâ subscripta, quæ concernunt Amiciriam, Ligam, Fœdus, & Unitatem *inter Nos* & Ipsos Illustrissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* nostróque & suos Hæredes & Successores, & etiam Matrimonium, inter Illustrissimum Principem *Arthurum Filium nostrum Primogenitum & Heredem*, & Serenissimam Principem *Infantem Katerinam Filiam dictorum Regis & Reginæ Quartam*, Dei gratiâ, Contrahendum & Celebrandum, *quorum omnium & singulorum Tenor de Verbo in Verbum sequitur, & est talis,* A. D. 1490.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Quoniam ex Unitate, Concordiâ, Amicitiâ, Regum Principúmque permulta proficiscuntur Commoda non solum

A. D. 1490. Hen. 7. Regnis & Dominiis propriis sed etiam Vicinis Regionibus & Provinciis adjacentibus,

Quippe ex mutua Unitate Capitum Membra debito ordine disponuntur, descenditque Subditis quædam utilis & necessaria Conversatio, ipsa verò Unitas, Fœdus, & Amicitia hujusmodi Principum non modo licita honestáque est sed naturali Jure Divino atq; Humano permissa esse censetur,

Quæ debitè pensantes Christianissimi & Potentissimi Principes *Fernandus* & *Elizabeth*, Dei gratiâ, *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* necnon Serenissimus Princeps *Henricus Angliæ & Franciæ Rex* Invictissimus decreverunt se invicem, Hæredes & Successores, Regna, Terras, Dominia quæcúmque, Subditos quoscúmque unire & confœderare, Fœdus, Ligam, Amicitiam, Concordiámque inire,

Ad quæ melius celeriúsq; componenda & transigenda ex utraque Parte certi ordinati constitutique sunt Procuratores & Commissarii speciales, ad Communicandum, Tractandum, Appunctuandum, Concordandum, & Concludendum; videlicet,

Pro Parte præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Nobilis Vir *Didacus de Guivara* Archidiaconus de Campos Capellanus suus, & Egregius & Discretus Vir *Rodericus Gundesalvi de Puebla* utriúsque Juris Doctor, & *Johannes de Sepulueda* suæ Domûs Miles, suique Consiliarii,

Et pro Parte *Regis Angliæ* Nobilis Miles Dominus *Ricardus Nansan* Custos Principis Primogeniti Regis Angliæ, & Dominus *Thomas Savage* utriusque Juris Doctor ac Cancellarius sui Comitatûs Marchiæ,

Qui quidem Commissarii, Procuratores, & Deputati Principum ad Infrascripta sufficienter constituti, ut in eorum Facultatibus & Commissionibus infra insertis continetur, Vice, & Auctoritate & Nominibus eorumdem, mutuò Convenientes, taliter in quosdam Articulos realis & perpetuæ Amicitiæ atque Pacis condescenderunt, ipsósq; Articulos conceperunt, firmârunt, concordârunt, & concluserunt, *quorum quidem Procurationis Mandatorum & Capitulorum prædictorum Tenores successivè sequuntur & sunt tales,*

Fernandus & *Elizabetha*, Dei gratiâ, *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

5

Cùm verè lateat neminem, Civitates, Oppida, atque Regna Bellorum Calamitatibus Dissidiorúmque Turbinibus ad nichilum fuisse redacta, eademque Pace coaluisse, A. D. 1490. Hen. 7.

Hinc est quòd Nos,

Propter felicem Rerum Christianæ Religionis Successum, Universalem Regum ac Regnorum omnium Concordiam desiderantes, & maximè eorum quibus Sanguinis vicinitate conjuncti sumus, quósque jam ad Dies & Annos mutuæ Concordiæ Benivolentia complexi sumus,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Didaci de Guivara* Nobilis Archidiaconi de Campos Capellani nostri, & *Roderici Gundisalvi de Puebla* utriúsque Juris Doctoris, & *Johannis de Sepulueda* nostræ Domûs Militis, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenam Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimo & Illustrissimo Principe Regnorum *Angliæ & Franciæ Rege, ac Domino Hiberniæ* Consanguineo nostro carissimo, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem ad hoc habentibus, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace ac Concordiâ, quàm de & super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, ac mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum, mutuisque hincinde Auxiliis & Assistentiis, quotiens opus fuerit præstandis, necnon Intelligentiis, Alligantiis, & Confœderationibus quibuscúmque,

Inter Nos & dictum *Serenissimum Regem*, Hæredes & Successores, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Faventes, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, hincinde ineundis, capiendis, componendis, celebrandis, & habendis,

Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Paciscendi, & finaliter & integrè Determinandi, hujusmodi Pacem & Concordiam ac Treugas & Guerrarum Abstinentias, Ligas, Amicitias, Fœdera, Affini-

tates, Intelligentias, Alligantias, & Confœderationes, aliásque Pactiones & Conventiones Componendi, Pacificendi, Firmandi, Statuendi, & pro perpetuo Roborandi.

Et, ut hujusmodi Pax atque Concordia, necnon Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, Amicitiæ, Fœdera, Intelligentiæ, Confœderationes, Pactiones, & Conventiones prædictæ securiùs & firmiùs observentur ac teneantur, eisdem nostris Commissariis, Deputatis, Oratoribus, Legatis, & Nunciis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus cum *dicto Serenissimo Rege*, seu ejus Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis antedictis, de & super Sponsalibus & Matrimonio inter Carissimam Filiam nostram *Infantem Katerinam*, & Serenissimum *Principem Galliæ Arthurum* Filium & Successorem dicti Serenissimi Regis, annuente Deo, Contrahendis,

Ac de & super Dote seu Dotalitiis & Donationibus propter Nuptias, ex Causa hujusmodi Matrimonii, Assignandis, Promittendis, Dandis, & Solvendis,

Necnon de & super Tempore, Modo, & Formâ Traductionis *prædictæ Filiæ nostræ* in illud Regnum Angliæ,

Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Pacificendi, ac finaliter Concludendi, talémque Dotem eidem *Regi Angliæ, Arturii Principis Filii ejus Nomine*, pro Nobis & Nomine nostro, Assignandi & Promittendi, atque hujusmodi Donationem & Dotalitia ab eodem pro *dictæ Filiæ nostræ* Statuendi, Præfigendi, & Limitandi, ac Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas, & Scripturas sigillatas pro Præmissorum complemento Nomine nostro Promittendi, Tradendi, & Deliberandi, ac Juramentum in Animas nostras Præstandi, consimiliaque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas, ac Juramenta a præfato *Serenissimo Rege* similiter Stipulandi, Exigendi, & Recipiendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ inter Nos & præfatum Serenissimum Regem, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes prædictos, hincinde pendere dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, & Componendi,

Novamque Dietam, in talibus Loco & Tempore prout eis meliùs visum fuerit, quatenus opus fuerit, Statuendi & Appunctuandi, & inibi ad Communicandum, Conveniendum, Tractandum, & Concludendum, Appunctuandum, ac de & super omnibus & singulis Præmissis, & ab eis qualitercúmque Dependentibus, prout eis expediens visum fuerit & opportunum, universáque & singula, quæ per eos Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Vallandi, Roborandi, & Securandi, per Fidei Interpositionem & Juramentum in Animas nostras Præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis ac Dependentiis ab eisdem omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Pœnas, Astrictiones, ac Literas sigillatas validas & efficaces pro Parte nostra Promittendi, Concedendi, Faciendi, Expediendi, Tradendi, & Deliberandi, Juramenta, Securitates, Cautiones, Promissiones, Obligationes, Pœnas, aliásque Literas, consimilis effectûs & vigoris, ex dicto *Serenissimo Rege* Consanguineo nostro Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula Faciendi, Exercendi, & Exequendi, prout eis meliùs videbitur expedire, quæ talem tantámque Vim & Effectum volumus optinere ac si ea in propria Persona fecissemus,

Cæteráque omnia Præmissa & eorum singula quoquo modo concernentia Faciendi, Firmandi, & pro Parte nostra Perimplendi ac debitè Exequendi, quæ Nos facere possemus si personaliter interessemus, etiam si Majora sint & Mandatum de sui natura magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per dictos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios nostros Appunctuata, Promissa, Conclusa, & Concordata fuerint in hac Parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita efficaci & autentica daturos, secundùm quod in ea fuerit conclusum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. & Act. in *Opido de Medina del Campo*, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono,

A.D. 1490. Hen. 7. nono, Die verò Vicesimâ sextâ Mensis Martii;

Præsentibus ibidem,

Venerabilibus & Egregiis Viris Dominis,

Roderico de Villoa Computatore Majori,

Et Doctore *Roderico Maldonado de Talavara*,

Necnon *Fernando Alvari* Secretario,

Omnibus earumdem Serenitatum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Testibus ad Præmissa vocatis paritérque rogatis Consiliariis.

YO EL REY.
YO LA REYNA.

ALFONSUS DE AVILA Secretarius Apostolicúsque Notarius.

Et ego *Alfonsus de Avila* Potentissimorum Dominorum nostrorum supradictorum Regis & Reginæ Secretarius & Consiliarius, & Publicus Apostolicâ & Regali Auctoritatibus Notarius, quia Præmissis omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, agerentur & fierent, unà cum prænominatis Testibus, præsens interfui, eaque omnia sic fieri vidi & audivi, & in Notam recepi, ideò hoc præsens Publicum Instrumentum, Manu alterius fideliter scriptam, in quo supradicti Domini nostri Rex & Regina, in Mei ac Testium præfatorum præsentia, sua propria Nomina consignârunt, de Mandato eorumdem Serenissimorum Dominorum, Signo & Nomine meis assuetis signavi in Fidem & Testimonium Præmissorum.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm verè lateat neminem, Civitates, Opida, atque Regna Bellorum Calamitatibus Dissidiorúmque Turbinibus ad nichilum fuisse redacta, eademque Pace coaluisse,

Hinc est quòd Nos,

Propter felicem Rerum Christianæ Religionis Succursum, universalem Regum ac Regnorum omnium Concordiam desiderantes, & maximè eorum quibus Sanguinis Vicinitate conjuncti sumus, quosque jam ad Dies & Annos mutuæ Concordiæ benivolentia complexi sumus,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum A.D. 1490. Hen. 7. & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Thomæ Savage* utriusque Juris Doctoris Com. nostri March. Cancellarii, & *Ricardi Nanfan* pro Corpore nostro Militis, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Assignamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenariam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimo & Illustrissimo Principe Regnorum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæque Rege*, suaque Conthorali dictorum Regnorum *Regina*, Consanguineis nostris carissimis, seu eorum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, *&c. prout supra Dat. undecimo Die Decembris Anno Regni nostri Quarto.*

Per ipsum Regem.
CLERK.

INPRIMIS, Tractatum, Concordatum, & Conclusum est quòd, inter præfatos Altissimos & Potentissimos *Fernandum & Elizabetham Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Arragonum, Siciliæ, &c.* & Illustrissimum Principem *Johannem eorum Primogenitum Filium & Heredem*, eorúmque Hæredes & Successores ex eorum Corporibus legitimè procreatos, ex Parte una, & Serenissimum atque Potentissimum *Henricum Regem Angliæ*, & Illustrissimum *Arthurum ejus Filium Primogenitum*, eorúmque Hæredes & Successores ex eorum Corporibus legitimè procreatos, ex Parte altera, eorumque Regna, Dominia, Patrias, & Loca quæcúmque, necnon eorum Vassallos, Homines, & Subditos præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúmque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, ac ubicúmque Locorum, sit bona, realis, sinceta, vera, integra, perfecta, & firma Amicitia, Concordia, Liga, Unio, Confœderatio, & Pax, quæ ab hac Die de cætero inconcussè custodiatur atque inviolabiliter observetur;

Ita quòd Partes prædictæ (videlicet, præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Arragonum, Siciliæ, &c.* & *Rex Angliæ, eorumque Filii Primogeniti* & Hæredes atque Successores ex eorum Corporibus legitimè procreati, eorúmq; Vassalli, Homines, & Subditi præsentes & fu-

A. D. 1490 & futuri) sint veri Fideles & perpetui
Hen. 7. Amici, Concordes, Alligati, Uniti, & Confœderati, sibique ipsis invicem ubique locorum faveant, atque sese mutuis Officiis prosequantur, & honestâ Affectione atque Amore pertractent, ipsisque invicem pro viribus suis conservabunt Honores, Dignitates, & Jura quæ in præsentiarum possident atque imposterùm possidebunt, Damnúmque ipsorum pari modo fideliter defendent & impedient, possintque iidem Vassalli, Homines, & Subditi, tàm Mercatores quàm cæteri, alii hincinde tutè & libere, absq; alicujus Licentia Salvive Conductûs generalis vel specialis Petitione vel Impetratione, in & ad præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Regis Angliæ* eorúmque Hæredum & Successorum, ut prædictum est, Portus, Dominia, Castra, Civitates, Fortalitia, Oppida, Jurisdictiones, & Districtus quoscúmque, cum suis Conductis vel accomodatis Navibus, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercibus, & Mercimoniis, Sarcinolis, Bonis, & Rebus quibuscúmque, tàm per Terram, quàm per Mare & Aquas dulces, atque ad omnem Locum, quotienscúnque & quocúmque id faciendum esse duxerint, Navigare, Equitare, Ire, & Discedere, & in eisdem quamdiu voluerint omnis generis Merces & Mercimonia Emere & Vendere, Mercare, Negotiare, Morari atque Perhendinare, necnon ab eisdem, cum suis Rebus, Mercibus, & Mercimoniis & Bonis quibuscúmque, salvi & securi, per Terram, Mare, & Aquas dulces, Abire & Recedere, & in omnibus & ubique ita justè & honestè tractabuntur ac si essent Originarii & Subditi proprii; Juribus, Statutis, & Consuetudinibus Locorum in omnibus semper salvis, ac Solvendo tanta & talia Custumas, Subsidia, Vectigalia, & alia Deveria, quæ & qualia ante Triginta Annos proximò & immediatè elapsos pacificè solvere consueverunt, observentúrque eis suæ Exemptiones, Immunitates, & Privilegia illis temporibus (id est) ante Triginta Annos consueta.

ITEM, Concordatum, & Conclusum est quòd præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque *Filius Primogenitus & Heres*, eorumque prædicti Hæredes & Successores, præfatorum Domini *Regis Angliæ*, ejusque *Filii Primogeniti & Heredis*, eorúmque prædictorum Hæredum & Successorum, Hostibus, Inimicis, Rebellibus, Persecutoribus, aut quibuscúmque præsentibus & futuris, contra præfatum Dominum *Regem Angliæ*, ejusque *Filium Primogenitum & Heredem*, eorúmque prædictos Hæredes & Successores, per Terram, Mare, vel Aquas dulces, ex Causa vel Occasione quacúmque præsenti vel futura, Consilium, Auxilium, vel Favorem publicè vel occultè, directè vel indirectè non dabunt nec præstabunt, aut aliàs quovis modo juvabunt, nec Subditos prædicto Domino *Regi Angliæ* ejúsve Successoribus prædictis Rebelles in suis Regnis, Terris, Dominiis, Locis scienter Receptabunt Receptarive facient, nec in eisdem Morari aut Auxilium vel Favorem habere permittent:

A. D. 1490. Hen. 7.

Et similiter præfatus Dominus *Rex Angliæ*, ejúsque *Filius Primogenitus & Heres*, eorúmque prædicti Hæredes & Successores præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque *Filii Primogeniti & Heredis*, eorúmque prædictorum Hæredum & Successorum, Hostibus, Inimicis, Rebellibus, Persecutoribus quibuscúmque contra præfatos Dominos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque *Filium Primogenitum & Heredem*, eorúmve prædictos Hæredes & Successores, per Terram, Mare, vel Aquas dulces, ex Causâ vel Occasione quacúmque præsenti vel futura, Consilium, Auxilium, vel Favorem publicè vel occultè, directè vel indirectè non dabunt nec præstabunt, aut aliàs quovismodo juvabunt, nec Subditos præfatis Dominis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve prædictis Successoribus Rebelles in suis Regnis, Terris, Dominiis, aut Locis scienter Receptabunt Receptarive facient, nec in eisdem Morari aut Auxilium vel Favorem habere permittent.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd præfatus *Dominus Rex Angliæ*, ejusque *Filius Primogenitus & Heres*, eorúmque prædicti Hæredes & Successores, præfatis Dominis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorumque prædictis Hæredibus & Successoribus, contra omnes Principes & Homines quoscumque, qui eos Lædere seu eorum Statum Depravare vel Regna, Terras, Dominia, & Loca Impugnare vel Invadere quomodolibet voluerint vel moliantur, vel contra eosdem Guerram aut Bellum facere vel movere præsumpserint, sub modo & formâ sequentibus, Auxilium & Adjutorium bonâ Fide & effectualiter, sicut facerent in Negotiis suis propriis, præstabunt; videlicet,

Quòd, si contingat præfatos Domi-

A. D. 1490. Hen. 7. nos *Regem & Reginam*, eorumve Hæredes & Successores prædictos, Hominibus ad Arma, Castellanis, Sagittariis, aut aliis imposterùm indigere, atque pro & super eisdem Subsidium a *dicto Rege Angliæ* ejusve Hæredibus & Successoribus prædictis per se Literas vel Nuncios requirere, idem Dominus *Rex Angliæ*, ejusve prædicti Hæredes & Successores, præfatos Dominos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredes & Successores prædictos, bonâ Fide, absque difficultate aliquâ, de Hominibus, Castellanis, & Sagittariis hujusmodi, usque ad eum Numerum quem, rerum atq; temporum opportunitate propriáque necessitate considerata, a se commodè dimittere poterit, infra spatium Trium Mensium a tempore Requisitionis hujusmodi computandorum, quandocúmq; & quotiensćúmq; super eo fuerit Requisitus, Adjuvabit; Sumptibus tamen Stipendiis & Expensis præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredum vel Successorum prædictorum, secundùm Statum & Qualitatem Hominum, Castellanorum, & Sagittariorum hujusmodi & Precium Victualium; quæ Stipendia taxentur per Quatuor legales Milites ad hoc assumendos (Duos, videlicet, ex Parte una, & Duos ex Parte altera) secundùm Morem Regni & Terræ, ubi tale Bellum geretur, serviéntque hujusmodi Homines, Castellani, & Sagittarii debitè & fideliter præfatis Dominis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredibus & Successoribus prædictis, in ipsorum Guerris & Expeditionibus, contra Hostes quamdiu eos duxerint retinendos, & eis de Sumptibus, Stipendiis, & Expensis, sic taxatis ut præmittitur, satisfacient:

Et similiter præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredes & Successores prædicti, præfato Domino *Regi Angliæ*, ejus Hæredibus & Successoribus, prædictis, contra omnes Principes & Homines, qui eos Lædere, seu eorum Statum Depravare, vel Regna, Terras, Dominia, aut Loca Impugnare vel Invadere quomodolibet velint vel moliantur, contra eosdem Guerram aut Bellum facere vel movere præsumpserint; sub modo & formâ sequentibus, Auxilium & Adjutorium, bonâ Fide & effectualiter, &sicut facerent in Negotiis suis propriis, præstabunt; videlicet,

Quòd, si contingat præfatum Dominum *Regem Angliæ*, ejúsve Hæredes & Successores prædictos, Hominibus ad Arma, Castellanis, Sagittariis, aut aliis imposterùm indigere, atque pro & super eisdem Subsidium a dictis Dominis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredibus & Successoribus præfatis, per Se, Literas, vel Nuncios suos, requirere, iidem *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredes & Successores, præfato Domino *Regi Angliæ*, ejúsque Hæredibus & Successoribus prædictis, bonâ Fide & absque difficultate aliquâ, de Hominibus, Castellanis, Sagittariis hujusmodi, usque ad eum Numerum quem, rerum atque temporum oportunitate propriaque Necessitate consideratis, a se comodè dimittere poterint, infra Spatium Trium Mensium a tempore Requisitionis hujusmodi computandorum, quandocúmque & quotiensćúmque super eo fuerint Requisiti, adjuvabunt, Sumptibus tamen, Stipendiis, & Expensis, præfati Domini *Regis Angliæ*, ejúsque *Filii Primogeniti & Hæredis*, eorúmque Hæredum & Successorum prædictorum, secundùm Statum & Qualitatem Hominum, Castellanorum, & Sagittariorum hujusmodi, & Precium Victualium, quæ Stipendia taxentur per Quatuor legales Milites ad hoc assumendos (Duos, videlicet, ex Parte una, & Duos ex Parte altera) secundùm Morem Regni & Terræ ubi tale Bellum geretur, serviéntque hujusmodi Homines, Castellani & Sagittarii debitè & fideliter præfato Domino *Regi Angliæ*, Hæredibus & Successoribus suis prædictis, in ipsorum Guerris & Expeditionibus, contra Hostes quamdiu duxerint eos retinendos, & eis de Sumptibus & Expensis, sic taxatis ut præmittitur, satisfacient.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd præfatus Dominus *Rex Angliæ, ejusque Filius Primogenitus & Hæres*, Successores quoque ex Corporibus eorum legitimè procreati, non possunt *Karolo Regi Francorum*, nec alicui alii Regi, vel Principi, aut Homini cuicúmque, contra præfatos Dominos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve *Filium Primogenitum & Hæredem*, eorúmque Hæredes & Successores suos prædictos, Consilium, Auxilium, vel Favorem quoquo modo, quovis quæsito colore, dare vel præstare:

Et similiter præfati *Rex & Regina Castellæ, Legionis Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque *Filius Primogenitus & Hæres*, eorúmque Hæredes & Successores ex Corporibus eorum legitimè procreati, non possint præfato *Carolo Regi Francorum*, nec alicui Regi, Principi, aut Homini cui-

A. D. 1490. Hen. 7. cuicúmque, contra præfatum Dominum Regem Angliæ ejúsve Hæredes & Successores prædictos Consilium, Auxilium, vel Favorem quoquo modo, quovis quæsito colore, dare vel præstare.

ITEM, Conventum & Concordatum est quòd præfatus Dominus Rex Angliæ, ejusque Filius Primogenitus & Heres, & sui Successores prædicti, non faciant Pacem, Amicitiam, Treugas, nec Confœderationem cum præfato Karolo Rege Francorum, nec cum ejus Hæredibus & Successoribus, sine Consensu Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. eorúmque Hæredum & Successorum prædictorum:

Et similiter præfati Domini Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. eorumque Filius Primogenitus & Heres, & sui Successores prædicti, non faciant Pacem, Treugas, Amicitiam, nec Confœderationem cum dicto Karolo Rege Francorum, nec cum ejus Hæredibus & Successoribus, sine Consensu dicti Domini Regis Angliæ, ejusve Primogeniti Filii & Heredis, eorumque Hæredum & Successorum prædictorum.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd, quandocumque præfati Domini Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. eorumve Primogenitus Filius & Heres, eorumq; Successores prædicti, contra præfatum Karolum Regem Francorum, ejusve Hæredes & Successores, Bellum aut Guerram fecerint aut moverint, præfatus Dominus Rex Angliæ, ejusve Filius Primogenitus & Heres, & Successores prædicti cum præfato Karolo & Successoribus suis Treugas aut Pacem non facient, sed Guerram etiam & Bellum contra eundem Karolum, ejusque Hæredes & Successores facient & movebunt:

Et similiter, quandocumque præfatus Dominus Rex Angliæ, ejusve Filius Primogenitus & Heres, aut eorum Successores prædicti, contra præfatum Karolum ejusve Hæredes & Successores Bellum aut Guerram fecerint vel moverint præfati Domini Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. eorumque Filius Primogenitus & Heres eorumque Successores prædicti, cum præfato Karolo ejusve Successoribus Treugas aut Pacem non facient, sed Guerram etiam & Bellum contra eundem Karolum ejusque Hæredes & Successores facient & movebunt.

ITEM, fuit Concordatum & Conclusum, quòd quia ad præsens præfatus Dominus Rex Angliæ habet Treugam cum dicto Rege Francorum usque ad Decimum septimum Diem Mensis Januarii proximò futurum, quòd, pendente dicta Treuga, non teneantur præfati Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. facere Guerram præfato Regi Francorum ad Requisitionem dicti Domini Regis Angliæ, sed, finitâ dictâ Treugâ, liceat utrique Principi præfatorum (scilicet) Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. & Angliæ, inire Treugam seu Treugas aut supersedere in Guerra sine Consensu alterius cum dicto Rege Franciæ per Annum sequentem; ita tamen quòd qui illorum Treugam vel Treugas fecerit comprehendat in eis alterum, si voluerit in eisdem comprehendi; &, si noluerit comprehendi in eis, Pars, qui Treugas fecerit, possit illas servare: sed si verè hodie est Rupta Guerra inter præfatas Reges Angliæ & Francorum, quòd tunc neuter Principi præfatorum (scilicet) Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. & Angliæ liceat inire Treugas sine expresso Consensu alterius.

ITEM, fuit Concordatum & Conclusum quòd omnia Contenta in Capitulis hujus Confœderationis, tangentibus Regem Francorum, observentur & adimpleantur ut in ea continentur, nisi præfatus Rex Francorum vel ejus Hæredes Restituerint de sua Voluntate dicto Domino Regi Angliæ, vel supradictis ejus Hæredibus & Successoribus, suos Ducatus Acquitanniæ & Normanniæ, in tali Casu quòd possit idem Rex Angliæ vel ejus Hæredes & Successores prædicti inire Pacem vel Treugam cum dicto Rege Francorum vel ejus Successoribus sine Consensu præfatorum Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. vel suorum Hæredum & Successorum præfatorum:

Et similiter, si præfatus Rex Francorum, vel ejus Hæredes & Successores, Restituerint de sua Voluntate dictis Dominis Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. vel supradictis eorum Hæredibus & Successoribus, suos Comitatus Rosilionis & Ceritaniæ, in tali Casu possint ipsi Rex & Regina & eorum Successores prædicti inire Pacem vel Treugas cum præfato Rege Francorum, vel ejus Hæredibus, sine Consensu prædicti Domini Regis Angliæ vel suorum Successorum:

Et in quocúmque Casu prædictorum, quo facta fuerit Pax vel Treuga per alterum istarum Partium, ut supradictum est, cum præfato Rege Francorum, vel suis Hæredibus & Successoribus, præsens Amicitiâ, Pax, & Confœderatio sit & maneat firma inter prædictos Principes & eorum Subditos, in omnibus & per omnia, nisi in tangentibus Regem Francorum

A. D. 1490. H. 7.

rum & suos Hæredes, & ejus Regna, Terras, & Dominia, & ejus Subditos.

ITEM, Concordatum est & Conclusum quod prædicti Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque *Filius Primogenitus & Heres*, eorúmque Successores prædicti, in omni Ligâ, Pace, Treuga, Confœderatione, vel Unione quacúmque, quam cum aliquo Principe, Universitate, Communitate, Societate, vel Homine quocúmque, ab hac Die in antea, concordabunt & concludent, præfatum *Regem Angliæ*, ejúsque *Filium Primogenitum & Heredem*, eorúmque Hæredes & Successores, ut prædicitur, specialiter & nominatim comprehendent, si in eisdem comprehendi voluerint:

Et, simili modo, quòd *præfatus Rex Angliæ*, ejúsque *Filius Primogenitus & Heres*, eorúmque Hæredes & Successores prædicti, in omni Treuga, Pace, Liga, Confœderatione, vel Unione quacúmque, quam cum aliquo Principe, Universitate, Communitate, Societate, vel Homine quocumque, ab hac Die de cætero, concordabunt & concludent, *præfatos Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorumque *Filium Primogenitum & Heredem*, & eorum Hæredes & Successores, ut prædicitur, specialiter & nominatim comprehendent, si in eisdem comprehendi voluerint; sed in Casu *Regis Francorum* observetur, per utrámque Partem, quòd in superioribus Capitulis continetur.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd in hac præsenti Amicitia, Liga, Unione, Confœderatione, & Pace, tàm pro Parte præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* quàm pro Parte prædicti Domini *Regis Angliæ*, Reserventur & Excipiantur Sanctissimus *Dominus noster Papa*, ac *Reges Neapolis & Portugaliæ*.

ITEM, est Concordatum & Conclusum quòd Reservetur & Excipiatur in hac Amicitia, Liga, Unione, Confœderatione, & Pace Dominus *Rex Romanorum*, postquam inierit Amicitiam & Phœdus cum utraque Parte.

ITEM, est Conclusum & Concordatum quòd in hac Amicitia, Liga, Unione, & Confœderatione, & Pace Reservetur & Excipiatur *Ducissa Britanniæ* quæ nunc vivit, & ejus Maritus, quamdiu fuerint & perstiterint in Amicitia utriusque Partis.

ITEM, Concordatum & Conclusum est, ut Captiones, Pignorationes, Marchæ & Represariæ Navium & Personarum & Bonorum utriusque Partis, eorumque Vassallorum & Subditorum, de cætero cessent, quòd quandocumque aliqua Navis indigena exitura est ab aliquo Portu tàm Regnorum & Dominiorum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* quàm *Angliæ, Hiberniæ, &c.* Majores & Gubernatores, & alii Officiales, quibuscúmque nominibus appellentur, talis Villæ, Oppidi, seu Portûs, unde exitura est, capiant sufficientem Securitatem a Dominis seu Possessoribus, Magistris, Patronis, seu Bursariis Navis hujusmodi, ad duplum Valoris Navis Apparati & Victualium ejusdem, quòd Magister ejusdem Navis, Marinarii, & Nautæ, ac omnes in ea Navi existentes, cujuscumque Statûs vel Conditionis existant, servabunt hanc Pacem erga quoscumque Subditos Patriarum, Regnorum, Dominiorum, Terrarum alterius Partis, & nullam eis Injuriam seu Violentiam in Terra, Mari, Fluminibusve aut in Portu aliquo facient seu inferent:

Et, si hujusmodi Securitates præstare noluerint, non permittent ipsi Majores, Gubernatores, & Officiales prædictorum Oppidorum seu Portuum, ubi Casus ille acciderit, Navem hujusmodi quoquo modo exire;

Quotiens autem Securitatem præmissam Majores, Gubernatores, & Officiales prædicti exegerint seu receperint, dabunt Literas autenticas sub Sigillo Possessoribus, Magistris, seu Bursariis illius Navis ita Assecuratæ, Testificantes ipsam Securitatem præstitam; ad finem ut, ipsarum Literarum vigore, Navis hujusmodi alios, ad quos forsitan applicabit, Portus liberè exire valeat:

Providebunt etiam *præfati Reges & Principes*, eorumque Hæredes & Successores, ut præmittitur, per Literas suas, ad suos Gubernatores & Officiales Oppidorum & Portuum suorum Regnorum & Dominiorum mittendas, taliter quod ipsi omnia & singula Præmissa, de tempore in tempus, observabunt & observari facient,

Et præfati Officiales teneantur, infra Quadraginta Dies proximò sequentes a Die Requisitionis sibi factæ per Partem Damnificatam computandos, exequi prædictam Obligationem contra Magistrum Navis & ejus Fidejussores quæ tale Dampnum intulit,

Et quòd omnes Literæ Marcharum & Represariarum, hactenus per dictos Reges & Prædecessores suos concessæ contra Subditos alterius Partis, sint suspensæ, & Vigore earum nulla Executio fieri possit, sed de Novo fiat Requisitio ad instantiam Dampnificatorum, & eis fiat Justitia per Superiorem Dampnificatorum,

A. D. 1490. Hen. 7. rum, & in ejus Denegationem, servatâ formâ similibus Casibus consuetâ, possint dari & concedi Marchæ seu Reprisaliæ contra Subditos & Vassallos Principis Justitiam denegantis.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd, si per præfatos Dominos, *Regem Angliæ*, & *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* vel aliquem ipsorum, suósque Hæredes & Successores, ut prædicitur, quidquam imposterùm, ubique Locorum, contra vim, formam, & effectum præsentis Tractatûs & Conclusionis Pacis, Concordiæ, Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis temerè factum vel injustè attemptatum fuerit (quod Deus avertat) illud sic Factum vel Attemptatum, quotiens id acciderit, ad Requisitionem Partis contra quam id Factum vel Attemptatum esse prætenditur, per debita & oportuna Remedia Reformetur, & Reparetur; sed per hoc huic præsenti Pacis, Concordiæ, Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis Tractatui in nullo præjudicetur, nec propter tale Factum vel Attemptatum eadem Pax, Liga, Unio, & Confœderatio Rumpi vel Dissolvi censebitur, sed nichilominus in suo Robore permanebit & Effectu.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd, si aliquis Vassallus, Homo, vel Subditus alterius Partis, per Vassallos, Homines, aut Subditos alterius, contra vim, formam, & effectum præsentis Tractatûs & Concordiæ, in aliquo Læsus vel Damnificatus fuerit, & super hoc in illis Locis & per illos Judices, ubi & per quos in talibus Casibus de Justitia provideri debet, Reformationem & Reparationem consequi non valuerit, nichilominus præsens Tractatus & Concordia in suo Robore permaneat, & Pars sic Dampnificata, quæ ut præmittitur consequi non valuit, cum Commendatiis & Admonitoriis Literis sui Principis ad alterum Principem recurrer, ipséque Defectum Officialium suorum suplens, ille de debito Juris Remedio providebit, nec anteà Literæ de Represariis vel Marcha vel Contromarcha impetrentur nec concedentur.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd utérque Principum præfatorum, infra Sex Menses proximò & immediatè sequentes post Datam præsentis Conclusionis, hunc Tractatum, Treugas, Pacem, Unionem, & Concordiam, & Confœderationem & veram Amicitiam, in omnibus & singulis insignioribus Locis Regnorum & Dominiorum suorum, tàm super Littora Maris quàm super Terram & in Portubus eorumdem, publicè & solempniter Proclamari, Notificari & Publicari facient, prout in tali Casu antiquitùs fieri consuevit. A. D. 1490. Hen. 7.

ITEM, pro majori Securitate & Roboris Firmitate dictæ Amicitiæ, Pacis, Ligæ, Unionis, & Confœderationis, & ut inter *præfatos Principes* major intercedat Benivolentia, Conjunctio, & Affinitas, est Concordatum & Conclusum quòd, cum Benedictione Christi & ipsius adjutorio, celebrentur Sponsalia & Matrimonium per verba de præsenti, juxta Consuetudinem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, inter præfatum Illustrissimum Dominum *Arthurum Principem Walliæ, &c.* Filium Primogenitum & Hæredem dicti Domini *Regis Angliæ*, & Illustrissimam Dominam *Katherinam Filiam Quartam* præfatorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* cùm ad Ætatem legittimam pervenerint; Et quòd, cùm prædicti Domini *Arturus* & *Catherina* pervenerint ad Ætatem, in qua de Jure vel Dispensatione Apostolicâ Sponsalia de futuro contrahere possint, eadem Sponsalia per verba de futuro contrahent per suos Procuratores & Nuncios legitimè ad hoc specialiter constitutos.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* pro *prædicta Domina Catherina* Filia sua, & præfatus Dominus *Rex Angliæ* pro prælibato *Domino Principe Arturo* Filio suo, promittunt procurare, facere, curare, & laborare quòd dicta Sponsalia de futuro fiant & celebrentur cùm ad prædictam Ætatem prædicti Domini *Arturus* & *Catherina* pervenerint: Et quòd, cùm fuerint Ætatis legitimæ (scilicet, dictus Dominus *Arthurus* Quatuordecim Annorum, & dicta Domina *Katerina* Duodecim Annorum) facient, contrahent, & celebrabunt prædictum Matrimonium per Verba de præsenti, secundùm morem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ: Et quòd postea illud per ipsos consumabitur, ut inter legitimum Virum & Uxorem fieri debeat,

Quæ omnia prædicti Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Rex Angliæ*, & unusquisque eorum Promittunt & Promittit procurare & facere pro Viribus suis, omni dolo ac fraude, cavilatione, dilatione, & simulatione cessantibus, sub Pœnis & Censuris Sedis Apostolicæ, & etiam in præsentia Duarum Personarum fidedignarum in Dignitate constituarum, atque coram Duobus Auctoritate Apostolicâ Tabellionibus ad hoc specia-

A.D. 1490. Hen. 7.

liter vocatis, Juramentum corporale tactis Sacrosanctis Evangeliis præstabunt; super qua quidem Juramenti præstatione iidem Tabelliones unum vel plura Publicum vel Publica Instrumentum vel Instrumenta, ad præfatorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ*, & *Regis Angliæ*, aut alicujus eorum, aut per eorum Deputatorum Requisitionem, conficere, & Eis vel Ei sic Requirentibus vel Requirenti dare & tradere teneantur.

Item, est Concordatum & Conclusum quòd memorati Domini *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Rex & Regina* dent in Dotem cum *prædicta Catherina* Filia sua *Ducenta Milia Scutorum Auri* (valente *unoquoque Scuto Quatuor Solidos & Duos Denarios Sterlingorum*) hoc modo solvenda; videlicet,

Medietatem prædictorum *Ducentorum Mille Scutorum præfato Domino Regi* vel ejus ad hoc specialiter Deputato vel Deputatis, in Oppido Bristolliæ vel Subantoniæ, vel in alio Portu Angliæ, ubi prædicta *Domina Catherina* primò traducta fuerit,

Alteram verò Medietatem prædictæ Dotis dent & solvent præfato Domino *Regi Angliæ* vel *Arturo* Filio suo Primogenito, vel eorum Deputatis, infra Biennium a tempore prædictæ Traductionis computando:

Et quia asseritur per præfatum Doctorem *Rodericum Gundesalvi de Puebla*, Oratorem præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* in Jocalibus, Vestibus, Supelectibus, & aliis Ornamentis, per suas Magestates cum præfata *Domina Catherina* Filia sua mittendis, & quòd aliæ Tres Partes dictæ Dotis debeant solvi in Auro & Argento & Gemmis, justo Precio extimatis, ut Ipse asserit fuisse Conventum & Conclusum inter Eum & Reverendum Dominum *Ricardum Episcopum Exoniensem* ac Dominum Privati Sigilli, qui ad hoc fuit Deputatus per præfatum Dominum *Regem Angliæ*, & præfati Oratores dicti *Regis Angliæ* huic Assertioni contradicunt, est Concordatum & Conclusum quòd Veritas hujus Articuli comittitur Verbo Fidei & Juramento prædicti *Episcopi Exoniensis* Domini præfati Sigilli, cujus Declarationi stetur.

Item, quia per præfatum Doctorem Oratorem præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* fuit Propositum quòd, Nomine Arrarum, daretur, per prædictum Dominum *Regem Angliæ* & Dominum *Principem Arturum* ejus Filium, dictæ Dominæ *Catherinæ* ejus Sponsæ, propter Honorem suæ Personæ, Medietas vel saltem Tertia Pars prædictæ Dotis, juxta Morem & Consuetudinem universaliter in similibus Casibus inter Principes observatam; ad quod per prædictos Oratores dicti Domini *Regis Angliæ* fuit Responsum, quòd secundùm Consuetudinem Regni Angliæ prædicta Datio Arrarum non admittitur, sed quòd post Solempnisationem Matrimonii est habitura prædicta *Domina Catherina*, ur Principissa Angliæ, Tertiam Partem Principatûs Walliæ, & Ducatûs Cornubiæ, & Comitatûs Cestriæ, quæ Tertia Pars ascendit, singulis Annis, in Redditibus usque ad Summam *Viginti & quinque Milia*, vel saltem *Viginti & tria Milia prædictorum Scutorum*, & quòd hæc Tertia, Contemplatione præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ* ejus Parentum, assignabitur, & in bonis Villis, Terris, & Dominiis prædictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs taliter quòd Proventus Villarum, Terrarum, & Dominiorum sibi assignatorum sint æquivalentes Proventibus prædictæ Tertiæ Partis prædictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs: Et quòd, postquam dicta *Domina Katerina* fuerit Regina, dabitur & habundantiùs ultra Valorem prædictæ Tertiæ Partis, juxta Consuetudinem aliarum Reginarum Regni Angliæ: Et, si dissolvatur Matrimonium per Obitum dicti Domini *Arthuri* (quod Deus avertat) dabitur ei Tertia Pars Redditum & Proventuum Regni Coronæ Angliæ, secundùm quòd assuetum est dari aliis Reginis Angliæ; est Concordatum & Conclusum quòd in hoc servetur cum dicta *Domina Catherina* Principissa quod consuetum est fieri cum aliis Principissis Angliæ, dumtamen assignentur sibi bonæ Villæ, Terræ, & Dominia pro prædicta Tertia Parte, quæ ascendant in Redditibus singulis Annis usque ad dictam Summam *Viginti Quinque Millia*, vel saltem *Viginti & Tria Millia prædictorum Scutorum* dictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs, ut prædictum est, & cum competenti Melioratione, attentis Progenie & Statu præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Parentum præfatæ *Dominæ Katerinæ*, &, cum præfata *Domina Katherina* fuerit Regina, observentur cum ea tàm constante Matrimonio quàm soluto, quod cum aliis Reginis Angliæ fieri solet ut prædictum est.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd, pro Securitate dictæ Solutionis dictæ

A. D. 1490. Hen. 7. dictæ Dotis, præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Obligent Se, & suos Hæredes & Successores, & Bona sua Patrimonialia & Fiscalia, ac Bona Subditorum suorum, in forma Contractûs Garenticii paratam executionem habentis, Promittentque sub Fide & Verbo Regio prædictam Dotem realiter & cum effectû solvere in Terminis & in Locis desuper contentis, taliter quòd, in Defectum Solutionis, dictus Dominus *Rex Angliæ* & Dominus Filius suus *Arturus*, ejúsve Hæredes & Successores prædicti, possint Requisitione & Admonitione præmissâ, ut inter tantos & tales Principes fieri decet, nedùm Bona ipsorum *Regis & Reginæ* Hæredum & Successorum suorum, sed etiam Bona Subditorum capere & pro rata debitè Vendere & Distrahere.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd præfatus Dominus *Rex Angliæ* Obliget Se, Hæredes & Successores suos præfatos, & Bona sua Patrimonialia & Fiscalia, Bona Subditorum suorum, pro Securitate quòd *prædicta Catherina* Dotabitur per præfatos Dominos, *Regem Angliæ* & *Arturum* ejus Filium, tempore quo fuerit Traducta in dicto Regno Angliæ, & fuerit Nupta per Verba de præsenti, in Tertia Parte dictorum Principatûs Walliæ, & Ducatûs Cornubiæ, & Comitatûs Cestriæ: Et quòd dicta Tertia Pars sibi assignabitur in bonis Villis, Terris, & Dominiis dictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs, cum Redditibus & Proventibus, æquivalenti Valori Tertiæ Partis Redditunm & Proventuum dictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs, ut supradictum est, & cum competenti Melioratione ut dictum est: Et quòd, cùm fuerit Regina, ultra dictam Tertiam Partem, dabitur ei habundantiùs constante Matrimonio, &, eo Dissoluto per Obitum dicti Domini *Arturi* (quod Deus avertat) dabitur ei Tertia Pars Redditnum & Proventuum Regni Coronæ Angliæ, juxta Morem & Consuetudinem observatam erga aliis Reginis Angliæ.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd, si contingat pertinere dictæ Dominæ *Catherinæ* Successio in dictorum Regnorum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* per Obitum suorum Fratrum & Sororum Eâ Majorum (quod Deus avertat) quòd *præfata Katerina* succedat in eisdem Regnis & Dominiis, ac si in eisdem Regnis & Dominiis Vitam ageret & præsens esset.

Item, Concordatum & Conclusum quòd præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Transmittant in Portum Subanthoniæ, vel Bristolliæ, vel in alium Portum Regni Angliæ, *prædictam Katherinam* eorum Filiam, decenter Ornatam Vestibus & aliis Ornamentis, secundùm Gradum suæ Dignitatis, quæ si debeant computari in Dotem vel non stetur Juramento Domini Privati Sigilli ut dictum est; &, quamprimùm applicuerit in aliquo prædictorum Portuum, illicò, silicet, infra Mensem proximò sequentem, celebrentur Nuptiæ inter præfatos Dominos, *Arturum* & *Katerinam* in Facie Ecclesiæ. A. D. 1490. Hen. 7.

Item, quia dicti Oratores præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Angliæ* non sunt sufficienter Instructi circa Traductionem præfatæ *Dominæ Katherinæ* in Angliam, visum fuit honestum, per Commissarios & Deputatos utriúsque Partis, quòd Oratores præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Angliæ* Conferant inter Se & Consulant utrúmque Principem suum; sed nichilominus maneant firma omnia in hiis præsentibus Capitulationibus contenta, præter istud Capitulum.

Nos præfati *Didacus de Guivara* Archidiaconus de Campos Capellanus præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Rodericus Gundesalvi de Puebla* utriúsque Juris Doctor, & *Johannes de Sepulveda* Miles, & *Ricardus Nanfan* Miles Custos Principis Primogeniti Regis Angliæ, & *Thomas Savage* utriúsque Juris Doctor ac Cancellarius Comitatûs Marchiæ, Nomine præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Regis Angliæ*, nostrorum Constituentium, Promittimus & Assecuramus invicem quòd præfati Domini Facient, Observabunt, & Adimplebunt realiter & cum effectu omnia & singula in præsentibus Literis & Capitulationibus desuper contenta, quæ cuilibet Parti earum incumbunt facienda & adimplenda, tàm circa præfatam Pacem, Amicitiam, Ligam, & Confœderationem, quàm circa dictum Matrimonium Contrahendum inter præfatos Dominos *Arturum Principem Walliæ* & *Infantem Katerinam*, omni dolo, fraude, simulatione, & cautelâ cessantibus, & quòd omnia bonâ Fide servabuntur & adimplebuntur sub Ipothecâ & Obligatione omnium suorum Bonorum Patrimonialium & Fiscalium præsentium & futu-

A. D. 1490. Hen. 7. futurorum, quæ ad hæc specialiter & expressè Obligamus sub omni Juris & Facti Renunciatione ad hæc necessaria pariter & Cautela.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium Præmissorum præsentes Literas sive præsens Publicum Instrumentum fieri jussimus, & ejusdem Tenoris duplicari,

UNUM, videlicet, ipsorum Originalium pro præfatis Dominis *Rege & Reginâ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.*

ALTERUM verò pro præfato Domino *Rege Angliæ*,

Et volumus quòd quilibet Originalium eorumdem, etiam sine altero & per se, tantam plenariam Fidem, in Judicio & extra, ubique faciat de Præmissis, ac si ambo Originalium ostensa fuissent.

Dat. & Acta in *Oppido de Medina del Campo*, Die Vicesimâ septimâ Mensis Martii, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octoagesimo Nono; Præsentibus ibidem, Egregiis Viris Dominis, *Roderico Maldonado de Talanera* Doctore, & *Fernando Alvari* Secretario & Bacallario, *Jofredo de Sasiola*, Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Consiliariis, & *Roderico de Mercado* eorumdem Regis Domûs Milite, Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes de Tyedra *Clericus Lamorensis Diœcesis in Decretis Bacalarius Publicus Apostolicâ Auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus & singulis, dùm sic ut præmittitur Agerentur, Dicerentur, & Fierent, unà cum prænominatis Testibus, præsens fui, eaque omnia & singula sic fieri vidi audivi & in Notam sumpsi, ideò præsentes Literas sive præsens Publicum Instrumentum Manu meâ scriptum, Mandataque Procurationem prædictorum Dominorum* Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. *ac* Regis Angliæ, *& Capitula prædicta in se continent sive continen. per præfatos Dominos Oratores & Commissarios supra ut præfertur munitas, ad eorumdem Instantiam & Requisitionem, Signo & Nomine meis consuetis, pro præfato Domino* Rege Angliæ, *signavi, subscripsi, & publicavi in Fidem & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum rogatus & requisitus.*

QUIBUS OMNIBUS ET SINGULIS præinsertis, per Nos Visis, Inspectis, & diligenter Examinatis, quia Nobis maximè cordi est ut omnia & singula in eis contenta plenè Observentur, Custodiantur, & integrè Teneantur, ac in omnibus & per omnia prout supra narrata & explicita sunt debitæ Executioni Demandentur, idcircò, de nostra certa Scientia & merâ Voluntate, præinserta Capitula pacta, composita, inita & concordata, & omnia in eis & quolibet eorum, de Verbo ad Verbum, contenta, expressa, & narrata barum serie Approbamus, Confirmamus, Stabilimus, Rata, Grata, & Firma habemus, Robûrque Firmitatis Adjicimus, perinde ac si per Nos ipsos pacta, composita, inita, & concordata fuissent, eáque omnia & singula, bonâ Fide & Verbo Regio, Adimplere, Tenere, & firmiter Observare Promittimus & Assecuramus, quódque idem facient Successores & Hæredes nostri a Nobis legitimè procreati & descendentes, eorúmque Filii & Successores similiter Promittimus & Assecuramus.

Et insuper, pro majoris Roboris Firmitate, Jurejurando Astringimur, Sacrosanctis Dei Evangeliis Signóque Sanctæ Crucis, in Præsentia Reverendissimi in Christo Patris *Johannis Archiepiscopi Cantuariensis* totius Angliæ Primatis Cancellarii nostri Angliæ, ac, Venerabilium Patrum, *Ricardi Exoniensis* Custodis Privati Sigilli nostri, & *Petri Wintoniensis*, Episcoporum, ac, Nobilium & Præclarissimorum Dominorum, *Thomæ Comitis Arundellæ, Johannis Comitis Oxoniæ* Magni Camerarii nostri Angliæ, *Henrici Comitis Northumbriæ*, *Georgii Comitis Salopiæ*, *Thomæ Comitis Derbiæ* Constabularii Angliæ, & *Henrici Comitis Essexiæ*, Consanguineorum nostrorum Carissimorum, ac etiam, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Ricardi Nevill* Domini de Latymer, & *Johannis Zouche* Domini de Zouche, Militum, necnon aliorum Magnatum, Procerum, & Consiliariorum nostrorum, per Nos corporaliter manu tactis, quòd omnia & singula, in Præinsertis Capitulis pactis & concordatis contenta & expressa, realiter & cum effectu Tenebimus, Adimplebimus, Firmabimus, & omni fraude, dolo, vel falsâ machinatione aut simulatione, ut Catholicos decet Principes, cessantibus, inviolabiliter Observabimus, nec unquam ullo tempore contrarium faciemus fieríque permittemus.

In quorum Fidem & Testimonium Præsentes, Manibus propriis subscriptas,

A. D. 1490. Hen. 7. noſtróque Sigillo munitas, fieri juſſimus.

Dat. in *Manerio noſtro de Okyng* ſub Anno a Nativitate Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Nonageſimo, Die Viceſimâ tertiâ Menſis Septembris, Regníque noſtri Anno Sexto. A. D. 1490. Hen. 7.

Per ipſum Regem.

De Tradendo & Recipiendo dictarum Conventionum Ratificationes.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 29.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, hiis actis Diebus, inter noſtros atque Altiſſimorum & Potentiſſimorum Principum *Fernandi Regis & Heliſabethæ Reginæ Caſtellæ, Legionis, Aragonum, Ciciliæ, &c.* Confœderatorum & Conſanguineorum noſtrorum Cariſſimorum Oratores, Procuratores, & Nuncios, nonnulla Pacta, Conventiones, Intelligentiæ, & Fœdera inita, coneordata, perculſa, conventa fuerint & concluſa, ſicuti in Literis dictorum Oratorum, de Data Viceſimæ ſeptimæ Diei Martii, Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Octageſimo nono, ſuperinde confectis, ac per Literas noſtras Patentes, Magno Sigillo noſtro munitas, Approbatas, Ratificatas, & Confirmatas pleniùs continetur,

Nóſque alias Literas noſtras Patentes, Manu noſtrâ ſubſcriptas, hujuſmodi Pacta, Conventiones, Intelligentias, & Fœdera partim recitantes, eaque ſic Recitata Extendentes, Explanantes, ſeu Modificantes, de novo fieri & Magno Sigillo noſtro muniri fecimus,

Nos igitur,

De Fidelitatibus & providis Circumſpectionibus, Dilectorum & Fidelium Conſiliariorum noſtrorum, Magiſtri *Ricardi Mabewe* Sacræ Theologiæ Doctoris Præſidentis Collegii Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Univerſitate Oxoniæ Capellani noſtri, & *Roberti Rydon* Legum Bacularii Clerici Concilii noſtri ac Viceadmiralli, quamplurimùm confidentes,

Ipſos noſtros veros & indubitatos Commiſſarios, Oratores, Procuratores, Deputatos, & Nuncios ſpeciales, Aſſignamus, Facimus, Deputamus, Conſtituimus, & Ordinamus per Præſentes, A. D. 1490.

Dantes & Concedentes eiſdem plenam, Tenore Præſentium, Poteſtatem & Auctoritatem ac Mandatum ſpeciale ipſas noſtras Literas, ſic Manu noſtrâ ſubſcriptas, ac Magno Sigillo noſtro, ut præmittitur, ſigillatas, præfatis Altiſſimis & Potentiſſimis Principibus *Regi & Reginæ Caſtellæ, Legionis, Aragonum, Ciciliæ, &c.* pro Nobis & Nomine noſtro, Dandi, Tradendi, & Deliberandi,

Aliáſque conſimiles Literas a præfatis Altiſſimis & Potentiſſimis Principibus, ſeu eorum Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, pro Nobis & Nomine noſtro, Petendi, Exigendi, Requirendi, & Recipiendi,

Cæteraque Faciendi, Exequendi, & Expediendi quæ in Præmiſſis, ſeu circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Rata, Grata, & Firma habituros quicquid dicti noſtri Commiſſarii, Oratores, Procuratores, Deputati, & Nuncii, Nomine noſtro fecerint in Præmiſſis.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Okyng* viceſimo tertio Die Septembris.

Per ipſum Regem.

Literæ de Fœdere cum Duce Mediolani.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Ex Autogr.

JOhannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes, Dux *Mediolani, &c. Papiæ, Angleriæque* Comes, ac *Genuæ & Cremonæ* Dominus, omnibus & ſingulis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Tenore earum innoteſcat quòd,

Cùm Sereniſſimi Domini *Angliæ Reges* & Illuſtriſſimi Progenitores noſtri, qui pro tempore fuerunt, mutuam inter ſe Benivolentiam atque Amicitiam coluerint, ita ut quamvis longo ſpatio atque intervallo Terrarum Corpore Seperati fuerint, perpetuis tamen Animorum nexibus & Caritatis vinculo fuerunt Conjuncti, ex quo ipſis Principibus non modicum Laudis & Gloriæ A. D. 1490.

A. D. 1490. Hen. 7.

Decus accessit, verum etiam Subditis, & Populis eorum maxima inde Commoda provenerunt,

Hoc exploratissimum habentes Serenissimus Princeps Dominus *Henricus*, Dei gratiâ, præfens *Rex Angliæ & Franciæ*, ex unâ, & *Nos* præfatus *Johannes Galeaz Maria, Dux Mediolani, &c.* Parte ex altera, Dignum esse duximus vetustissimam Majorum nostrorum Benivolentiam non modo custodire, sed etiam validioribus Fundamentis stabilire, firmare, atque æternam reddere, perpetuisque Fœderum, Pacis, Ligæ, Unionis, & Intelligentiæ, vinculis firmare,

Ob eámque Causam inter *Nos Regem*, & *Nos Ducem* præfatos, Conventum, Contractum, ac, animo deliberato, est Conclusum, Fœdúsque in hac forma percussum,

Inviolabilem, firmam, & perpetuam Pacem, Ligam, Unionem, & Intelligentiam, inter *Regem præfatum & Nos Ducem*, nostros Hæredes, Successores, Regna, Patrias, Dominia, Vassallos, & Subditos quoscúnque, utriúsque Partis, præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúnque Statûs, Gradûs, seu Condictionis existant, perpetuò forè futuram,

Itaque inter Nos Principes, & omnes & singulos, supra expressos, sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, perpetua, & finalis Pax, Amicitia, & Liga, Confœderatio & Unio inperpetuum duratura, hoc modo; videlicet,

Quòd tàm *Nos Principes prædicti* quàm nostrum Hæredes, Successores, Vassalli, & Subditi, in Terris & Locis utriusque Principis, sese mutuis Officiis prosequanrur, & honestâ Affectione pertractent; ita quòd tàm Nos Principes quàm Subditi utriusque nostrûm possint tutè, liberè, hinc inde ad utriusque nostrûm Portus, Dominia, & Districtus quoscúnque, citra & ultra Mare, accedere, & in eis morari, mercari, & Comercium exercere, ab eisque recedere, quotiens, quamdiu & quando eis libuerit, cum suis, aut conductis, aut accommodatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercibus, Mercimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus quibuscúnque, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, absque Contradictione aliqua, vel Impedimento quocúnque, quemadmodum propriis in Partibus eis liceret; ita quòd nullo alio Salvo Conductu generali aut speciali indigeant; Salvis tamen semper Regnorum, Patriarum, Dominiorum, Urbium, & Locorum suorum Legibus, Statutis, Juribus, & Consuetudinibus, quibus nil per Præmissa censeatur esse Derogatum, salvis etiam aliis utriúsque Partis Ligis, Intelligentiis, ac Confœderationibus, quibus per Præsentes nullo modo intelligatur esse Derogatum.

Quæ quidem omnia & singula Nos, *Joannes Galeaz Maria præfatus*, in Verbo & Fide legalis Principis, Promittimus, pro Nobis, Successoribus nostris, & Subditis ac Vassallis nostris, ita ut supra scripta sunt, bonâ Fide, sine fraude & dolo Nos Observaturos, nec, ullo quæsito colore, quovis modo Contraventuros.

In quorum omnium & singulorum Fidem, præsentes Litteras nostras Patentes fieri, & nostri Sigilli Magni appensione communiri jussimus.

Dat. *Sommæ* Die Quarto Octobris, M. CCCC. XC.

B. Chalcugn.

De Conductu pro Oratoribus Franciæ.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 16

Rex universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac certis considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem nostras speciales,

Commissarios, Oratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios Illustrissimi Principis *Caroli Franciæ* Consanguinei nostri Carissimi, cum *Centum & Viginti Personis vel infra* in Comitiva sua, in una Navi vel diversis Navibus, cum Equis, Carectis, Cariagiis, Capcis, Manticis, Bogeis, Fardellis, Vestimentis, Apparatibus, Jocalibus, Auro & Argento monetato & non monetato, necnon aliis Bonis & Rebus suis necessariis & requisitis, Nobis in hoc Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca nobis subjecta quæcúmque, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Veniendo, ibidem Morando, Expectando, Sojornando, & Conversando, Negotia Onera & alia Agenda sua ibidem Proponendo & Expediendo, & exindè se Divertendo, & ad prædictum Consanguineum nostrum Redeundo

A. D. 1490. Hen. 7. deundo liberè & absque Impedimento, Impetitione, Molestatione, Perturbatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ concessâ vel concedendâ non obstante.

Et ideò &c.

In cujus &c. per Tres Menses duraturas. A. D. 1490. Hen. 7.

Teste Rege apud *Knoll* octavo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Communicando cum Consanguineo Franciæ.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Ibid. m. 16. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Nos, non minus luctu quàm mœrore, præ oculis habentes quo in Discrimine Barbaras per Nationes, Orthodoxorum Sanguinem crebrò sitientes, Christiana Religio inpræsentiarùm premitur atque Laceratur, quæ ad divam olim Felicitatem votivámque Prosperitatem & saneiùs vel celeriùs reduci nequeat quàm ipsius Religionis Principes, saltem Potentiores, Pacis Amicitiæque Fœdere copulentur,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Exoniensis Episcopi* Custodis Privati Sigilli nostri, *Thomæ Comitis de Ormond* Domini de Rocheford, *Willielmi Prioris Ecclesiæ Christi Cantuariensis*, *Johannis Gunthorp* Decani Ecclesiæ Cathedralis Wellensis, *Johannis Don* pro Corpore nostro Militis, *Johannis Turbervyle* Militis Thesaurarii Villæ nostræ Calesii, & *Willielmi Rosse* Vitellarii ejusdem Villæ, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & Indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, & Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, & Ordinamus & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe *Carolo Franciæ* Consanguineo nostro carissimo, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super omnibus & singulis Contentionibus, Pactionibus, Concordiis, Alligantiis, Amicitiis, Affinitatibus, Confœderationibus, & Intelligentiis quibuscúmque, habitis sive habendis, firmatis sive firmandis, ipsum *Præcarissimum Consanguineum nostrum* & Illustrissimam Principem *Annam Britanniæ Ducissam* Consanguineam nostram Carissimam qualitercúmque concernentibus concerneréve valentibus, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis *inter Nos* & *dictum Consanguineum nostrum*, Regna, Terras, & Dominia nostra atque sua, necnon Subditos, Alligatos, & Confœderatos nostros atque suos quoscúmque, ad Tres Annos proximò futuros seu minora Tempora duraturis, ac etiam de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum *inter Nos* & *dictum Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra atque sua, Subditos, Alligatos, Vassallos, Confœderatos nostros & suos quoscúmque, hinc inde ineundis, percutiendis, componendis, & habendis, Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Concordandi, Componendi, & Appunctuandi, A. D. 1490.

Necnon de & super omnibus & singulis Quæstionibus, Querelis, Attemptatis, & Demandis Subditorum & Confœderatorum nostrorum atque suorum Cognoscendi & Procedendi, atque eas finaliter Concludendi & Determinandi,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam *aliam Dietam* in tali Loco sive talibus Locis, prout eis meliùs visum fuerit, Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Communicandi, Tractandi, Componendi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Necnon de & super certa Pecuniarum Summa Statuendi pro Nobis, per ipsum nostrum Præcarissimum Consanguineum, Loco & Tempore per ipsos concordatis Præfigendis & Limitandis, solvendâ, Communicandi, Tractandi, Conveniendi, Concordandi, & Paciscendi,

Cautionésque, Promissa, Obligationes, & Securitates quascúmque, pro Solutione & Contentatione hujusmodi Summarum, Nobis & Assignatis nostris solvendarum, Petendi, Stipulandi, Exigendi

A. D. 1490. Hen. 7. gendi pariter, & Recipiendi, Locáque & Tempora pro Solutione hujusmodi Summarum, prout eisdem Oratoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis meliùs visum fuerit, Statuendi, Præfigendi, & Limitandi,

Præmissáque omnia & singula Appunctuandi, Concludendi, Determinandi, Finiendi, Firmandi, & Assecurandi,

Necnon de & super Appunctuatis & Conclusis hujusmodi eaque qualitercúmque concernentibus Literas validas & efficaces Conficiendi, & *eidem Consanguineo nostro* ejúsve Commissariis eas Deliberandi, atque ad omnium eorum & singulorum Præmissorum sic conclusorum Observantiam Nos Hæredes & Successores nostros, per easdem Literas, modo & formâ quibus eis meliùs videbitur, Astringendi & Obligandi,

Literásque alias, consimilis effectûs & vigoris, seu saltem efficaces pro parte dicti Consanguinei nostri Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula & ea qualitercúmque concernentia Faciendi & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac Parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias & Approbatorias in forma debita & autentica prout opus fuerit daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Knoll* octavo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Franciæ.

A. D. 1490. An. 6. H. 7. Ibid. m. 39.

REX universis & singulis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Judicibus, Admirallis, Capitaneis, Castellanis, Armigerorum Ductoribus, Civitatum, Castrorum, Fortalitiorum, Villarum, Portuúmque Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, Passagiorum, Viarum & Itinerum Custodibus & Gubernatoribus, eorúmque Locatenentibus, necnon Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Licet apud omnes Nationes Legatorum Nomen semper Venerabile fuit, ita ut illorum Profectio sive Bello sive Pace Secura esse debeat & Tuta, utpotè qui inter Principes & Gentes Publicæ Utilitatis Causas gerunt,

Ad majorem tamen Cautionem Salvus illis interdum Conductus, ad propellendas Temerariorum Hominum Injurias, conceditur,

Quocirca Nos, ex Munificentia nostra Regia, cupientes ut Illustrissimi & Potentissimi Principis Carissimi Amici & Consanguinei nostri *Karoli Franciæ Regis* Legati & Ambassiatores Viri Illustres, *Franciscus Dominus de Luxenburg* Vicecomes de Martiga, *Wallerandus de Sans* Dominus de Marigny, & Venerabilis Pater *Robertus Gagnin* Decretorum Doctor Generalis Minister Ordinis Sanctæ Trinitatis, quietiùs & securiùs suam Legationem atque Ambassiatam, & ea omnia & singula, quæ propter beatæ Pacis Securitatem Nobiscum loqui agere, tractare, & componere sui Principis Nomine habent & habere sperant in Mandatis, valeant & possint, de Gratia nostra speciali ac ex mero Motu nostro suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales prædictos Illustres Viros dicti Consanguinei nostri Legatos & Ambassiatores in Regnum nostrum Angliæ, Villam & Marchias Calesii, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, *cum Quatervigiati Personis in Comitiva eorum atque cujuslibet eorum vel infra*, & totidem Equis ac Bonis, Jocalibus, Auro & Argento monetato & non monetato, Bogeis, Manticis, Fardellis, & aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, aut equestrè vel pedestrè, aut aliis Equitaturis, Veniendo, ibidem Nocte Diéque Morando, Stando, Redeundo, Perhendinando, Sojornando, Conversando, & Exspectando, & exinde

A. D. 1490. Hen. 7. inde ad Partes Franciæ, seu alias Partes Exteras quascúmque Transeundo & Redeundo, liberè & absque Impedimento, Impetitione, Perturbatione, Molestatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque,

Hujusmodi Salvum Conductum, Protectionem, Tuitionem, & Salvam Gardiam nostras, desuper habundanti gratiâ nostrâ, eis & eorum cuilibet in Verbo RegioConcessimus,& per Præsentes Concedimus, quamquam tempus Treugæ & Induciarum, quæ *inter Nos* & *præfatum Consanguineum nostrum* Carissimum firmatæ sunt, finiri interim contigerit,

Et ideò vobis & vestrûm cuilibet Mandamus quòd ipsos Legatos & Ambassiatores in Regnum, Dominia, Jurisdictiones, &Territoria nostra prædicta,cum Personis, Equis, Bonis, Jocalibus, Auro & Argento monetato & non monetato, Bogeis, Manticis, Fardellis, Rebus, & Hernesiis suis prædictis, conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, seu aliis Equitaturis, Veniendo, ibidem Nocte Diéque Morando, Stando, Perhendinando, Sojornando, Conversando, & Expectando, & exinde ad dictas partes Franciæ seu alias Partes Exteras quascúmque Transeundo & Redeundo, ut prædictum est, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Non inferentes eis seu eorum alicui, aut, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen, Et, si quid eis seu eorum alicui in Personis aut Bonis & Rebus prædictis Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis & eorum cuilibet sine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis, quod integrè fieri Regiâ nostrâ Auctoritate Mandamus & Jubemus, A. D. 1490. Hen. 7.

Quòd si quid in hoc nostro Salvo Conductu omissum sit, quod ad Efficaciam Securitatémque hujusmodi Salvi Conductûs pertineat, aut si quid in eo Dubium aut Ambiguum oriatur, Volumus expressè quòd totius Ambiguitatis Interpretatio ad Commodum, Utilitatem, & Securitatem ipsorum Ambassiatorum convertatur,

Proviso semper quòd prædicti Legati & Ambassiatores ac secum Commitantes se benè & honestè erga Nos & Populum nostrum habeant & gerant, absque quicquam quod in Nostri Contemptum seu Præjudicium aut Populi nostri prædicti Dampnum seu Gravamen cedere valeat faciendo vel attemptando,

Et si contingat aliquem prædictorum Legatorum & Ambassiatorum aut secum Comitantium præsentem Salvum Conductum nostrum Infringere, nolumus tamen ipsis Ambassiatoribus nec eorum alicui, dictum Salvum Conductum nostrum minimè Infringenti, aliquod Dampnum vel Præjudicium generari, set illi vel illis qui ipsum nostrum Salvum Conductum Infregerit vel Infregerint.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Decembris.

Pro Magnatibus Britanniæ.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 37. REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratiâ nostrâ speciali, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem & Defensionem nostras speciales, Magnificos & Spectabilissimos Viros, Consanguineos nostros Prædilectos, *Johannem de Chaalon Principem Orangiæ*, & *Franciscum Comitem Dunosiæ*, ac Nobilem & Clarissimum Virum *Philippum de Montauban* Cancellarium Britanniæ, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, cum *Trescentis Personis in Comitiva sua vel infra*, & totidem Equis, ac Bonis, Jocalibus, Auro & Argento monetato & non monetato, Bogeis, Manticis, Ferdellis, Literis, Papiris, & aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim & nnumquemque ipsorum per Se & divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, aut equestrè vel pedestrè seu aliis Equitaturis, Veniendo, ibidem Nocte Diéque Morando, Perhendinando, Sojornando, Conversando, Stando, & Expectando, & exinde ad quascúmque Partes Exteras, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Transeundo, Reveniendo, & Redeundo, liberè & absque Impedimento, Impetitione, Perturbatione, Molestatione, seu Gravamine quocúm- A. D. 1490.

A.D. 1490. Hen. 7. que Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque;
Et ideò &c.
In cujus &c.
Per unum Annum duraturas.
Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Decembris.

De Protectione.

A.D. 1490. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 18. REX universis & singulis Admirallis, &c. ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, & ad humilem Supplicationem Dilecti Nobis in Christo Dompni *Willielmi Knollys* Prioris Prioratûs sive Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Partibus Scotiæ, suscepimus eum in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales,

Ita quòd benè licebit *eidem Priori*, cum quadam Navi de Regno Scotiæ Portagii Quaterviginti Doliorum vel infra, per Se aut ejus Factores sive Attornatos, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca Nobis subjecta quæcúmque, cum Servientibus suis quibuscúmque, necnon Bonis, Mercandisis, Rebus, & Hernesiis suis licitis & non prohibitis, necnon Armis pro eorum Defensione oportunis quibuscúmque, conjunctim & divisim, equestrè vel pedestrè, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Venire, ibidem Morari, Nocte Diéque Perhendinare, Mercandisare, ac Bona & Mercandisas hujusmodi Vendere, aliáque Bona & Mercandisas licita quæcúmque, ad Stapulam nostram Calesii non pertinentia, Emere, & cum eisdem ac Servientibus, Rebus, & Hernesiis hujusmodi extra Regnum & Loca prædicta in dictum Regnum Scotiæ, liberè & absque impedimento aliquo, Transire & Redire, aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ concessâ sive concedendâ, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Restrictione in contrarium factâ, editâ, sive ordinatâ, aut aliquâ aliâ Causâ, Re, vel Materiâ quacúmque, in aliquo non obstante; A.D. 1490.

Et ideò vobis & cuilibet vestrûm Mandamus quòd *ipsum Priorem*, Factores, Attornatos, sive Deputatos suos, cum Bonis, Rebus, *&c. ut in similibus Literis hujusmodi Salvi Conductûs.*

In cujus &c. per unum Annum duraturas, si Pax & Treuga inter Nos & carissimum Consanguineum nostrum *Regem Scotiæ* tamdiu durare contigerint.

Teste Rege apud *Knolles* vicesimo primo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

☞ *De Communicando cum Florentinis.*

A.D. 1491. An. 5. H. 7. Ibid. m. 35. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Baldiswell* Legum Doctoris Clerici Concilii nostri, & *Radulphi Austriche* Civis & Aldermanni Civitatis Londoniæ, plenius confidentes,

Ipsos, & eorum alterum, nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Oratores, & Deputatos, nostrúmque verum, legitimum, & indubitatum Commissarium, Procuratorem, Oratorem & Deputatum, Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus,

Ad Paciscendum, & Conveniendum, Pactáque, Capitula, & Conventiones Faciendum, Ineundum, atque Firmandum cum, Spectabilibus Viris, *Tommasio Folchi de Portmaris*, & *Cristoforo Joannis Antonii de Spinis*, Procuratoribus, Sindicis, Actoribus, & Nunciis, Magnificorum & Excelsorum Dominorum, Priorum Libertatis & Vexilleferi Justitiæ Populi Florentini *Civitatis Florentiæ*, sive eorumdem *Tommasii* & *Cristofori* altero, de & super quibuscúmque Rebus quantumcúmque magnis vel ardnis, aut de quibus deberet fieri mentio specialiter expressa, & cum plena, libera, & generali Administratione in prædictis & circa ea necessaria, ac etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent magis speciale, A. D. 1491.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per præfatos Commissarios, Procuratores, Oratores, & Deputatos nostros, seu eorum alterum, Actum, Factum, Gestum, seu Procu-

A. D. 1491. Hen. 7. Procuratum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus &c. per Quatuor Menses duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Februarii. A. D. 1491. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Consanguineo Franciæ.

A. D. 1491. An. 5. H. 7. Ibid. m. 36. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm verè lateat neminem, Civitates, Opida, atque Regna Bellorum Calamitatibus Diffidiorúmque Turbinibus ad nichilum fuisse redacta, eademque Pace coaluisse,

Hinc est quòd Nos,

Felicem Rerum Christianæ Religionis Successum, Universalemque Regum ac Regnorum omnium Concordiam desiderantes, & maximè eorum quibus Sanguinis vicinitate conjuncti sumus,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Venerabilis in Christo Patris *Ricardi Exoniensis Episcopi* Custodis Privati Sigilli nostri, *Thomæ Comitis de Ormond* & Domini de Rocheford, & *Willielmi Prioris Ecclesiæ Christi Cantuariensis*, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, & Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe *Carolo Franciæ* Consanguineo nostro præcarissimo, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, de & super omnibus & singulis Conventionibus, Pactionibus, Concordiis, Alligantiis, Amicitiis, Affinitatibus, Confœderationibus, & Intelligentiis quibuscúmque, habitis sive habendis, firmatis sive firmandis, ipsum *Præcarissimum Consanguineum nostrum Carolum Franciæ*, ac Illustrissimum Principem *Maximilianum Romanorum Regem*, & Illustrissimam Principem *Annam Britanniæ Ducissam* Consanguineos nostros Carissimos qualitercúmque concernentibus concerneréve valentibus,

Ac etiam de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, ad Tempus sive ad certa Tempora duraturis, quàm de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum *inter Nos* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra atque sua, Subditos, Alligatos, Vasallos, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, hincinde ineundis, percutiendis, capiendis, componendis, & habendis, Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Concordandi, Componendi, Appunctuandi & plenariè & integrè Determinandi,

A. D. 1491.

Necnon omnes & singulas hujusmodi Conventiones, Pactiones, Concordias, Alligantias, Amicitias, Affinitates, Confœderationes Intelligentias, Treugas, Amicitias, & Guerrarum Abstinentias quascúmque, habitas seu habendas, firmatas seu firmandas, ipsos nostros Consanguineos, *Franciæ & Romanorum Reges*, & præfatam *Britanniæ Ducissam*, qualitercúmq; concernentes concerneréve valentes, ad meliorem & validiorem earumdem Observantiam, per ipsum *Consanguineum nostrum Franciæ* corporaliter Jurari, & in Verbo suo Regio Promitti, Literásque suas Patentes, Magno Sigillo suo sigillatas, aliásque Cautiones, Obligationes, & Securitates quascúmque in ea parte requisitas, super eisdem Juramento & Promissione debitè conficiendas, eisdem Commissariis & Deputatis nostris Nomine nostro tradi & deliberari, Stipulandi, Petendi, Exigendi pariter & Recipiendi,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam *aliam Dietam* in tali Loco sive talibus Locis Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Communicandi, Conveniendi, Tractandi, Appunctuandi, & Concludendi, prout eisdem Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, & Deputatis nostris, & Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) melius visum fuerit & opportunum,

Necnon de & super certa Pecuniarum Summa Statuenda, & Nobis, per ipsum Præcarissimum Consanguineum nostrum Franciæ, Loco & Tempore per ipsos

A. D. 1491. Hen. 7. ipsos concordandis, præfigendis & limitandis, solvendâ, similiter Tractandi, Conveniendi & Pacificendi,

Cautionésque, Promissa, Obligationes, & Securitates quascúmque, pro Solutione & Contentatione hujusmodi Summarum fiendis, Petendi, Stipulandi, & Exigendi pariter, & Recipiendi, Locáque & Tempora pro Solutione hujusmodi Summarum, prout eisdem Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis nostris & suis meliùs visum fuerit, Statuendi, Præfigendi, & Limitandi,

Præmissaque omnia & singula Appunctuandi, Concludendi, Firmandi, & Assecurandi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus Appunctuatis & Conclusis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro Franciæ*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis antedictis Appunctuata, Conventa, Concordata, Conclusa, & Determinata fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Liberandi, A. D. 1491. Hen. 7.

Literásque alias, consimilis effectûs & vigoris, ex altera Parte Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Juramentúmque in Animam nostram, si opus fuerit, Præstandi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula & ea qualitercúmque concernentia Faciendi, Exercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Conductu.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 9. REX universis & singulis &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem nostras speciales, Probum & Spectabilem Virum *Axcellum Wolson* Servitorem & Subditum Præcarissimi Confratris nostri *Johannis Daciæ, Swesiæ, & Norwegiæ, Sclavorum, Gothorumque &c. Regis* Illustrissimi,

Ita quòd benè liceat *eidem Axcello* in hoc Regnum nostrum Angliæ, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, cum *Quinquaginta Personis in Comitiva sua vel infra*, in una Navi sive diversis Navibus, cum Bogeis, Manticis, Fardellis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Apparatibus, Armaturis, Habilimentis Guerræ, & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Venire, ibidémque Nocte Diéque Morari, Perhendinare, Conversari, Sojornari, & Expectare, & exindè ad Partes proprias Transire & Redire valeat liberè & absque Impedimento, Impetitione, Molestatione, Perturbatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; aliquâ Marquâ, Contramarquâ, sive Reprisaliâ concessâ vel concedendâ non obstante. A. D. 1491.

Et ideò &c.

Et si &c.

Proviso semper &c.

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Communicando cum Anna Ducissa Britanniæ.

A. D. 1491. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Venerabilis Patris *Richardi Exoniensis Episcopi* Custodis Privati Sigilli nostri, ac, Dilectorum & Fidelium nostrorum Consiliariorum, A. D. 1491.

A. D. 1491. Hen. 7. rum, *Thomæ Comitis de Ormond* & Domini de Rocheford, & *Willielmi Prioris Ecclesiæ Christi Cantuariensis*, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, & Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) plenariam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, cum Serenissima Principe Consanguinea nostra Carissima *Anna Britanniæ Ducissa*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab ea ad hoc habentibus, de & super omnibus & singulis Conventionibus, Pactionibus, Concordiis, Alligantiis, Treugis, Amicitiis, Guerrarum Abstinentiis, Affinitatibus, Confœderationibus, & Intelligentiis quibuscúmque, habitis sive habendis, firmatis sive firmandis, *ipsam Britanniæ Ducissam*, & Illustrissimum Principem *Carolum Franciæ* Consanguineum nostrum Carissimum, qualitercúmque concernentibus concerneréve valentibus,

Ac de & super omnibus & singulis Pecuniarum Summis, per Nos in Auxilium *prædictæ Consanguineæ nostræ*, in Conductione Armatæ nostræ in Partibus Britanniæ, pro Readeptione Patriarum & Villarum suarum ibidem, expositis & expensis aut exponendis & expendendis, Nobis per *ipsam Consanguineam nostram*, juxta vim, formam, & effectum Conventionum, Pactionum, & Conclusionum inter *Nos* & *ipsam Consanguineam nostram* ante hæc initarum, conventarum, & conclusarum, contentandis & resolvendis,

Ac de Loco, Tempore, & Terminis Resolutionis hujusmodi Summarum Nobis fiendæ præfigendis, limitandis, & statuendis, Tractandi, Comunicandi, Conveniendi, Concordandi, Componendi, Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, hujusmodique Loca, Tempora, & Terminos pro Resolutione hujusmodi Summarum, nobis fiendâ, prout dictis nostris Commissariis melius visum fuerit, Præfigendi, Limitandi, & Statuendi,

Necnon omnes & singulas hujusmodi Conventiones, Pactiones, Concordias, Alligantias, Amicitias, Affinitates, Confœderationes, Intelligentias, Treugas, Amicitias, Guerrarum Abstinentias quascúmque, habitas sive habendas, firmatas sive firmandas, ipsos Consanguineos nostros *Carolum Franciæ* & *Ducissam Britanniæ* Nóve qualitercúmque concernentes concerneréve valentes, ad meliorem validiorémque earumdem Observantiam, per prædictam *Consanguineam nostram Britanniæ* corporaliter jurari, & in Verbo Principis promitti, Literásque suas Patentes, sub Magno Sigillo suo sigillatas, aliásque Cautiones, Obligationes, & Securitates quascúmque, in ea parte requisitas, super eisdem Juramento & Promissione, sibi Nomine nostro tradi ac deliberari Petendi Exigendi pariter & Recipiendi,

A. D. 1491. Hen. 7.

Ac etiam, si necesse fuerit, unam aliam *Dietam* in tali Loco sive in talibus Locis Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Comunicandi, Tractandi, Conveniendi, Appunctuandi, & Concludendi, prout eisdem Commissariis & Deputatis nostris & Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) melius visum fuerit & opportunum,

Præmissáque omnia & singula Concludendi, Firmandi, Assecurandi, & Roborandi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis, & Conclusis, Præmissíque qualitercúmque concernentibus, quæ cum præfata *Consanguinea nostra Britanniæ*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis antedictis Appunctuata, Conventa, Concordata, Conclusa, & Determinata fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Liberandi,

Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula eaque qualitercúmque concernentia Faciendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios nostros, & Duos eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac Parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros

A. D. 1491. Hen. 7. ros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c. A. D. 1491. Hen. 7.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Februarii.

Pro Subditis Ducis Mediolani.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 33. REX universis & singulis Ducibus, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de advisamento & assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, Defensionem, & Salvam Gardiam nostram speciales, omnes & singulos Mercatores & Subditos *Ducis Mediolani* & eorum quemlibet in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, cum eorum Navibus, Carracis, & Galeis, & cum omnimodis Bonis & Mercandisis suis, & cujuslibet eorum pro facto Mercatorio, salvò & securè Veniendo, ibidem Noctibus & Diebus ad eorum libitum Expectando, Perhendinando, & Morando, & extra Regnum, Loca, Jurisdictiones, & Territoria nostra prædicta salvò & securè, durante præsenti Salvo Conductu & Salva gardia nostris, tàm per Terram quàm per Mare, Transeundo, Redeundo absque Molestatione, Aresto, Perturbatione, Impedimento, vel Gravamine quocúmque eis vel alicui eorum, in Corporibus aut Bonis, per aliquos Ligeorum, Ministrorum, vel Officiariorum nostrorum, quocúmque Modo vel Causâ, inferendis vel inferri permittendis, A. D. 1491.

Aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ, contra prædictos Mercatores & Subditos, aut eorum aliquem concessis vel imposterùm concedendis, occasione quacúmque, non obstantibus,

Quas quidem Literas de Marqua & Contramarqua vel Reprisalia, omnes & singulas supradictas & earum quamlibet, contra has præsentes Literas nostras Vires nolumus quovis modo habere, set eas & earumdem Literarum quamlibet omnium suo Robore efficaciâ & executione carere versus præfatos Mercatores & Subditos, Bona & Mercandisas sua & cujuslibet eorum, per Præsentes Discernimus & Concedimus, cum omnibus & singulis Clausis supradictis & aliis quibuscúmque;

Et ideò vobis Mandamus &c.

In cujus &c. per Septennium duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Februarii.

Super Expensis, in Defensione Annæ Romanorum Reginæ & Britanniæ Ducissæ, de Obligationibus capiendis.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Ibid. m. 1. REX universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, ad Requisitionem Interpellationémque Serenissimæ Principis *Annæ Romanorum Reginæ & Britanniæ Ducissæ* Consanguineæ nostræ Carissimæ, cum qua Illustrissimus ac Potentissimus Princeps Carissimúsque Confrater noster *Romanorum Rex* Matrimonium per verba de præsenti contraxit, ipsámque in Conjugem & Contboralem acceptavit, necnon ad plurimorum Nobilium Britanniæ Ducatûs Rogatum, Opem Succursum atque Auxilium, nostris onerosis Sumptibus & Expensis, hiis actis Annis, eidem Serenissimæ Principi *Romanorum Reginæ Ducissæ Britanniæ* præstiterimus, A. D. 1491.

Quibus quidem nostris Auxiliis, contra *Gallorum Principem* ejúsque Rabiem & inopinatam Potentiam, ipsa Serenissima Princeps *Romanorum Regina Britanniæ Ducissa*, suus Ducatus, Subditique ejus, Jura Protecta, Tutata, atque Defensata fuerunt,

Pro quibus quidem nostris Expensis atque Sumptibus, per Nos, ante hac, ut præmittitur, erogatis & expositis, ac ad consimilem pro ea Defensionem posthac erogandis & exponendis, Nobis Resolvendis & Restituendis ipsa Serenissima Princeps *Romanorum Regina Britanniæ*

5

A. D. 1491. Hen. 7. *Britanniæ Ducissa*, Se, suósque Hæredes & Successores, Patrias atque Subditos eorum atque sua Bona firmiter Obligavit atque Astrinxit, prout in Literis suis superinde confectis, Manu propriâ & Sigillo suo munitis, pleniùs liquet,

Jámque inter Magnificum & Spectabilem Virum *Jacobum de Gaudebault*, & nonnullos præfatæ Serenissimæ Principis *Romanorum Reginæ Ducissæ Britanniæ* Oratores atque Nostros Tractatum, Concordatum, & Conventum existit, quòd præfata Serenissima Princeps *Romanorum Regina Britanniæ Ducissa* & Tres Status Britanniæ, per eorum separata Scripta obligatoria debitè conficienda, se & eorum quemlibet Hæredésque & Successores suos, Patrias, Subditos, Bonáque eorum atque sua præsentia & futura, ad Restitutionem & Resolutionem hujusmodi Expensarum & Pecuniæ Summarum, in ipsius Serenissimæ Principis *Reginæ Ducissæ Britanniæ* Patriarum Subditorúmque suorum Defensionem & Succursum per Nos ut præmittitur antehac expositarum & posthac exponendarum, Nobis firmiter Obligabunt & Astringent, quibúsque in Locis & Temporibus omnes dictæ Expensæ & Pecuniarum Summæ, per Nos pro præfatæ Serenissimæ Principis *Reginæ Ducissæ Britanniæ* Statuumque Patriarum, Subditorum, & Jurium Defensione ut præfertur erogatæ & postea erogandæ, Nobis fideliter & inviolabiliter Restitui & Resolvi debeant, prout in eorum Literis, super eorum Recessu, confectis, & Manibus suis propriis subscriptis, evidentissimè liquet,

Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Wrythe* aliàs dicti *Garteri Regis Armorum*, & *Francisci Dupon* Nostri in Lingua Gallica Secretarii, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Actores, Factores, Attornatos, & Procuratores speciales Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus, prout per Præsentes Facimus, Ordinamus, & Constituimus, A. D. 1491. Hen. 7.

Dantes & Concedentes eisdem & eorum utrique plenam Tenore Præsentium Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale, præfata Serenissima Principe *Regina Ducissa Britanniæ*, & a dictis Tribus Statibus Britanniæ, & eorum quolibet, Cautiones, Obligationes, Literas Scriptáque Obligatoria, quibus quidem Literis ad omnes & singulas dictas Expensas Pecuniarúmque Summas, pro ejusdem Serenissimæ Principis *Romanorum Reginæ Britanniæque Ducissæ* suarúmque Patriarum Defensione, per Nos erogatas & expositas, & postea erogandas & exponendas, Nobis certis limitatis Locis & Temporibus, ut præfertur, persolvendas, suósque Hæredes & Successores, Patrias, Subditos, Bonaque eorum atque sua præsentia & futura, Nobis Obligabit, & dicti Tres Status Britanniæ Se, Hæredésque & Successores suos, Bonaque eorum Nobis Obligabunt, atque ad omnia & singula Præmissa firmiter observanda validè & efficaciter se astringet & astringent, atque obligare & astringere se debeat & debeant, Requirendi, Exigendi, & Optinendi pariter & Recipiendi, Literasque Testimoniales super hujusmodi Obligationum Receptione Nomine nostro Faciendi, easque eidem Serenissimæ Principi *Reginæ Britanniæ Ducissæ*, si eas habere requirat, Deliberandi,

Cæteraque Faciendi, Exequendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes, bonâ Fide, & in Verbo Regio, Nos Rata, & Grata, & Firma pro perpetuo habituros totum & quicquid prædicti nostri Actores, Factores, & Procuratores Nomine nostro fecerint in Præmissis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* vicesimo nono Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Custodia Temporalium commissa.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Pat. 6. H. 7. m. 13.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Concessimus & per Præsentes Concedimus Dilecto & Fideli Consiliario nostro *Willielmo Smyth* Clerico Decano Liberæ Capellæ nostræ infra Palatium nostrum Westmonasteriense Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Coventriensis & Lichfeldensis, cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quæ- A. D. 1491.

A. D. 1491. Hen. 7.

quæcúmque, necnon quafcúmque Portiones & Penfiones quæ Nobis per Mortem bonæ memoriæ *Johannis* nuper *ultimi Epifcopi Loci prædicti* & ratione Vacationis ejufdem Epifcopatûs aliquo modo pertinent feu pertinere poterint aut debent,

Habendam & Tenendam Cuftodiam prædictam *eidem Willielmo* & Affignatis fuis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Mortis *præfati nuper Epifcopi* quamdiu Temporalia prædicta in Manibus noftris contigerint remanere, ac unà cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclefiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclefiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præpofiturarum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hofpitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclefiafticorum quorumcúmque, abfque aliquo Nobis vel Hæredibus noftris pro Præmiffis reddendo aut Solvendo, aut Compoto indè faciendo,

Et ulteriùs Conceffimus *præfato Willielmo* plenariam Poteftatem & Auctoritatem, Tenore Præfentium, omnia hujufmodi Ecclefias, Abbatias, Prioratus, Ecclefias Collegiatas, Præpofituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hofpitalia, & alia Beneficia Ecclefiaftica quæcúmque, Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentia, cuicúmque fibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint feu aliquod eorum vacaverit, ad libitum fuum Concedendi, Conferendi, Præfentandi, five Donandi,

Et quofcúmque Senefcallos, Receptores, Ballivos, & alios Officiarios quofcúmque & Officia quæcúmque Epifcopatui prædicto pertinentia, ac quofcumque & quæcumque hujufmodi Officiarios & Officia, quos vel quæ aliquis Epifcopus Coventrienfis & Lichfeldenfis perantea legitimè affignavit, fecit, feu donavit, durante Vacatione prædictâ, Affignandi, Faciendi, & Donandi, abfq; Impetitione, Impedimento, Perturbatione, feu Gravamine Noftri vel Hæredum noftrorum Jufticiariorum, Efcaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, feu aliorum Officiariorum, feu Miniftrorum noftrorum quorumcúmque; Eo quòd expreffa mentio de vero Valore annuo aut certitudine Præmifforum feu alicujus eorum, aut de aliis Donis five Conceffionibus *eidem Willielmo* per Nos ante hæc tempora factis, in Præfentibus minimè facta exiftit, aut aliquo Statuto, Actu, five Ordinatione, inde in contrarium facto, edito, five ordinato, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obftante.

In cujus &c.

Tefte Rege apud *Cantuar.* Tricefimo Die Martii.

Obligatio, ad Tradendum Scotorum Regem in Manus Regis.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Ex Autogr.

BE IT KNOWEN TO ALL MEN, that this prefent Writing fhall fee or heer, that WHEREAS, by certaine INDENTURES,

Bering Date at Grenewich the xvi. Day of Aprill, the Yere of oure Lord God M. CCCC. XCI.

MADE betwene the Right Excellent and Myghty Prince *Henry*, by the Grace of God, *King of England and of Frannce, and Lord of Irland* on the one Partie, and *John Lord Bothwell* and Sir *Thomas Todde* Knight of the Realme of Scotland, as well for and in the Name of Theimfelve as alfo of dyvers other named in the faid INDENTURES on the oter Partie,

It is, for dyvers Confiderations in the fame INDENTURES declared, amonges other things, expreffely fhewed, that the Right Honourable Lord *Jamys Erle of Boughan* and the faide *Sir Thomas* fhall Take, Bringe, and Delyver *into the faide King of Englondis Handes the King of Scottis* now Reynyng, and his Brother the *Duke of Roos*, or at the lefte the *faide King of Scotland*,

The faide *King of England*, by way of Ayde and Affiftence, yeving unto theim for th'Achiving of theire faide Purpofe, hath Lent and Delyverd unto the faide Sir *Thomas*, as well for the *faide Erle Boughan*, as for Himfelve, the Some of Cclxvi *l.* xiii *s.* iv *d.* *Sterling*, the which Cclxvi *l.* xiii *s.* iv *d.* the faid *Lord Bothwell* and Sir *Thomas* have Promifed, and by thies Prefentes Promitte and Binde theimfelve, theire Heires and Executours, to Repaie and Delyver agayne unto the faide *King of England* a this fide the Fefte of Seinte Michell next commyng,

And, for the more Suertie of the fame Repayment, the faide Sir *Thomas* hath laide his Sone and Heirs in Plege unto the faide *King of England*.

In

A. D. 1491. Hen. 7. *In witnes whereof* the said *Lord Bothwell* and Sir *Thomas* have Sealed and Subscribed thies Presentes.

Yeven at *Grenewich* besides London the xvii. Day of April the Yere of oure Lord above wretin.

JOHN LORDE BOTHTVAILLE. A. D. 1491.
THOMAS TOD of Serefchaw. Hen. 7.

Sub Sigillis prædictorum Domini Johannis & Thomæ Tod *Militis, de cerâ rubeâ pendentibus de unâ eâdemque eandâ Pergamenâ.*

De Appunctuando cum Hanza Theutonica.

A. D. 1491. An. 6. R. 3. Franc. 6. H. 7. m. 7.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, superioribus Diebus, *inter Nos* & *Civitatum Hansæ Theutonicæ Rectores & Gubernatores* super Reformatione Attemptatorum, Injuriarum, & aliorum Gravaminum utriúsque Partis in alteram, quædam *Dieta*, per Dei gratiam, in initio Mensis Maii proximò futuri, in Opido Andwerpiæ, feliciter inchoanda, Statuta sit,

Hine est quòd Nos, volentes Cepta hujusmodi debitum sortiri effectum,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Magistri *Edmundi Martyn*, & *Willielmi Warham*, Legum Doctorum, *Richardi Yorke* Militis, & *Willielmi Rosse* Armigerl Vitellarii Villæ nostræ Calesii, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios generales & speciales Constituimus, Deputavimus, & Ordinamus, ac, Tenore Præsentium, Deputamus, Constituimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem plenam & liberam Potestatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus, Regnis, Terris, Dominiis, Subjectis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus, & Adhærentibus nostris quibuscúmque, cum, Spectabilibus & Egregiis Viris, *Gubernatoribus & Rectoribus Patriarum & Civitatum Hansæ Theutonicæ*, seu eorum Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, Potestatem sufficientem habentibus, in dicto Opido Andwerpiæ, aut alio Loco apto & congruo quocúmque, Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi de & super omnibus & singulis Dampnis, Injuriis, & Deprædationibus, Navium Captionibus, Interfectionibus Mercatorum ac Subditorum alicujus Partium prædictarum,

Necnon Displicentiis, Differentiis, Litibus, Quæstionibus, Discordiis, & Attemptatis quibuscúmque, *inter Nos* nostrósque Subditos ex una Parte, & præfatos Honorabiles & Discretos Viros *Gubernatores Patriarum & Civitatum Hansæ prædictæ*, ac etiam Universitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores, & Rectores Terrarum, Civitatum, Opidorum, Villarum, & Dominiorum quorumlibet *dictæ Terræ Almanniæ*, Terras, Civitates, Opida, Villas, Castra, Patrias, & Dominia, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes suos quoscúmque, ex Parte alterâ, pendentibus Indiscussis, ac horum Hominum & singulorum Correctionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem Faciendi, & eas fieri Petendi, Requirendi, & cum effectu Optinendi, ac utriúsque Partium hujusmodi Querelas ultro citróque propositas & proponendas, cum suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis, Audiendi, Examinandi, & fine debito Terminandi, & super eisdem Componendi, & summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, solâ Facti veritate inspectâ, A. D. 1491.

Necnon perpetuam & realem Pacem atque Concordiam, Communicationémque mutuam, & liberum Intercursum Mercandizandi, securúmque Statum pro Hominibus utriúsque Partis præsentibus & futuris, tàm in Regnis, Patriis, Civitatibus, Dominiis, & Locis unius & alterius Partis prædictæ quàm aliàs ubilíber, tàm per Terram quàm per Mare & Flumina atque Aquas dulces,

Insuper Ligas, Amicitias, & Confœderationes quascúmque, *inter Nos*, Hæredes, & Successores nostros, ac Regna, Terras, Dominia nostra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes nostros quoscúmque ex una Parte, & præfatos Egregios & Spectabiles Viros *Gubernatores & Rectores Patriarum & Civitatum Hansæ prædictæ*, ac etiam inter Universitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores, & Rectores Terrarum, Civitatum, & Opidorum, Villarum & Domi-

A. D. 1491. Hen. 7. niorum quorumlibet *dictæ Terræ Almaniæ*, Terras, Civitates, Opida, Villas, Castra, Patrias, & Dominia sua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes, & Adhærentes suos quoscúmque, ex Parte altera, Contrahendi, Ineundi, Tractandi, Appunctuandi, Firmandi pariter, & Concludendi,

Unamque seu aliam *Dietam*, si ipsis visum fuerit, Appunctuandi, Concordandi pariter, & Concludendi, sub modis, formâ, & conditionibus, de quibus inter dictos nostros Ambassiatores, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, ac præfatos Spectabiles & Egregios Viros, ac etiam inter Universitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores, & Rectores prædictos, seu ipsorum Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios prædictos poterit concordari,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum, seu circa ea conjunctim aut divisim necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ Nosmetipsi facere possemus seu faceremus si præsentes personaliter essemus, & etiam si talia forent quæ de se Mandatum exigunt magis speciale; A. D. 1491. Hen. 7.

Promittentes, bonâ Fide, & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid, quod per præfatos Ambassiatores, Procuratores, Deputatos, & Nuncios nostros Nomine nostro Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Super Expensis, pro Defensione Annæ Romanorum Reginæ & Ducissæ Britanniæ, de Obligationibus recipiendis.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Ibid. Universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, ad Interpellationem, Requisitionem, Contemplationémque Sacratissimi Principis Carissimíque Confratris nostri *Romanorum Regis*, Opem, Succursum atque Auxilium, hiis actis Diebus, Serenissimæ Principi *Annæ Romanorum Reginæ Ducissæ Britanniæ* Consanguineæ nostræ Carissimæ, nostris onerosis Sumptibus & Expensis maximè præstita,

In quibus, contra *Gallorum Principem* Armatamque ejus Vim & Potentiam, ipsa, suus Britanniæ Ducatus, Subditique ejus atque Jura Protecta, Tutata, atque Defensata fuere,

Quam quidem Benignissimam Principem *Britanniæ Ducissam* præfatus Potentissimus Princeps *Romanorum Rex* traxit duxitque in Uxorem,

Pro quibus quidem nostris Expensis atque Sumptibus, per Nos, ut præmittitur, erogatis, atque ad consimilem *ejusdem Ducissæ* Defensionem posthac erogandis, Nobis Resolvendis atque Restituendis ipsa Princeps *Ducissa Britanniæ* se obligavit, prout in Literis suis superinde confectis, Manu propriâ & Sigillo suo munitis, pleniùs liquet, A. D. 1491.

Cúmq; Magnificus *Dominus de Polham* Miles, Consiliarius, Camerarius, & Marescallus Hospitii, & *Jacobus de Gondebault* Secretarius Ordinanciarum & Guerrarum, dicti Illustrissimi Principis *Romanorum Regis* Legati & Procuratores, Potestate & Auctoritate eis commissis, ipsum *Romanorum Regem*, Sponsum Virum & Maritum ejusdem nuper ut præfertur *Ducissæ*, ad inviolabilem dictarum Expensarum Solutionem peræquè Astrinxerunt & Obligârunt, Spospondertúntque & Promiserunt quòd dictus eorum Princeps *Romanorum Rex* firmiter Obligabit se Tenere, Observare, & Perimplere omnia & singula Nobis ex parte præfatæ *Annæ Reginæ Romanorum & Britanniæ Ducissæ* Facta, Promissa, Jurata, Concessa, & Concordata, atque, quamprimùm sibi possibile fuerit, dictas Pecunias & Impensas, per Nos, ut prædicitur, in *dictæ Ducissæ* Defensionem & Succursum expositas, integrè & totaliter in omni Parte restitui & persolvi faciet, Literasque superinde suas Patentes validas & efficaces Nobis traditurus & deliberaturus, prout in suis Literis superinde confectis, Manibúsque suis propriis & Sigillis munitis, constat manifestè & apparet,

Jámque, inter præfatum *Jacobum de Gondebault*, & nonnullos præfatæ *Romanorum*

5

A. D. 1491. Hen. 7. *manorum Reginæ* Oratores atque Nostros Tractatum, Concordatum, & Conventum existit, quibus in Locis & Temporibus omnes dictæ Expensæ & Pecuniarum Summæ, per Nos pro præfatæ *Reginæ sive Ducissæ* suarumque Patriarum & Jurium Defensione ut præmittitur erogatæ & postea erogandæ, fideliter & inviolabiliter Restitui & Resolvi debeant, prout in Literis, super eorum Recessu confectis, & Manibus propriis subscriptis, evidentissimè liquet,

De Industria, Circumspectione, & Doctrina Clarissimi Viri Magistri *Oliveri de Cortlogon* Generalis Britanniæ Procuratoris firmissimè confidentes,

Eundem Magistrum *Oliverum* nostrum Actorem, Factorem, & Procuratorem specialem Ordinavimus, Fecimus, & Constituimus, prout per Præsentes Ordinamus, Facimus, & Constituimus,

Dantes & Concedentes eidem Magistro *Olivero Cortlogon* plenam, Tenore Præsentium, Auctoritatem & Potestatem specialem a præfato Sacratissimo Principe *Romanorum Rege*, Cautiones, Obligationes, Literasque Obligatorias,

Quibus quidem Literis tàm ad omnia & singula, per dictum *Dominum de Polham*, & *Jacobum de Gondebault* ejus Ambassiatores sponsa & Promissa, perimplenda, quàm ad dictas Expensas Pecuniarúmque Summas, pro *Britanniæ Ducissæ* suarúmque Patriarum Defensione, per Nos expositas & postea exponendas, Nobis, certis & limitatis Locis & Temporibus, ut præfertur, persolvendas, Se Nobis Obligabit, atque ad omnia & singula Præmissa firmiter observanda validè & efficaciter se astringet, atque obligare & astringere se debeat, A. D. 1491. Hen. 7.

Requirendi, Exigendi, Optinendi, & Recipiendi, Literasque Testimoniales super hujusmodi Obligationis Receptione Nomine nostro Faciendi, easque eidem Potentissimo Principi *Romanorum Regi*, si eas habere requirat, Deliberandi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exequendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, bonâ Fide, & in Verbo Regio, Nos *&c.*

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Litera Maximiliani Regis Romanorum & Annæ Uxoris ejus Ducum Britanniæ, ad Auxilium petendum.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Ex Autogr. *Maximilian & Anne*, par la Grace de Dieu, *Roy & Royne des Romains*, *Ducs de Bretaigne, &c.* a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Pour ce que presentement Nous est tres Necessaire & Requis avoir Secours & Aide, pour Resister a l'encontre des Franczoys noz Ennemys, qui Marchent chascun Jour en nostre Paiis & Duchie de Bretaigne, & Endommager Nous & noz Subgects, & a celle Cause ayons delibere envoyer noz bien Amez & Feaulx Conseilliers & Chambellan, Messire *Jehan le Bouteillier* Seigneur de Maupertuys, & Maistre *Pierres Cojallu* nostre Procureur de Reimes, devers Tres Hault, Tres Puissant, Tres Excellent Prince, Monsieur & mon bon Pere *le Roy d'Angleterre*, le Prier a cestuy nostre Afaire nous prester du Secours,

A iceulx noz diz Conseilliers, oultre les Seurtez de ce parey devant de Nous baillees, avons Donne & Donnons plain Povoir, Auctorite, & Mandement especial de pour, & ou Nom de Nous, Promettre a mon dit Seigneur & bon Pere le Remboursement de la Mise qu'il sera a la Solde & Envoy du dit Secours, & ad ce Obliger Nous, noz Paiis & Biens, soit en general ou particulier, & Luy en faire & bailler Seurte telle que Nous mesmes en propre Personne faire pourrions, A. D. 1491.

Et ce que par eulx en sera faict, Nous *Anne* Promectons & Jurons en Foy, & Parolle de Princesse avoir agreable, le tenir, entretner, fournir, & acomplir, sans aucune discentir, ne aller a l'encontre en nulle ne aucune maniere.

En Tesmoing de quoy avons par deliberation de nostre Conseil signe ces Presentes de nostre Seign, & fait seeller de nostre Seal.

Donne

A. D. 1491. Hen. 7.

Donne en nostre *Ville de Reimes* le xxiii. jour de May, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevingts unze.

ANNE.

Par la Royne de son Commandement, & en son Conseil.

G. Salmon.

A. D. 1491. Hen. 7.

Sub Sigillo præfatæ Ducissæ de cerâ rubrâ pendente a Cauda Pergamenæ.

De Conductu & Protectione ad Requisitionem Caroli Franciæ.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Franc. 6. H. 7. m. 7.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Fidelibus, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, & ad Instantiam & specialem Requisitionem Illustrissimi Principis Carissimique Consanguinei nostri *Caroli Franciæ*, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Johannem de Vergier* Præsidentem Judicum in Normannia, & *Carolum Bastardum* Domini de Terland Magistrum Hospitii ejusdem Consanguinei nostri, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcumque, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua vel Infra, & totidem Equis, ac Bonis, Jocalibus, Auro Argento monetato & non monetato, Bogeis, Manticis, Fardellis, & aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, aut equestrè vel pedestrè, seu aliis equitaturis, veniendo, ibidem Nocte Diéque morando, perhendinando, sojornando, conversando, & exspectando, & exinde ad quascumque Partes Exteras transeundo & redeundo, liberè & absque impedimento, impetitione, perturbatione, molestatione, aresto, seu gravamine quocúmque nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque;

A. D. 1491.

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsos *Johannem* & *Carolum* in Regnum, Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra prædicta, cum Personis prædictis vel infra, necnon Equis, Bonis, Jocalibus, Auro Argento, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Conductu & Protectione pro Comitissa Delaval, Marescallo de Rieux, & aliis de Britannia.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Ibid. m. 6.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, & aliis Officiariis, Ministris, Fidelibus, Ligeis, & Subditis nostris quibuscumque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare, constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de avisamento & assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Nobilem Dominam *Franciscam de Dinan Comitissam de la Val* in Britannia,

A. D. 1491.

Ita quòd benè liceat *eidem Comitissæ* in hoc Regnum nostrum Angliæ ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, cum Familia sua, Equis, Bogeis, Manticis, Fardellis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Apparatibus, Auro & Argento monetato & non monetato, Literis, Papiris, & aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim

A. D. 1491. Hen. 7. conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Venire, ibidem Nocte Dieque Morari, Perhendinare, Conversari, Sojornare, & Expectare, & exinde ad Partes proprias Transire & Redire valeat liberè & absque impedimento, impetitione, molestatione, perturbatione, aresto, seu gravamine quocúmque Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque;

Et ideò vobis Mandamus quòd *præfatam Comitissam* Nobis in hoc Regnum nostrum prædictum, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra prædicta, cum Familia sua prædicta, Equis, Bogeis, Manticis, Fardellis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Apparatibus, Auro & Argento monetato & non monetato, Literis, Papiris, & aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscumque, conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Veniendo, ibidem Nocte Dieque Morando, Perhendinando, Conversando, Sojornando, & Expectando, & exindè ad Partes proprias Transeundo & Redeundo, manuteneatis, protegatis, & defendatis, non inferentes ei aut alicui secum Comitanti, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid ei aut eorum alicui Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis & eorum cuilibet sine dilatione debitè Corrigi & Reformari faciatis,

Proviso semper quòd *prædicta Comitissa* ac secum comitantes se benè & honestè erga Nos & Populum nostrum habeant & gerant, absque quiequam quod in Nostri Contemptum seu Præjudicium aut Populi nostri prædicti Dampnum seu Gravamen cedere valeat faciendo vel attemptando, A.D. 1491. Hen. 7.

Et si dictam *Comitissam* aut aliquem secum Comitantium præsentem salvum Conductum nostrum infringere, Nolumus tamen &c.

In cujus &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tertio Die Junii.

Per ipsum Regem.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem & Defensionem nostras speciales, Spectabilem Virum *Johannem Dominum de Rieux* Marescallum Britanniæ, *&c. ut supra.*

In cujus &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis considerationibus Nos specialiter moventibus, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem & Defensionem nostras speciales, Nobiles Viros, *Dominum de Coetmen, Lodowidum de Coetmen, Dominum de Toutquedec,* & *Dominam de la Rochejagu* Uxorem ejus, & *Oliverum de Coetmen &c. ut supra.*

In cujus &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro Custubus Ambassiatorum Britanniæ.

A.D. 1491. An. 6. H. 7. Brev. H. 7. An. 6. n. 16. Penes Cler. Pell.

HEnry, by the Grace of God, *King of England and of Fraunce, and Lord of Irlande,* to the Tresourer and Chambrelains of our Eschequier, Greting.

We late you wite that we have appointed, by wey of Rewarde, unto *Monsieur Malpartuys* and the *Seneshall of Gyngham*, late sent unto us in Ambassiate from our Cousine the *Quene of Romayns* and *Duchesse of Bretaigne*, for their Costs and Charges the Summe of Twenty Pounds Sterlings: A.D. 1491.

We Wol therfor and Charge you that, withoute dilaye, ye of oure Tresour Content and Paye unto the said *Monsieur Malpartuys* and *Seneshall* the said Summe of xx*l.* and every parte therof, without Prest or other Charge to be sette upon Theim or either of Them in this Partie:

5 X And

A. D. 1491. Hen. 7.

Aud thies oure Letters shal be your Warrant.

Yeven undre our Prive Seel, at our *Manoir of Grenewiche*, the thirteenth Day of Juyn, the Sixte Yere of our Reigne.

De Conductu.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Scot. 6. H. 7. m. 15.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm intellexerimus Illustrissimum Principem *Jacobum Scotorum Regem* Consanguineum nostrum Carissimum certam suam Ambassiatam ad *Carolum Franciæ*, ac ad Serenissimos & Potentissimos Principes Consanguineos nostros Præcarissimos, *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Regem & Reginam*, & hoc Regnum nostrum Angliæ transmissurum,

Nos igitur, de Gratia nostra speciali, & ad specialem Requisitionem dicti Consanguinei nostri *Scotorum Regis*, necnon de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Venerabiles in Christo Patres, *Robertum Glasguensem*, & *Willielmum Aberdonensem*, Episcopos, ac, Nobiles & Egregios Viros, *Patricium Comitem Bothvile*, & *Georgium Comitem Morton*, ac *Willielmum Priorem Sancti Johannis Jerusalem in Scotia, Johannem Dominum Glammis*, & *Laurentium Dominum Oliphant*, necnon Magistrum *Ricardum Murhed* Decanum Glasguensem, Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios supradicti Consanguinei nostri *Regis Scotorum*,

Ita quòd benè licebit eisdem in idem Regnum nostrum Angliæ, cum *Centum Personis in Comitiva sua*, & totidem Equis, vel infra, cum Bogeis, Manticis, Fardellis, Jocalibus, Auro & Argento monetato, ac aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim & divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Venire, ibidem Nocte Diéque Morari, Perhendinare, Sojornari, & Exspectare, & extra dictum Regnum nostrum Angliæ, ad *dictum Carolum* ac ad dictos Consanguineos nostros Præcarissimos *Castellæ, Legionis, Aragonum, Ceciliæ, &c. Regem & Reginam* Transire & se Detinere & se Divertere, & iterum in dictum Regnum nostrum Angliæ & alibi ad quascúmque Partes nostras Redire & Reverti, atque deinde ad suas proprias Partes Transire, liberè & absque Impedimento, Impetitione, Molestatione, Perturbatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ, concessâ vel concedendâ, non obstante,

Et ideò &c.

Non inferentes &c.

Et si &c.

Proviso &c.

Quódque ipsi seu eorum aliquis nullum Castrorum &c.

Et si contingat &c.

Nolumus tamen &c.

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Junii.

De Subsidio requirendo pro Viagio Franciæ.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Pat. 6. H. 7. m. 8. dor.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Thomæ Cheyne* Militi, *Willielmo Findarn* Militi, *Roberto Clyfford* Militi, *Edmundo Chaderton* Clerico, & *Thomæ Cotton*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Adversarius noster *Karolus Franciæ* nedùm Regnum nostrum Franciæ nostrósque Normanniæ, Andegaviæ, Turonis, & Aquitanniæ Ducatus injustè occupat, verùm etiam & istud Regnum nostrum Angliæ suæ Ditioni Vi deducere nititur, prout publicè & indies minatur & jactat, nostram extremam Distructionem Subvertionemque hujus dicti Regni nostri Angliæ & Subditorum nostrorum ejusdem malitiosè intendens,

Nos,

Ad instantiam & specialem Requisitionem tàm Dominorum Spiritualium & Temporalium, quàm aliorum Nobilium,

Ejusdem Regni nostri Angliæ ac Subditorum nostrorum prædictorum tantas suas Injurias propulsare, istúdque Regnum nostrum Angliæ Subditósque nostros,

A.D. 1491. Hen. 7. ftros, noftris pro viribus, annuente Deo, tutari & defendere,

Decrevimus atque in ptopria Perfona noftra cum Potentia dictum Regnum noftrum Franciæ intrare, Jufque noftrum io eodem vendicare, cæterófque noftros ibidem Rebelles noftræ Ditiooi & Obedientiæ, prout Juris eft, reducere intendimus;

Set cùm tot & tantas Pecuniarum Summas, tantæ Expeditioni neceffarias, de noftris non habemus, & abfque Subfidio, Relevamine, & Succurfu Fidelium Subditorum noftrorum habere nequimus,

De Fideliatibus providis & Circumfpectionibus, Diligentiis, & Induftriis veftris pleoiùs confideotes, Affignavimus & Deputavimus vos & veftrûm quemlibet ad Transferendum vos ad Comitatus noftros Cantebrigiæ & Huntingdoniæ, ac vobis & cuilibet veftrûm conjunctim & divifim plenam Poteftatem & Auctoritatem, Tenore Præfentium, Damus & Committimus ad Comunicandum, pro Nobis & Nomine noftro, cum talibus noftrorum Subditorum infra dictos Comitatus noftros, tàm infra Libertates quàm extra commorantibus, prout vobis meliùs videbitur, eis noftrum Propofitum & Mentem plenariam de & in Præmiffis & eorum fingulis intimantes, eos Movendo, Exortando, & Requirendo, ut Nobis in hoc tàm magno arduóque Negotio, non folùm noftrum Statum verùm etiam & eorum Salutem concernente, juxta eorum Facultates, affiftant & Opem in Perfonis & aliis Mediis & Modis, prout vobis & eis meliùs vifum fuerit, conferant;

Et quid feceritis vel aliquis veftrûm fecerit in Præmiffis Nos & Concilium noftrum diftinctè & apertè fub Sigillis veftris & cujuflibet veftrûm fine dilatione certificetis;

Et ideò &c.

Damus &c.

In cujus &c.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* feptimo Die Julii.

Per ipfum Regem.

Confimiles Literæ Patentes diriguntur Perfonis fubfcriptis, fub eadem Datâ; videlicet,

H. Epifcopo Meneven.
Jafperi Duci Bedford.
Richardo ap Thomas Militi.
Morgano Kydwelly.
Thomæ Garth.
Richardo Newton, &
Griffith Redde.
In Comitatibus Pendbroch. Carmerden. & Cardegan. in Suthwall.
Tefte ut fupra.

Thomæ Epifcopo Hereford.
Matheo Cradoke.
In Dominio Bifhopp Caftell.
Tefte ut fupra.

Henrico Vernon Militi.
Jacobo Blount Militi.
Thomæ Grifley.
Jacobo San te, &
Galfrido
In Com. Derb.
Tefte ut fupta.

Willielmo Hufe Militi.
Roberto Talboys Militi.
Olivero Seynt John.
Johanni Panell, &
Andreæ Dymmoke.
In Partibus Kefteven in Com. Lincoln.
Tefte ut fupra.

Henrico Domino de Codnore Militi.
Henrico Willoughby Militi.
Johanni Babyngton Militi.
Johanni Dygby Militi.
Galfrido Militi, &
Priori de Lenton.
In Com. Notyngh.
Tefte ut fupra.

Georgio Comiti Salop.
Edwardo Crofte.
In Dominiis de Prefthend. Melhenneth, Rador, Comytoder, & Radnor, & eorum Subditorum infra dicta Dominia & eorum quolibet.
Tefte ut fupra.

Thomæ Comiti Derbi.
Georgio Stanley de Eftraunge Militi.
Willielmo Creton Legum Doctori, &
Tngolby.
In Com. Lancaftr.
Tefte ut fupra.

Thomæ Monyngton Militi.
Waltero Vaughan, &
Johanni ap Thomas.
In Dominiis de Elweld, Cauterfelle hay, Obyas & Talgarth.
Tefte ut fupra.

Willielmo Stanley Militi Camerario Hofpitii Regis.

Johanni

A. D. 1491. Hen. 7.

Johanni Arundell Decano Ecclesiæ Cathedralis Exon.
Johanni Savage Juniori Militi.
Ingelby.
In Com. Cestr.
Teste ut supra.

Willielmo Stanley Militi Camerario Hospitii Regis.
In Dominiis de Bromfeld & Belt.
Teste ut supra.

Richardo Croft Militi.
Thomæ Cornewaill Militi.
Richardo Delabere Militi.
Thomæ Monyngton Militi.
Johanni Huddelston Militi.
Johanni Walsshe.
In Com. Hereford.
Teste ut supra.

Willielmo Stanley Militi Camerario Hospitii Regis.
Richardo Pole Militi.
Willielmo Gryffyth Militi, &
Johanni Suttell.
In Dominiis Merynneth, Caermartyn, & Angles.
Teste ut supra.

Jaspari Duci Bedford.
Richardo ap Thomas Militi.
Morgano Kydwelly, &
Thomæ Garthe.
In Dominio de Brekenoke.
Teste ut supra.

Thomæ Lovell Militi.
Johanni Rysley Militi.
Willielmo Parker Militi.
Willielmo Vampage Militi, &
Richardo Lytton.
In Com. Midd.
Teste ut supra.

Georgio Comiti Kanc.
Johanni Don Militi.
Johanni Gray Militi.
Richardo Empson.
Johanni Mordaunt, &
Seymour.
In Com. Bed. & Buk.
Teste ut supra.

Mauricio Berkeley Militi.

A. D. 1491. Hen. 7.

David Phillip.
Archidiacono Norhampt.
David Malpas.
Roberto Haryngton, &
Villers.
In Com. Rotel.
Teste ut supra.

Edwardo Dudley de Dudley Militi.
Humfredo Staneley Militi.
Nicholao Mountgomery.
Willielmo Harper.
Thomæ Brereton, &
Willielmo Creton.
In Com. Staff.
Teste ut supra.

Richardo Pole Militi.
In Dominiis de Mountgomery, Kyrry, & Kyddewyn.
Teste ut supra.

Domino de Powes.
In Dominio de Powes.
Teste ut supra.

Willielmo Stanley Militi Camerario Hospitii Regis.
Thomæ Saresbury.
In Dominiis de Denbygh & Clonne.
Teste ut supra.

Thomæ Comiti Derb. &
Georgeo Stanley de Straunge Militi.
In Dominiis de Hawardyn & Mollesdale in Wall.

Edwardo Comiti Devon.
Roberto Willughby de Broke Militi.
Willielmo Smyth Clerico.
Johanni Sapcottys Militi.
Johanni Halywell Militi, &
Johanni Trefrye Militi, &
Willielmo Courtnaye Militi.
In Com. Devon. & Cornub.

Johanni Vicecomiti Wellys.
Thomæ Burgh Militi.
Willielmo Tirwit Militi.
David Philep, &
Richardo Empson, *&c.*
In Partibus de Linsey in Com. Lincoln.

Super Installatione Regis Portugaliæ in Ordinem Garterii.

A. D. 1491. An. 6. H. 7. Penes Cler. Pell.

HEnry, by the Grace of God, *King of England and France*, *and Lord of Irland*, to the Tresourer and Chamberlains of our Eschequer, Greting.

It is shewed unto Us, on the behalve of our welebiloved Subget *John Stephens* of our Citie of London *Coper Smyth*, how that th'Ambassadours of our Right Dere

A. D. 1491.

A. D. 1491. Hen. 7. Dere Cousin the *King of Portugale*, late beeing here with Us from the same our Cousin, Convenanted and Agreed with Him for the making of an *Helmet with a Corone and a Tergat of Coper and Gilt*, for th'Use of *th'Enstalling of the said King into th'Ordre* of One of the Companyons of our Noble *Ordre of the Gartier*, for the Summe of *Thre Pounds ix s. Sterling*, wherof oursaid Subget is behinde unpaied of xxvi s. x d. as We certainely be enfourmed,

Which Ambassadours be now Departed and Goon,

We, nat willing our said Subget to be hindred or to have eny Losse in this Partie, for certain Causes Us moeving, Wiland Charge you that, of Our Tresour beeing in your Warde, ye Incontinent, upon the Sight herof, Content and Pay unto the said *John* the said Summe of xxvi s. x d. and every Parte and Parcel therof, without eny Prest or other Charge to be set upon Him for the same; and thies our Letters shal be your Warrant.

Yeven undre our Prive Seel, at our *Maner of Grenewiche*, the eighth Day of July, the sixth Yere of our Reigne.

BELE.

Quæ sequuntur, cum Notulis (⊙ ⊙) signata, ad Calcem Quinti Anni sunt rejicienda.

De Potestate Concludendi cum Consanguineo Franciæ.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 36.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Pace nil sit utilius vel Agendis vel Conservandis Imperiis, ea quæ sola Res Humanas Divinis conciliet, sine qua nec Principes nec eorum Subditi nec Urbes nec ipse demùm Mundus diu subsistere poterit,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Venerabilis in Christo Patris *Ricardi Episcopi Exoniensis* Custodis Privati Sigilli nostri, *Thomæ Comitis de Ormond* & Domini de Rocheford, & *Willielmi Prioris Ecclesiæ Christi Cantuariensis*, quampiurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes;

Dantes & Concedentes eisdem, & Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe *Carolo Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, de & super omnibus & singulis Conventionibus, Pactionibus, Concordiis, Alligantiis, Amicitiis, Affinitatibus, Confœderationibus, & Intelligentiis quibuscúmque, habitis sive habendis, firmatis sive firmandis, ipsum *Præcarissimum Consanguineum nostrum*, & Illustrissimam Principem *Annam Britanniæ Ducissam* Consanguineam nostram Carissimam qualitercúmque concernentibus concerneréve valentibus,

A. D. 1490.

Ac etiam de & super vera, firma, reali, & perpetua Pace atque Concordia, ac de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Intelligentiis, & Confœderationibus, imperpetuùm vel ad certa Tempora duraturis, quàm de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum, *inter Nos* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra atque sua, Subditos, Alligatos, Vasallos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, hincinde ineundis, percutiendis, capiendis, componendis, & habendis,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ *inter Nos* & *præfatum Consanguineum nostrum* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vasallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque prædictos hincinde pendere dinoscuntur,

Tractandi, Comunicandi, Conveniendi, Concordandi, Componendi, Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam *aliam Dietam* in tali Loco sive talibus Locis prout eis meliùs visum fuerit Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis

A. D. 1490. Hen. 7. gulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & opportunum,

Necnon de & super certa Pecuniarum Summa Statuenda, & Nobis, per ipsum Præcarissimum nostrum Consanguineum, Loco & Tempore per ipsos concordandis, præfigendis, & limitandis, solvenda, Tractandi, Comunicandi, Conveniendi, Concordandi, & Paciscendi,

Cautionésque, Promissa, Obligationes, & Securitates quascúmque, pro Solutione & Contentatione hujusmodi Summarum, Nobis & Assignatis nostris solvendarum, Petendi, Stipulandi & Exigendi pariter & Recipiendi,

Locáque & Tempora pro Solutione hujusmodi Summarum, prout eisdem Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis melius visum fuerit, Statuendi, Præfigendi, & Limitandi,

Præmissáque omnia & singula Appunctuandi, Concludendi, Determinandi, Finiendi, Firmandi, & Affecurandi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis Appunctuatis & Conclusis, cæterisque Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis antedictis Appunctuata, Concordata, Conventa, Determinata, Finita, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Liberandi, A. D. 1490. Hen. 7.

Literásque alias, consimilis effectûs & vigoris, ex altera Parte Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Juramentúmque in Animam nostram, si opus fuerit, Præstandi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula & ea qualitercúmque concernentia Faciendi, Exercendi, & Exequendi, ita & eodem modo sicut Nos faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Februarii.

De Capitaneo Villæ in Britannia constituto.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 40. REX Dilecto & Fideli suo *Johanni Moton*, Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, ac de Fidelitate providáque Circumspectione vestris pleniùs confidentes, Constituimus vos Capitaneum Villæ nostræ de *Conkornewe in Britannia*,

Ac vobis, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus Villam prædictam, ad Opus nostrum, pro Nobis & Nomine nostro, Custodiendi & Custodiri faciendi, necnon Statuta & Ordinationes, pro sana Gubernatione & salva Custodia Villæ prædictæ necessaria & opportuna, Faciendi & Constituendi, & omnes Ligeos & Subditos nostros ac alios, infra Villam prædictam in Retinentia vestra existentes vel ad eandem accedentes & ibidem commorantes, quos vobis in hiis quæ ad Villæ prædictæ pertinent Salvationem seu debitam Justitiæ in eandem Administrationem Contrarios & Rebelles inveneritis, juxta eorum Demerita, prout de Jure & secundùm sanam Discretionem vestram rationabiliter visum fuerit, Castigandi & Puniendi, Castigarive & Puniri faciendi, Crimina & Facta quæcúmque infra Villam eandem seu Limites ejusdem commissa seu committenda Puniendi & debitè Castigandi, omnésque Causas Criminales Civiles & Mixtas infra ipsam Villam ejúsve Limites Examinandi, Corrigendi, & Determinandi, cæteráque omnia & singula Officium Capitanei Villæ prædictæ concernentia Exercendi & Exequendi, A. D. 1490.

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus insuper universis & singulis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris ac aliis quorum interest in hac parte, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, Assistentes, Obedientes, & Auxiliantes in omnibus, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Martii.

Per ipsum Regem.

De

De Appunctuando cum Anna Ducissa Britanniæ.

A.D. 1490. An. 5. H. 7. Ibid. m. 35.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Egedii d'Aubeney Domini d'Aubeney* Locumtenentis Villæ & Castri nostrorum Calesii, *Roberti Willughby Domini deBroke* Militis Hospitii nostri Senescalli, *Thomæ Lovell*, & *Richardi Guldeford*, pro Corpore nostro Militum, Magistri *Henrici Aynesworth* In Officio Privati Sigilli nostri Secundarii, & Magistri *Johannis Baldiswell* Clerici Concilii nostri, Legum Doctorum, Consiliariorum nostrorum, plenius confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, & Deputatos Fecimus, Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac Tenore Præsentium Facimus, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale cum Serenissima Principe Consanguinea nostra *Anna Britanniæ Ducissa*, seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Deputatis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab ea ad hoc habentibus, Comunicandi, Tractandi, Concordandi, Conveniendi, Componendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi & Concludendi tàm de & super vera, firma, & perpetua & reali Pace atque Concordia, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, Intelligentiis, Alligantiis, & Confœderationibus quibuscúmque, ac Intercursu Mercandisarum & Mercium *inter Nos* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra, ac *dictam Ducissam* Ducatum, Terras, Dominia, Patrias, & Loca sua, Subditos, Vasallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes suos & nostros quoscúmque ineundis, capiendis, componendis, inducendis, celebrandis, innovandis, prorogandis ad Tempus vel Imperpetuum & habendis, fuperque mutuis Auxiliis ab una Partium alteri præstandis Conveniendi & Componendi, Nósque ad hujusmodi Auxilia sibi præstanda Obligandi,

Ac insuper ab *eadem Ducissa* Cautiones, Securitates, Promissa, & Obligationes quascúmque pro Resolutione Expensarum, ante hac factarum, per Nos in hujusmodi Auxiliis expositarum, & post hac faciendarum & exponendarum, ac Villas, Castella, Opida, & alia Loca quæcúmque, loco Pignoris & Ipothecæ in ea parte per *dictam Ducissam* Nobis aut Assignatis nostris Tradenda & Liberanda, Petendi, Stipulandi, Exigendi pariter & Recipiendi,

A.D. 1490.

Et de non Contrahendo Matrimonium aut Sponsalia cum aliqua Rege vel Principe, aut aliquo alio quocúmque, nec de ineundo seu faciendo Pacem, Treugas, Ligas, Confœderationes, seu Amicitias cum aliquo Rege vel Principe aut Comunitate absque nostris Consensu & Assensu, *dictam Ducissam* virtute Juramenti suisque Literis, Manu propriâ atque Sigillo munitis, & aliis Cautionibus quibuscúmque, Obligandi & Obligationes hujusmodi in ea parte similiter Recipiendi,

Necnon Nos de non Contrahendo Pacem, Ligas, Treugas, Confœderationes, seu Amicitias cum aliquo Rege, Principe, vel Comunitate, absque *dictæ Ducissæ* consensu & Assensu, Obligandi,

Ac etiam, si necesse fuerit, ad Assignandum, Deputandum, & Capiendum unam *aliam Dictam* in tali Loco sive talibus Locis, & inibi ad Comunicandum, Tractandum, Appunctuandum, & finaliter de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Concludendum, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Appunctuandi, Assecurandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Concinsa qualitercúmque concernentibus, quæ cum præfata *Ducissa*, seu ejus Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Deputatis prædictis Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Liberandi,

Literasque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Generaliter omnia Præmissa eaque qualitercúmque concernentia Faciendi, Exercendi, & Expediendi, ita & eodem modo prout Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra in-

2

A. D. 1490. Hen. 7. interessemus, etiam si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, & Deputatos nostros, Quinque, Quatuor, vel Tres eorum Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac Parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos. A. D. 1490. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* duodecimo Die Aprilis.

Per ipsum Regem.



Super Custodia & Dimissione Civitatis Nanetensis.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 34.

REX Universis &c. ad quos &c. Salutem.

Cùm Nobilis Britanniæ Ducatus, ad cujus Opem Excercitum jam paulo ante illuc traduci fecimus, Gallorum viribus innumeris Calamitatibus crebrò lacescitur, Cúmque non mediocrem Expeditionem ad Nanetensis Civitatis Confinia per Gallorum Principem, ipsam Dominiáque eidem adjacentia Captivare suæque Ditioni redigere seu saltem crudeliter Infestare omni Arte, Hastutiâ, totísque Viribus nitentem, novissimè Transmissam fuisse intellexerimus,

Sciatis quòd Nos, ipsorum Gallorum Calliditatibus obviare, Serenissimámque Principem Consanguineam nostram Carissimam *Britanniæ Ducissam* ejúsque Patrias & Subditos suósque Amicos tutare & defendere, & maximè talibus Modis & in Locis quibus ipsis Gallis magis nocere *eidemque Ducissæ* atque suis Subditis melius prodesse valeamus, omni Conatu cupientes, quódque in ipsa Nanetensi Civitate, quæ inter omnia ipsius Britanniæ Opida pro Infestandis Inimicis & pro ipsa Patria Britanniæ Conservanda, sicuti Nobis intelligi datur, maximè est propitia, certum nostrorum Subditorum Numerum propediem imponi concupiscimus, ipsámque Consanguineam nostram de Mente nostra in hac parte certiorem planè reddere volentes,

Promittimus, sub Honore nostro & in Verbo Regio, atque per Præsentes Manu nostrâ propriâ signatas & Magno nostro Sigillo sigillatas, etiam Juramento super Sacrosancta Dei Evangelia Manu nostrâ tacta Nos firmiter Obligamus quòd, quandocúmque ipse, qui Custodiam dictæ Civitatis & Castri ejusdem habuerit, Nos aut ipsos Subditos nostros, sic in illa Civitate Nanetensi quovis pacto existentes, requisierit, ut ipsam Civitatem exeant, ipsámque Civitatem in ipsius Manibus habere permittant, quòd omnes iidem Subditi nostri, in ipsa Civitate existentes, infra Sex Dies hujusmodi Requisitionem immediatè sequentes, ipsam Civitatem, omni absque dilatione, colore, difficultate, aut contradictione quacúmque, realiter exibunt, eámque in ipsius Custodis manibus liberè & pacificè haberi permittent, & pro eorum viribus juvabunt. A. D. 1490.

In quorum omnium &c.

Teste.

REX universis, *&c. usque ibi,* Promittimus, *& tunc sic,* sub Honore nostro & in Verbo Regio, atque per Præsentes Manu nostrâ propriâ signatas & Magno Sigillo nostro sigillatas, Nos firmiter Obligamus quòd quandocúmque *&c. ut supra usque ibi,* habere permittant, *& tunc sic,* quòd omnes iidem Subditi nostri, in ipsa Civitate existentes, infra Tres Menses hujusmodi Requisitionem immediatè sequentes, *&c. ut supra.*

Consimile Appunctuamentum cum *Marescallo de Rieux.*

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Junii.

De

De Tractando & Comunicando cum Rege Franciæ.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 31.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Nos, non minus Luctu quàm Mœrore, præ oculis habentes quo in Discrimine Barbaras per Nationes, Otthodoxorum Sanguinem crebrò sitientes, Christiana Religio in præsentiarùm premitur atque laceratur, quæ ad divam olim Felicitatem votivámque Prosperitatem & sanctiùs & celeriùs reduci nequeat quàm ipsius Religionis Principes, saltem Poteoriores, Pacis Amicitiæque Fœdere copulentur,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Venerabilis in Christo Patris *Ricardi Episcopi Exoniensis* Custodis Privati Sigilli nostri, *Thomæ Comitis de Ormond* & Domini de Rocheford, *Johannis Audeley Domini de Audeley* Militis, *Willielmi Prioris Ecclesiæ Christi Cantuariensis*, *Willielmi Huse Capitalis Justiciarii nostri Angliæ*, *Johannis Guntharp* Decani Ecclesiæ Cathedralis Wellensis, *Johanis Donne* Militis pro Corpore nostro, & *Willielmi Raos* Villæ nostræ Calesii Vitellarii, quamplurimùm confidentes,

Ipsos oostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputaros, Legatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamns per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumns) plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe *Carolo Franciæ* Consanguineo oostro Carissimo, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, de & super omnibus & singulis Conventionibus, Pactionibus, Concordiis, Alligantiis, Amicitiis, Affinitatibus, Confœderationibus, & Intelligentiis quibuscúmque, habitis sive habendis, firmatis sive firmandis, ipsum *Præcarissimum Consanguineum nostrum*, & Illustrissimam Principem *Annam Britanniæ Ducissam* Consanguineam nostram Carissimam qualitercúmque concernentibus concernere've valentibus,

Ac etiam de & super vera, firma, reali, & perpetua Pace atque Concordia, ac de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Intelligentiis, & Confœderationibus, impertuùm vel ad Terminum Vitæ oostræ & dicti Consanguinei nostri vel ad certa Tempora duraturis, quàm de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum, *inter Nos* & dictum *Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca oostra atque sua, Subditos, Alligatos, Vassallos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, hincinde ineundis, percitiendis, capiendis, componendis, & habendis,

Ac etiam de & super mutuis Auxiliis hiucinde præstandis,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ *inter Nos* & *prædictum Consanguineum nostrum* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque prædictos hineinde pendere dinoscuntur,

Tractandi, Comunicandi, Conveniendi, Concordandi, Componendi, Appunctuandi, ac pleoariè & iotegrè Determinandi,

Ac etiam, si necesse fuerit, unam *aliam Dietam* in tali Loco vel talibus Locis prout eis meliùs visum fuerit Deputandi, Limitandi, atque Statuendi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitereúmque dependentibus Comunicandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Necnon de & super certa Pecuniarum Summa Statuenda, & Nobis, per ipsum Præcarissimum nostrum Consanguineum, Loco & Tempore per ipsos concordandis, præfigendis, & limitandis, solvenda, Comnnicandi, Tractandi, Conveniendi, Concordandi, & Paciscendi,

Cautionésque, Promissa, Obligationes, & Securitates quascúmque, pro Solutione & Contentatione hujusmodi Summarum, Nobis & Assignatis nostris solvendarum, Petendi, Stipulandi & Exigendi pariter & Recipiendi,

A. D. 1490. Hen. 7. Locáque & Tempora pro Solutione hujusmodi Summarum, prout eisdem Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis melius visum fuerit, Statuendi, Præfigendi, & Limitandi,

Præmissáque omnia & singula Appunctuandi, Concludendi, Determinandi, Finiendi, Firmandi, & Affecurandi,

Necnon de & super Appunctuatis & Conclusis hujusmodi eaque qualitercúmque concernentibus Literas validas & efficaces Conficiendi, & *eidem Consanguineo nostro* ejúsve Commissariis eas Deliberandi,

Atque, ad omnium eorum & singulorum Præmissorum sic conclusorum Observantiam, Nos Hæredes & Successores nostros, per easdem Literas, modo & formâ quibus eis meliùs videbitur, Astringendi & Obligandi,

Literásque alias, consimilis effectûs & vigoris, seu saltem efficaces, pro parte dicti Consanguinei nostri, Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Juramentúmque in Animam nostram, si opus fuerit, Præstandi, & ab eodem Consanguineo nostro consimile Juramentum Requirendi & Exigendi, A. D. 1490. Hen. 7.

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula & ea qualitercúmque concernentia Faciendi & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios nostros, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, in hac Parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo nono Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Franciæ.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 34. REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Senescallis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscumque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare, constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Reverendissimum in Christo Patrem *Archiepiscopum Senensem*, ac Spectabilissimum Virum *Dominum Desquerdes* Militem Marescallum Franciæ Dominum Primum Præsidentem Parliamenti Parisiensis, Dilectúmque Nobis in Christo *Robertum Generalem Ministrum Ordinis Sanctæ Trinitatis*, necnon, Nobiles & Circumspectos Viros, *Dominum Ballivum de Senlis*, *Dominum Ballivum de Gysors*, *Dominum de Byerre*, & Magistrum *Johannem Dausay*, Oratores, Procuratores, Nuncios, Legatos, & Deputatos Illustrissimi Principis Carissimi Consanguinei nostri *Karoli Franciæ*, A. D. 1490.

Ita quòd liceat eis in hoc Regnum nostrum Angliæ, Villam & Marchias Calesii, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcumque, cum *Centum & Viginti Personis in Comitiva sua, & eorum cujuslibet, vel infra*, & totidem Equis, ac Bonis, Jocalibus, Auro & Argento monerato & non moneraro, Bogeis, Manticis, Fardellis, & aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, aut aliis Equitaturis, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu nostro, venire, ibidem Nocte Diéque morari, stare, ire, manere, sojornare, conversare, perhendinare, & exspectare, & exinde ad Partes proprias seu alias Partes quascumque transire & redire, liberè & absque Impedimento, Perturbatione, Arresto, seu Gravamine quocúmque nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque;

Et ideò &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Julii.

Per ipsum Regem.

Super

Super Viagio Franciæ, de Intendendo.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Franc. 5. H. 7. m. 33.

REX, Dilecto & Fideli suo *Egidio Dawbeney* Militi, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, ad Defensionem Regni nostri Angliæ, ac in Resistentiam Inimicorum nostrorum Franciæ, quandam Armatam in Comitiva vestra, omni festinatione possibili, ad Partes Exteras Transmittere curavimus,

De Fidelitate, Diligentiâ, Industriâ, providâque Circumspectione vestris plenius confidentes, Assignavimus, Constituimus, & Ordinavimus ac, Tenore Præsentium, Assignamus, Constituimus, & Ordinamus vos Capitaneum & Gubernatorem omnium & singulorum Capitaneorum, Hominum ad Arma, Armatorum, Sagittariorum, & aliorum quorumcúmque in Armata prædicta Retentorum & Retinendorum,

Dantes & Concedentes vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale omnes & singulos hujusmodi Capitaneos, Homines ad Arma, Armatos, Sagittarios, & alios quoscúmque de Armata prædicta congregata Regendi, Ducendi, & Gubernandi,

Ac etiam Ordinationes, Leges, & Statuta pro salvo Regimine & sana Gubernatione Armatæ prædictæ Ordinandi, Statuendi, & Stabiliendi, & superinde Proclamationes faciendi,

Ac quoscúmque, contra formam hujusmodi Ordinationum, Legum, Statutorum, & Proclamationum eorumdem Delinquentes, Castigandi, Compescendi, Puniendi, & Prisonis Committendi,

Necnon quascúmque Causas Criminales, tàm Vitæ & Membrorum ac de Morte Hominis & Mahemio, quàm omnes alias Causas, Contractus, & Querelas, omnium & singulorum in Armata prædicta Retentorum & Retinendorum, in eadem factas & perpetratas, Audiendi & Terminandi & Justitiam Faciendi, ac Delinquentes in eisdem juxta eorum Demerita Castigandi, Puniendi, & Incarcerandi, & Incarceratos quos deliberandi fuerint Deliberandi, Pœnasque Mortis & Membrorum quotiens opus fuerit Infligendi, A. D. 1491.

Cæteraque omnia & singula, quæ pro bono Regimine & Gubernatione Armatæ prædictæ juxta sanam Discretionem vestram visa fuerint facienda, Faciendi, Excercendi, & Perimplendi;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis & ea faciaris & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Dominis, Capitaneis, & eorum Locatenentibus, Majoribus, Ballivis, ac aliis quibuscúmque quorum interest in hac parte, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, Obedientes, & Auxiliantes in omnibus, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Julii.

Per ipsum Regem.

Super Viagio Franciæ, de Potestate commissa.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Ibid.

REX, Dilecto & Fideli suo *Roberto Wyllughby Domino de Broke* Militi, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, ad Defensionem Regni nostri Angliæ, ac in Resistentiam Inimicorum nostrorum Franciæ, quandam Armatam in Comitivâ vestrâ, cum quadam Classe Navium, omni festinatione possibili, ad Mare & alias Partes Exteras transmittere decrevimus,

De Fidelitate, Diligentiâ, Industriâ, providaque Circumspectione vestris plenius confidentes, Assignavimus, Constituimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Assignamus, Constituimus, & Ordinamus vos Capitaneum & Gubernatorem omnium & singulorum Capitaneorum Hominum ad Arma, Armatorum, Sagittariorum, & aliorum quorumcúmque in Armata prædicta Retentorum & Retinendorum, necnon Navium prædictarum, A. D. 1490.

Dantes & Concedentes vobis plenam Tenore Præsentium Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale omnes & singulos hujusmodi Capitaneos, Homines ad Arma, Armatos, Sagittarios, & alios

A. D. 1490. Hen. 7. & alios quoscúmque de Armata prædicta, Navésque prædictas, necnon alias Naves & Naviculas Guerrinas, quot necessariæ fuerint, cujuscúmque Portagii fuerint, durante præsenti Viagio nostro, quotiens necesse fuerit Cougregandi,

Ac Magistros & Marinarios, pro eisdem Navibus & Naviculis necessarios, ubicúmque inveniri poterunt, Eligendi & Capiendi, & in eisdem Ponendi,

Et ad hujusmodi Capitaneos, Homines ad Arma, Armatos, Sagittarios, Magistros, & Marinarios, & alios prædictos tàm per Terram quàm per Mare Ducendi, Regendi, & Gubernandi,

Ac etiam Ordinationes, Leges, & Statuta pro salvo Regimine & secura Gubernatione Armatæ prædictæ Ordinandi, Statuendi, & superinde Proclamationes Faciendi,

Ac quoscúmque, contra formam hujusmodi Ordinationis, Legum, Statutorum, & Proclamationum eorumdem Delinquentes, Castigandi, Compescendi, Puniendi, & Prisonis Committendi,

Necnon quascúmque Causas Criminales, tàm Vitæ & Membrorum ac de Morte Hominis & Mahemio, quàm omnes alias Causas, Contractus & Querelas omnium & singulorum in Armata prædicta Retentorum & Retinendorum, in eadem factas & perpetratas, Audiendi & Terminandi & Justitiam faciendi, ac Delinquentes in eisdem juxta eorum Demerita Castigandi, Puniendi, & Incarcerandi, & Incarceratos qui deliberandi fuerint Deliberandi, Pœnásque Mortis & Membrorum quotiens opus fuerit Infligendi, A. D. 1490. Hen. 7.

Cæteraque omnia & singula, quæ pro bono Regimine & Gubernatione Armatæ prædictæ, juxta sanam Discretionem vestram, visa fuerint facienda, Faciendi, Excercendi, & Perimplendi;

Et ideò &c.

Damus autem &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Julii.

Per ipsum Regem.

Super Expensis, pro Defensione Ducissæ & Ducatus Britanniæ, de Cautionibus & Impignorationibus faciendis.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Ibid. m. 12. Universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Nos *Philippus de Montauban* Miles Dominus de Vens & de Gonneville Britanniæ Cancellarius, *Gullermus Guillemot* Dominus de Bothelitz, Magister *Petrus Cojalu* Senescallus de Guingamp, Serenissimæ Principis & Dominæ nostræ Supremæ *Ducissæ Britanniæ* Oratores & Deputati, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm jam nuper (scilicet, Decimâ Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo) inter alias specialiter Communicatum & Concordatum sit,

Inter *Ricardum Eggecombe* Militem nuper Hospitii Illustrissimi *Regis Angliæ & Franciæ, ac Domini Hiberniæ* Contrarotulatorem, & Magistrum *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem in Officio Privati Sigilli dicti Illustrissimi Domini Regis Secundarium, suos veros adtunc & indubitatos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, & Oratores, ex unâ Parte, & dictum *Philippum de Montauban* Britanniæ Cancellarium, ac *Guillermum Guegnen* Archidiaconum Pamtheuriæ & Electum Ecclesiæ Nanetensis, & *Rollandum Goujon* dictæ Illustrissimæ Principis & Dominæ nostræ Supremæ Commissarios & Procuratores, ex altera Parte, similiter sufficienter Deputatos, A. D. 1490.

Quòd dictus Illustrissimus Rex Angliæ, *pro Succursu & Defensione* dictæ Dominæ nostræ *& Patriæ suæ Britanniæ, mitteret in Partes ejusdem Britanniæ, Pecuniis per dictum Regem exponendis, Sex Millia Armatorum, ad Serviendum dictæ* Dominæ Ducissæ *& Patriæ ejusdem, qui descenderent in Britanniam Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo octavo circa Medium Mensis Februarii aut Finem ejusdem Mensis, vel quamcitò commodè poterit, & ibidem morarentur usque ad Festum Omnium Sanctorum tunc proximò sequens, ad Defensionem Patriæ supradictæ*, ut in *Indenturis* desuper confectis, postéaque per utrúmque Principem *Regem* & *Ducissam* supradictos confirmatis, plenius continetur,

Nos, dicti Oratores, Commissarii, Procuratores, Deputati, & Ambassiatores Serenissimæ Principis & *Dominæ nostræ Ducissæ* antedictæ, Vice, Nomine, & Auctoritate ejusdem & pro ea, fatemur & recognoscimus quòd dictus *Illustrissimus Rex Angliæ* benè, perfectè, integrè, & honorificè omnia & singula, in dicta

A. D. 1490. Hen. 7. dicta Conventione contenta, quatenus ipsum attingunt, fecit, observavit, & perimplevit, & propterea Nos, Oratores & Commissarii *dictæ Dominæ nostræ Ducissæ* antedicti, Auctoritate, Vice, & Nomine ejusdem atque pro ipsa, *dicto Regi* Promittimus & Pollicemur, & *dictam Dominam nostram Supremam Ducissam* Hæredes & Successores suos, virtute Commissionis Nobis in ea Parte Datæ (cujus Tenor inferius sequitur) Astringimus & Obligamus quòd *dicta Domina nostra Ducissa*, ejus Hæredes aut Successores, Restituent & Resolvent, cùm primùm commodè poterint, dicto *Domino Regi* aut Successoribus suis omnes & singulas Pecuniarum Summas, quas ipse circa Expeditionem sive Armatam prædictam & Custodiam Villæ & Castri de Coulzucan & cujuscúmque alterius Loci, *eidem Domino Regi* Loco Pignoris aut Ypotecæ traditi aut tradendi, antehac quovis pacto erogavit & exposuit, & posthac exponet sive erogabit,

Præterea Nos, antedicti Oratores & Commissarii, Promittimus, &, pro majori & firmiori Securitate Resolutionis Expensarum prædictarum, *dictam Ducissam* ejus Hæredes & Successores Obligamus & Astringimus, quòd Castellum & Villa de Moileix, statim & sine dilatione, tradentur & deliberabuntur dicto Illustrissimo *Regi Angliæ* aut Assignatis suis, Loco Pignoris & Ypotecæ, cum omnibus suis Juribus, Obventionibus, & Commoditatibus quibuscúmque, sic quòd ea liberè & quietè retineat, absque molestia, impedimento, vel contradictione *dictæ Dominæ Ducissæ* vel Hæredum aut Successorum suorum, donec integrè & plenariè sibi fuerit Solutum aut Satisfactum de & super omnibus & singulis prædictis Pecuniarum Summis (dictis tamen Obventionibus & Juribus, de dictis Locis per Regem perceptis, in Sortem principalem computandis) salvis Conditionibus in dictis *Indenturis* contentis & sine ipsarum derogatione,

Proviso quòd *dictus Rex* ad alia Loca, nunc per Gallos in Ducatu Britanniæ occupata, cùm imposterùm eadem evinci, aut per *Ducissam* ejúsve Successores quovis modo Recuperari contigerit, Recursum habere poterit & eadem Loco Pignoris tenere, prout in dictis Conventionibus pleniùs continetur.

ITEM, cùm dictus Illustrissimus *Angliæ Rex* plurimas Pecunias & Sumptus, præter & ultra eos quos circa dictam Armatam sive Expeditionem ad *dictæ Ducissæ* ejusque Ducatûs Defensionem fecerit & exposuerit, videns *ipsam Ducissam* ejusque Ducatum & Subditos suorum Inimicorum Viribus & Crudelitate in maximo Perditionis Periculo constitutos, ad eorum Defensionem sua ex Benignitate atque Magnificentia facere decreverit, A. D. 1490. Hen. 7.

Nos Oratores antedicti, *ipsius Ducissæ* Nomine, Pollicemur & Promittimus atque *ipsam Ducissam* ejus Hæredes & Successores Auctoritate quâ supra firmiter Obligamus quòd *ipsa Ducissa*, ejúsque Hæredes & Successores, Resolvet seu Resolvent, Resolvíve faciet aut facient, *ipsi Regi Angliæ*, suísve Hæredibus & Successoribus, omnes & omnimodas Pecuniarum Summas & Expensas, quas *idem Rex* pro *ipsius Ducissæ* ejúsq; Ducatûs Defensione ante hæc tempora exposuerit & erogaverit, sive posthac exponet & erogabit, & quòd dicta Loca de Concarnean & Morleix, unà cum suis Castellis & Juribus, atque omnia alia Loca, quæ *eidem Regi*, Nomine Pignoris & Ypotecæ, per *ipsam Ducissam* posthac tradi contigerit, in Manibus & sub Ditione *ipsius Regis* quietè remaneant quousque de dictis suis Pecuniis & Expensis, ut præmittitur, erogatis & erogandis, expositis & exponendis, per *ipsam Ducissam* vel ejus Successores, aliósve ejus aut eorum Nomine, fuerit *eidem Regi Angliæ* integrè & plenariè Satisfactum & Persolutum;

Sequitur Tenor Commissionis,

Anne, par la grace de Dieu, *Duchesse de Bretaigne*, *Contesse de Montfort*, *de Richemont*, *d'Estampes*, *& de Vertus*, a tous ceulx, qui ces Presentes Lettres verront, Salut.

Comme, par avant ces heures, bonnes vrayes loyalles & perpetuelle Paix *&c. prout supra*, *Donne en nostre Ville de Reimes*, *le Quinze Jour de Feburier*, *l'An Mille*, *Quatrecentz*, *Quatrevingtz &* *Neuff*.

Et sic signatur.

ANNE.

Par la Duchesse de son Commandement.

J. DE FOREST.

Sigillatúrq; Sigillo *Dominæ nostræ Supremæ Ducissæ* antedictæ.

QUÆ OMNIA ET SINGULA in istis contenta Promittimus, & *dictam Dominam nostram* ejus Hæredes & Successores ad Observantiam eorundem inviolabiliter Astringimus & Obligamus, & in Animam

6 A

A. D. 1490. Hen. 7. Animam ejusdem Juramus, & omnia & singula Nos Oratores & Commissarii *Ducissæ* supranominati Promittimus, per *ipsam Dominam Ducissam*, suósque Successores, in omnibus & per omnia, teneri & inviolabiliter observari, præsentémque Scripturam per Literas *ejusdem Dominæ nostræ*, sub Magno Sigillo sigillandas, Ratificari & Confirmari, ipsasque Literas Ratificatorias citra Festum Nativitatis Domini proximum dicto Illustrissimo *Regi Angliæ* Tradi & Deliberari. A. D. 1490. Hen. 7.

In quorum omnium & singulorum Testimonium & Fidem Sigilla nostra Præsentibus apposuimus.

Datum *Londoniis* Die Vicesimâ sextâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo.

Modificationes Tractatus supradicti.

A. D. 1490. An. 5. H. 7. Ibid. m. 14.

OMnibus & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Nos, *Phelippus de Montauban* Miles Dominus de Sens & de Grenoville Britanniæ Cancellarius *Guillermus Guillemett* Dominus de Bothelitz, *Petrus Cojalu* Senneschalus de Guingamp, Serenissimæ Principis & Dominæ nostræ Suppremæ *Ducissæ Britanniæ* Oratores & Deputati, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm Illustrissimus & Invictissimus Princeps *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, ac Dominus Hiberniæ*, ex Gratia speciali & certis considerationibus, concesserit quòd *in Villa & Dominio de Morleix, sibi loco Pignoris & Ypotecæ, unà cum Fructibus, Redditibus, & Obventionibus, pro Resolutione Expensarum, per* eundem Regem, *pro Defensione* Dominæ nostræ Ducissæ antedictæ *& Patriæ ejusdem expositarum & expenendarum, obligatis, liceat* dictæ Dominæ nostræ Ducissæ, *ejus Hæredibus & Successoribus, Petere, Exigere, Recipere, & Retinere Fructus, Redditus, Custumas, Gabellas, & alias quascumque Exactiones ordinarias & extraordinarias, & Jurisdictionem per se aut alios excercere, ac pro eisdem petendis, exigendis, & recipiendis, ac Jurisdictione excereenda Instituere, Ordinare, & Deputare Collectores, Exactores, & Receptores, ac Judices & alios Officiarios & Ministros Justitiæ in eisdem, certam Summam annuatim* eidem Regi *& suis Successoribus solvendo, subque certis aliis Conditionibus & Limitationibus appositis quæ infra sequuntur*, ut in Literis dictæ Concessionis, Sigillo dicti Illustrissimi Principis sigillatis, pleniùs continetur,

Nos, Oratores, Commissarii, & Ambassiatores *dictæ Dominæ Ducissæ* antedicti, Auctoritate Commissionis nostræ (quæ infra sequitur) dictam Concessionem, cum suis Conditionibus, multiplici Actione Gratiarum, acceptantes, Vice & Nomine *dictæ Dominæ nostræ*, Promittimus, & per Præsentes Concedimus, & Eandem & Successores suos Obligamus, quòd dicta *Domina nostra*, ejus Hæredes & Successores, Solvent, in dicta Villa de Morleix, annuatim dicto Illustrissimo *Regi Angliæ*, ejus Hæredibus & Successoribus, aut sufficienter in ea parte ap ipsis Deputatis, pro Fructibus, Redditibus, Custumis, Gabellis, Excercitio Jurisdictionis, Exactionibus, & aliis Emolumentis supradictis, quamdiu Villam & Dominium de Morleix supradicta in Manibus Illustrissimi *Regis Angliæ* ejusdem Hæredum aut Successorum suorum sic loco Pignoris aut Ypotecæ fore contigerit, Summam *Sex Milium Coronarum Auri*, aut in Monetata currente ad dictæ Summæ Valorem, ad Quatuor Anni Terminos, per æquales Portiones; scilicet, A. D. 1490.

Ad Festum Natalis Domini proximum, *Mille & Quingentas Coronas Auri*,

Ad Festum Paschæ proximò sequens, *Mille & Quingentas Coronas Auri*,

Ad Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximò sequens, *Mille & Quingentas Coronas Auri*,

Ad Festum Sancti Michaelis Archangeli extunc proximò sequens, *Mille & Quingentas Coronas Auri*,

Et sic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, quamdiu dictam Villam & Dominium de Morleix, loco Pignoris & Ypotecæ, in Manibus dicti *Regis Angliæ* aut Successorum suorum fore contingerit:

Et, si post lapsum alicujus Terminorum prædictorum *dictam Dominam nostram Ducissam* ejus Hæredes aut Successores a retro fore contigerit, in Parte Solutionis aut in toto, per Spatium Duorum Mensium, Nos, Nomine & Vice *dictæ Dominæ nostræ*, Promittimus & Eandem & Successores suos Obligamus & Astringimus quòd extunc liceat dicto Illustrissimo *Regi Angliæ* & Successoribus suis Reintrare, & Fructus, Redditus, Obventiones, Custumas, Gabellas, & alias

A. D. 1490. Hen. 7. alias Exactiones quascúmque in dicta Villa & Dominio de Morleix Petere, Exigere, Recipere, & Colligere, ac Jurisdictionem in eisdem Excercere, & Officiarios in eisdem Locis, pro omnibus & singulis supradictis excercendis, Instituere, Ordinare, & Deputare, & dictam Dominam nostram *Ducissam Britanniæ*, ejus Hæredes & Successores a Præmissis & singulis Præmissorum penitùs Excludere & Amovere; supradictâ Concessione, a prædicto Illustrissimo *Rege Angliæ* factâ, minimè obstante.

ITEM, Nos antedicti Oratores & Commissarii Volumus, & Voluntatem Dominæ *nostræ Ducissæ* in ea parte Declaramus, & Eandem Obligamus quòd dicta Summa *Sex Milium Coronarum Auri*, sic annuatim soluta *Regi Angliæ* & Successoribus suis, computari debet in partem Solutionis Expensarum, quæ per *dictum Regem Angliæ* fient & factæ sunt circa Custodiam, Tuitionem, & Defensionem dictorum Locorum, & aliarum Expensarum quas fecit & exposuit, & quas faciet & exponet circa Succursum *Ducissæ* & Patriæ ejusdem præstitum & præstandum.

ITEM, Nos Oratores & Commissarii antedicti Promittimus & Concedimus ac *dictam Dominam nostram* & ejus Successores Obligamus quod Capitanei, & eorum Locatenentes, Custodes Castri, Turrium, & Portarum in dicta Villa de Morleix, ac cæteri omnes Officiarii ad salvam Custodiam & Defensionem dictæ Villæ & Castri necessarii, per dictum Illustrissimum *Regem Angliæ* & Successores suos, durantibus Pignore & Ypotecâ supradictis, Ordinentur, Instituantur, Eligantur, & Deputentur in eisdem, Concessione dicti Illustrissimi *Regis Angliæ* in aliquo non obstante.

ITEM, Nos Oratores & Commissarii antedicti, Auctoritate & Vice *dictæ Dominæ nostræ*, Promittimus & Concedimus & Eandem ac Successores ejusdem per Præsentes Obligamus, quòd Capitanei & eorum Locatenentes, per *dictum Regem Angliæ* & Successores suos in dictis Villa & Castello de Morleix instituendi & ordinandi, percipiant liberè & sine impedimento omnia & singula Emolumenta & Obventiones, quæ de Jure aut antiqua Consuetudine dictæ Villæ de Morleix Capitaneis & eorum Locatenentibus debentur, neque de talibus Emolumentis, sic pro eisdem perceptis, Compotum *dictæ Dominæ Ducissæ* aut ejus Officiatiis reddere tenebuntur, neque in Summam Principalem *dicto Regi Angliæ* debitam aliquatenus computabuntur.

Sequitur Tenor Commissionis,

A. D. 1490. Hen. 7. *Anne*, par la Grace de Dieu, *Duchesse de Bretaigne, Contesse de Montfort, de Richemont, d'Estampes, & de Vertus*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, par avant ces Heures, bonnes vrayes loyalles & perpetuell Paix, & finalle Concorde, Amitiez, Confederations, Alliances, bonnes Intelligences, Entrecours du Marchandie, Secours, Aydes, & Promesses, ayent este faiz, accordez, parlez, concludez, promis, & jurez entre Treshault, Trespuissant, & Tresexcellent Prince mon Treshonore Seigneur Cosin & Pere *le Roy d'Engleterre*, sez Royaumes, Terres, Seigneuries, Paiis, Lieux, Vassaulx, Subgetz, Alliez, & Adherez, & *Nous*, noz Duchie, Paiis, Terres, Seigneuries, Vassaulx, Subgetz, *&c. prout supra, Donne en nostre Ville de Reines, le Quinziesme Jour de Feburier, l'An Mille, Quatrecentz, Quatrevingtz, & neuf.*

Et sic signatur,

ANNE.

Par la Duchesse de son Commandement,

J. DE FORESTZ.

Sigillatúrque Sigillo Dominæ nostræ Supremæ *Ducissæ antedictæ*.

QUÆ OMNIA ET SINGULA in istis contenta Promittimus, & *dictam Dominam nostram* ejus Hæredes & Successores ad Observantiam eorumdem inviolabiliter Astringimus & Obligamus, & in Animam ejusdem Juramus, & omnia & singula Nos Oratores & Commissarii *Ducissæ* supranominati Promittimus per ipsam *Dominam nostram Ducissam* suósque Successores in omnibus & per omnia Teneri & inviolabiliter Observari, præsentémque Scripturam per Literas Patentes *ejusdem Dominæ nostræ*, suo Magno Sigillo sigillandas, Ratificari & Confirmari, ipsasque Literas Confirmatorias citra Festum Nativitatis Domini proximum dicto Illustrissimo *Regi Angliæ* Tradi & Liberari.

In quorum omnium Testimonium & Fidem Sigilla nostra Præsentibus appofuimus.

Datum *Londoniis* Die xxvi. Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo.

Super

Super Jocalibus adducendis, de Licentiâ.

¶ ¶

A. D. 1491. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 19.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis de Causis & Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Concessimus & Licentiam Dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, Dilecto Nobis *Cipriano de Furrariis*, & *Paulo de Illionibus*, Mercatoribus de Janua, quod ipsi sive eorum alter per Se, Factores, Servientes, sive Attornatos suos, Indigenas vel Alienigenas sive eorum aliquem quendam Lapidem Preciosum vocatum *a Roche Diamont* aliàs vocatum *Amigdalat Diamont*, aut cujusvis alterius factionis generis seu crescentiæ, Auro legatum vel non legatum, ac Tres alios magnos Lapides vocatos *Perles* eidem Lapidi vocato *a Diamont* annexatos vel non annexatos, necnon unam Torquem sive Coleram femineam Auream Geminis Monilibus & Lapidibus infertam & circumceptam, cum uno Lapide vocato *a Balys*, & uno alio Lapide vocato *a Perle* eidem Torqui sive Coleræ appendentibus & annexis, & alia Lapides preciosos & Jocalia cujusvis Factionis, Crescentiæ, Generis, Pretii, seu Valoris, Lapides & Jocalia illa fuerint, a quibuscúmque Partibus Exteris in Regnum nostrum Angliæ, & in alia Loca & Dominia nostra quæcúmque sub Obedientia & infra Jurisdictiones nostras ubicúmque, tàm per Terram quàm per Mare in quemcúmq; Portum, in quacúmq; Navi vel alio Vase, tàm de Obedientia nostra quàm aliarum Partium quarumcúmq;, ad eorum libitum, unicâ vice tantum, adducere & conferre, adduci conferrive facere, & ad Terram ibidem ponere & discarcare, & eosdem Lapides Torquem sive Coleram & Jocalia, & quamlibet indè Parcellam sic adductos in eodem Regno nostro vendere, vel aliter ad eorum & eorum alterius libitum disponere, aut eosdem Lapides Torquem sive Coleram & Jocalia & eorum quodlibet, si ea vendi non contigerit, extra idem Regnum, Loca, & Dominia prædicta, ad quascúmque Partes Exteras, in quacúmque Navi vel Vase, educere & abcariare, aut educi & abcariari facere possit & valeat, possint & valeant, licitè & impunè, absque aliquibus Custumis & Subsidiis aut aliis Deveriis Nobis proinde solvendis, aut alio aliquo Nobis inde reddendo seu faciendo, & absque Impedimento, Molestatione, Perturbatione, Exactione, seu Gravamine nostri vel Hæredum nostrorum, Custumariorum, aut aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque,

Eo quòd expressa mentio de certitudine veri Valoris Pretii Numeri seu Qualitatis Lapidum & aliorum Præmissorum aut aliqua alia certitudine Præmissorum in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Provisione ante hæc tempora in contrarium edita, ordinata, sive provisa, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, in aliquo non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Super Matrimonio, inter Arthurum Primogenitum Regis & Elizabetham Filiam Quartam Regis Castellæ contrahendo.

A. D. 1491. An. 7. H. 7. Ibid. m. 17.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, cùm inter Altissimos & Potentissimos Principes, *Farnandum Regem & Elizabetham Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & Illustrissimum Principem *Johannem eorum Primogenitum*, Hæredes, Confœderatos, & Consanguineos nostros Carissimos, eorúmque Hæredes & Successores ex eorum Corporibus legitimè procreatos, ex una, & Nos, Illustrissimum Principem *Arthurum Filium nostrum Primogenitum*, nostrósque Hæredes & Successores ex Corporibus nostris legittimè procreatos, ex altera Partibus, nonnulla Pacta, Conventiones, Intelligentiæ, & Fœdera hiis actis Diebus fuerint conventa, concordata, concussa, & conclusa,

Intér-

A. D. 1491. Hen. 7.

Intérque cætera sunt Capitula, *Matrimonium, inter dictum Dilectissimum Principem Primogenitum nostrum* Atthurum PRINCIPEM Walliæ & DUCEM Cornubiæ & COMITEM Cestriæ, *atque Serenissimam Principem Dominam* Katerinam *dictorum* Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Filiam Quartam, *Dei gratiâ, ritè celebrandum, & in facie Ecclesiæ legittimè Solempnisandum, atque Dotem & Donationes propter Nuptias proinde statuendas, præstandas, & persolvendas concernentia,* prout in Literis superinde confectis (*Quarum Data est Vicesima septima Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo Nono*) pleniùs continetur,

Cúmque tamen in dictis Literis & Capitulis de præfatæ Serenissimæ Principis *Katerinæ, Filiæ Quartæ* Excellentissimorum Principum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* in Angliam Traductione, Matrimonii celebrandi Causâ cum dicto Illustrissimo Principe *Arthuro Regis Angliæ Primogenito,* nullos certus Terminus præcisè est specificatus & statutus, neque quo certo tempore prima Medietas Dotis seu Donationis propter hujusmodi Nuptias per ipsos *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes,* ipsi *Regi Angliæ* persolvenda, numerabitur & dabitur, & an Quarta Pars ejusdem Dotis in Pecunia Numerata, aut in Jocalibus, Vestibus, Ornamentis, aut Suppellectilibus Domini Custodis Privati Sigilli Angliæ Relationi & Certificatorio referatur & stetur, in eisdem Literis & Capitulis pleniùs continetur,

Ideò inter, dictos Illustrissimos Principes, *Regem Angliæ* ac *Regem & Reginam Castellæ Legionis, Aragonum, & Siciliæ, &c.* Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, quamprimùm ipse Illustrissimus Princeps *Arthurus Angliæ Regis Primogenitus* fuerit completè Quatuordecim Annorum, ipsa Princeps *Domina Katerina,* Expensis suorum Parentum, in Angliam (videlicet, in Portu Londoniæ, Bristolliæ, Suthamptoniæ, aut alibi infra idem Regnum ubi commodiùs applicare poterit) Traducatur,

Et quòd dicti Serenissimi Principes *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredes & Successores, infra Quatuor Dies ante vel post Solemnizationem Matrimonii, inter præfatos *Arthurum & Katerinam Principes* celebraticelebrandive, *Centum Milia Scutorum (unoquoque eorum Quatuor Solidos & Duos Denarios Sterlingorum Monetæ Angliæ valente)* realiter solvent solvive facient,

A. D. 1491. Hen. 7.

Et *Quinquaginta Milia hujusmodi Scutorum* infra unum & primum Annum dictam Solemnizationem proximò sequentem Persolvent,

Et alia *Quinquaginta Milia Scutorum* infra secundum Annum ipsam Solemnizationem proximò sequentem *præfato Regi Angliæ* ejúsve Deputato seu Deputatis solvant aut solvi faciant, in Pecunia Numerata, aut Vasis seu Jocalibus Aureis & Argentis, sic quod una quævis eorum Uncia recipiatur, secundùm verum ejus Valorem, prout in Anglia tempore Solutionis hujusmodi Uncia valebit & Æstimationem habebit,

Quam quidem Solutionem dictorum *Ducentorum Milium Scutorum,* nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias, *Regi Angliæ* ut præmittitur fiendam, ipsi *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Promittunt facere & fideliter adimplere, & ad inviolabilem Solutionis Observantiam Se suos Hæredes & Successores, Subditos & eorum Bona firmiter obligant & astringunt sub eisdem Modis & Formis, prout in hiis Literis est superius signanter specificatum & contentum, & sub eisdem Securitatibus, Cautionibus, & Promissis quas pro hujusmodi Dotis Solutione in dictis Literis (quarum Data est Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono) promiserunt, fecerunt, & se obligârunt,

Et ad securiorem & firmiorem dictorum *Ducentorum Milium Scutorum* Solutionem, Nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias *Regi Angliæ,* ut in hiis Literis continetur, fiendam & observandam, & Tertiam Partem Dominiorum, Castrorum, Villarum, & Opidorum Principatûs Walliæ, Ducatûs Cornubiæ, & Comitatûs Cestriæ, præfatæ Serenissimæ Principi *Katerinæ* nomine ejus Dotis modo, formis, & temporibus assignandam Dandam & Deliberandam, sicuti in ipsis Literis dictæ Vicesimæ septimæ Diei Mensis Martii pleniùs continetur, inter Excellentissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Regem Angliæ* est Concordatum, Conventum, & Conclusum quòd prædictæ Promissiones, Securitates, & Cautiones, quæ in prædictis Literis (quarum Data est, ut supradicitur, Vicesimâ septimâ Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono) pleniùs continetur, in omni suo Robore, Vi-

A. D. 1491. Hen. 7.

gore, & Effectu permaneant, ac si in præsentibus Literis specialiter repetitæ fuissent;

Quibuscúmque Conventionibus, contentis in præfatis Literis, inter eos, ut præfertur, confectis, aut aliquibus aliis non obstantibus.

Item, inter dictos *Angliæ & Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes* Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, per præsentes Modificationes, Declarationes, Interpretationes, Limitationes, Additiones, nullo pacto aut aliquatenus derogetur prioribus Literis de Data Vicesimæ Septimæ Diei Mensis Martii antedicti, de quibus supra fit mentio, neque aliquibus Articulis aut Capitulis inclusis in eisdem, præterquam in omnibus & singulis in hiis Literis specificatis, set in omnibus aliis & per omnia ipsæ Literæ stabunt in suo Robore & Effectu hiis Literis non obstantibus.

A. D. 1491. Hen. 7.

Quæ omnia et singula Præmissa, quatenus Nos concernunt & attingunt, Nos *Henricus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ* Promittimus, & Nos, bonâ Fide & in Verbo Regio, tactis per Nos superinde Sacrosanctis Evangeliis, Obligamus & Astringimus, Nos Tenere, Observare, & Perimplere.

In quorum & singulorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. &c. apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

Super Bello, contra Regem Franciæ per Reges Angliæ & Castellæ indicendo.

A. D. 1491. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 26.

Rex omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm inter, Altissimos & Potentissimos Principes, *Fernandum Regem & Elizabetham Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & Illustrissimum Principem *Johannem eorum Primogenitum*, & eorum Confœderatos & Consanguineos nostros Carissimos, eorúmque Hæredes & Successores ex eorum Corporibus legitimè procreatos, ex una, & *Nos* & Illustrissimum *Principem Arthurum Filium nostrum Primogenitum*, nostrósque Hæredes & Successores ex Corporibus nostris legitimè procreatos, ex altera Partibus, nonnulla Pacta, Conventiones, Intelligentiæ, & Fœdera hiis actis Diebus fuerint concordata, conventa, percussa, & conclusa,

Inter quæ certa sunt Capitula, *Bellum per dictum Consanguineum nostrum* Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Regem, *&* Nos *contra* Gallorum Principem Carolum *se Regem Franciæ nominantem, ejusque Hæredes & Successores Indicendum realiter Agendum Continuandum tangentia*, prout in Literis inde confectis (quarum Data est Vicesimâ septimâ Die Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo nono) plenius continetur,

Cúmque tamen in dictis Capitulis nullus certus Terminus aut Modus specificatus est (videlicet) quo tempore & quo modo hujusmodi Bellum, *per Nos* & dictum Consanguineum nostrum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Regem*, contra dictum Gallorum Principem Indici, Agi, & Continuari debeat,

A. D. 1491.

Igitur inter dictos Illustrissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Consanguineos nostros Carissimos, & *Nos* Concordatum, Conventum, & Conclusum est, modo & formâ, prout in sequentibus plenius continetur,

Inprimis quòd, cùm præfatus *Carolus Gallorum Princeps*, nullo Juris Ordine, sed solâ ejus Potentiâ, omnes sibi Vicinos Principes maximis Injuriis affecerit, plurimos exhæreditaverit, atq; Illustrissimorum Principum *Romanorum, Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* & *Anglorum Regum*, necnon Serenissimæ Principis *Britanniæ Ducissæ*, cæterorúmque Principum Jura nequiter ante hac usurpaverit,

Igitur inter Illustrissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Angliæque Regem* antedictos Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd utérque præfatorum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Angliæque Regum*, contra dictum *Carolum Gallorum Principem*, citra

2 Quin-

A.D. 1490. Hen. 7. Quintumdecimum Diem Mensis Aprilis proximò sequentem Bellum publicè Indicet, séque ipsius Hostem per Literas Diffidentiæ, & publicas Proclamationes Declarabit, atque Regnum Franciæ vel Terras, nunc per *dictum Carolum* occupatas & usurpatas, in propria suas Persona, suis propriis Expensis, citra Quintumdecimum Diem Mensis Maii, aut ad summum citra Quintumdecimum Diem Mensis Junii proximò sequentes, Ingredi teneatur, tanta cum Potentia qua per se inibi Castra metari & Campum per se sustinere, suorum Hostium Injurias Viribus propriis propulsare, & sua Jura Manu forti, Dei gratiâ, recuperare valeat, Bellum contra *eundem Carolum Gallorum Principem* realiter & cum effectu Agendo, & quanto validiùs poterit continuè progrediendo, ipsum eorum Hostem communem, per Terram & Mare, Bellicis Armis, pro ejus Viribus, infestans; & quòd *Neuter ipsorum Regum* ab hujusmodi Bello, sic per eos incepto, sine expresso alterius Consensu, *infra Duos Annos* eorum sic Ingressum in Franciam proximò sequentes, quovis pacto desistet.

ITEM, inter dictos Potentissimos Principes *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Angliæque Regem* Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd si ex quavis Causa dictos Terminos, *Quintidecimi Diei Maii*, aut *Quintidecimi Diei Mensis Junii* supradictorum, pro eorum aut eorum alterius Discensu & Ingressu ut præmittitur in Franciam Statutos, prorogaverint, & alium Terminum seu alios Terminos pro hujusmodi eorum Discensu & Ingressu in Franciam statuerint, quòd *uterque eorum Regum* teneatur in illo Termino seu Terminis sic per eos statuto aut statutis Bellum Invasivum contra *dictum Carolum Gallorum Principem* Agere, & in propria Persona cum sua Potentia Franciæ Regnum aut Terras per *dictum Carolum* occupatas Ingredi, communem eorum Hostem Invadere, & ipsum Bellum Continuare, eodem modo ac si in dicto Termino *Quintidecimi Diei Maii aut Junii* utérque ipsorum Regum dictum Regnum ut præmittitur Invasisset, licet hujusmodi Termini aut Terminorum Prorogatio seu præfixio Literis eorum missivis, absque eorum Magno Sigillo, duntaxat superinde posthac habeatur. A.D. 1490. Hen. 7.

ITEM, inter dictos *Angliæ & Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Principes* Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd præsentes Modificationes, Declarationes, Interpellationes, Limitationes, & Additiones nullo pacto sint præjudiciales aut aliquatenus derogetur prioribus Literis, de Data Vicesimæ septimæ Diei Mensis Martii antedicti, de quibus supra fit mentio, nec aliquibus Articulis seu Capitulis inclusis in eisdem, præterquam in omnibus & singulis in hiis Literis specificatis, sed in omnibus aliis & per omnia ipsæ Literæ stabunt in suis Robore & Effectu, hiis Literis non obstantibus.

QUÆ OMNIA ET SINGULA PRÆMISSA, quatenus Nos concernunt & attingunt, Nos *Henricus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ antedictus* Promittimus, & Nos bonâ Fide & in Verbo Regio, & tactis per Nos superinde Sacrosanctis Evangeliis, Obligamus & Astringimus Nos Tenere, Observare, & Perimplere.

In quorum &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Provisionibus faciendis, pro Expeditione Franciæ.

A.D. 1490. An. 7. H. 7. Ibid. m. 24. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Nos quandam Expeditionem contra Gallos instruere decrevimus, volentes proinde de certo Numero Navium ac Vibrellariorum & Balistariorum, Nobis in hujusmodi Expeditione sive Armata nostra deserviturorum, in nonnullis Extramarinis Partibus provideri,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Willielmi Roos* Armigeri, *Nicholai Morton* Gentiman, & *Nicholai Lokyer*, quamplurimùm confidentes, A.D. 1490.

Ipsos nostros veros & indubitatos Procuratores, Deputatos, Provisores, Actores, Factores, & Negotiorum nostrorum Gestores Assignamus, Facimus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eis & eorum cuilibet, conjunctim & divisim, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctori-

A. D. 1491. Hen. 7. ctoritatem ac Mandatum speciale ad Se Transferendum ad dictas Partes Transmarinas,

Et ibi pro Nobis Naves Conducendum usque ad Numerum Quingentarum Navium & infra, & Vibrellarios & Balistarios usque ad Numerum Trescentorum & infra Nobis in dicta Expeditione sive Armata nostra ad Vadia nostra deserrituros,

Ac de & super singulis Pecuniarum Summis, pro Conductione & Locatione Navium prædictarum, ac pro Vadiis dictorum Vibrellariorum & Balistariorum solvendis, & Loco Solutionis Summarum prædictarum, necnon quanto tempore & pro qua Summa Nobis deservient, cum Dominis, Possessoribus, & Magistris hujusmodi Navium, ac Vibrellariis & Balistariis prædictis Tractandum, Communicandum, Conveniendum, Appunctuandum, Concordandum, Pacifcendum, & Concludendum,

Et Naves atque Vibrellarios & Balistarios hujusmodi per Præstationes Retinendum & Conducendum, & ipsos sic per eos Conductos & Conducendos in Regnum nostrum Angliæ Ducendum & Duci faciendum,

Prædictásque Pecuniarum Summas, pro hujusmodi Navibus, Vibrellariis, & Balistariis sic locatis & conductis, pro Nobis & Nomine nostro promittendum & Conducendum, A. D. 1491. Hen. 7.

Nósque ad Solutionem Summarum, sic inter eos & eorum quemlibet hinc inde concordatarum, per eorum & eorum cujuslibet Scripta, Obligationes & Cautiones obligandum & astringendum,

Cæteráque Faciendum & Perimplendum quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos ea omnia & singula Facere, Peragere & Perimplere, quæ per dictos nostros Procuratores, Deputatos, Provisores, & Negotiorum Gestores Conventa, Promissa, Concessa, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Pecunia mutuanda pro Expeditione prædicta.

A. D. 1491. An. 7. H. 7. Pat. 7. H. 7. m. 34. REX, Carissimo Consanguineo suo *Thomæ Comiti Surriæ*, ac Dilecto sibi in Christo *Abbati Monasterii Beatæ Mariæ juxta Eborum*, Dilectísque & Fidelibus suis *Richardo Tunstall* Militi, *Henrico Wentworth* Militi, *Nicholao Knyston*, & Magistro *Johanni Beverley* Clerico, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Adversarius noster *Carolus Franciæ* nedum Regnum nostrum Franciæ nostróq; Normanniæ, Aodegaviæ, Turonis, & Acquitaniæ Ducatus injustè occupat, verùm & istud Regnum nostrum Angliæ suæ Ditioni Vi deducere nititur, prout publicè & indies minatur & jactat, nostram extremam Destructionem Subversionémque hujus Regni nostri Angliæ & Subditorum nostrorum ejusdem malitiosè intendens,

Nos, ad instantiam & specialem requisitionem tàm Dominorum Spiritualium & Temporalium quàm aliorum Nobilium, ejusdem Regni nostri Angliæ ac Subditorum nostrorum prædictorum tantas suas Injurias propulsare, istúdque nostrum Regnum Angliæ Subditósque nostros prædictos, nostris pro viribus, annuente Deo, Tutari & Defendere Decrevimus, atque in propria Persona nostra cum Potentia dictum Regnum nostrum Franciæ Intrare, Júsque nostrum in eodem Vendicare, cæterósque nostros ibidem Rebelles nostræ Ditioni & Obedientiæ, prout Juris est, Reducere intendimus, A. D. 1491.

Sed, cùm tot & tantas Pecuniarum Summas, tantæ Expeditioni necessarias, de nostris non habemus, & absque Subsidio Relevamine & Succursu Fidelium Subditorum nostrorum habere nequimus,

De Fidelitatibus providisque Circumspectionibus, Diligentiis, & Industriis vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus & Deputavimus vos & vestrûm quemlibet ad Transferendum vos ad Comitatum nostrum Eborum, ac vobis plenam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, Damus & Committimus ad Communicandum, pro Nobis & Nomine nostro, cum talibus Subditorum nostrorum infra Comitatum prædictum, tàm infra Libertates quàm extra commorantibus, prout vobis meliùs videbitur, eis nostrum Propositum & Men-

A. D. 1491. Hen. 7. & Mentem plenariè de & in Præmissis & eorum singulis intimantes, eos Movendo, Exortando, & Requirendo ut Nobis in hoc tàm magno arduóque Negotio, non solum nostrum Statum verùm etiam & eorum Salutem concernenti, juxta eorum facultates assistant, & Opem in Personis aut aliis Mediis & Modis, prout vobis & eis meliùs visum fuerit, conferant,

Et quid feceritis in Præmissis Nos & Concilium nostrum, distinctè & apertè, sub Sigillis vestris vel cujuslibet vestrûm, sine dilatione certificetis; A. D. 1491. Hen. 7.

Et ideò &c.

Damus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Conventionum Scotiæ Ratificatio.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Scot. 7. H. 7. m. 12. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS alteram Partem quarumdam INDENTURARUM, inter Reverendum in Christo Patrem *Willielmum Episcopum Abirdonensem*, *Willielmum Dominum Sancti Johannis*, *Alexandrum Inglys* Archidiaconum Sancti Andreæ, *Johannem Hume* de Arsilton, & *Patricium Hume* de Fastcastell, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Serenissimi Illustrissimique Principis Consanguinei nostri Carissimi *Jacobi Scotorum Regis*, ex una Parte, & Reverendum in Christo Patrem *Ricardum Episcopum Assavensem*, *Johannem Graistok* Militem Dominum de Graistok, *Cristoforum Urswyk* Decanum Eborum, *Johannem Cartyngton* Armigerum, & *Edwardum Ratclyff*, Consiliarios, Oratores, & Commissarios nostros, ex altera Parte, nuper confectarum in hæc verba,

HÆC INDENTURA,

FACTA *apud Caldestreme super Tweda, Vicesimo primo Die Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Primo*, inter Nos, *Willielmum Episcopum Aberdonensem*, *Willielmum Dominum Sancti Johannis*, *Alexandrum Inglys* Archidiaconum Sancti Andreæ, *Johannem Hume* de Arsilton, & *Patricium Hume* de Fastcastell, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Serenissimi Illustrissimique Principis *Jacobi Scotorum Regis*, ex unâ Parte, & Reverendum in Christo Patrem *Ricardum Episcopum Assavensem*, *Johannem Graystok* Militem Dominum de Graystok, *Cristoforum Urswik* Decanum Eborum, *Johannem Cartyngton* Armigerum, & *Edwardum Ratclyff*, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Serenissimi Excellentissimique Principis *Henrici Regis Angliæ*, ex Parte altera,

TESTATUR quòd Nos Commissarii *Regis Scotiæ* cum præfatis Oratoribus & Commissariis præfati *Regis Angliæ*, atque ipsi nobiscum, virtute & auctoritate Commissionum nostrarum hincinde per Literas Patentes dictorum Regum *Nobis* atque ipsis divisim factas (quarum Tenores de verbo in verbum inferius inseruntur) Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, Conclusimus, Appunctuamus, Convenimus, Concordamus, & Concludimus Nos & Ipsi nobiscum, Nominibus Principum prædictorum, in omnibus & per omnia, prout in sequentibus Articulis continetur, A. D. 1492.

INPRIMIS, inter Nos Commissarios prædictos, Nominibus quibus supra, Appunctuatum, Concordatum, & Conclusum est quòd, inter Serenissimos *Reges Scotiæ & Angliæ* supradictos, eorum Hæredes & Successores, Regna, Patrias, Dominia, Terras, & Loca quæcúmque eorumdem, necnon inter Vassallos, Ligeos, Homines, & Subditos suos quoscúmque, præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúmque Gradûs, Præeminentiæ, Statûs, aut Conditionis existant, sit bona, realis, sincera, vera, & firma Pax, Treuga, & Guerrarum Abstinentia, per Terram, Mare, Aquas dulces & ubique Locorum, Inceptura ab Ortu Solis dicti vicesimi primi Diei Mensis Decembris, Anno ut supra, & Duratura *per Quinque Annos* continuè & extunc sequentes; videlicet, *ad Vicesimum primum Diem Mensis Decembris*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nunagesimo sexto, inclusivè.

ITEM, specialiter Conventum & Conclusum est quòd, durantibus Treugis seu Guerrarum Abstinentiis antedictis, nullus dictorum Principum movebit per Se aut per Subditos suos aut alios quoscúmque seu moveri permittet Guerram per Terram per Mare neque per Aquas dulces adversus alium dictorum Principum Subditos aut Ligeos suos nec dabit Auxilium,

A. D. 1492. Hen. 7.

xilium, Consilium, vel Favorem ut hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur.

Item, Conventum & Conclusum est quòd Naves, Nautæ, Mercatores, & alii Subditi utriúsque Principum prædictorum per Terram, Mare, & Aquas dulces Euntes, Converſantes, Navigantes, Navigium paſſari & Permanentes Tractentur & Recipiantur, prout melius Tractari & Recipi conſueverunt in temporibus aliarum Treugarum prius inter *Scotiæ & Angliæ Reges* & eorum Regna initarum & conclusarum.

Item, Conventum & Conclusum est quòd omnes & ſinguli Deprædatores, Malefactores, & Præſentium Treugarum Violatores punientur aſperius eiſdem modis & formâ quibus antiquitùs puniri conſueverunt, & ſi aliquis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquam deprædatus fuerit ſeu attemptaverit infra Marchiam aut Terram alterius Partis, & poſt Deprædationem hujuſmodi ſeu Attemptatum Fugiendo revertatur ad Marchias aut Terram illius Partis cujus eſt Subditus, licebit illi contra quem ſic attemptaverit in recenti vel infra Sex Dies computandos a tempore Delicti ſic attemptati vel commiſſi, auctoritate præſentis Ordinationis, abſque aliis Literis de Salvo Conductu, proſequi illum Malefactorem & ipſum ſic proſequendo intrare ſalvò & ſecurè Marchias & Terram in quam idem Malefactor ſe contulerit; dummodò quamcitò hujuſmodi Marchiam ſive Terram hac de Cauſa intraverit adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæſæ,habitantem infra Merchiam quam ſic intrat, & eidem declaret Cauſam Introitûs ſui (videlicet) ad Proſequendum Deprædationem ſuam, deſcribat &, ſpecificet idem quibus Bonis, Catallis, vel Rebus Deprædatus fuerit, ac inſuper requirat eundem quòd quamdiu hujuſmodi Proſecutionem ſuam fecerit ſecum eat ut ſuper Factis ſuis tempore dictæ Proſecutionis poſſit cùm requiſitus fuerit ſuper hoc Teſtimonium perhibere Veritati.

Item, Conventum & Conclusum est quòd neuter Principum prædictorum auxiliabitur aut Opem feret quovis modo notoriis Rebellibus, Hoſtibus, vel Inimicis alterius, ad Nocendum alteri eorumdem, vel ipſorum Regnis, Dominiis, Terris, aut Subditis, & ſi de facto aliquis Rebellis, Hoſtis, vel Inimicus unius vel alterius Principis exiſtens vel futurus in Regno, Terris, vel Dominiis alterius eorumdem tempore quo ibidem extiterit aliquid fecerit per Terram, Mare, vel Aquas dulces, ad Dampnum alicujus eorumdem velRegnorum,Terrarum, Dominiorum, vel alicujus Subditorum ſuorum, tunc *ille Princeps* in cujus Regno,Terris,velDominiis talis Rebellis, Hoſtis, vel Inimicus ſic commiſit & poſtea repertus fuerit Dampnum illud Reparari & Reſarciri faciet, ac ſi proprius Ligeus & Subditus ejuſdem hujuſmodi Dampnum commiſiſſet aut perpetraſſet.

A. D. 1492. Hen. 7.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, durantibus Treugis prædictis, ut præmiſſum eſt, per Quinquennium, Caſtrum & Villa Berwici cum Limitibus ſimul & Inhabitantibus ac Incolis eorumdem ſub eiſdem Pace, Guerrarum Abſtinentiis, & Bellorum Induciis ſtabunt & permanebunt toto tempore prædicto, ita quòd neque Sereniſſimus *Rex Scotorum* per Se aut aliquos Subditorum, Ligeorum, aut Vaſſallorum ſuorum Guerram Inſultum aut Obſidionem ipſis Locis aut Incolis eorumdem, neque Excellentiſſimus *Rex Angliæ* per Se aut ſuos Inhabitantes Villam ſeu Caſtrum hujuſmodi Guerram, Inſultum, aut Obſedionem dicto Sereniſſimo *Regi Scotiæ* ſuiſve Ligeis & Vaſſallis faciet quovis modo durante tempore Treugarum prædictarum.

Item, Conventum & Conclusum est quòd ſi contingat aliquos Piratas, Fugitivos, Bannitos Regnorum unius vel alterius Principum prædictorum Spoliationes ſeu Deprædationes in Bonis alicujus Subditorum eorumdem committere, & poſtea Piratæ, Fugitivi, ſeu Banniti prædicti ad aliquem Portum dictorum Principum applicuerint, tunc ille Princeps, in cujus Portum applicuerint, faciat per Officiarios ſuos Perſonas prædictas ſecurè cuſtodiri, aut eaſdem & Receptores earumdem deliberari Parti Læſæ, vel Spoliata & Deprædata per eaſdem integrè Reſtitui faciat & Reſarciri, vel juſtum Valorem eorumdem.

Item, Conventum & Conclusum est quòd Fugitivi Scotiæ qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ* debent ligari ex parte Anglicorum ad Obſervandum Articulos Præſentium Treugarum, & quòd Attemptata per eos ſuper Subditos dicti *Regis Scotiæ* debent eodem modo reformari, quo reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*, idem per omnia obſervando ex parte *Regis Scotorum* & qui Anglici ante hæc tempora per ſua Sacramenta Ligei *Regis Scotorum* devenerunt vel aliter quovis modo.

Item, Conventum & Conclusum est quòd in præſentibus Treugis & Guerrarum Abſtinentiis comprehendantur Amici, Confœderati, & Alligati utriúſque Principis, ſi comprehendi voluerint, &

5 ſuper

A. D. 1492. Hen. 7. super hoc Animos suos declaraverint & idem desideraverint infra Sex Menses proximò extunc sequentes, & specialiter, pro Parte *Regis Scotorum*, *Karalus Rex Franciæ*, *Johannes Rex Daciæ*, *Rex Hispaniæ*, *Rex Neapoli*, *Austriæ & Medialani Duces*, pro Parte *Regis Angliæ Imperator*, *Rex Romanorum*, *Reges Ispanniæ*, *Portugaliæ*, *Neapoli*, *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Ferrarii*, & *Sabaldiæ Duces*, quibus Mensibus lapsis, si nulla Notificatio hujusmodi facta fuerit Regibus prædictis, dicti Confœderati eorumdem non intelligentur in dictis Treugis comprehensi, & si dicti Reges dictos Confœderatos sub dictis Treugis comprehendi noluerint extunc dictæ Treugæ nullius censeantur Roboris vel Momenti.

Item, Conclusum est quòd si, eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliquid contra easdem vel aliquam Partem earumdem per Terram sive per Mare fieri vel attemptari contingat, per hoc tamen præsentes Guerrarum Abstinentiæ non erunt nec censebuntur aut reputabuntur Ruptæ, Infirmatæ, vel Annullatæ, set nichilominus in suo Robore permanebunt & Attemptata hujusmodi debitè reformabuntur.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Subditus alicujus Principum prædictorum, qui passus fuerit Rapinam vel Spolium a Subdito alterius eorumdem, propriâ auctoritate suâ propter hoc Deprædationem, Spoliationem, Prisas, vel Districtiones Personarum seu Bonorum faceret, eo ipso cadat a Causa sua & nichilominus secundùm Delicti exigentiam puniatur.

Item, Conclusum & Concordatum est quòd, quamquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sint modis & formis ut supra, attamen non dicentur nec reputabuntur omninò Generales nec extendent ad Dominium de Lornen in Regno Scotiæ, nec ad Insulam de Lundoy in Regno Angliæ, sed Dominium & Insula prædicta intelligentur nullo modo comprehensa in hiis Guerrarum Abstinentiis.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd utraque Partium prædictarum Publicari & Notificari faciet dictas Guerrarum Abstinentias Subditis suis in omnibus & singulis insignioribus Locis Merchiarum suarum, tàm in Regno Scotiæ quàm Angliæ, publicè & solenniter, inchoando apud dictum Locum de Caldstrem Die Datæ Præsentium, & concequente Die Veneris Vicesimo tertio Die Decembris apud Norham & Lawardrie, & sic continuando ubi opus fuerit quamcitò commodè poterit infra Octo Dies extunc continuè sequentes.

A. D. 1492. Hen. 7. Item, Conclusum est quòd præsentes Conventiones & Conclusiones Treugarum & Guerrarum Abstinentiæ Confirmabuntur per Patentes Literas utriusque Principum prædictorum Magnis Sigillis suis sigillatas, necnon Subscriptione & Sigillatione certorum Dominorum & Nobilium Spiritualium & Temporalium ex Parte utriusque Principum prædictorum (videlicet) ex Parte *Regis Scotiæ*, *Abirdonensis*, *Dunkeldensis*, & *Candidæ Casæ*, Episcoporum, *Colini Comitis de Argil* Cancellarii Scotiæ, *Archibaldi Comitis Angusiæ*, *Patricii Comitis de Bothwell*, & Domini Halys, & *Dominorum Lille*, *Oliphant*, & *Drummond*, pro Parte verò *Regis Angliæ Exoniensis*, *Eliensis*, & *Wigorniensis*, Episcoporum, *Comitum de Derby* & *Arundell*, & *Dominorum de Dynham*, *Audeley*, *Straunge*, & *Dakerys*,

Quæ Literæ sic sigillatæ subscriptæ & consigillatæ deliberabuntur & tradentur hincinde citra Vicesimum Diem Mensis Februarii proximò futurum pro Parte *Regis Scotiæ Willielmo Tyler* Militi, seu alteri cuicúmque Potestatem habenti, & pro Parte *Regis Angliæ Patricio Hume* de Fascastell, seu alteri Potestatem habenti, vel saltem utrique Principum prædictorum.

Item, specialiter Conventum & Conclusum est quòd utrique Principes supradicti deputabunt certos Probos & Discretos Viros ad Numerum Trium Personarum ex alterutra Parte eorumdem, quibus committent Potestatem plenam ad Inspiciendum le Fischegarth de Esk & Terras debatabiles ibidem adjacentes, videlicet, in Occidentalibus Partibus Merchiarum, & juxta eorumdem discretionem Finem debitum de omnibus Contraversiis super eisdem perpetuis futuris temporibus imponendum; qui sic Deputati convenient apud eadem Loca Tertio Die Mensis Augusti proximò futuro cum Continuatione & Prorogatione Dierum & Locorum prout eis meliùs videbitur expedire.

Insuper, Conclusum est quòd mutua Abolitio & Remissio omnium Attemptatorum contra Treugas initas, quocúmque tempore præterito, per quoscúmque Ligeos seu Subditos alterius Principum prædictorum tàm per Terram quàm per Mare aut Aquas dulces quovis modo perpetratorum seu Commissorum usque in Diem vicesimum Mensis Decembris ultra transactis fiat & stabulentur, abolentur, & remittantur; Proviso semper quòd, Casu quo alter Principum prædictorum nollet observare Treugas

A. D. 1492. Hen. 7. Treugas supradictas & contenta in eisdem, alter Principum prædictorum certificabit Locumtenentes Gardianorum Merchiarum Orientalium hincinde per suas Literas de sua Voluntate in hac parte, ad Decimum quintum Diem Mensis Februarii proximo aut Octo Dies exinde sequentes.

Commissiones verò, de quibus supra fit mentio, deliberabuntur hincinde Commissariis supradictis.

QUÆ OMNIA ET SINGULA, ita inter Nos Commissarios antedictos Conventa & Conclusa, Nos Commissarii *Regis Scotiæ* Promittimus per ipsum Metuendissimum Dominum nostrum Regem suósque Successores, quoad ipsum & ipsos attinet, debitè in omnibus & per omnia Teneri inviolabiliter pariter & Observari.

In quorum Fidem & Testimonium huic Parti INDENTURÆ, penes Commissarios Regis Angliæ supradicti *relictæ*, Nos Commissarii antedicti *Regis Scotiæ* huic præsenti Indenturæ Nomina nostra propria subscripsimus, Anno, Die, Mense, & Loco suprascriptis.

WILLIELMO ABDONEN.
W. LORD SANT JOHANNES.
A. ARCHIDIAC. SANCTI ANDREÆ.
PATRICK HUME.
JOHN HUME.

Tenor verò Commissionis, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm Nos, ad Omnipotentis Dei Gloriam Honorem & Reverentiam, Dampnis & Periculis maximis, quæ non sine multâ Cæde Sanguinísque Christiani Effusione occasione Guerrarum verisimiliter evenire poterunt, obviare cupientes, Pacem cum omnibus, saltem Principibus Nobis Sanguinis vicinitate conjunctis, Christianæ Fideíque Cultoribus, quantum in nobis est, inire, observare, custodire, nostrósque Subditos sub Justitiâ ponere ac perpetuâ Quiete fovere conamur,

Hinc est,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum A. D. 1492. Hen. 7. & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Assavensis*, ac Dilecti & Fidelis nostri *Johannis Graystok Domini de Graystok* Militis, Dilecti Nobis in Christo Magistri *Cristofori Ursewyke* Decani Ecclesiæ Cathedralis Ebotum Magni Elemosinarii nostri, necnon, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Cartyngton* Armigeri, & *Edwardi Ratcliff* Armigeri, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, prout per Præsentes Facimus, Constituimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem Quatuor & Tribus eorum plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale, quaseúmque Treugas & Guerrarum Abstinentias, *inter Nos*, & Illustrissimum Principem *Scotorum Regem* Consanguineum nostrum Carissimum, Regna, Terras, Dominia, Patrias, ac Subditos nostros & suos quoscúmque, captas, initas, & impræsentiarùm pendentes, Prorogandi, Extendendi, Continuandi, & Innovandi, ac Novas insuper Faciendi, Statuendi, Ordinandi, & Ineundi, ac super Præmissis omnibus & singulis eorum cum dicto *Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, sive Nunciis, Potestatem & Auctoritatem ad hoc habentibus, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi,

Novámque *Dietam* ad Præmissorum complementum Statuendi, Ordinandi, & Limitandi,

Ac *Indenturas* alternatim super Præmissis omnibus & singulis Formandi, Conficiendi, & Sigillandi, & Partem, per ipsos sic sigillatam, dicto *Consanguineo nostro* Deputato seu Deputando, Deputatis aut Deputandis, Exhibendi, Tradendi Deliberandi, & *Partem*, per ipsum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem* seu Deputatum seu Deputandum, Deputatos aut Deputandos, ab eodem similiter sigillatam Petendi, Exigendi, & Requirendi, ac Vice & Nomine nostris Recipiendi, Retinendi, & Reportandi,

Ac insuper nostris Subditis Regno Scotiæ, finitimis & prope Marchias ejusdem commorantibus, Publicandi & Notificandi, ac Proclamationes, juxta Tenorem, Vim, & Effectum earumdem *Indenturarum*, fieri Faciendi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi & Expediendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum seu circa ea aut eorum aliquod

A.D. 1492. Hen. 7. aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nos ipsi faceremus seu facere possemus si præsentes personaliter interessemus, etiam si talia fuerint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Procuratores, sive Nuncios Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias, in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Octobris, Anno Regni nostri Septimo.

Tenor verò Commissionis prædicti Illustrissimi Principis Scotorum Regis, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis,

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fide, Legalitate, Circumspectione, & Industriâ, Dilectorum nostrorum Consiliatiorum & Consanguinei, Clericorum & Armigerorum (videlicet) Reverendi in Christo Patris *Willielmi Episcopi Abirdonensis*, *Willielmi Domini Sancti Johannis* Magistri Hospitii nostri ac nostri Thesaurarii, Magistri *Alexandri Inglys* Archidiaconi Sancti Andreæ, *Johannis Hume* de Erfilton, *Patricii Hume* de Fastcastell, *Walteri Ker* de Cesford, & Magistri *Ricardi Lawson* Clerici Generalis nostræ Justiciariæ, quamplurimùm confisi,

Ex Avisamento & Deliberatione nostri Concilii, Fecimus, Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus, Deputamus & Ordinamus dictos *Willielmum*, *Willielmum*, *Alexandrum*, *Johannem*, *Patricium*, *Walterum*, & *Ricardum*, ac Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorumdem conjunctim, nostros Commissarios, Nuncios, & Deputatos speciales,

Dantes & Concedentes eisdem, aut eorum Tribus, conjunctim, nostram plenariam Potestatem & Mandatum specia- A.D. 1492. Hen. 7. le Conveniendi cum Commissariis, Nunciis, seu Deputatis Excellentissimi Principis *Henrici Regis Angliæ* Fratris & Consanguinei nostri Carissimi, sufficientem Commissionem habentibus, apud *Caldstreme*, seu aliquem alium Locum aptum & congruum, de quo inter dictos Commissarios concordari poterit,

Et de & super Reformatione Attemptatorum & Roberiarum, per quoscúmque Ligeos & Subditos Scotiæ aut Angliæ, Terrâ aut Mari, commissorum, contra vim & effectum Treugarum, per Commissarios nostros & Commissarios prædicti *Regis Angliæ* prius captarum, & insuper aliis & singulis, Bonum Pacis & Rempublicam Regni nostri ac Observationem Treugarum prius initarum concernentibus, Ineundi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi,

Et super Prorogatione seu nova Captione Treugarum, ad Tempus longum vel breve, sub modis, formâ, & conditionibus, prout præfatis Commissariis utriúsque Partis magis expedire videbitur, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, & Concludendi,

Cateráque omnia & singula Faciendi, Gerendi, Excercendi, Expediendi, & Determinandi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale quàm præsentibus est expressum;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum, Firmum & Stabile habituros totum & quicquid per dictos nostros Commissarios aut Tres eorumdem conjunctim Actum, Factum, Tractatum, Appunctuatum, Concordatum, Conclusúmve fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras sub Magno Sigillo nostro fieri fecimus Patentes *apud Edinburgh*, Decimo sexto Die Mensis Decembris, Anno Regni nostri Quarto.

Nos autem *Henricus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ* antedictus Indenturis prædictis, ac Treugis & Guerratum Abstinentiis, aliisq; Conventionibus, Pactionibus, Capitulis, & Articulis, de Novo initis, percussis, concordatis, & conclusis, nostrum Regium Assensum pariter & Consensum accomodamus, eaque omnia & singula in eisdem Indenturis specificata Rata habentes & Grata, ea pro Nobis & Hæredibus nostris quan-

6 D tum

A. D. 1492. Hen. 7. tum in nobis est Acceptamus, Approbamus, &, Tenore Præsentium, Ratificamus & Confirmamus necnon Innovamus, & ejusdem Vigoris & Effectûs omnia & singula in prædictis Indenturis contenta esse volumus ac si per Nos & in Persona nostra ea Conventa & Conclusa fuissent;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, quòd Nos ea omnia & singula, quantum ad Nos attinet, realiter & cum effectu Observabimus Exequemur & Observari faciemus, juxta & secundùm Tenorem Indenturarum prædictarum. A. D. 1452. Hen. 7.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium has Literas nostras Patentes Magni Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Dat. apud *Westmonasterium* nono Die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Conductu, pro Andrea Paleologo.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 23.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Scrutatoribus, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, acaliis Officiariis, Ministris, & Fidelibus, Ligeis & Subditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Mandamus vobis quòd Nobilem & Spectabilem Virum *Paleologum*, Nepotem Romeorum & Constantinopolitani Imperii Hæredem Illustrem, cum Duodecim Servitoribus suis in Comitiva sua, ac eum Equis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Utensilibus, Auro & Argento monetato & non monetato, Literis, Papiris, Bogeis, Manticis, Fardellis, ac aliis Hernesiis suis quibuscúmque, ad quascúmque Partes Exteras, in quocúmq; Portu Regni nostri Angliæ, liberè & absque Impedimento, Impetitione, Aresto, Scrutinio, seu Perturbatione quacúmque, Transire & Transmeare permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis seu alicui vestrûm in contrarium directo, non obstante. A. D. 1492.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Januarii.

De Conductu, pro Consiliariis Franciæ.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Ibid. m. 20.

REX universis & singulis, &c. Salutem.

Cùm Consanguineus noster *Carolus Franciæ*, Conciliarios suos, *Georgium Gascon* Hospitii sui Magistrum, & *Mountjoye Armorum Regem*, in hoc Regnum nostrum Angliæ, ad certa Negotia sua Nobiscum exponenda & tractanda, destinare & transmittere desiderat atque velit,

Nos, de Gratia nostra speciali, ac de Avisamento Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, prædictos *Georgium* & *Mountjoye*, ita quòd ipsi in hoc Regnum nostrum Angliæ, ac alia Dominia, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, in quacúmque Navi sive Vase, cum *Duodecim Personis in Comitiva sua* vel infra, ac totidem Equis, ac cum Magistris, Marinariis, Pagettis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Auro Argento monetato & non monetato, Manticis, Fardellis, Literis, Papiris, ac aliis Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim vel divisim, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Venire, ibidem Morari, Sojornare, Conversare, Expectare, & Negotia sua Expedire, & exinde ad Partes proprias aut ubi voluerint Transire, Redire, ac se Divertere valeant, & quilibet eorum valeat, licitè & impunè, & absque Impedimento, Impetitione, Molestatione, Inquietatione, Perturbatione, Aresto, seu Gravamine quocúmque Nostri aut Officiariorum, Ministrorum, seu Ligeorum nostrorum quorumcúmque; aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ, concessâ vel concedendâ, non obstante. A. D. 1492.

Et Ideò vobis Mandamus &c.

Proviso semper &c.

In cujus &c. per Tres Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Februarii.

Per ipsum Regem.

5 De

De Hernesiis afferendis pro Viagio Franciæ.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 17.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Dominus Merne* Flandriæ Gubernator, in consideratione diversorum Dampnorum & Deperditorum quæ *Johannes Merchaunt* de Newport Mercator per Rebelles de Sclose sustinuerit, concesserit & Licentiam dederit *præfato Johanni* quòd ipse per Se aut Deputatum suum diversas Hernesias in hoc Regnum nostrum Angliæ pro Viagio nostro afferre & conveare possit,

Nos, Præmissa considerantes, ac pro eo quod *idem Johannes* Licentiam suam prædictam exequi, & Hernesias prædictas in hoc Regnum nostrum prædictum ad intentionem supradictam afferre intendit, de Gratiâ nostra speciali Concessimus & Licentiam Dedimus *eidem Johanni* quòd ipse per Se aut Deputatum suum Hernesias prædictas & alias Mercandisas non prohibitas, quæ attingent ad Valorem Quinquaginta Doliorum Serviciæ *vocatæ Berre* & Centum Quarteria Pisarum, in Regnum nostrum prædictum afferre possit,

Concessimus etiam & per Præsentes Concedimus & Licentiam Damus *eidem Johanni* quòd ipse, per Se aut Factorem suum, Hernesiarum & aliarum Mercandisarum prædictarum in hoc Regnum nostrum affertorem, cum Pecuniis pro Hernesiis & aliis Mercandisis prædictis perceptis, dicta Quinquaginta Dolia Serviciæ *vocatæ Bere* & Centum Quarteria Pisarum in Regno nostro prædicto Emere possit & providere, & ea sic Empta & Provisa in una Nave vel diversis Navibus Regni nostri Angliæ aut aliarum Partium de Amicitia nostra unâ vice vel diversis Vicibus Carcare valeat, & Navem illam vel Naves illas, cum hujusmodi Servicia & Pisis sic carcatis, ad aliquas Partes Exteras sub Obedientia *Regis Romanorum* conveare valeat ibidem Discarcanda, ad libitum *ipsius Johannis* ibidem faciendum, absq; impedimento nostri aut Officiariorum nostrorum; aliquo Statuto, Actu, Restrictione, seu Proclamatione, in contrarium factis, non obstantibus,

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quinto Die Februarii.

Pro Mercatoribus Franciæ de Conductu.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 16.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum integrum, Primo Die Aprilis proximò futuro incipientes, duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales *Jacobum le Pelletyer*, & *Ricardum le Pelletyer*, de Obedientia Franciæ, Mercatores ac Factores, Attornatos, Servientes, & Deputatos suos quoscúmque & eorum quemlibet, conjunctim & divisim, in quemcúmque Portum sive alium Locum hujus Regni sui Angliæ vel aliquem alium Locum sub Obedientia nostra vel alibi cum quadam Navi de Obedientia Franciæ prædictæ, vocatâ *le Fleur Couronnee*, Portagii Centum & Quadraginta Doliorum vel infra, quibuscúmque Vinis, Pannis lineis & laneis, tàm de Factura Patriæ illius quàm aliorum Locorum, ac aliis Bonis & Mercandisis (Vinis de Vasconia & Guadis tantummodò exceptis) carcatâ vel non carcatâ, necnon Magistro, Contromagistro, Sexaginta Marinariis & Duobus Pagettis vel infra pro salva Conductione & Gubernatione Navis prædictæ, ac etiam Hernesiis, Habilimentis Guerræ & aliis Rebus & Apparatibus suis licitis & necessariis pro Defensione & Salva Gardia Navis, Personarum, Bonorum, & Mercandisarum prædictarum, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante Termino præsentis Salvi Conductûs nostri, Veniendo, ibidem Nocte Diéque Morando, Perhendinando, Manendo, Sojornando, Conversando, & Expectando, ac Navem prædictam de Bonis & Mercandisis prædictis Discarcando, & ea Vendendo vel Disponendo prout eis placuerit,

Stannúmque ac omnia alia Bona & Mercandisas quæcúmque, Stapulæ nostræ Calesii non pertinentia, Emendo, & cum eisdem Navem prædictam Recarcando, & cum eadem Navi sic recarcata, unà cum Magistro, Contromagistro, Marinariis, Hernesiis, Pagettis, Stabili-

A. D. 1492. Hen. 7. Stabilimentis, & Rebus suis prædictis, ut prædictum est, ad quascúmque Partes Exteras Transeundo, Reveniendo, & Redeundo, absque Impetitione, Impedimento, Perturbatione, Molestatione, Vexatione, Arestatione, seu Gravamine quocúmque sui aut Officiariorum seu Ministrorum suorum quorumcúmque; aliquâ Marquâ, Contromarquâ, sive Reprisaliâ, concessâ vel concedendâ, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Restrictione, seu Provisione, in contrarium factâ, editâ, seu provisâ, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, in aliquo non obstante; A. D. 1492 Hen. 7.

Et ideò vobis Mandamus &c.

Proviso etiam quod Regi de Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, pro Bonis & Mercandisis prædictis debitis, fideliter respondeatur ut est justum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Primo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Roffensi de Custodia Temporalium.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Pat. 7. H. 7. m. 11. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Concessimus & per Præsentes Concedimus Reverendo in Christo Patri *Edmundo Roffensi Episcopo* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Herefordensis cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quæcúmque, necnon quascúmque Portiones & Pensiones quæ Nobis per Mortem, bonæ Memoriæ, *Thomæ nuper ultimi Episcopi Loci prædicti* & ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs aliquo modo pertinent seu pertinere poterint aut debent,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Episcopo* & Assignatis suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Mortis *præfati nuper Episcopi*, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerint remanere, ac unà eum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præposituratum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis reddendo aut solvendo, aut Compoto inde faciendo,

Et ulterius Concessimus *præfato Episcopo* plenariam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque & quocúmque nomine censeantur, Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentia, euicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi, & quoscúmque Senescallos, Receptores, Ballivos, & alios Officiarios quoscúmque & Officia quæcúmque Episcopatui prædicto pertinentia, ac quoscúmque & quæcúmque hujusmodi Officiarios & Officia, quos vel quæ aliquis Episcopus Herefordensis peranteà legitimè assignavit, fecit, seu donavit, durante Vacatione prædictâ, Assignandi, Faciendi, & Donandi, absque Impetitione, Impedimento, Perturbatione, seu Gravamine nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo aut certitudine Præmissorum seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Episcopo* per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, inde in contrarium factâ, editâ, sive ordinatâ, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante. A. D. 1492.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Martii.

Per ipsum Regem.

Treugarum

Treugarum Scotiæ Ratificatio.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Ex Autogr.

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis Christi Fidelibus, ad quorum Notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Quia nuper Communicatum est inter Venerabilem & Egregium Virum Magistrum *Alexandrum Inglis* Archidiaconum Sancti Andreæ Consiliarium nostrum dilectum ex unâ, & Venerabilem ac Egregium Virum Magistrum *Christoforum Urswik* Decanum Eboracensem Consiliarium Excellentissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri Carissimi, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ* ex alterâ, super Treugis & Guerrarum Abstinentiis *inter Nos* & eundem Excellentissimum Fratrem nostrum *Regem Angliæ*, *prout in sequentibus Articulis continetur*.

INPRIMIS, videlicet, quòd sit bona & realis, sincera, vera, integra, & firma Treuga & Guerrarum Abstinentia inter præfatos Principes Hæredes & Successores suos, Regna, Patrias, Dominia, Terras, & Loca quæcumque eis subjecta: Necnon inter Vassallos, Ligeos, & Subditos suos quosecùmque per Terram, Mare, & Aquas dulces ubique Locorum, *Inceptura ab Ortu Solis Vicesimi Diei Mensis Februarii Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo primo, & Duratura usque in Diem Vicesimum Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo inclusivè*.

ITEM, Communicatum & expediens visum est quòd, durantibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis antedictis, *Nullus prædictorum Principum* movebit per Se, Marchiarum Gardianos, Locumtenentes, Deputatos eorumdem, aut per alios Subditos aut Ligeos suos quoscùmque, seu moveri permittet Guerram per Terram, Mare, neque Aquas dulces, adversus *alium dictorum Principum* Subditos aut Ligeos suos: Nec dabit Auxilium, Consilium, aut Favorem, quòd hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd Naves, Nautæ, Mercatores, & alii Subditi *utriusque Principum prædictorum* per Terram, Mare, & Aquas dulces Euntes, Conversantes, Navigantes, Naufragium passuri, & Permanentes tractentur & recipiantur prout melius tractari & recipi consueverunt in temporibus aliarum Treugarum priùs inter Scotiæ & Angliæ Reges & eorum Regna initarum & conclusarum.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd omnes & singuli Deprædatores, Malefactores, & præsentium Treugarum Violatores Punientur asperiùs, eisdem formâ & modis quibus antiquitùs puniri consueverunt; & si aliquis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquam deprædatus fuerit seu attemptaverit infra Marchiam aut Terram alterius Partis, & post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum Fugiendo revertatur ad Marchiam aut Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi contra quem sic attemptaverit in recenti vel Infra Sex Dies computandos a tempore Delicti sic attemptati vel commissi, auctoritate præsentis Ordinationis, absque aliis Litteris aut Salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias & Terram in quam idem Malefactor se contulerit; dummodò, quamcitò hujusmodi Marchiam sive Terram hac de Causa intraverit, adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæsæ, habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui (videlicet) ad Prosequendum Deprædationem suam, describat & specificet idem quibus Bonis, Catallis, vel Rebus Deprædatus fuerit, ac insuper requirat eundem quòd quamdiu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit secum eat ut super Factis suis tempore dictæ Prosecutionis possit, cùm requisitus fuerit, super hoc Testimonium perhibere Veritati.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd neuter Principum prædictorum auxiliabit aut Opem feret quovis modo notoriis Rebellibus, Hostibus, vel Inimicis alterius, ad Nocendum alteri eorumdem, vel ipsorum Regnis, Dominiis, Terris, aut Subditis, & si de facto aliquis Rebellis vel Inimicus unius vel alterius Principis existens vel futurus in Regno, Terris, vel Dominiis alterius eorumdem tempore quo idem extiterit aliquid fecerit per Terram, Mare, aut Aquas dulces, ad Dampnum alicujus eorundem, vel Regnorum, Terrarum, Dominiorum, vel alicujus Subditorum suorum, tunc *ille Princeps* In cujus Regno, Terris, vel Dominiis talis Rebellis, Hostis, vel Inimicus sic commisit, & idem postea receptus fuerit, Dampnum illud Reparari & Refarciri faciet, ac si proprius Ligeus & Subditus ejusdem hujusmodi Dampnum commisisset aut perpetrâsset.

A. D. 1492. Hen. 7.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, durantibus Treugis præsentibus, ut præmissum est, per prædictum tempus, Castrum & Villa Berwici cum Limitibus simul & Inhabitantibus ac Incolis eorumdem sub eisdem Pace, Guerrarum Abstinentiis, & Bellorum Inducis stabunt & permanebunt toto tempore prædicto, ita quòd neque Serenissimus *Rex Scotorum* per Se, aut aliquos Subditorum, Ligeorum, aut Vassallorum suorum Guerram Insultum aut Obsidionem ipsis Locis aut Incolis eorumdem, neque Excellentissimus *Rex Angliæ* per Se aut suos Inhabitantes Villam seu Castrum hujusmodi Guerram, Insultum, aut Obsedionem dicto Serenissimo *Regi Scotiæ* suisve Ligeis & Vassallis faciet quovis modo pendente tempore Treugarum prædictarum.

Item, Conventum & Conclusum est quòd si contingat aliquos Piratas, Fugitivos, seu Bannitos Regnorum unius vel alterius Principum prædictorum Spoliationes seu Deprædationes in Bonis alicujus Subditorum eorumdem committere, & postea Piratæ, Fugitivi, seu Banniti prædicti ad aliquem Portum Principum prædictorum applicuerint, tunc Ille Princeps, in cujus Portum applicuerint, faciet per Officiarios suos Personas prædictas securâ Custodiâ mancipari, aut easdem & Receptores earumdem deliberari Parti Læsæ, vel Spoliata & Deprædata per easdem integrè Restitui faciet & Reformari vel justum Valorem eorumdem.

Item, Conventum & Conclusum est quòd Fugitivi Scotiæ qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ* debent ligari ex parte Anglicorum ad Observandum Articulos Præsentium Treugarum, & quòd Attemptata per eos super Subditos dicti *Regis Scotiæ* debent eodem modo reformari, quo reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*, idem per omnia observando ex parte *Regis Scotorum* si qui Anglici ante hæc tempora per sua Sacramenta Ligei *Regis Scotorum* devenerint vel aliter quovis modo.

Item, Conventum & Conclusum est quòd in præsentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis comprehendantur Amici, Confœderati, & Alligati utriúsque Principis, si comprehendi voluerint, & super hoc Animos suos declaraverint & idem desideraverint infra Sex Menses proximò extunc sequentes, & specialiter, pro Parte *Regis Scotorum*, *Karolus Rex Franciæ*, *Johannes Rex Daciæ*, *Rex Hispaniæ*, *Rex Napuliæ*, *Austriæ & Mediolani Duces*; &, pro Parte *Regis Angliæ*, *Imperator*, *Rex Romanorum*, *Reges Hispaniæ*, *Portugaliæ*, *Napuliæ*, *Austriæ*, *Burgundiæ*, *Ferrariæ*, & *Sebaldiæ Duces*, quibus Mensibus lapsis, si nulla Notificatio hujusmodi facta fuerit Regibus prædictis, dicti Confœderati eorumdem non intelligentur in dictis Treugis comprehendi, &, si dicti Reges dictos Confœderatos sub dictis Treugis comprehendere noluerint, extunc dictæ Treugæ nullius censeantur Roboris vel Momenti.

A. D. 1492. Hen. 7.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, si, eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliquid contra easdem vel aliquam Partem earumdem per Terram sive per Mare fieri vel attemptari contingat, per hoc tamen præsentes Guerrarum Abstinentiæ non erunt nec censebuntur aut reputabuntur Ruptæ, Infirmatæ, vel Annullatæ, sed nichilominus in suo Robore permanebunt & Attemptata hujusmodi debitè reformabuntur.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Subditus alicujus Principum prædictorum, qui passus fuerit Rapinam vel Spolium a Subdito alterius eorumdem, propriâ auctoritate suâ propter hoc Deprædationem, Spoliationem, Prisas, vel Districtiones Personarum seu Bonorum faceret, eo ipso cadat a Causa sua, & nichilominus secundùm Delicti exigentiam puniatur.

Item, Conclusum & Concordatum est quòd, quamquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sint modis & formis ut supra, attamen non dicentur nec reputabuntur omninò Generales nec se extendant ad Dominium de Lornen in Regno Scotiæ, nec ad Insulam de Lundoy in Regno Angliæ, sed Dominium & Insula prædicta intelligentur nullo modo comprehensa in hiis Guerrarum Abstinentiis.

Item, Communicatum est & visum Utile quòd certæ Dies limitabuntur successivè super Matchiis utriúsque Regni in Locis ad hæc actenùs consuetis per Gardianos, Locumtenentes, & Deputatos suos, pro Reformatione Attemptatorum si quæ commissa seu committenda reperientur; ita quòd Reformatio debita habeatur a Subditis utriúsque Regni secundùm Jura & Consuetudines Marchiarum Regnorum prædictorum.

Item, Visum est expediens quòd certi Nobiles & Consiliarii utriúsque Regum prædictorum deputabuntur & convenient, cum Commissionibus sufficientibus, apud Villam de Hadingtonn in Scotiâ, seu apud Novum Castrum in Angliâ, primo Die Mensis Octobris proximò futuro, cum Continuatione Dierum

A. D. 1492. Hen. 7. rum, ad Tractandum, Comunicandum, & Concludendum super Reformatione Attemptatorum, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces quoquo modo commissorum, contra Trengas prius initas & mutuò pendentes inter dictos Reges, ita quòd debita Reformatio habeatur in eisdem.

Item, expediens visum est quòd utrique Principes supradicti deputabunt certos Probos & Discretos Viros, ad Numerum Trium Personarum ex alterutrâ Parte eorumdem, quibus committent Potestatem plenam ad Inspiciendum *le Fischgarth de Esk*, & Terras Debatables ibidem adjacentes, videlicet, in Occidentalibus Partibus Marchiarum, & juxta eorum Discretionem Finem debitum de omnibus Controversiis super eisdem perpetuis futuris temporibus Imponendum; Qui sic Deputati convenient apud eadem Loca Decimo quinto Die Mensis Octobris proximò futuro, cum Prorogatione Dierum & Locorum, prout eis meliùs videbitur expedire; & Casu quo aliquis Ligeorum *Regis Angliæ* Reparaverit, Ædificaverit, seu, ut vulgariter dicitur, imposuerit dictum *le Fischgarth*, aut aliquis Ligeorum *Regis Scotiæ* idem Rumpat & Destruat, nichilominus alia Attempta quæcúmque reparabuntur, sic quòd Reparatio sive Distructio dicti *le Fischgarth* non impediat Reformationem Attemptatorum, & dictæ Treugæ in suo Robore absque Violatione usque in dictum Vicesimum Diem Novembris permanebunt.

Item, Conventum & Conclusum est quòd utraque Partium prædictarum Publicari faciet dictas Guerrarum Abstinentias Subditis suis in omnibus & singulis insignioribus Locis Marchiarum suarum, tàm in Regno Scotiæ quàm Angliæ, publicè & solempniter, inchoando apud Caldstreme & consequenter apud Norhame & Lawder, & sic continuando ubi opus fuerit quamcitò commodè poterit infra Octo Dies extunc continuè sequentes.

Item, Conclusum est quòd præsentes Conventiones & Conclusiones Treugarum & Guerrarum Abstinentiæ confirmabuntur & ratificabuntur per Patentes Litteras utriúsque Regum prædictorum Magnis Sigillis suis sigillatas.

Quos quidem Articulos, Treugas & Guerrarum Abstinentias modo & formâ Præmissis in se continentes, in omnibus suis Punctis & Circumstantiis quibuscúnque, secundùm vim, formam, & tenorem eorumdem Approbamus, Laudamus, Ratificamus, & per Præsentes Confirmamus.

In cujus Rei Testimonium has Litteras nostras sub Magno Sigillo nostro fieri fecimus Patentes, *apud Edinburgh*, Decimo octavo Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo primo, & Regni nostri Quarto.

Sub Magno Sigillo de Cerâ albâ pendente a Caudâ Pergamenæ.

Pro Domino de Egmond de Licentia.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 8.

Rex omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, in consideratione boni Animi & gratuitæ Mentis, quas Nobilis & Circumspectus Vir *Dominus de Egmond*, Locumtenens Præcarissimi Fratris & Consanguinei nostri *Romanorum Regis* in Partibus Holandiæ, Nobis gerit & haber, concessimus & Licentiam dedimus Eidem, quòd ipse per Se, Factores, Attornatos, & Servientes suos Ducenta Quarteria Frumenti in Partibus Borialibus hujus Regni nostri Angliæ, pro Expensis Hospitii sui, providere & emere, eaque sic empta & provisa ad Partes suas proprias in unâ Navi sive diversis Navibus, de Amicitiâ nostrâ existentibus, eskippare, traducere, & cariare, ac eskippari, traduci, & cariari facere valeat & valeant, licitè & impunè, liberè & absque impedimento seu interruptione Nostri, aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque;

Proviso semper quòd Nobis de Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, Nobis in hac Parte debitis, fideliter respondeatur ut est justum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

2

Super

A. D. 1492. Hen. 7. — A. D. 1492. Hen. 7.

Super Viagio Regis de Protectionibus.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 7.

Johannes Beltram de Rentery in Biscaiâ Illustrissimorum Principum, *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Subditus, seu quocúmque alio Nomine censeatur, qui cum Rege in Armatâ suâ (quam ad Partes Franciæ, pro Jure Regis ibidem Recuperando, Deo concedente, conduci decreverit) profecturus est, habet Literas Regis de Protectione, cum Clausulâ *volumus*, per unum Annum duraturas.

In cujus &c.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Tertio Die Maii.

Ibid.

Ricardus Richemond de London Fyshmonger, seu quocúmque alio Nomine censeatur, qui in Obsequio Regis in Comitivâ Dilecti & Fidelis Regis *Reginaldi Bray* Militis Thesaurarii Guerrarum Regis versus Partes Franciæ profecturus est, & in eodem Obsequio circa Provisionem Victualium & Victuallonem Exercitûs Armatæque Regis in Partibus prædictis moraturus, habet Literas Regis de Protectione, cum Clausulâ *volumus*, per unum Annum duraturas.

In cujus &c.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* septimo Die Aprilis.

Per *Bill.*

A. D. 1492.

Johannes Tyre de London Irmonger, seu quocúmque alio Nomine censeatur, qui in Obsequio Regis in Comitivâ Dilecti & Fidelis Regis *Reginaldi Bray* Militis Thesaurarii Guerrarum Regis versus Partes Franciæ profecturus *&c. ut supra.*

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Maii.

Robertus Shakilton de London Tayleour, seu quocúmque alio Nomine censeatur, qui in Obsequio Regis in Comitivâ Dilecti & Fidelis Regis *Reginaldi Bray* Militis Thesauraril *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Arnoldus de Barowe de Brabourne in Comitatu Kantiæ, seu quocúmque alio Nomine censeatur, qui in Comitivâ Dilecti & Fidelis Regis *Reginaldy Bray* Militis, *&c. ut supra.*

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Maii.

De Restitutionibus pro Episcopo Batbon. & Wellen.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Pat. 7. H. 7. m. 14.

REX Escaetori suo in Comitatu Middlesexiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* Venerabilem Patrem *Richardum, nuper Episcopum Exoniensem*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Exoniensi, cui tunc præerat, tenebatur, absolverit, & Ipsum ad Ecclesias Bathoniensem & Wellensem, per Mortem, bonæ memoriæ, *Roberti ultimi Episcopi Loci illius* vacantes, transtulerit, ipsúmq; in Episcopum dictarum Ecclesiarum Bathoniensis & Wellensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quod *idem Richardus*, sic ad dictas Ecclesias Bathoniensem & Wellensem Translatus, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, A. D. 1492.

Cepimus Fidelitatem *ipsius Richardi*, sic ad dictas Ecclesias Bathoniensem & Wellensem Translati, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Richardo*, sic ad dictas Ecclesias Bathoniensem & Wellensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consi-

A. D. 1492. Hen. 7.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Somers.

Escaetori Regis in Com. Glouc.
Escaetori Regis in Com. Oxon.
Escaetori Regis in Com. Wiltes.
Escaetori Regis in Com. Suthampt.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Electo Exoniensi de Custodia Temporalium.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Pat. 7. H. 7. m. 2.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Concessimus & per Præsentes Concedimus Dilecto & Fideli Consiliario ac Secretario nostro *Olivero King* Clerico Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Exoniensis cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quæcúmque, necnon quascúmque Portiones & Pensiones quæ Nobis per Translationem Reverendi in Christo Patris & Domini Domini *Richardi nuper Exoniensis Episcopi* ad Cathedralem Ecclesiam Bathon. & Wellen. ac ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs aliquo modo pertinent seu pertinere poterint aut debent,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Olivero* & Assignatis suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Translationis *præfati Richardi*, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerint remanere, unà cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præpositurarum, Gardianatuum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis reddendo aut solvendo, seu Compoto inde faciendo,

Et ulterius Concessimus *præfato Olivero* plenariam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Gardianatus, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentia, cuicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi, & quoscúmque Senescallos, Receptores, Ballivos, & alios Officiarios quoscúmque & Officia quæcúmque Episcopatui prædicto pertinentia, ac quoscúmque & quæcúmque hujusmodi Officiarios & Officia, quos vel quæ aliquis Episcopus Exoniensis perantea legitimè assignavit, fecit, seu donavit, durante Vacatione prædictâ, Assignandi, Faciendi, & Donandi, absque Impetitione, Impedimento, Perturbatione, seu Gravamine nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque;

Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo aut Certitudine Præmissorum seu eorum alicujus, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Olivero* per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, inde in contrarium factis, editis, sive ordinatis, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Forma Indenturarum pro Guerra Franciæ.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Pell.

THIS INDENTURE, MADE betwene the King our Soverain Lorde *Henry the Seventh*, by the Grace of God, *King of England and of Fraunce, and Lorde of Irlande* on that oon Partie, and his Right Trusty and Right Welbeloved Cousin *George Erle of Kent* on that other Partie,

A.D. 1492. Hen. 7. WITNESSETH that the *said Erle* is Reteigned and Bileft with oure faid *Soverain Lorde* to Serve him in his Werres beyonde the See, in alle suche Places, Rowmes, Commiffioos, aod Faictes of Werre as it shal at any time pleafe oure faid Soverain Lorde to Commaunde him for and during oon hool Yere next aod immediarly enfuyng the Day of his first Moufters, aod fo forth as loog after as it shal pleafe oure faid Soverain Lord, with the Retynue and Nombre of *vi. Men of Armes* his awne Perfone conprifed in the fame, every of theim havyng with him his Cuftrell and his Page.

Xvi. Di. Launces.

Xxi. Archers on Horshak.

Lx. Archers on Fote, of good and hable Perfones for the Werre, Horfed, Armed, Garnisfhed, and Arraied fufficientiy, at all Peces and in every thing as unto every of theim after the Rowme that he is appoincted unto fhal, or after the Cuftume of Werre aught to apperteigne, at the Confideration and Sight of oure faid Soverain Lordes Commiffioners Committed and Deputed for the raking of the faid Moufters,

Of the which Retynue, Arraied after the maner and Fourme abovefaide, the *faid Erle* fhal, withoute Faulte io any behalve concerning the fame, make his hool Moufters at Guldeforde the *fourth Day* of the Moneth of Juyn next and immediatly enfuyng the Date of thife Prefeotes, withoute further Dilay or lenger Refpite,

And ar his commyog to Portefmouth after the faid Moufters made he fhal receive of oure *faid Soverain Lord*, by the Handes of his Trefourer of Werres, or his Deputie or Deputies, the Conduyte Money due for the briogiog of his faid Retynue to the faid Portefmouth, that is to fay, for every of theim for as maoy xx. Miles as there be betwene the Houfes from wheos they or any of theim Departed aod the faid Portefmouth vi *d.* For the veray Knowledge of which Diftaonce the Trefourer of the Kioges Werres, or his Deputie or Deputies fhal take of the faid Erle and iche of his Soldiours ao Othe opoo a Boke, and from the furft Day of his faid commyng to Portefmooth forthwarde during the tyme that he fhal as above is faid, ferve oure faid Soverain Lorde in the Werre, he fhal have and perceyve of oure faid Soverain Lorde, by the Handes as above, for every of the faid Men of Armes Garnisfhed as before is faid with his Cuftrell and Page *xviii* d. *by the Day*; and for every of the faid Di. Launces *ix* d. *by the Day*; and for every of the faid Archers, be they on Horsbak or on Fote, *vi* d. *by the Day.* A.D. 1492. Hen. 7.

Of alle whiche Wages *the faid Erle* for his faid Retynue fhal at his commyng to Portefmouth receyve the hool Paiement of and for ooo Moneth oexr and immediatly enfuyng the faid furft Day of his commyog to Portefmouth, accompting alweyes xxviii. Daies for the Moneth,

The whiche Wages, as fer as it fhal conceroe any Perfoone of his faid Retynue, he fhal withio in the Ship or it Departe oute of the Havon, and not before, Deliver and Pay, or caufe to be Delivered and Paied unto every Perfonne of the fame in as ample wife as it is beforefaide, and as he fhal receyve for theim withoute any Parte or Peny therof rebating or diminifhing for any Caufe or in aoy manerwife; and the laft Day of the faid Moneth *the faid Erle* fhal for his faid Retynue, according and after the Rate above Reherced, Receyve of oure *faid Soverain Lorde*, by the Handes as above, newe hool Wages for oon Moneth theo next enfuyng, the whiche he fhal withio Sex Dayes oext and immediatly folowing hooly deliver unto his Retyoue after the faid Rate and as before is Rehereed, aod fo forth from Moneth to Moneth during his Reteyndre with our faid Soverain, he fhal Receyve and truly Pay his Wages in alle thinges after the Fourme above Reherced, of whiche Wages for as moche as fhal concern him and his faid Retynue a this fide the See, he fhal be paied in Sterling Money, and beyond the See in Sterling Mooey or other Money havyng Courfe beyond the See,

And as touching the Paieing of the Thridd, and Thridd of Thriddes of al maner Wynoynges of Werre taking and delyveryng of Prifonners to oure *faide Soverain Lorde*, keping of Watche and Warde, Stale and Foreyes, *the faid Erl* not only for himfelf, but alfo for his faid Retyoue, and every Perfooe therof, Bindeth him to the Parfourmance and Obfervation of the fame in al maner of wife, aftre and undre fuche maoer as is Comprifed in a certain Boke of the Statutes and Ordenaunces of the Werre made by our faid Soverain Lord, by the Advife of fuche Lordes of his Blode, Capitaignes of his Armee, and other Folk as be of his Counfaill, whereof a Copie is delyvered to the faid Erle; to th'Obfervation and due keping wherof, aod of alle aod every Statute, Ordeoaunce,

nannce, and other thing whatsoever it be Comprised in the said Boke, *the said Erle*, as wele for his said Retynue, and every Persone of the same, as for himself, as fer as it toucheth him or any of theim, over and above the Premisses, Bindeth him by thies Presentes undre and upon suche Multes, Penalties, and Punitions as be conteyned in the same (that is to say) that, as often and whensoever the *said Erle* do thinges contrary to the said Statutes, or any of theim, he shal do, suffre and receyve the Multe, Penaltie, and Punition in that Caas by the said Statutes or Statute Ordeined and provided, and if any of his Retynue do thinges contrary to the said Statutes, *the said Erl* shal, withoute Fraude or Dole put him in his best Devoir to bring forth him that so Offendeth, to Aunswer to his Offense, and stand to Justice after and according to the said Statutes.

In witnes wherof to the oon Partie of this Indenture remaignyng towardes oure said *Soverain Lord the said Erl* hath sett his Seel the ix. Day of May the seventh Yere of the Reigne of oure Souverain Lorde abovesaide.

G. Kent.

Sub Sigillo de Cera rubra pendente a simplici Cauda Pergamena.

Consimiles Indenturas habent subscripti, mutatis mutandis.

Richard Lord Latymer to serve the King beyond See an hole Yere in his Werres with iii. M. himself comprised, eche haveing his Custrell and Page, x. Di. Lanc. ii. A. on Horseb. vi. on Foot.
iii. M. x. Di. Lanc. Horseb. ii. A. Foot vi. A.

John Lord Powys to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere with one M. that is himself with his Custrell and Page, and ix. Di. Lanc. Horsed.
one M. ix. Di. Lanc. H.

John Lord Barnes to serve the Kng in his Werres beyond See an hole Yere with ii. Speres himself accompied and either of them to have his Custrell and Page, vi. Di. Lanc. iv. A. on Horseb. and vii. A. on Foote.
ii. Speres vi. Di. Lanc. iv. A. Horseb. Foot vii. A.

Herry Lord Grey to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere with ix. M. himself comprised, eche having his Custrell and Page, x. Di. Lanc. xxv. A. on Horseb. and ix. on Foote.
ix. M. x. Di. Lanc. H. xxv. A. F. ix. A.

Edward Earl of Devon. to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with vi. M. of Armes, himself comprised, every of them having his Custrell and Page, ii. Di. Lanc. xxv. A. H. lxvi. A. F.
vi. M. ii. Di. Lanc. xxv. A. H. lxvi. A. F.

The Lord Scrop of Bolton to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with iii. M. himself comprised, every of them having his Custrell and Page, xii. Di. L. x. A. H. and x. A. Foote.
iii. M. xi. Di. L. H. x. A. F. x. A.

Thomas Lord Scrop of Upsall to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with one M. *videlicet*, himself having his Custrell and Page, xv. A. H. and xv. A. Fote.
one M. H. xv. A. F. xv. A.

Thomas Earle of Surrey to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with v. M. himself comprised, every of them having his Custrell and Page, xii. Di. L. xx. A. on H. xlvi. A. F. and xiii. Billes on Foote.
v. M. xii. Di. L. H. xx. A. F. xlvi. A. F. xiii. B.

James Lord Audeley to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with iii. M. himself. compr. every of them having his Custrell and Page, Di. L. xx. A. H. xi. A. F. xx.
iii. M. xx. Di. L. H. xi. A. F. xx. A.

George Lord Straunge to serve the King beyond See an Yere &c. with x. M. himself compr. every of them having his Custrell and Page. Also v. Men Di. L. xxiv. A. H. A. F. Ccxlix.
x. M. v. M. xxiv. Ccxlix.

Thomas Brian one of the Squiers for the Kings Body to serve him in his Werres beyond See for an hole Yere with

A. D. 1492. Hen. 7.

with one Spere, *videlicet*, himself, having his Custrell and Page, iv. A. Horseb. xiv. Ar. oo Foote, and ii. Billes.	one Spere, iv. A. H. xiv. A. F. ii. Billes.
John Viscount Welles to serve the King in his Werres beyond See for an hole Yere &c. with iii. M. himself compr. eche having his Custrell and Page, xx. Di. L. xv. A. Horseb. xlv. A. Foote, and xx. Halberdes oo Fote.	iii. M. xx. Di. L. xv. A. H. xlv. A. F. xx. Halb. F.
Sir Reynold Bray Knyght Counsaillour to serve the King io his Werres beyond See an hole Yere &c. with xii. M. himself accompted, eche haviog his Custrell and Page, xxiv. Di. La. lxxvii. A. on Horseb. Ccxxxi. A. and Billes oo Fote xxiv.	xii. M. xxiv. Di. L. lxxvii. A. H. Ccxxxi. A. aod B. F. xxiv.
Sir Charles Somerset Koight for the King's Body to serve him in his Werres beyond See ao hole Yere &c. with one M. *viz.* himself having his Custerel and Page, vi. Di. Lanc. and vi. A. on Horseb.	one M. vi. D. L. vi. A. H.
Sir Roger Cotton Knight to serve the Kiog io his Werres beyond See ao hole Yere &c. with ii. M. himself. compr. either having his Custrell and Page, ii. Di. Lanc. vii. A. Horseb. xxi. A. aod Billes on Fote.	ii. M. ii. Di. L. vii. A. H. xxi. A. and B. F.
Lewis ap Rice to serve the King io his Werres beyond See an hole Yere &c. with one A. *videlicet*, himself on Horseh. viii. A. oo Fote, and vi. Byllis on Fote.	ooe A. H. viii. A. F. vi. Billes F.
Sir Richard Hault Knight to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with ii. M. himself comprised, eche having his Custrell and Page, ii. Di. L. vi. A. H. and xvi. A. F. and vi. Billes on Foote.	ii. M. ii. Di. L. vi. A. H. xvi. A. F. vi. B. F.
John Crokker Squier to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with one M. *viz.* the said Squier having his Custrell and Page, xvi. A. on Foote and iv. Billes.	one M. xvi. A. F. iv B.

A. D. 1492. Hen. 7.

Sir William Courteney Knight to serve the King in his Werres beyond See an hole Yere &c. with one Sp. *viz.* himself having his Custrel and Page, vi. Di. Lanc. viii. A. H. xxxii. A. F. aod iv. Billes oo Foot.	ooe Sp. vi. Di. L. viii. A. H. xxxii. A. F. iv. B. F.
Sir Ric. Corbet Knighte to serve the Kiog in his Werres heyood See an hole Yere &c. with one M. *viz.* himself having his Custrel and Page, iv. A. H. xii. A. F.	one M. iv. A. H. xii. A. F.
Sir William Stanley Knight Counsaillour aod Chamberlain to serve the King io his Werres beyond See an hole Yere &c. with xl. A. on Horseback.	xl. a Horseb.
Sir John Saint John Knight for the Kiog's Body to serve him in his Werres beyond See an hole Yere &c. with ii. Speres himself accounted for one, iv. Di. Lanc. v. A. Horseb. x. A. F. v. Billes on Foote.	ii. Sp. iv. Di. L. v. A. H. x. A. F. v. B. F.
Sir Waltier Herbert Knight to serve the King in his Werres beyond See ao hole Yere &c. with one M. *viz.* himself xxiv. Di. Lanc. xx. A. H. xl. A. F. and xl. Billes on Fote.	one M. xxiv. Di L. xx. A. H. xl. A. F. xl. B. F.
Sir Thomas Darcy Knight to serve the King io his Werres heyood See an hole Yere with ooe M. *viz.* himself having his Custrell and Page, xvi. A. aod iv. Billes vi. H. Rem^r. F.	ooe M. xvi. A. and iv. Billes, vi. H. Rem^r. F.
Sir Walter Hungerford Knight to serve the King io his Werres beyond See an hole Yere &c. with ii. Speres himself comprised, either having his Custrel and Page, x. A. Horseb. xxx. A. F. and xx, Bylles.	ii. Sp. x. A. H. xxx. A. F. xx. B.

Et sic de cæteris.

Pro

A.D. 1492. Hen. 7. A.D. 1492. Hen. 7.

Pro Archiepiscopo Dublinensi de Officio Locumtenentis Terræ Hiberniæ.

A.D. 1492. An. 7. H. 7. Pat. 7. H. 7. m. 17.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, Primo Die Octobris, Anno Regni nostri Quarto, per Literas nostras Patentes, de Gratiâ nostrâ speciali, Dedetimus & Concesserimus Præcarissimo Avunculo nostro *Jasperi Duci Bedfordiæ & Comiti Pembrochiæ* Officium Locumtenentiæ nostræ Hiberniæ, ipsúmque Locumtenentem nostrum in Terrâ nostrâ prædictâ Ordinaverimus & Constituerimus, Habendum, Occupandum, & Excercendum Officium illud per Se vel sufficientem Deputatum suum pro Termino unius Anni post Datam Literarum nostrarum prædictarum proximò sequentis & plenariè complendi, & post ipsius Anni lapsum quamdiu Nobis placuerit, cum omnibus hujusmodi Libertatibus, Juribus, Potestatibus, Auctoritatibus, Feodis, Proficuis, Commoditatibus, & Emolumentis quibuscúmque, in omnibus & per omnia tam amplis & eisdem modo & formâ prout *Georgius nuper Dux Clarenciæ*, per Literas Patentes Domini *Edwardi Quarti nuper Regis Angliæ*, habuit, excercuit, & occupavit, prout in eisdem Literis pleniùs continetur,

Cúmque etiam *idem Avunculus noster* Vigore & Auctoritate Literarum nostrarum prædictarum de Mandato, Assensu, & Voluntate nostris, per Literas suas Patentes, ordinaverit, constituerit, & deputaverit Reverendissimum in Christo Patrem *Walterum Archiepiscopum Dublinensem* Locumtenentem & Deputatum suum in Terrâ nostrâ prædictâ, ac eidem *Archiepiscopo* Officium Locumtenentis & Deputati sui in eadem Terrâ nostrâ dederit & concesserit, Habendum, Excercendum, & Occupandum, quamdiu Nobis placeret, sicut in ipsis Literis *dicti Avunculi nostri* pleniùs continetur, A.D. 1492.

Jámque Nos, de Advisamento & Assensu Concilii nostri, dictas Literas *prædicti Avunculi nostri*, ac omnia & singula in eisdem contenta Rata habentes & Grata, ea pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, acceptamus, approbamus, laudamus, ratificamus, ac *præfato Archiep.* innovamus, concedimus, & confirmamus, sicut Literæ *prædicti Avunculi nostri* rationabiliter testantur,

Nolumus tamen neque nostræ Intentionis existit quòd, prætextu harum Literarum nostrarum, *eidem Avunculo*, qui Officium prædictum ex nostrâ Concessione ut præmittitur habet, in aliquo Præjudicium generetur.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Potestatibus ad Tractandum cum Consanguineo Franciæ.

A.D. 1492. An. 7. H. 7. Franc. 7. H. 7. m. 6.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Nobiscum cogitamus Bellorum Incommoda, quantáque Mala ex eis Potentissimis Imperiis sæpenumerò contigerint, quantumcúmque beata Pax Civitatibus Provinciis atq; Regnis profuerit, congruum Nobis esse videtur ea pro viribus cogitare & facere quæ ad Pacem cum Christianis saltem Principibus fovenda attinere videntur.

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Bathoniensis & Wellensis* nostri Privati Sigilli Custodis, *Egidii d'Aubeney Militis* Locumtenentis Villæ nostræ Calesii ac Marchiarum eidem Villæ adjacentium, *Johannis Kendale* Militis Prioris Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, *Willielmi Husey* Militis Capitalis Justiciarii nostri, *Jacobi Tyrell* Militis Capitanei Castri nostri de Guysnes, & Magistri *Henrici Haynesworth* Clerici Legum Doctoris, quamplurimùm confidentes, A.D. 1492.

Ipsos nostros veros & indubitatos Legatos, Procuratores, Oratores, Commissarios, Deputatos & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, quinque, Quatuor, & Tribus eorum (quorum

A. D. 1492. An. 7. Hen. 7.

rum alterum prædictorum *Episcopi* & *Egidii* unum esse volumus) plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Legatis, Procuratoribus, Oratoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis Illustrissimi Principis Consanguinei nostri *Regis Caroli Franciæ*, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super vera, firma, perpetua, & reali Pace atque Concordia, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Intelligentiis, Affinitatibus, Confœderationibus & mutuo Intercursu Mercium & Mercandisarum, *inter Nos* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias & Loca nostra & *dictum Consanguineum nostrum* ac Regna, Terras, Dominia, Patrias & Loca sua, Subditos, Alligatos, Vassallos, Confœderatos, Amicos & Adhærentes nostros & suos quoscúmque ineundis, conveniendis, percutiendis, capiendis, componendis, & habendis,

Necnon de & super omnibus & singulis Attemptatis, Conventionibus, Quæstionibus, Querelis, Litibus & Causis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, atque Connexis, quæ inter Nos & prædictum Consanguineum nostrum, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde pendere dinoscuntur, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Conveniendi, Componendi, Pacificendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Affecurandi, Vallandi, Roborandi, & Concludendi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis, Conventis, & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis ea qualitercúmque concernentibus quæ cum præfatis Legatis, Procuratoribus, Oratoribus, Commissariis, Deputatis, & Nunciis *prædicti Consanguinei nostri* appunctuata, conventa, concordata, & conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Deliberandi, Tradique per Nos nostro sub Sigillo & Deliberari Promittendi, Literásque alias consimilis Effectûs & Vigoris ex alterâ Parte fieri Requirendi, Exigendi, Petendi, & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula eáque qualitercúmque concernentia Faciendi, Excercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Legatos, Procuratores, Oratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros prædictos, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (quorum alterum prædictorum *Episcopi* & *Egidii* unum esse volumus) Appunctuata, Promissa, Conventa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias, in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Proclamationibus, super Arraiatione facienda, pro Viagio Franciæ.

A. D. 1492. An. 7. H. 7. Pat. 7. H. 7. m. 6. dor.

REX Vicecomiti Kantiæ Salutem. Præcipimus Tibi quòd statim, post Receptionem Præsentium, in singulis Locis infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates quàm extra, ubi magis expediens videris, ex Parte nostrâ publicas Proclamationes fieri facias in hæc verba,

The King our Soveraine Lord,

Havyng a tender Zele to the Welthe, Suertie, and Defense of this his Realme of Englond, and of his Subgetts of the same,

For divers grete and behovefull Consideracions hym moveyng, straitly Chargeth and Commaundeth all and everich his Subgettes, inhabited within this his Shire of Kent, havyng Herneys of his owne, and beyng of Abilite in his Persone, to Serve his Highnesse, if nede be, that they and everich of theym prepayre Theymself and be redy in their seid Herneys, upon an Hour Warnyng, to serve oure seid Soveraigne Lord, *at his Wages, in suche maner and fourme as the case shall require,*

And

A. D. 1492. Hen. 7.

And over that his seid Highnes Chargeth and Commaundeth all the Constables of every Hundreth within the seid Shire that they and every of theym make serche, within the Hundreth where he is Constable, for all Inhabitants of the same, that be of Abilite and Herneysed to serve his seid Highnes, as is aforseid, and theruppon to make Certificate of their Names and Apparell unto his seid Highnes, without eny delay, so that his Grace may be acerteyned of the Nombre and Apparell of his seid Subgetts that so be able to serve hym.

Et hoc sub Pœnâ incumbenti nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Cantuar.* Secundo Die Augusti. A. D. 1492. Hen. 7.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus & Personis subscriptis, sub eâdem Datâ, mutatis mutandis; videlicet,

Majori Civitatis Cantuar.
Philippo Lewes *Locumtenenti Castri Dovorriæ & Quinque Portuum Regie sive ejus Deputato.*
Sussex.

¶ ¶ *De Treugis Scotiæ extendendis.*

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Scot. 8. H. 7. m. 7.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm dudùm *inter Nos* & Illustrissimum Principem *Jacobum Scotorum Regem* Consanguineum nostrum Carissimum, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, & Patriis, ac Subditis nostris & suis hinc inde certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ initæ, captæ fuerint & conclusæ, sub certis modo & formâ in Literis desuper confectis expressatis, sicuti in eisdem Literis pleniùs continetur,

Nos, ad Omnipotentis Dei Gloriam Honorem & Reverentiam,

Damnis & Periculis maximis, quæ non sine multâ Cæde Sanguinisque Christiani Effusione occasione Guerrarum verisimiliter evenire poterunt, pro viribus obviare cupientes, Pacem cum omnibus, saltem Principibus Nobis Sanguinis vicinitate conjunctis, Christianæ Fideique Cultoribus, quantum in nobis est, inire, observare, custodire, nostrósque Subditos sub Justitiâ ponere ac perpetuâ Quiete fovere conantur, hujusmodi Treugas & Guerrarum Abstinentias, ulteriùs Prorogari, & ad longiora Tempora extendi volentes,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Assavensis*, ac Dilecti & Fidelis nostri *Radulphi Graystok Domini de Graystok* Militis, Dilectiq; Nobis in Christo Magistri *Willielmi Sheffeld* Thesaurarii Ecclesiæ Cathedralis Eborum, necnon Dilecti & Fidelis nostri *Johannis Cartyngton* Armigeri, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, & Nuncios A. D. 1492. speciales Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, prout per Præsentes Facimus, Constituimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem Tribus & Duobus eorum plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale, hujusmodi Treugas & Guerrarum Abstinentias, sic *inter Nos*, & dictum Illustrissimum Principem *Scotorum Regem* Consanguineum nostrum Carissimum, Regna, Terras, Dominia, Patrias, ac Subditos nostros & suos quoscúmque, captas & initas, Prorogandi, Extendendi, Continuandi, & Innovandi, atque Novas Treugas Pacémque perpetuam inter *Nos* & dictum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem*, Hæredes & Successores, Regnáque, Terras, Dominia, Patrias, ac Subditos nostros & suos, Faciendi, Statuendi, Ordinandi, Componendi, & Incundi, ac super Præmissis omnibus & singulis eorum cum dicto *Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, sive Nunciis, Potestatem & Auctoritatem ad hoc habentibus, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi,

Novámque *Dietam* ad Præmissorum complementum Statuendi, Ordinandi, & Limitandi,

Ac *Indenturas* alternatim super Præmissis omnibus & singulis Formandi, Conficiendi, & Sigillandi, & Partem, per ipsos sic sigillatam, dicto *Consanguineo nostro* seu ejus Deputato aut Deputando, Deputatis aut Deputandis, Exhibendi, Tradendi Deliberandi, & *Partem*, per ipsum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem* seu Deputatum aut Deputandum, Deputatos

2

A. D. 1492. Hen. 7. tos aut Deputandos, ab eodem similiter sigillatas Petendi, Exigendi, & Requirendi, ac Vice & Nomine nostris Recipiendi, Retinendi, & Reportandi,

Ac insuper nostris Subditis Regno Scotiæ, finitimis & prope Marchias ejusdem commorantibus, Publicandi & Notificandi, ac Proclamationes, juxta Tenorem, Vim, & Effectum earumdem *Indenturarum*, fieri Faciendi,

Et insuper de & super quibuscúmque Querelis, Litibus, Quæstionibus, Gravaminibus, Offensis, Guerris, & Attemptatis, per Subditos nostros & suos, in Marchiis versus Scotiam seu alibi per Terram aut Mare Aquasve dulces hinc-inde habitis, motis, factis, sive perpetratis, Communicandi & Tractandi, ipsásque Querelas, Lites, Quæstiones, Gravamina, Offensas, Guerras, & Attemptata prædicta Audiendi, Discutiendi, & Fine debito Terminandi, necnon debitam Reformationem & Reparationem Querelarum, Gravaminum, Offensarum, & Attemptatorum prædictorum, cæterorúmque Præmissorum fieri Petendi ac fieri Promittendi, & super eisdem & eorum Dependentiis Appunctuandi & Concludendi, A. D. 1492. Hen. 7.

Universáque & singula, quæ pro Reparatione & Reformatione Præmissorum necessaria fuerint & oportuna, ac qualitercúmque debita & requisita, juxta Leges & Consuetudines Marchiarum prædictarum, Faciendi, Excercendi, & Expediendi, Executionique Demandandi, cæteráque omnia & singula *&c. ut supra.*

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Super Officio Admirallitatis durante præsenti Viagio Regis.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 16. REX Dilecto & Fideli suo *Roberto Poyntez* Militi, Salutem.

Cùm nuper, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, per Literas nostras Patentes, Assignaverimus, Constituerimus, & Ordinaverimus Prædilectum & Fidelem nostrum *Robertum Willughby* Dominum de Broke Militem Admirallum Flotæ Navium nostratum durante præsenti Viagio nostro supra Mare velantium, prout in Literis illis pleniùs continetur,

Sciatis quòd,

Nos considerantes qualiter idem *Robertus Willughby* circa alia Negotia, per Nos ei commissa, gerenda sæpenumerò impeditus erit quominus ad ea quæ ad Officium Admiralitatis prædictæ pertinent facienda continuò intendere non potest,

Nos igitur, de Fidelitate, Diligentiâ, providáque Circumspectione vestris pleniùs confidentes, Assignavimus & Deputavimus Vos Loco ipsius *Roberti Willoughby* & in Absentiâ suâ Admirallum Flotæ prædictæ eodem Viagio durante,

Dantes & Concedentes vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem, in Absentiâ ejusdem *Roberti Willughby*, audiendi Querelas omnium & singulorum de hiis quæ Officium Admirallitatis tangunt,

Et Cognoscendi in Causis Maritimis, & Justitiam faciendi, ac Delinquentes juxta eorum Demerita Castigandi, Puniendi, & Incarcerandi, & Incarceratos qui Deliberandi fuerint Deliberandi, A. D. 1492.

Necnon Naves & Naviculas Guerrinas quot necessariæ fuerint, cujuscúmque Portagii fuerint, durante Viagio prædicto, quotiens necesse fuerit, Congregandi, & Marinarios & alios, pro Navibus & Naviculis illis necessarios, Eligendi & Capiendi, & in eisdem Ponendi, & ad hujusmodi Marinarios, qui Rebelles vel Contrariantes fuerint in hac parte, debitè Compescendi & Castigandi, & omnia alia quæ ad Officium hujusmodi Admirallitatis pertinent in hac parte Faciendi & Excercendi, prout de Jure & secundùm Legem & Consuetudinem maritimam fuerit faciendum,

Proviso semper quòd de aliquibus Contractibus, Placitis, & Querelis, aut de aliquibus aliis Rebus, infra Corpora Comitatûs factis sive Emergentibus, per Terram vel per Aquam, aut de Wrecco Maris nullam omninò habeatis Cognitionem, Potestatem, nec Jurisdictionem,

Sed quia omnia hujusmodi Contractus, Placita, & Querelæ, ac aliæ Res quæcúmque, infra Corpora Comitatûs Emergentes, per Terram vel per Aquam, ut prædictum est, ac etiam Wreccum Maris, per communem Legem nullatenus coram vobis discutientur, terminentur, trientur, nec remedientur, ita tamen quòd vos habeatis Cognitionem de Morte Hominis & Mahemio, factis in Grossis Navibus, in medio Alti Fili Grossarum Ripariarum, tantum a Portubus earumdem

A.D. 1492. Hen. 7. dem Ripariarum Mari magis propinquis, & non in alio Loco Ripariarum prædictarum, existentibus & Fluctuantibus,

Salvis Dominis ac Civitatibus & Burgis Libertatibus suis, juxta formam Statuti, in Parliamento *Domini R. nuper Regis Angliæ Secundi post Conquestum, apud Westmonasterium Anno Regni sui Quintodecimo* tento, inde editi;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ;

Damus autem universis & singulis Dominis, Admirallis, Capitaneis, & eorum Locatenentibus, Magistris & Marinariis Navium, ac aliis quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, in Absentiâ prædicti *Roberti Willoughby*, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet; A.D. 1492. Hen. 7.

Nolumus tamen nec intentionis nostræ existit quòd, colore Præsentium, Carissimo Consanguineo nostro *Johanni Comiti Oxoniæ*, qui Officium prædictum pro Termino Vitæ suæ ex Concessione nostrâ habet, in aliquo Præjudicium generetur.

In cujus &c. præsenti Viagio nostro duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Super Viagio Regis de Protectionibus.

A.D. 1492. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 13.

Conradus Laurence, aliàs dictus *Conradus Laurence*, seu quocúmque alio Nomine censeatur, qui in Obsequio Regis, in Comitivâ Prædilecti & Fidelis Consiliarii Regis *Reginaldi Bray* Militis Thesaurarii Guerrarum Regis, versus Partes Regni Regis Franciæ profecturus est, & in eodem Obsequio circa Provisionem Victualium & Victulationem Exercitûs Armatæque Regis in Partibus prædictis moraturus, habet Literas Regis Patentes de Protectione, cum Clausulâ *Volumus*, per unum Annum duraturas.

Præf. &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* Decimo Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas de Protectione habent subscripti, sub Datis subscriptis; videlicet,

Johannes Lappe Yoman aliàs *Johannes Lappe* Cives & Haberdasher Londoniæ. A.D. 1492.

Teste Primo Die Septembris.

Willielmus Danyell Civis & Grocer Londoniæ aliàs dictus *Willielmus Danyell* Grocer Londoniæ.

Teste ut supra.

Petrus Vanek de Grenewiche in Comitatu Kantiæ Berebruer.

Teste x. Sept.

Robertus Willy de Londoniâ in Comitatu Middlesexiæ Merchaunt.

Teste ut supra.

Robertus Martyn de Civitate Cantuariensi Wexchanndeler.

Teste xxvi. Sept.

Richardus Arnold de Londoniis Haburdasher.

Teste ix. Sept.

Johannes Russell Civis & Grocer Londoniæ.

Teste Primo Die Octobris.

Super bono Regimine Flotæ in præsenti Viagio.

A.D. 1492. An. 8. H. 7. Ibid. m. 17.

REX Dilecto & Fideli suo *Richardo Nanfan* Militi, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, pro bono Regimine & sanâ Gubernatione præsentis Armatæ nostræ, in Regnum nostrum Franciæ, annuente Deo, profecturæ, quædam Statuta & Ordinationes ordinaverimus & stabilaverimus,

Intellexerimus tamen quòd quidam Miseri & Vagabundi, Maligno Spiritu seducti, Armatam nostram prædictam frequentantes & sequentes, Deum non timentes, nec Oculos ad Pœnas in eisdem Statutis & Ordinationibus nostris specificatas habentes, diversa Deprædationes, Homicidia, aliaque Maleficia detestabilia quamplurima commiserunt, indiésque committunt in Nostri Con- A.D. 1492.

A. D. 1492. Hen. 7.

temptum & Armatæ nostræ prædictæ Scandalum & Infamiam, necnon aliorum Subditorum nostrorum Dampnum & Deprædationem manifesta, quæ Nolumus, sicuti nec debemus, aliqualiter tolerare Impunita, volentésque proinde Statuta & Ordinationes nostra prædicta debitè in omnibus Executioni demandari & suum sortiri effectum, taliáque Malificia juxta Delinquentium Demerita, prout convenit, Puniri,

De Fidelitate providáque Circumspectione & Diligentia vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus Vos ac vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus omnes & singulos hujusmodi Malefactores Deprædatores & Delinquentes, ubicúmque inveniri poterunt, Capiendi & Arestandi, Capive & Arestari faciendi, & Eos & Eorum quemlibet Prisonis nostris Mancipandi, Causásque Captionum eorumdem Audiendi & Terminandi, ac Justitiam inde faciendi, necnon Incarceratos hujusmodi qui deliberandi fuerint Deliberandi, & Eos & eorum quemlibet juxta eorum Demerita Castigandi & Puniendi, ultimóque Supplicio Demandandi, cæteráque omnia & singula Faciendi & Exequendi quæ pro sana Gubernatione Armatæ nostræ prædictæ visa fuerint facienda.

Et ideo &c.

Damus autem &c.

In cujus &c. per Quindecim Dies duraturas.

Teste Rege apud *Cantuar.* vicesimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

REX Dilecto & Fideli suo *David Philip*, Armigero pro Corpore nostro, Salutem.

Sciatis quod cùm Nos *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

De Marescallo Armatæ, in præsenti Viagio constituto.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 3.

REX Dilecto & fideli suo *Roberto Willughby* de Broke Militi, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, pro bono Regimine & sana Gubernatione præsentis Armatæ nostræ in Regnum nostrum Franciæ Altissimo favente profecturæ, quædam Statuta & Ordinationes Ordinaverimus & Stabiliverimus, quæ Volumus, sicuti & debemus, inviolabiliter observari & custodiri,

De Fidelitate igitur provida Circumspectione Discretionéque & Prudentia vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus Constituimus & Ordinavimus vos Marescallum Armatæ nostræ prædictæ,

Dantes & Concedentes Vobis, Tenore Præsentium, plenam Potestatem & Auctoritatem omnes & singulos, contra formam Ordinationum & Statutorum hujusmodi & Proclamationum eorumdem Delinquentes, Castigandi, Puniendi, Compescendi & Prisonis Committendi,

Necnon quascúmque Causas Criminales, tàm Vitæ & Membrorum ac de Felonia Morte hominis & Mahemio, quàm omnes alias Causas Contractus & Querelas omnium & singulorum, in Armata nostra prædicta retentorum & retinendorum, necnon eandem Armatam sequentium, factas & perpetratas Audiendi & Terminandi & Justitiam faciendi,

A. D. 1492.

Ac Delinquentes in eisdem, juxta eorum Demerita, Castigandi, Puniendi & Incarcerandi, ac Incarceratos qui deliberandi fuerint Deliberandi, Ultimóque Supplicio Demandandi,

Ac etiam Pœnas Mortis & Membrorum, quotiens opus fuerit, Infligendi,

Victualiáque pro eadem nostra Armata ordinari Faciendi, atque pro justo & rationabili Precio Vendi Statuendi & Ordinandi,

Cæteráque omnia & singula, ad Officium Marescalli Armatæ nostræ prædictæ pertinentia, adeò amplè sicut aliquo Prædecessorum nostrorum tempore in consimili Armata per Marescallum ejusdem fieri solebat Exequendi, ac quæ juxta vim formam & effectum Statutorum & Ordinantium nostrorum prædictorum visa fuerint facienda Faciendi & Perimplendi;

Et ideò Vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta;

Damus autem universis & singulis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, Capitaneis, & eorum Locatenentibus,

necnon

A. D. 1492. Hen. 7. necnon omnibus aliis de Armata nostra prædicta, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis in Executione Præmissorum Intendentes sint Assistentes, Consulentes, Obedientes & Auxiliantes in omnibus diligenter & prout decet.

In cujus &c.

A. D. 1492. Hen. 7.

Teste Rege apud *Cantuar.* xxiii. Die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Passagio pro Bernardo Athelman.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 17.

REX Universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis & eorum Locatenentibus, necnon Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, ac etiam Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis omnibúsque aliis Officiariis & Ministris nostris ubilibet constitutis & eorum cuilibet, Salutem.

Mandamus vobis quòd Clarum Virum *Bernardum Athelman* de Athelmansfelden in Almannia Doctorem, Nobis a Præcarissimo Fratre & Consanguineo nostro *Maximiliano Romanorum Rege* nuper Transmissum, ad quascúmque Partes Exteras sibi placentes, cum Familia sua, absque impedimento perturbatione sive molestatione aliquo, liberè & pacificè transire permittatis, Ipsúmque & Familiam suam prædictam, in omnibus agendis suis, favorabiliter acceptantes; aliquo Mandato, vobis in contrarium directo, non obstante.

A. D. 1492.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* xxiv. Die Septembris.

Pro Priore Sancti Johannis Jerusalem de Licentia.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de gratiâ nostrâ speciali & ex certa Scientia & mero motu nostris, Concessimus & Licentiam dedimus, ac per Præsentes Concedimus & Licentiam damus Dilecto Nobis in Christo Fratri *Johanni Kendal* Priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, quòd Ipse per Se Factores sive Attornatos suos Indigenas vel Aliegenas Quinquagenta Dolia Vini Vasconiæ in eisdem Partibus emere & providere, & ea sic Empta & Provisa in una Navi, sive in diversis Navibus, de obedientia nostra aut aliquorum Amicorum & Confœderatorum, unâ vice vel diversis vicibus, ponere & eskippare,

Ac ea Vina sic Eskippata in quemcúmque Portum sive alium Locum hujus Regni nostri adducere seu adduci facere, ac ea ibidem ad Usum suum seu aliter, ad ejus commodum, prout melius sibi videbitur expedire, applicare & disponere valeat & possit licitè & impunè absque impedimento, impetitione, molestatione, calumpnia seu gravamine quocúmque Nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; aliquo Statuto, Actu sive Ordinatione, in contrarium facto, non obstante:

A. D. 1492.

Et insuper, de uberiori Gratiâ nostrâ, *præfato Priori* Custumas Subsidia & Deveria quæcúmque, Nobis pro Vinis prædictis debita, Remittimus & Relaxamus per Præsentes.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* vicesimo quinto die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Custode Regni constituto.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 7.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Revocantes ad memoriam effrænatam Dominandi Libidinem *Nominati Regis Francorum*, quam in Vicinis Confœderatisque nostris dolenter ac indignanter videmus, nec minus Injurias ac cotidianas Minas quibus Subditi nostri indies afficiuntur, & quòd in primis est, Usurpatam per Illum Franciæ Coronam, Normanniæ Aquitanniæ Turonis Ducatus, ac Salcenomaniæ Comitatum ad Nos de Jure Hæreditario attinentes, ipsum Franciæ Regnum, pro Subditis ac Confœderatis nostris ab hostili Insultu juvandis, prout devincti sumus, Honórque Regius postulat, præsentes Invadere decrevimus, detentámque

A. D. 1492.

A. D. 1492. Hen. 7. que à Nobis Hæreditatem, auxiliante Deo, a quo omnis Victoria pendet, Gladio recuperare,

Volentes autem intereà, dùm absumus, hujus Regni nostri ac Subditorum nostrorum Saluti, Quieti, Paci, & & Tranquillitati per debitam Justitiæ Administrationem providere,

De Fidelitate & Industria Præcarissimi Filii nostri Primogeniti *Arthuri* Principis *Walliæ*, Ducis *Cornubiæ*, & Comitis *Cestriæ* quamplurimùm confidentes,

Constituimus ipsum Custodem dicti Regni nostri Angliæ, ac Locumnostrum tenentem in eodem Regno, dùm sic in Remotis egerimus, vel donec aliud inde duxerimus ordinandum;

Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Comunitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Ministris & omnibus Fidelibus nostris, Tenore Præsentium, in Mandatis quòd *præfato Principi*, tanquam Custodi dicti Regni nostri & Locumtenenti in eodem, Intendentes sint Respondentes, Consulentes & Auxiliantes. A. D. 1492. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Dovorr.* secundo die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Potestate commissa Principi, custodi memorato.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 7. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quotiens Subditorum ac Confœderatorum nostrorum Injurias, Minas, Insultus, atque Dispendia per *Karolum Nomine Franciæ Regem* eisdem illata, cujus detestanda Dominandi libido nullis Terrarum Spoliorúmve terminis contenta est, nostráque ad Franciæ Coronam, Normanniæ Aquitaniæ Turonis Ducatus, Salcenomianiæque Comitatum *Hereditaria nostra* per eundem, posthabito Dei timore, occupata animadvertimus, occuritque illud quod qui non propulsat Injurias tàm est in Vitio quàm qui Patriam deserit aut Parentes, mirificè provocamur, ac in Persona nostra intendimus ipsum Franciæ Regnum Rebus Bellicis Invadere, nostrásque ac Subditorum & Confœderatorum nostrorum Injurias ut debemus Vindicare, in quo Divinam Clementiam Nobis Assistricem fore confidimus, maximè cùm non Aliena set Nostra non Extraneorum set Subditorum Confœderatorum nostrorum Jura quæramus,

Cupientes verò, dum in Remotis egerimus, Quietudini Prælatorum Magnatum & Fidelium nostrorum consulere, Præcarissimo Primogenito nostro *Arthuro* Principi *Walliæ*, Duci *Cornubiæ*, & Comiti *Cestriæ* Custodi dicti Regni nostri Angliæ & Locum nostrum tenenti in eodem plenam Tenore Præsentium Concedimus Potestatem, Capitulis Conventualium non Cathedralium per Mortem vel Cessionem seu quovis alio modo Vacantium, cùm hujusmodi Vacationes prædicto Custodi per dicta Capitula præsentatæ fuerint, Concedendi Licentiam Eligendi Personas idoneas in Pastores & Præsidentes Ecclesiarum prædictarum, & cùm de Licentia prædicta Electiones in dictis Ecclesiis fuerint celebratæ & Personæ electæ, per Literas dictorum Capitulorum, Nobis vel Sibi nostro Nomine præsentatas, Assensum & Favorem Regium, Electioni factæ de Minoribus Prælatis, nisi rationabilis Causa subfuerit quare dictis Electionibus hujusmodi Assensum denegari debeat, Adhibendi, & ulterius, pro Confirmatione Electorum quibus sic adhibetur Assensus, Illis, ad quos pertinet, more solito Transcribendi, & cùm Electi vel Electæ hujusmodi Confirmati fuerint Fidelitates Nobis in hac parte debitas Recipiendi, & Temporalia Ecclesiarum illarum dictis Electis Restituendi; A. D. 1492.

Ita quòd *idem Custos* Assensum Regium Electionibus factis de Majoribus Prælatis non adhibeat, nec Fidelitatem ab eis recipiat, nec Temporalia Ecclesiarum illarum (quarum Regimen eliguntur seu postulantur) liberet seu restituet quousque Nos super hoc duxerit consulendum vel aliud a Nobis inde habuerit in Mandatis,

Quascúmque etiam Fidelitates, pro quibuscúmque Terris Tenementis seu Hæreditatibus Nobis debitas, Recipiendi, ac Terras, Tenementa & Hæreditates hujusmodi Illis ad quos pertinent prout justum fuerit Liberandi & Restituendi, Homagiis Nobis, pro dictis Terris Tenementis & Hæreditatibus Nobis debitis, Reservatis, quæ usque ad Redditum nostrum in Angliam volumus

A. D. 1492. An. 7. lumus per *dictum Custodem* respectuari,

Necnon ad omnes Ecclesias, ad nostram Donationem seu quamcumque Dispositionem nostram spectantes, Taxam Viginti Marcarum excedentes, & Taxationem Quadraginta Marcarum non excedentes, cùm vacaverint, Præseurandi; Reservantes Nobis Præsentationes, Donationes, & Collationes omnium aliarum Ecclesiarum, Dignitatum, Præbendarum, Decanatuum, Liberarum Capellarum, Hospitalium, & omnium aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, ad Præsentationem, Donationem seu Collationem nostram spectantium, cùm vacaverint; Ecclesiis Taxationis Viginti Marcarum & infra, ad quas Cancellarius noster Præsentaret, prout hactenus est fieri consuetum, dumtaxat Exceptis. A. D. 1492. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Doverr.* Secundo die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Potestate super Officio Marescalciæ.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 7. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quia volumus quòd Officium Marescalciæ nostræ, dum extra Regnum nostrum Angliæ fuerimus, in eodem Regno nostro, in Præsentia Præcarissimi Filii nostri Primogeniti PRINCIPIS *Walliæ*, DUCIS *Cornubiæ*, & COMITIS *Cestriæ*, quem Constituimus Custodem ejusdem Regni, teneatur, Dedimus etiam Potestatem *eidem Custodi* ad Constituendum vice nostrâ aliquem idoneum ad Placita ejusdem Marescalciæ tenenda, & ad Ordinandum de Ministris ejusdem Marescalciæ & omnibus aliis Officium illud tangentibus, sicut Nos faceremus si præsentes essemus. A. D. 1492.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Doverr.* Secundo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Potestate in Ecclesiasticis.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd cùm Nos inter alia Commiserimus Potestatem Præcarissimo Filio nostro Primogenito *Arthuro* PRINCIPI *Walliæ*, DUCI *Cornubiæ*, COMITI *Cestriæ*, Custodi Regni nostri Angliæ Recipiendi Nomine nostro Fidelitates *Electorum* de Minoribus Ecclesiis Regni nostri Angliæ, & *eisdem Electis* Temporalia Ecclesiarum illarum Restituendi, prout in Literis nostris Patentibus inde confectis pleniùs continetur, Volumus & Concedimus quòd *idem Custos* Pensiones, quas *iidem Electi* ratione novæ Creationis suæ Clericis nostris concedere tenentur, det & concedat Personis benè meritis vice nostrâ. A. D. 1492.

In cujus &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Commissio Regis Scotorum ad Tractandum.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum* Universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fide, Legalitate, Circumspectione & Industriâ, Dilectorum Consanguineorum nostrorum (viz.) Reverendi in Christo Patris *Willielmi Episcopi Abirdonensis*, *Willielmi Domini Sancti Johannis*, Magistri *Alexandri Inglis* Archidiaconi Sancti Andreæ, *Walteri Ker* de Cesfurde, *Johannis Hume* de Ersiltoun, & *Patritii Hume* de Fastcastell quamplurimùm confisi, A. D. 1492.

Ex Avisamento & Deliberatione nostri Concilii Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, ac Tenore Præsentium Facimus, Constituimus, & Ordinamus dictos, *Willielmum*, *Willielmum*, *Alexandrum*, *Walterum*, *Johannem*, & *Patricium*, ac Quinque, Quatuor, & Tres eorumdem conjunctim, nostros Commissarios, Nuncios, & Deputatos speciales,

A.D. 1492. Hen. 7.

Dantes & Concedentes eisdem, & eorum Tribus, conjunctim, nostram plenariam Potestatem & Mandatum speciale Conveniendi cum Commissariis, Nunciis, seu Deputatis Excellentissimi Principis *Henrici Regis Angliæ* Fratris & Consanguinei nostri Carissimi, sufficientem Potestatem habentibus, *apud Calstreme* seu *Hadingtoun*, aut aliquem alium Locum aptum & congruum, de quo inter dictos Commissarios concordari poterit,

Ac de & super Reformatione Attemptatorum & Roboriarum, per aliquos Ligeos & Subditos Scotiæ aut Angliæ, Terrâ Mari aut Aquis Dulcibus, commissorum, contra vim & effectum Treugarum per Commissarios nostros & Commissarios præfati Regis Angliæ prius captarum,

Ac super Prorogatione seu Novâ Captione Treugarum ad Tempus longum vel breve, sub Modis Formâ & Conditionibus prout præfatis Commissariis utriusque Partis magis expedire videbitur,

Et super aliis & singulis, Bonum Pacis & Rempublicam Regni nostri ac Observationem Treugarum prius Initarum concernentibus, Ineundi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi & finaliter Concludendi,

Cæteraque omnia alia & singula Faciendi, Gerendi, Exercendi & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale quàm Præsentibus est expressum;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, & Gratum, Firmum & Stabile habituros totum & quicquid per dictos nostros Commissarios, aut Tres eorumdem conjunctim, Actum, Factum, Tractatum, Appunctuatum, Concordatum, Conclusumve fuerit in Præmissis seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Litteras nostras sub Magno Sigillo nostro fieri fecimus Patentes, *apud Linlithcow*, Decimo septimo Die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, & Regni nostri Quinto.

Sigillo avulso.

Super Communicatis & Oblatis per Dominum des Querdes *Marescallum & alios Ambassiatores ex parte Franciæ, concilio Guerræ Convocato, habitâ maturâ Deliberatione, Hyeme jam instante, & post tot elapsos Dies nemine confæderatorum comparente, ac aliis bonis Considerationibus benè multis moventibus, necnon Contemplatione tot Millionum Auri Scutorum, Summæ tantæ, quanta nunquam perantea in Angliam apportatæ, a Dominis Capitaneis & Consiliariis consultum advisatum & supplicatum est Regi ad Componendum cum Consanguineo Franciæ & Pacem faciendam.*

The Requestes and Supplications of the Capitaynes of Englande made unto King Henry the seventh for a Peace to be concluded between France and England.

A.D. 1492. An. 8. H. 7. Ex Autogr.

THUS be the Poyntys, for the Union, Peax, and Amytie betwix *the Kings of England and Fraunce*, Comyned and Spokyn betwix the *Lord Querds* Marshall of Fraunce and the *Lord d'Abenay* Lieutennannt General of the Town and Marchis of Caleys, and other Ambassadours being with thaim, Referring the same Pointys to the Pleasour of booth Kings, to the which shall be made Rapport of the same Pointys for to have Answer with all Diligence.

First, t'Aquyte the Obligations which *the King of England* hath of my *Lady Anne of Bretaign Quene of Fraunce*, by the which she is Bownden to Pay him and Restor him the Mises and Expenses the which he hath doon for th'entertaining of the Men of Werr Socours and Ayde don unto Hir by *the said King of England*, the which Mises and Expenses th'Ambassadours of England afferme to mownt to the Som of *Six Hundred and Twenti Thowsand Scutz of Gold*, which is *Cxxiv. M. Li.*

And also t'Acquyte th'Obligation that *King Edward* had of *King Loys* and off th'Aireriage of Five Termys mownting to *Cxxv. M. Scutz*, which is *xxv. M. Li.* The which Obligation

5 toching

toching the said *Ladye Anne of Bretaigne and Quene the King of England* shall Annul and Delyver forthwith and immediatlie, and th' Obligation *of King Loys* as sone as it may be fownd, *The French King* shall pay or do to be Payd *to the King of England* the Somme *Cxlix M. Li.* And therofe shall yeve such Obligations and Sureties as the *sayd King Edward* had by the Traictie of Piequequye *of King Loys*, and the said Somme shall he Paid by Yers (that is to say) every Yer *L M. Francs* of *xx. Scutz the Franc*, the which shall be Payd in Scuts of Gold at two Termys of the Yer, from half Yer to half Yer after the Date of this present Traitie, and so from Yer to Yer and Terme to Terme to the playn and entiere Payment of the sayd some of *Cxlix M. Li.*

And for as much as in th'Obligation of the *said Quene* ther is noo certaign Somme specified ne declaryd, the sayd Ambassadours of Englond have offred that the King, within such reasonable Term as shall be advysed, shall ordaign and depute his Tresorier and other Officers, such as hath had the Charge of the layyng out of the said Mises and Expenses, and in the Presence of th'Officers of Bretaign or other such as the *Freinsh King* shall ordonne and depute, the said Mises and Expenses shall be vewyd and verefyed by th' Affirmation of the *King of England* and the Othe of his said Officers, or otherwis dewlie, and the Doble of th' Extracts of the said Accomptys of the Mises and Expenses shall be delyverd to the Commissioners of Fraunce, the which for the same Purpose shall go into Englond.

Also the *said Kings* shall Name in the said Traictie of the Peas thair Allies, the which shall be bownden to declar by thair Lettours under thair Sealys within Four Moneth after the Date of the Treatie, if thei will be comprised, the which Sealys for thaim that will be comprised in th'Alliaunces of *the King of England* shal be sent to the *King of France*, and for thaim that wil be comprised in th'Alliaunces of *the King of Fraunce* shall be sent to the *King of England*:

And if the *King of Romayns* and his Son th'*Archduk* and thair Cuntres will declar thaim to be comprised, and that therafter *the King of Fraunce* make or begynne any Werr agenst thaim by Souprins of Town or by Entring of or with any Puissaunce into thair Cuntres, in this Cas *the King of England* shall mow yeve thaim Socours and Assistence:

And if *the King of Romayns* or th'*Archduk* his Son or any other for thaim begynne the Werr by Souprins of any Town now being, in the Hands of the Freinsh King or Entring with Power into his Realm or Cuntres being of his Obeysaunce, in this Case *the King of England* shall not mow yeve thaim Ayde or Socours of Men or Money:

And if the said ii. Kingys agree them to this present Advyse, thay shall yeve of aither side Pleggys and Ostagies of semblable Estate and lyke Numbre, the which shall abyde (that is to sey, those of Fraunce at Caleis, and those of England at Amyas) unto such time as this present Traitie be hollye Passyd, Accepted, and Sworn by the *said ii. Kings*: The which doon the said Pleggys and Ostagies shall be frelye Deliverd and Restoryd to thair good Suretie, every Man in his Partie, without Let or Empeachement for any Cause or Occasion whatsoever it be.

Upon which Pointys and Articles sent by the *Lord Querds* and other Ambassadours for the *Freinsh King* to *the Kings Grace*, and by him seen and understanded, the same *his Grace* assembled, the xxvii. Day of Octobre, in his Feld beside Bolen, all the Lordys, Statis, Counsellours and Capitaignes of his Armye, whose Namys ben with thair own Handys under this Writyng subscribed; and to thaim his *said Grace* shewid the same Articles, and required thaim all of thair good feithfull and trew Counsell what wer best for his Honour and Suretie and also Profitt for his Realme in this behalf to be don, and whether the Peax in Manner and Fourme afore Wreten might with his Honour and Profitt to his Realme be Acceptid, or ellis it shold be Refusid: And that thei wold Debate and Suade among thaim with Diligence the said Articles and th' Effect of his said Requeste, and thereupon to geve his *said Grace* such Advertisement and Counsell, as shold accord with thair Trouthis and as thai ought bi their Allegiaunce geve to his Highnes in this behalf.

Whereupon, the same Day, Yer, and Place, the said Lordys, Statis, Counsellours, and Capitaignes, in oon hole Counsell assembled, at the King's Requeste, Suadyd and Debatyd among thaim

A. D. 1492. Hen. 7. thaim the said Articles of Peas by good, tipe and sad Deliberation, and ther-upon by oon Assent put thair Reasons and reasonable Motions of thair Reasons in Wrytyng, and the same Wreting (the Tenour wherof her ensewith) put up unto the *King's said Grace* for thair full and hole feithfull and trew Counsell in that behalf.

First, it is Reasoned, Comyned, Persuadyd, Debatyd, and Considered, by us Lordys and Captaigns under wreten, that for the fair Advawncement of the Season of the Yer to the point of Winter, which as wel for the Moistnes and Coldnes of that Season, as for the long Nighies of the same, is and every Day mot and mor must nedys be an importunable Annoyannce, not onely to the King's Person, us his said Lordys and Capitaigns, but also his hole Host in this present Armye assembled, the greate and outrageous Cold of this Winter Season lyklyhede also of lak of Vitaile, forsene that the principall Provision as wel therof as of the King's Ordinaunce and Artillerye most nedys come by Sea from England and Caleis, and for the greate Rage and Tempestis of Wyndys and Wethers, cannot come covenablie to the Host in tyme of Necessitie, and other infinite Occasions, by which dailie the People in greate Multitude of the King's said Host fall into divers greate Seknesses and many utterlie Perish alwey consi-dred; it is therfor thought bi us most necessarie, behofull, and honorable to *the King's said Grace* t'accepte such honorable Peas as may be had, and in consideration of the Premisses it is thougbt to us all tbat his *Grace* may, without any Denigration of his Honeour Royall, and shold Take and Accepte the said Peas offred by the *Lord Querds* in the *Freinsh King's* behalf.

Item, it is thought to us that it shal be to the *King's Grace* as greate Honeour as ever King of England had of his Enmyes to take the said Peas; Considred alwey that the Somme of Money, grauntyd in Groce as in the said Articles is comprised, farr excedith any Somme, at any time, befor this Season, to any Prince's Daies Paid or Grauntyd out of Fraunce; Considred also that of the nown accepting, and refusaile of the said Peas, greate Grugge, Murmur, Displeasur, and Obloquye, not onlie in the King's Hoost, but also among the hole Bodye of Comunaltie of England, might ryse of so Honorable Peax offred forsakyn.

Item, it is greatlie considred by us to be greatlie to the Kyng's Honeour, when it is Remembryd that, by the comyng of his *Grace* into thies Parties, the Town and Castell of Seleux, which not onlie stode long in Rebellion to *th'Archduk*, but also in greate Noyaunce to all Marchaunts Adventurers of England both by Land and Water, be now by his Grace reducyd unto good Obeisaunce, and without whom not onlie the Town and Castell of Sclux, but divers and many other greate Fortressis and Piles in Picardye, which wer also in long continued Rebellion, and be now reducyd to the *said Archduk's* Obeisaunce, to the King's greate Honeour, Assurance of his Town of Caleis Marchis and Palys of the same, had in short time ben utterlie Freinsh, to the greate Jeopardie of the said Town, Marchis and Palis, and extreme Fordoyng of all Entiercours and Feate of Marchaundise of England into the Cuntres of Flaunders, Zeland, Brabant, and Holand.

Item, it is also greate Honeour to the King that, wher *his Grace*, by a Generall Request of the Substance of his Counsellours of England, at his Palois of Westminster, to his Grace made, was instantlie required and prayde to Respite this present Journey untill a moor covenable Season, and that soch his Allies, as had promised his Grace of mutuall Ayde, wer in a moor Redines; Which notwithstanding his *said Grace*, peysing above all thing his Promises made *to the King of Romayns*, and also to his Subgietts in his Realme, hath to his greate Honeour observyd and fermlye kept his said Promises to his greate Cost and Charges, and not onlie that but greately Jeopartid his Person Royall, making Werr and redy to geve Batell to his Enmye in Person, upon trust that *the King of Romayns* and other the King's Confederatys and Allies, according to thair Promises, shold have done the same; Which in dede have not observyd thair Promises: Wherthorogh the *King's Grace* may honorablie take the said Peas with the *Freinsh King*, and lay reasonablie the Causes of nowncontinuaunce of his Warris, and th'accepting of the said Peas, in the *said King of Romayns* and other his Allies, which, as is aforsaid, have not observyd in any behalf thair Promises to his said Grace oughten times mad.

Item, it is Comyned and known for Trouth that *the King's Grace* may not with

A. D. 1492. Hen. 7. with so litle Payn continew his Warris in thies Cuntres, as *King Edward* dyd in his time; For he, in the time of his Warre moved in thies Parties, never entred any Town, Castell, Pile, Fortresse, or other Place that at that time was possessyd by the *Freinsh King*: And he then in the most covenable Season of Somer had the *Dukys of Burgoign* and *Bretaign* to his speciall Ayde, beside other greate Lordys of the Realme of Fraunce: He had also the said *Duc of Burgoyn* in the Feld with him, redy preparyd with his greate Power and Puyssaunce to his Assistence and Aide in all that to him was possible: And had therbye, to his greate Comfort, Discharge of all Jeopardies, and Ease of his Armye, all the Castellis and Townes greate and smale of all Picardie to his Use and Will evyn to the Ryvier of Somme, by which he and his Armye wer oute of all noyaunce, in greate Pleasour, without peyn of Cold or other Lak, and our of Jeopardie of any Bataile or Warr to him made or offred; in which case *the King's Grace* now is not; For his Grace, as sone as he was out of his Pale of Caleis, entred the Grownd possessyd by his Enmye, withoute any Frynd to him ther fand but oulie such as he hrought with him of his Subgettis; Wherfor the President of *King Edward's* avawnsing in thies Parties may be noon Example to the *King's Grace*; Considring that his Grace hath not onlie entred, as is aforsaid, this Cuntre possessyd by the *Freinsh King*, repleanyshed with his Subgettis, makyng dailie effectuall Warr agenst his Grace, but also Rasid and Dissasyd divers of his Townes, as Ardye and Mountorye, with other, and also advawnsyd himself xx. Myle and moor into his Land as fair as Boleign and beyond, ahyding ther by the space of xxiv. Daies Bataile of the hole Realme of Fraunce.

ITEM, it is thought also that all the Lordys Spiritual and Comunialrie of Englond shall of Reason have greate Cause to be content with the said Peas, and geve speciall Thankis and Praisings to the *Kingis Grace* and his hole Armye for his greate Peyn in this behalf sustayned, and for th'accepting of the said Peas, bi which such Trobles, as of long have grown and dailie encreasyd by the Warre to the greate Hurt and Noyaunce of all the hole Realme, shal be now Advoydid and utterlie Extincted by th'accepting of the said Peas: And also all maner of Exactions of Money, other then before this, to this Voyage, have ben grannted to *the Kingis Grace* (which of necessitie of Warr shold contínew and the said Peas be refusyd must have ensewyd in Englond) shall also now be forborn to the greate Pleasur of all his Comyns thorogh his Realme. A. D. 1492. Hen. 7.

ITEM, in that the *Kingis Grace* shall also, in the said Peas, compris the *King of Romayns* and *th'Archduk*, it shal be to the Kingis great Honeour, for not onlie therbie the *said Archduc* shal be in quietful Possession of his Cuntres from hensforth during the said Peas, but also the Kingis Subgettis, which shall resort to the Archdukis Landis t'exercise feate of Marchaundies, shal be out of such Jeopardies, Vexations and Trobles as that have ben in long time past by the Warr now extincted.

ITEM, we have also in our Consideratíons greatelie that, wheras *the Kingis Grace* and all We, befor our approching unto the Town of Boleyn, supposid, uppon the Reaportis of many Folkis, that the said Town had ben but a Feble Fortified Town easy t'aptoch and obtaign, and hi Estimation might have be getin within three or four Daies at farthest; so it is incertaign that, upon the Fame of the Kingis personal Descent into thies Parties, by the space of a Yer hollie and moor, the said Town of Boleyn hath ben so Stronglie Fortified in his dohle Minaylys, Cownterminis, Castellis, Touris, Bulwerkis, dry Deches and watred, and also so plenteuoustlie with greate multitude of Gunnes Gunpowdre with Shot for the same, with all maner of Artillarie, Capitaingus, and Men of Warre the best of Fraunce, furnysshed and preparid, that at this Day it is oon of the strongest Townes of Picardye; so that it is not Prennable withour long Continuance and Jeopardie of Losse of greate Number of Men:

And, sith it is so that, for thies Considerations and other in the forsaid Articles contaigned, when the verey profoundnes of Winter and his Stormy of Cold Wynd and Wether shal approch, *the Kingis Grace* in th'advoying of his awn Jeopardie and utter Confusion of the Substance of his Armye, of necessitie shal be constrayned to Levye his Siege now to the said Town layde, and to Retreate his Hooste which shold not be honorable to his Grace; Wherfor in especiall We think it most expedient *to his Grace* t'accepte the said Peas, and so to Levye by Composition of Peas

 the

A. D. 1492. Hen. 7. the said Siege, which shall utterlie advoyde all Reproch, and conserve greatelie his Honeour.

ITEM, for the forsaid and many other greate and urgent Causes which wer her to prolix to compris, it is thought to all us Lordys and Capitaignis, that the *Kingis Grace* may not by any possibilitie continew his Warris this Winter Season, withoute extreme Jeopardie of his Person Royall, all us his Lordys and Capitaignes, and also his hole Hoost and Armye, which wer and shold be the greatest Sorow and Hevinesse that ever come to the Realme of Englond, and utter Desolation and Subversion of the same, which God forbede.

In Consideration wherof and the Premisses, by good Deliberation ripelie Comyned, Reasonned, and Debatyd among us, We All and every of us humblie besechen and requir *the Kingis Grace* tendrelie to take to his graciousx Consideration the greate and inevitable Perplexites and Jeopardies in this behalf lyklie t'ensew, and for th'Exchewing of the same and Conservation of his Person Royall, Us his Subgettis and trew Liege Men, and also of his Realme of Englond, t'Accepte the said Peas; which undowhtedlie, every thing in this behalf peysid as it ought to be, shal be as honorable Appointment as ever was takyn by any King of Englond: And if herafter it shall happin that any Person within the Realme of Englond, of whatsoever Estate, Degree, or Condition he shal be of, have of the said Peas any maner of Obloquye, Displeasur, or Grugge, We the said Lordys, Statis, Counsellours, and Capitaigns, and every of us Promise that we shall, to th'utterest of our Powers, at all times, Mayntaign, Uphold, and Afferme the same Peas to be takyn at our instant Request, divers and many times to the Kingis Grace made; For th'Assurance and Witness wherof all we the said Lordys, Statis, Counsellours, and Capitaigns upon our Faith promise that we shall that perfourme and doo, and the said Acceptation of Peas, at our Request takyn, as far as to us shal be possible Ratifie, and over that as is aforsaid We have subscribed this Wreting, by Us put to the *Kingis Grace*, with our awn Handys and Namys, on the Fest of All Halous, the eighth Yer of the Reign of our said Soveraign Lord.

Thomas Dorsett.
ynford.
G. Shrowesbury.
G. Kent.
R. Nevyll.
Henry Essex.
John Well.
E. Erle of Devonchyr.
R Thomas.
Herry Lord Grey.
G. Stanley Lord Straunrre.
Edward Hastyng.
Edward Dudley.
Edmund Carew.
John Powys.
Grey.
John Barnard.
Richard Latymer.
James Audeley.
Hugh Conway.
John Joneh.
James Stanley.
George
Wilughby.

Articuli Treugarum Scotiæ.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ex Autogr.

HÆC INDENTURA, FACTA *apud Caldstreme super Twedam, tertio Die Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo*, inter Nos, *Willielmum Episcopum Aberdonensem, Willielmum Dominum Sancti Johannis, Alexandrum Inglis* Archidiaconum Sancti Andreæ, *Patricium Hume* de Fastcastell, & *Willielmum Ker* de Celfurd, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Serenissimi Illustrissimique Principis *Jacobi Scotorum Regis*, ex unâ Parte, & Reverendum in Christo Patrem *Ricardum Episcopum Assavensem, Johannem Dominum de Graystok* Militem, & *Johannem Cartyngtonn* Armigerum, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Serenissimi Excellentissimique Principis *Henrici Regis Angliæ*, ex Parte altera,

TESTATUR quòd Nos Commissarii *Regis Scotiæ* cum præfatis Oratoribus & Commissariis præfati *Regis Angliæ*, atque ipsi nobiscum, virtute & auctoritate Commissionum nostrarum hincinde per Literas Patentes dictorum Regum atque ipsis divisim factas (quarum Tenores de verbo ad verbum inferius inseruntur) Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, Conclusimus,

A. D. 1492. Hen. 7. fimus, Appunctuamus, Convenimus, Concordamus, & Concludimus Nos & Ipsi nobiscum, Nominibus Principum prædictorum, in omnibus & per omnia, prout in sequentibus Articulis continetur,

INPRIMIS, inter Nos Commissarios prædictos, Nominibus quibus supra, Appunctuatum, Concordatum, & Conclusum est quòd, inter Serenissimos *Reges Scotiæ & Angliæ* prædictos, eorum Hæredes & Successores, Regna, Patrias, Dominia, Terras, & Loca quæcúmque eorumdem, necnon Vassallos, Ligeos, Homines, Subditos suos quoscúmque, præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúmque Gradûs, Præeminentiæ, Statûs, aut Conditionis existant, sit bona, realis, sincera, vera, integra, & firma Pax, Treuga, & Guerrarum Abstinentia, per Terram, Mare, Aquas dulces, & ubique Locorum, Inceptura ab Ortu Solis dicti Diei Tertii Mensis & Anni supr ascripti, & Duratura usque ad Ultimum Diem Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quarto, Inclusivè.

ITEM, specialiter Conventum & Conclusum est quòd, durantibus Treugis seu Guerrarum Abstinentiis antedictis, nullus dictorum Principum movebit per Se aut per Subditos suos aut alios quoscúmque, seu moveri permittet, Guerram, per Terram, Mare, neque Aquas dulces, adversus alium dictorum Principum Subditos aut Ligeos suos, nec dabit Auxilium, Consilium, aut Favorem ut hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd Naves, Nautæ, Mercatores, & alii Subditi utriúsque Principum prædictorum per Terram, Mare, & Aquas dulces Euntes, Conversantes, Navigantes, Naufragium passuri, & Permanentes Tractentur & Recipientur, prout melius Tractari & Recipi consueverint in temporibus aliarum Treugarum prius inter *Scotiæ & Angliæ Reges* & eorum Regna initarum & conclusarum.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd omnes & singuli Deprædatores, Malefactores, & Præsentium Treugarum Violatores punientur asperius eisdem formâ & modo quibus antiquitùs puniri consueverunt, & si aliquis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquid deprædatus fuerit seu attemptaverit infra Marchiam aut Terram alterius Partis, & post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum Fugiendo revertatur ad Marchiam aut Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi contra quem sic attemptaverit in recenti vel infra Sex Dies computandos a tempore Delicti sic attemptati vel commissi, auctoritate præsentis Ordinationis, absque aliis Literis vel salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias & Terram in quam idem Malefactor se contulerit; dummodò, quamcitò hujusmodi Marchiam sive Terram hac de Causa intraverit, adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæsæ, habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui (videlicet) ad Prosequendum Deprædationem suam, describat & specificet idem quibus Bonis, Catallis, vel Rebus Deprædatus fuerit, ac insuper requirat eundem quòd quamdiu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit, secum eat, ut super Factis suis tempore dictæ Prosecutionis possit, cùm requisitus fuerit, super hoc Testimonium perhibere Veritati. A. D. 1492. Hen. 7.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd neuter Principum prædictorum auxiliabit aut Opem feret quovis modo notoriis Rebellibus, Hostibus, vel Inimicis alterius, ad Nocendum alteri eorumdem, vel ipsorum Regnis, Dominiis, Terris, aut Subditis, & si de facto aliquis Rebellis vel Inimicus unius vel alterius Principis existens vel futurus in Regno, Terris, vel Dominiis alterius eorumdem tempore quo ibidem extiterit aliquid fecerit per Terram, Mare, vel Aquas dulces, ad Dampnum alicujus eorundem, vel Regnorum, Terrarum, Dominiorum, vel alicujus Subditorum suorum, tunc *ille Princeps* in cujus Regno, Terris, vel Dominiis talis Rebellis, Hostis, vel Inimicus sic commisit, & ibidem postea receptus fuerit, Dampnum illum Reparari faciat & Resarciri, ac si proprius Ligeus & Subditus ejusdem hujusmodi Dampnum commisisset aut perpetrâsset.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, durantibus præsentibus Treugis, ut præmissum est, Castrum & Villa Berwici, cum Limitibus & Inhabitantibus ac Incolis eorumdem sub eisdem Pace, Guerrarum Abstinentiis, & Bellorum Induciis stabunt & permanebunt toto tempore prædicto, ita quòd neque Serenissimus *Rex Scotiæ* per Se, aut aliquos Subditorum, Ligeorum, aut Vassallorum suorum Guerram Insultum aut Obsidionem ipsis Locis aut Incolis eorumdem, neque Excellentissimus *Rex Angliæ* per Se aut suos Inhabitantes Villam seu Castrum hujusmodi Guerram, Insultum, aut Obsidionem

A. D. 1492. Hen. 7. nem dicto Serenissimo *Regi Scotiæ* suisve Ligeis & Vassallis faciet quovis modo pendente tempore Treugarum prædictarum.

Item, Conventum & Conclusum est quòd si contingat aliquos Piratas, Fugitivos, seu Bannitos Regnorum unius vel alterius Principum prædictorum Spoliationes seu Deprædationes in Bonis alicujus Subditorum eorumdem committere, & postea Piratæ, Fugitivi, seu Banniti prædicti ad aliquem Portum dictorum Principum applicuerint, tunc ille Princeps, in cujus Portum applicuerint, faciet per Officiarios suos Personas prædictas securè custodiri, aut easdem & Receptores earumdem deliberari Parti Læsæ, vel Spoliatæ, & Deprædatæ per easdem integrè Restitui faciet & Resarciri vel justum Valorem eorumdem.

Item, Conventum & Conclusum est quòd Fugitivi Scotiæ qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ* debent ligari ex parte Anglicorum ad Observandum Articulos Præsentium Treugarum, & quòd Attemptata per eos super Subditos dicti *Regis Scotiæ* debent eodem modo reformari, quo reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*, idem per omnia observando ex parte *Regis Scotorum* si qui Anglici ante hæc tempora per sua Sacramenta Ligei *Regis Scotorum* devenerint vel aliter quovis modo.

Item, Conventum & Conclusum est quòd in præsentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis comprehendantur Amici, Confœderati, & Alligati, Regna, Dominia, & Subditi utriusque Principis, si comprehendi voluerint, & super hoc Animos suos declaraverint & idem desideraverint infra Sex Menses proximò exnunc sequentes, & specialiter,

Pro Parte *Regis Scotiæ*,

Karolus Rex Franciæ, Johannes Rex Daciæ, Rex Hispaniæ, Rex Napulæ, Austriæ & Mediolani Duces;

Pro Parte *Regis Angliæ*,

Imperator, Rex Romanorum, Reges Hispaniæ, Portugaliæ, Napuliæ, Austriæ, Burgundiæ, Ferrariæ, & *Sabaldiæ Duces*,

Quibus Mensibus lapsis, si nulla Notificatio hujusmodi facta fuerit Regibus prædictis, dicti Confœderati eorumdem non intelligentur in dictis Treugis comprehensis, &, si dicti Reges dictos Confœderatos sub dictis Treugis comprehendi noluerint, extunc dictæ Treugæ nullius censeantur Roboris vel Momenti.

Item, Conventum & Conclusum est quod, si, eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliquid contra easdem vel aliquam Partem earumdem per Terram sive per Mare fieri vel attemptari contingat, per hoc tamen præsentes Guerrarum Abstinentiæ non erunt nec censebuntur aut reputabuntur Ruptæ, Infirmatæ, vel Annullatæ, sed nichilominus in suo Robore permanebunt & Attemptata hujusmodi debitè reformabuntur.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Subditus alicujus Principum prædictorum, qui passus fuerit Rapinam vel Spolium a Subdito alterius eorumdem, propriâ auctoritate suâ propter hoc Deprædationem, Spoliationem, Prisas, vel Districtiones Personarum seu Bonorum fecerit, eo ipso cadat a Causa sua, & nichilominus secundùm Delicti exigentiam puniatur.

Item, Conclusum & Concordatum est quòd, quamquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sint modis & formis ut supra, attamen non dicentur nec reputabuntur omninò Generales, nec se extendent ad Dominium de Lorne in Regno Scotiæ, nec ad Insulam de Lundey in Regno Angliæ, sed Dominium & Insula prædicta intelligentur nullo modo comprehensa in hiis Guerrarum Abstinentiis.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd utraque Partium prædictarum Publicari & Notificari faciet dictas Guerrarum Abstinentias Subditis suis, in omnibus & singulis insignioribus Locis Marchiarum suarum, tàm in Regno Scotiæ quàm Angliæ, publicè & solemniter, inchoando apud dictum Locum de Caldstrem Die Datæ Præsentium, & consequenter Die Veneris proximò indè sequente apud Norame & Lawder, & sic continuando ubi opus fuerit quamcitò commodè poterit infra Octo Dies extunc continuè sequentes.

Item, Conclusum est quòd præsentes Conventiones & Conclusiones Treugarum & Guerrarum Abstinentiæ Confirmabuntur & Ratificabuntur per Patentes Litteras utriusque Regum prædictorum Magnis Sigillis suis sigillatas, necnon Subscriptione eorumdem; Quæ Literæ sic sigillatæ & subscriptæ deliberabuntur & tradentur hincinde citra Vicesimum Diem Mensis Februarii proximò futurum pro Parte *Regis Scotiæ Willielmo Tyler* Militi, seu alteri cuicúmque Potestatem habenti, apud Berwik.

Item, Conventum & Conclusum est quòd utrique Principes supradicti deputabunt certos Probos & Discretos Viros ad Numerum Trium Perso-

narum

A. D. 1492. Hen. 7. narum ex alterutra Parte eorumdem, quibus committent Potestatem plenam ad Inspiciendum le Fischegarth de Esk & Terras debatabiles ibidem adjacentes (videlicet) in Occidentalibus Partibus Marchiarum, & juxta eorumdem Discretiones Finem debitum de omnibus Controversiis super eisdem perpetuis temporibus imponendum; qui sic Deputati convenient apud eadem Loca octavo Die Mensis Augusti proximò futuro cum Continuatione & Prorogatione Dierum & Locorum prout eis meliùs videbitur expedire.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, ex eo quòd post plures Dietas & longas Altercationes Reformationum Attemptatorum per Mare per Subditos Regum prædictorum certa Conclusio per Nos Commissarios prædictos capi non potuit, quòd Commissarii eorumdem Regum de novo constituantur, Potestatem sufficientem habituri, ad Conveniendum apud Hadingtoun & Berwik primo Die Mensis Augusti proximò futuro, cum Continuatione Dierum, ad Communicandum, Tractandum, & Concludendum super Reformatione fiendâ omnium Attemptatorum, per quoscúmque Ligeos & Subditos Principum prædictorum, per Mare, contra Treugas priùs initas inter eosdem quovismodo Commissorum, ad effectum plenariæ Restitutionis hincinde fiendæ de quibuscúmque Navibus, Mercantiis, Bonis, Rebus, & Personis captis & detentis per Subditos & Ligeos Principum prædictorum. A. D. 1492. Hen. 7.

Commissiones verò, de quibus supra fit mentio, deliberantur hincinde Commissariis supradictis.

QUÆ OMNIA ET SINGULA, ita inter Nos Commissarios antedictos Communicata, Conventa & Conclusa, Nos Commissarii *Regis Scotiæ* Promittimus per ipsum Metuendissimum Dominum nostrum Regem suósque Successores, quoad ipsum & ipsos attinet, virtute dictæ nostræ Commissionis, debitè in omnibus & per omnia Teneri inviolabiliter pariter & Observari.

In quorum Fidem & Testimonium huic Parti INDENTURÆ, penes Commissarios *Regis Angliæ* supradictos *Relictæ*, Nos Commissarii antedicti *Regis Scotiæ* huic præsenti Indenturæ Nomina nostra propria subscripsimus, Anno, Die, Mense, & Loco suprascriptis &c.

WILLIELMUS ABERDONEN.
W. LORD SANT JHONE.
ALEX. INGLIS ARCHIDIAC. SANCTI ANDREÆ.

Caroli Franciæ Confirmatio Tractatus prælibati.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ex Autogr.

KAROLUS, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm inter Ambassiatores & Oratores nostros ad hoc specialiter commissos, & Ambassiatores & Oratores Carissimi Fratris & Consanguinei nostri *Regis Angliæ*, fuerit apud Stapulas, Die Tertiâ Mensis Novembris novissimè præteritâ, advisata, facta, & conclusa Pax, Unio, seu Amicitia inter Nos & dictum Fratrem & Consanguineum nostrum, Regna, Patrias, & Subditos utriúsque nostrûm, modo & formâ in Litteris dictorum Ambassiatorum nostrorum contentis, *quarum Tenor sequitur, & est talis,*

Philippus de Creveucuer Dominus des Querdes & de Lannoy Marescallus Franciæ, Locumtenens & Capitaneus Generalis Domini nostri Regis in suis Partibus Arthesii & Picardiæ, ac Miles sui Ordinis, *Ludovicus de Halewin Dominus de Piennes*, *Franciscus de Crequy Dominus de Dourier*, *Radulphus de Lannoy Dominus de Morvillers*, Milites, Consiliarii, & Cambellani, *Johannes Dauffay* Consiliarius & Magister Requestarum Hospitii, Ambassiatores, Procuratores, & Commissi in hac parte Serenissimi ac Metuendissimi Domini nostri Supremi, *Karoli*, Dei gratiâ, *Francorum Regis* Christianissimi, omnibus & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem. A. D. 1492.

Notum facimus quòd, cùm potiora Mortalibus Dona a Superis tradi nequeant quàm Bona Pacis, & longuo Rerum Usu ac Ratione semper cognitum sit Pacem esse summum illud præcipuum Munus quod Humano Generi conducere queat; satisque compertum sit quot Calamitates & Ærumpnæ passim e Bello exoriuntur, quot verò Commoda Pax certa & stabilis undéque contulerit: Idcircò Nos quantum Fructûs & Utilitatis Franciæ & Angliæ Regnorum Incolis ex Pace & Amicitiâ antehac inter ipsorum Reges Principes initis & con-

A. D. 1492. Hen. 7. contractis accreverit plenè cognoscentes, Nos pro dicto Serenissimo Principe nostro *Francorum Rege* Christianissimo antedicto, suisque Hæredibus & Successoribus, atque ejus & eorum Nomine, Auctoritate Nobis ab eodem Rege nostro per suas Litteras Patentes commissâ,

Quarum Tenor sequitur, & est talis,

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, puis aucun temps enca, Nous ayons donne charge a nostre Ame & feal Conseiller & Chambellan *le Sire des Querdes* Chevalier de nostre Ordre Mareschal de France nostre Lieutenant & Cappitaine General de noz Paiis de Picardie & Arthois, & autres en sa Compaignie de tenir Parolles & Communiequer avecques *le Sire d'Aubeny* Chevalier Lieutenant General pour nostre Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre* & Cappitaine de Calais, touchant le Bien de Paix, Treues, Intelligences, & bonnes Amitiez, d'entre Nous & noz Royaumes, Paiis, Seigneuries, Subgectz, tellement que de present les Matieres & Choses dessusdittes sont en Estat & Disposition de parvenir a bonne Fin,

Et soit ainsi que pour a icelles donner Ordre & prandre Conclusion, soit requis & chose tres necessaire commectre & ordonner, avecques le dit *Mareschal des Querdes*, aucuns bons grans & notables Parsonnaiges entenduz es dittes Matieres & aus quelz ayons toute fiance,

Savoir faisons que Nous,

Confians a plain des grans Sens, Souffisance, Loyaulte, & bonne Experience d'icellui nostre dit Chambellan *le Mareschal des Querdes*, & de noz Amez & Feaulx Conseillers *l'Evesque de Nayon*, *le Sire de Piennes* nostre Chambellan Ordinaire, *Jehan de la Vacrye* Chevalier Premier President de nostre Court de Parlement a Paris, *le Sire de Dourrier*, Maistre *Robert Gaygvyn* General Ministre de l'Ordre de la Trinite des Maturins, les *Sires de Morviller*, *Dubbyarre*, *de Foucquesolles*, Maistre *Jehan Dauffay* Maistre des Requestes de nostre Hostel,

A iceulx, pour les causes dessusdittes & autres grandes raisons & considerations a ce Nous mouvans, & principallement pour eviter aux Inconveniens & gran Maulx, qui a cause de la Guerre sont avenuz & pourroient avenir, aussi pour parvenir a toutes Paix, Treues, Intelligences, & bonnes Amitiez, au bien Seurete & Solaigement de noz bons & loyaulx Subgectz, qui est une des Choses de ce Monde que plus desirons, apres nostre Salut, avons & aux Cinq, Quatre, ou Trois d'eulx (dont icelluy *Mareschal des Querdes* sera tousjours l'un) Donne & Donnons par ces Presentes, signees de nostre Main, plain Povoir, Auctorite, & Mandement especial, de eulx Transporter en telle des Villes de nos dites Paiis de Picardie & Arthois, ou ailleurs que besoing sera, & ilz verront estre a faire, pour illec avec *le dit Sire d'Aubeny*, & autres Gens & Ambassadeurs, que nostre dit Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre* y vouldra envoyer, & faire trouver de sa Part, Besongner, Traicter, Transiger, Accorder, Appoinctier, & Promettre sur les choses dessusdittes & les Deppendences d'icelles, ce qu'ilz trouveront & congnoistront, en la meilleur & plus grande seurete, que faire se pourra, pour le mieulx au Bien de Nous & de nos ditz Royaume, Paiis, Seigneuries, & Subgectz tout ainsi que ferions & faire pourrions se presens en nostre Personne y estions, & de ce Bailler leurs Lettres & Seellez, aussi Recouvrer telles de la Part d'icelluy nostre Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre*, comme il est accoustume de faire,

Promectans, de bonne Foy, & Parolle de Roy, avoir Ferme & Estable a tousjours, tout ce que par noz Depputez dessusdiz y sera en Fait, Promis, Accorde, & Conclud par la maniere devantdicte, & acomplir le contenu de Point en Point, aussi d'en bailler noz Lettres de Ratification & Confirmation, telles que besoing sera, & en appartiendra, sans jamais aller ne venir, ne souffrir aller ne venir au contraire en maniere quelzconques; Car ainsi Nous plaist il estre fait.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mectre nostre Seel a ces dites Presentes.

Donne a *Estampes* le xxvi. jour de Juillet, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevings & douze, & de nostre Regne le Neufiesme.

Sic signatum sub Plicâ,

Charles.

Et supra Plicam,

Par le Roy,

Monsieur le Duc de Bourbon, *les Contes de Vendosme*, *de Liney*, *les Sires de la Trimoille*, *de Gye* Mareschal de France, *de la Ducourt* Gouverneur de Bourgoigne, *de Myolans* Gouverneur du Daulphine, *du Grymault* Seneschal de Beaucaire, *de Saint Andre*, *des Cars*, & au-

A. D. 1492. Hen. 7. & autres presens, & de *Secretarie Parent.*

Cum Reverendo in Christo Patre Domino *Ricardo Bathonien. & Wellen. Episcopo* ac Custode Privati Sigilli, *Ægidio d'Aubeney* Domino d'Aubeney Milite & Confratre Ordinis Garterii ac Locumtenente Generali Villæ & Marchiarum Calesiæ, *Cristoforo Bisbbick* Decano Ecclesiæ Eboracensis Magno Eleemosynario, *Henrico Aynesworth* Legum Doctore Secundario in Officio Privati Sigilli, & *Jacobo Tirell* Milite Locumtenente Castri de Guysnes infra Marchias prædictas, Illustrissimi Principis *Anglorum Regis* Ambassiatoribus & Procuratoribus ad Infrascripta per ipsius Litteras Patentes deputatis,

Quarum Tenor sequitur in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Industriâ, & providâ Circumspectione, Dilectorum Nobis, Venerabilis in Christo Patris *R. Bathoniensis & Wellensis Ecclesiarum Episcopi* ac Custodis Privati Sigilli nostri, *Ægidii d'Aubeney* Domini de Aubeney unius Militum & Confratrum Ordinis nostri Garteril ac Locumtenentis nostri Generalis Villæ & Marchiarum nostrarum Calesiæ, *Cristofori Bisbbyck* Decani Ecclesiæ Cathedralis Eborum Magni Eleemosinarii nostri, *Henrici Aynesworth* Legum Doctoris Secundarii in Officio Privati Sigilli nostri, & *Jacobi Tyrell* Militis Locumtenentis Castri nostri de Guysnes infra Marchias prædictas, pleniùs confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Procuratores, Commissarios, ac Nuncios generales & speciales Assignavimus, Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, Assignamusque, Facimus, Constituimus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, & Nunciis, plenam Potestatem, Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, cum Carissimo Consanguineo nostro Principe *Karolo Franciæ*, seu ejus Ambassiatore, Oratore, Procuratore, Commissario, aut Nuncio, Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, aut Nunciis, sufficientem Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum a præfato Principe *Karolo* ad hoc habente vel habentibus, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Componendi, Pacificendi, Transigendi, & Appunctuandi, ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, tàm de & super Pace perpetuâ quàm de & super Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, & Mercium Intercursibus, ac Amicitiâ, Confœderatione, & Concordiâ, *inter Nos*, Hæredes, & Successores nostros, Regna & Dominia nostra, necnon Subditos, Alligatos, Confœderatos nostros, ac alios nobis Faventes & Adhærentes quoscúnque, & *dictum Principem Karolum*, Hæredes & Successores suos, atque Loca & Dominia sua, Subditósque Alligatos suos & sibi Adhærentes,

A. D. 1492. Hen. 7.

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Demandis, & Debatis, unà cum suis Circonstantiis, Emergentibus, Dependentibus, & Annexis, quæ inter Nos & præfatum Principem, Hæredes, Successores, Terras, Dominia, Subditos, Alligatos, Faventes, & Adhærentes prædictos hincinde pendere noscuntur, integrè & finaliter Congnoscendi, Appunctuandi, Concludendi, & Determinandi,

Universáque & singula, quæ inter Nos Appunctuata, Conventa, Conclusa, Concordata, Pacta, sive Transacta fuerint, per Fidei interpositionem & Juramenti in Animam nostram præstationem, ac per alias Vias & Media, quæ eis in hac parte expedientia visa fuerint, Roborandi & Assecurandi, necnon a præfato *Principe Karolo*, ejúsve Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, sive Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem a præfato *Principe Karolo* in hac parte habentibus, quodcúmque Juramentum licitum, in Animam ejusdem Principis, Præstandum, Nomine nostro Exigendi & Recipiendi,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis & Deppendentiis ab eisdem, omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Obligationes, ac Litteras sigillatas Nomine nostro, Hæredum, & Successorum nostrorum Concedendi, Faciendi, Liberandi, & Tradendi,

Necnon & a præfato *Principe Karolo*, ejúsve Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, aut Nunciis similes Cautiones, Obligationes, ac Litteras, prout eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, seu Nunciis videbitur expedire, Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Cæteráque omnia & singula, in Præmissis per eos Conclusa, Concordata, & Firmata, Concludenda, Concordanda, & Fir-

A. D. 1492. Hen. 7.

& Firmanda, Perficiendi & pro Parte nostrâ Perimplendi ac debitè Exequendi, etiamsi majora sin & Mandatum de sui naturâ magis exigant speciale, & quæ Nosmetipsi facere possemus, si præsentes personaliter essemus, in explicatione Præmissorum,

Quæ omnia & singula Præmissa eisdem modo & formâ, ut præmittitur, Gesta, talem tantámque Vim, Auctoritatem, & Effectum volumus optinere, ac si ea in propria Persona fecissemus,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuó habituros totum quicquidq; per dictos Ambassiatores, Oratores, Procuratores, Commissarios, sive Nuncios Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso in *Exercitu meo prope Boloniam super Mare*, penultimo Die Octobris, Anno Regni nostri octavo.

In fine verò & inferiori Parte dictarum Litterarum erat scriptum.

Per ipsum Regem, & de Datâ prædictâ, Auctoritate Parliamenti.

Et Signatum de Secretario,

BLYTHD.

Convenimus, Contraximus, & Conclusimus, & per Præsentes Convenimus, Contrahimus, & Concludimus Articulos sequentes.

IMPRIMIS, quòd bonæ, sinceræ, firmæ, & præfectæ sint, & inviolabiliter habeantur, & observentur, Pax Amicitiæ, & Fœdera inter Potentissimos *Franciæ & Angliæ Reges* anredictos, eorumdem Patrias, & Dominia sua quæcúnque, Hæredes & Successores, Vassallos, atque Subditos suos præsentes & futuros, ac quoscúnque Alligatos & Confœderatos utriusque eorum, qui in istâ Pace Comprehendi voluerint, & Se Comprehendi velle infra tempora & sub formâ inferiùs limitatâ declaraverint, necnon inter Illustrissima *Franciæ & Angliæ* Regna, per Terram, Mare, Portus Maris, & Aquas dulces, & quòd dictæ Amicitiæ, Pax, & Fœdera suum habeant effectum immediatè post Datam Præsentium, & durent Vitâ utriúsque Principum prædictorum durante, & alterius eorum diutius viventis, & per Annum integrum post Obitum ultimò ipsorum morientium; Ita tamen quòd Successor Regis Præmorientis dictam Amicitiam & Pacem infra Annum a Die Obitûs sui Prædecessoris tenebitur per suas Litteras, Magno suo Sigillo sigillatas, hanc Amicitiam Ratificare & Confirmare, dictamque Raticfiationem & Confirmationem Regi Superstiti Notificare, Transmittere, & Deliberare.

A. D. 1492. Hen. 7.

ITEM, quòd, durante Termino prædicto Bella, Guerræ, Hostilitates, & Inimicitiæ quæcúnque, inter præfatos *Franciæ & Angliæ Reges* eorumdemque, ut supra fertur, Hæredes & Successores, Vassalos & Subditos, & Confœderatos quoscúnque qui in præsenti Tractatu, ut præmittitur, Comprehendi voluerint, Necnon inter dicta Inclitissima Regna, Patrias, & Dominia sua quæcúnque ubicúnque locorum, per Terram, Mare, Littora Maris, & Aquas dulces omninò cessabunt.

ITEM, quòd omnes & singuli utriusque dictorum Principum, eorúmque Hæredum & Successorum, aut eorum alterius, ipsorúmque Alligatorum in hâc Pace comprehensorum Vassalli & Subditi, sive sint Principes, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Mercatores, aut cujusvis Statûs Conditionisve existant, durante Pace antedictâ, ubivis locorum Sese mutuis Officiis prosequantur, & honestâ Affectione pertractent, possintque liberè, tutè, & securè absque alicujus Offensâ, aut salvo Conductu, sive Licentiâ, ubique Perlustrare per Terram, per Mare, & Aquas dulces Navigare, hinc indéque ad Portus, Dominia, Districtus quoscúnque utriusque ipsorum Principum, suorúmque Hæredum & Successorum citra & ultra Mare Accedere (dûm tamen Numerum Armatorum Centum simul non excedant) eisque quamdiu voluerint Morari, Mercari, Merces, Mercimonia, Arma, & Jocalia quæcúnque, si Statuta Municipalia antchac Sancita non obstent, Emere & Vendere: Ac ut eis placuerit, illinc ad Partes proprias, vel alibi, liberè quotiens duxerint abeundum abire, cum suis aut conductis vel commodatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus suis quibuscúnque, absque ullo Impedimento, Offensâ, Arrestatione ob Causam Marcæ Contramarcæ Represaliarum, aut aliâ Districtione quâcúnque, tàm in Terrâ, quàm in Mari, & Aquis dulcibus, quemadmodum Patriis in propriis hæc omnia facerent, aut eis ea facere liceret.

ITEM,

A.D. 1492. Hen. 7. ITEM, quòd omnia Munera sive Onera ab aliquo dictorum Principum, in cujúsvis eorum Patriarum sive Dominiorum Partibus citra aut infra Triginta Annos ante Datam Præsentium imposita Mercatoribus & Subditis alterius Principis ejúsve Hæredum & Successorum nociva, durante hâc Pace penitùs sint Extincta, & quòd talia aut consimilia, hâc Amicitiâ durante, a modo non imponantur; Salvis tamen semper quoad alia omnibus Regionum, Urbium, & Locorum Legibus, Statutis, & Consuetudinibus, quibus nihil quoad eorum Jura per Præmissa Derogatum censeatur.

ITEM, quòd omnes Mercatores etsi Veneti, Florentini, sive Januenses sint, possint per Mare & Aquas dulces, Armati vel non Armati, cum suis Propriis Mercibus, aut Alienis, in Navibus, Carracis, aut Galays Propriis sive Alienis, in Regna Franciæ & Angliæ & eorum utrúmque, tutè, liberè, & securè venire, & ab hinc quo velint abire, durante Amicitiâ antedictâ, quandocúnque & quotienscúnque voluerint, absque Violentiâ, Disturbio, Molestiâ, aut Gravamine quocúnque per *dictos Franciæ & Angliæ Reges*, sive eorum aliquem, aut eorumdem Hæredes & Successores sive ipsorum aut alicujus eorum Subditos quoscúnque.

ITEM, dicti Ambassiatores & Commissarii *Franciæ & Angliæ Principum prædictorum*, pro Principibus suis, & Nominibus eorum ac Hæredum & Successorum suorum, Promiserunt quòd, durante Tempore prædicto, Neuter dictorum Principum, Nullúsque eorum Hæredum, aut Successorum, contra alium ejúsve Alligatos & Confœderatos prædictos, eorúmve Hæredes & Successores, quidquam aget, faciet, tractabit, vel attemptabit quocúnque in Loco, sive in Terrâ, sive in Mari, occasione quâcúnque, nullúmque præstabit Auxilium, Consilium, vel Assensum, quòd per Alium vel Alios aliquid fiat, agatur, tractetur, vel attemptetur in Præjudicium vel Dampnum alterius, ejúsve, ut prædictum est, Alligatorum & Confœderatorum: Et si per Alterum eorum secus fiat, aut aliqua Belli suspitio contra Alterum, ejúsve ut prædictum est Alligatos & Confœderatos præbeatur; *Princeps* sic in contrarium aliquid Attemptans, vel Belli suspitionem inferens, super hoc admonitus & requisitus, illico illam Belli Suspitionem auferet, & incontinenti ammovebit.

ITEM, quòd Termini ac Limites Terræ seu Marchiarum Calesiæ, de Obedientiâ *Regis Angliæ* in Confinio Comitatuum A.D. 1492. Boloniæ & Guyennarum, ponentur & Hen. 7. reducentur, ac manutenebuntur, ut actenus fuerunt & erant ante Descensum ipsius Regis in Calesiâ: Et Castella seu Fortilitia quæ Capta & Substracta fuerunt a *Regis Franciæ* Obedientiâ, a die quo ipse *Rex Angliæ* applicuit Calesiæ, utpotè Ardre, la Montare, Lysques, Fyennes, Ostiugbes, & hiis similia, quæ per ipsum *Regem Angliæ*, suos Commissarios, aut Confœderatos, qui sibi in hâc Expeditione adhæserunt, detinentur & occupantur, Reponentur in eo Statu quo nunc sunt unà cum Subditis dictorum Locorum in Obedientiâ *Regis Franciæ*, pari modo & formâ ut erant ante dictum Descensum: Et si hii qui dicta Castella detinent, desisterent huic Articulo parere, *Rex Franciæ*, ejúsve Locumtenens, poterit eos ad hoc Vi & Potentiâ Armorum compellere: Et Detinentibus dicta Castella non dabit *Rex Angliæ* Auxilium, Subsidium, aut Favorem, quinymò non poterunt ut Confœderati Comprehendi in isto Tractatu, nisi dictis Castellis & Fortalitiis primitùs reductis in pristino Statu, quo erant ante Descensum dicti *Regis Angliæ*; Præterea si aliqui dictorum Locorum Subditi fuerint capti Inermes & extra Exercitium Guerræ per Subditos Regis Angliæ, Deliberabuntur & in pristinam Libertatem absque Finantiâ & Redemptione reponentur: Et ibidem fiet de Subditis Terræ Calesiæ, quæ vulgariter Anglicana nominatur.

ITEM, quòd deinceps in Villa Calesiæ, Castellis de Hames & Guysnes, aut in aliquibus Portubus aliisve Locis quibuscúnque sub Obedientiâ *Regis Angliæ*, sive citra sive ultra Mare existentibus, non Recipiantur, Manuteneantur, aut Favorisentur aliqui Armigeri aut Gentes Armorum, quæcúnque Latrocinia, Deprædationes, Furta, Excursus, Piratias, aut Malefacta contra effectum præsentis Tractatûs per Terram, Mare, & Aquas dulces, super & contra Subditos præfati *Regis Franciæ*, aut eorum Bona facientes & exercientes: & pari eodémque modo in Villis Boloniæ, Ardræ, Montoire, Fyennes, Aria, & Mornia, aut in aliquibus Portubus, aliisve locis quibuscúnque sub Obedientia *Regis Franciæ* existentibus, nullatenus Recipiantur, Manuteneantur, aut Favorisentur aliqui Armigeri aut Gentes Armorum quæcúnque Latrocinia, Deprædationes, Furta, Excursus, Piratias, aut Malefacta contra effectum præsentis Tractatûs per Terram, Mare, aut Aquas dulces super & contra Subditos præfati *Principis Angliæ*

6 M aut

A. D. 1492. Hen. 7. aut eorum Bona facientes & exercientes; Et in Casu quo secus fiat, utérque prædictorum Principum eorúmue Amicitiæ Conservatores, Causâ summariè & de plano sine figurâ Judicii cognitâ, pro Parte suâ & quatinus per Se aut Subditos suos aliquid fuerit in contrarium attemptatum, plenam, integram, & promptam faciet seu facient Justitiam, Restitutionem, & Reparationem.

ITEM, si per hujusmodi Armigeros aut Gentes Armorum præter seu contra Præmissa aliqui Prisonarii fuerint Captivati, Gentes Arrestatæ, aut Bona quæcunque Capta, & Causa hujus Captionis & Arrestationis propter rationabilem aliquam Causam non possit tàm summatiè discuti & terminari; tunc in isto Casu primo & ante omnia per Conservatores subscriptos, eorumve Commissarios, aut Locorum Judices, procedetur ad hujusmodi Prisonatiorum, & Arrestatorum, & Bonorum Captorum Deliberationem, & Recredentionem seu Restitutionem, Præstitâ tamen sufficienti cautione standi arbitrio præfatorum Conservatorum, Commissariorum, & Judicium.

ITEM, quòd ex neutrius Principum prædictorum Cancellariâ, aut aliâ Curiâ in posterum concedantur aliquæ Litteræ Represaliarum, Marcæ & Contramarcæ, nisi super & contra Principales Delinquentes, & eorum Bona, eorumve Fautores, vel in casu manifestæ Denegationis Justitiæ, de quâ per Litteras Summationis aut Requisitionis & prout de Jure requiritur sufficienter constabit.

ITEM, quòd, si durantibus Pace & Amicitiis præfatis aliquid contra Vires & Effectus eorundem per Terram, Mare, aut Aquas dulces per aliquem ipsorum Principum, eorundémve Hæredum & Successorum, vel eorundem Subditos, Vassallos, Subditos, Alligatos, aut eorum Alligatorum Hæredes aut Successores in hiis Amicitiis comprehensorum, Subditos vel Vassallos fuerit attemptatum, actum, aut gestum, Nichilominus tamen hæc Pax sive Amicitia in suis Viribus, durante Termino prædicto, permanebit, & pro ipsis Attemptatis solummodò Pugnientur ipsi Attemptantes & Dampnificantes, & non alii.

ITEM, quòd in præsenti Tractatu Pacis & Amicitiæ comprehendentur Alligati & Confœderati utriusque Partis subsequenter Nominati (videlicet) pro Parte Christianissimi *Regis Franciæ*,

Sacra Majestas Imperialis, cum *Electoribus Imperii*, Serenissimi Principes *Reges Castellæ*, *Arragonum*, *Scotiæ*, *Ungariæ*, & *Bohemiæ*, *Neapolis*, *Scotiæ*, *Portugaliæ*, & *Navarriæ*, Potentissimique Principes *Dux & tota Domus Bavariæ*, *Duces Sabaudiæ*, *Mediolaneni*, *Lothoringiæ*, *Gheldriæ*, *Dux Dominium* & *Communitas Leodicensium*, *Communitates Florentinorum*, *Genuentium*, *Ligæ novæ* & *antiquæ Suetentium* & *Confederatorum*, Et alii quicunque quos ipse *Rex Franciæ* in suis Litteris præsentis Tractatûs Confirmatoriis nominare voluerit, A. D. 1492. Hen. 7.

Ac pro parte illustrissimi *Regis Angliæ*,

Sacratissimus Princeps *Maximilianus Romanorum Rex*, ejusque Filius Dominus *Philippus Archidux Austriæ*, eorundémque Hæredes & Successores, *Reges Hispaniæ*, *Portugaliæ*, *Neapolis*, *& Daciæ*, *Duces Calabriæ* & *Ferrariæ*, & *Societas* & *Communitas Hansæ Teutonicæ*, & alii quicunque, quos ipse *Rex Angliæ* in suis Litteris præsentis Tractatûs Confirmatoriis nominare voluerit,

Qui quidem Alligati & Confœderati prædicti (videlicet) præfati *Rex Romanorum*, ejusque Filius Dominus *Philippus Archidux Austriæ*, infra Quatuor, & Reliqui infra Duodecim Menses, Datam præsentis Tractatûs proximè & immediatè sequentes, per Literas Magno Sigillo suo sigillatas, Principi eos comprehendenti, si per eum velint Comprehendi, declarabunt & significabunt; Idémque Princeps alteri Principi infra dictos Quatuor Menses quoad *Regem Romanorum*, & *Dominum Archiducem* ejus Filium, & quoad Reliquos infra Duodecim Menses per Litteras suas Magno Sigillo suo sigillatas, præfatis Litteris dictæ Comprehensionis Declaratoriis annexas, eandem Declarationem notificabit, priúsque quàm dicta Notificatio & Certificatio, ut præmittitur, facta fuerit, dicti nominati pro Comprehensis nullatenus censebuntur.

ITEM, & si dictus *Rex Romanorum*, ejúsve Filius *Dominus Archidux* prædictus, pro Se, Hæredibus, & Successoribus suis atque Patriis, modo, tempore, & formâ prædictis Declaraverint Se velle in præsenti Tractatu Comprehendi, & postmodùm præfatus *Rex Franciæ*, ejusve Hæredes, aut Successores, contra eos vel eorum alterum, per Captionem alicujus Villæ, nunc sub Obedientiâ eorum, vel alterius eorum existentis, Bellum movere, vel cum Exercitu seu Potentiâ Armorum eorundem vel eorum alterius Patrias Terras, vel Dominia intraverit; tunc & in isto Casu benè licebit præfato *Regi Angliæ*, ejúsq; Hæredibus & Successoribus, præfato Domino *Regi Romanorum*, ejusque Filio *Domino Archiduci*, eorum Hæredibus & Successoribus Sucurrere & Subvenire, præ-

5 senti

A.D. 1492. Hen. 7. senti Tractatu non obstante, sed in suo Robore nichilominus manente: Et si præfatus *Rex Romanorum*, vel ejus Filius *Dominus Archidux* prædictus aut aliquis alius nomine eorum, vel Hæredum aut Successorum suorum, per Captionem alicujus Villæ, nunc sub Obedientiâ præfati *Regis Franciæ*, existentis, eidem *Regi Franciæ* ejúsve Hæredibus aut Successoribus Bellum moveret, vel cum Exercitu, seu Potentiâ Armorum, Patrias sub Obedientiâ suâ nunc existentes intraverit; tunc & in isto Casu non licebit præfato *Principi Angliæ* eosdem Juvare Gentibus Armorum vel Pecuniâ.

ITEM, si per Subditos vel Adhærentes præfati *Regis Romanorum*, aut *Domini Archiducis* ejus Filii prædicti, eorúmve Hæredum aut Successorum, contra Jura, Patrias, aut Subditos præfati *Regis Franciæ* modo Hostili, aut Viâ Facti aliquid fiat aut attemptetur, quod in Dampnum & Præjudicium eorumdem Principis aut Subditorum cedere possit, & præfatus Dominus *Rex Romanorum*, ejúsve Filius *Dominus Archidux* prædictus, eorumdemve Locumtenentes aut Officiarii, pro Justitiâ & Reparatione super hoc faciendis debitè submoniti & requisiti, Justitiam & Reparationem infra Unum Mensem, ipsam Submonitionem proximè sequentem, facere denegaverint vel neglexerint; tunc & in isto Casu præfatus *Rex Franciæ*, ejúsve Locumtenens, sive Commissarius, præfato Mense elapso, suâ Auctoritate & per viam Facti ad Reparationem hujusmodi faciendam procedere poterit, absque eo quòd propter hoc præsens Pax seu Amicitia in aliquo rumpatur & violetur.

ITEM, quòd omnes & singuli Habitatores, Incolæ & Subditi Civitatis, Villarum, & Ballivatuum de Tornaco & Tornesio, Montagne, de Sancto Amando, tanquam Subditi Regni sunt nomminatim & expressè in præsenti Tractatu comprehensi.

ITEM, quòd pro firmiori & inviolabili prædictarum Pacis, Amicitiæ & Fœderum observantiâ, & confirmatione, Electi & Nominati sunt ex parte ipsius Christianissimi *Regis Franciæ* Conservatores subsequentes,

Primo (viz.) pro Patriâ & Ducatu Normaniæ, Potentissimus Princeps Dominus *Dux Aurelianensis*; Pro Patriâ Linguæ Occitanæ, & aliis partibus Regni, in quibus non erunt nominati Conservatores, Potentissimus Princeps Dominus *Dux de Berbonio*; pro Patriâ & Ducatu de Guyenne Dominus *Comes d'Angoulesme*; pro Patriâ & Ducatu Britaniæ *Dominus Princeps de Oregia*; pro partibus Arthesii & Picardiæ ipse *Dominus des Querdes*; pro Patriâ, Ducatu, & Comitatu Bourgondiæ *Dominus de Baudrecourt*; & pro Partibus Maritimis *Dominus de Graville* Admirallus Franciæ; Salvo Mari Aquitaneo, in cujus Districtu dictus *Princeps de Auregiâ* erit Conservator. A.D. 1492. Hen. 7.

Poterúntque Conservatores supranominati in Patriis & Locis sibi ordinatis delegare & deputare Commissarios sub Se; Et si aliqui ex prænominatis Conservatoribus ab hâc Luce decederint, Successores eorum in statu Gubernatoris seu Locumtenentis Patriarum in quibus committuntur habebuntur quoad hanc Conservatoriam loco dictorum Decedentium.

Et pro Parte dicti Serenissimi *Principis Angliæ*.

Præclarissimus Avunculus suus, Illustrissimus *Dux de Betford, Cancellarius, Thesaurarius, & Admirallus Angliæ, Deputatus Quinque Portuum, Custos Privati Sigilli*, & *Locumtenens dicti Regis Calesiæ* pro tempore existentes.

Qui quidem Conservatores dictorum Principum, ac utrinsque eorum, & Duo aut unus ipsorum, ex Parte saltem Principis Subditorum Dampnificantium, qui super hoc requiretur vel requirentur, habeat seu habeant Auctoritatem & Potestatem, virtute hujus Contractûs, ipsos Dampnificantes coram Se Vocandi, Conveniendi, & Examinandi: Et ipsos sic Examinatos, secundùm quod Justitia exigerit & requiret, Convincendi & Pugniendi, Attemptata & Dampna, contra Vires hujus Tractatûs illata, unà cum Expensis Dampnificatorum Reficiendi & Reparandi. Et si contingat ipsos Conservatores, per dictos Principes sic ut præmittitur nominatos, vel Commissarios, super Reformatione aliquorum dictorum Attemptatorum fore Discordes, & inter eos super inde concordare non valentes; quòd eo ipso & extunc Causa illa referatur Consilio Principis Subditorum sic Dampnificatorum, aut si opus sit utriusque Principis, Dum tamen dicta Causa, sive coram Conservatoribus aut unius vel utriusque Principis Consilio ventilanda, summariè & de plano coram eis examinetur, & felici Marte terminetur. Et dictorum Conservatorum pro utráque Parte Sententiæ Interlocutoriæ & Diffinitivæ Præcepta & Decreta incontinenti & indilatè dabuntur Executioni, non obstantibus Appellationibus quibuscunque.

ITEM,

A. D. 1492. Hen. 7.

Item, Communicatum & Conclusum est quòd præfatus Illustrissimus Princeps *Rex Angliæ* dictam Amicitiam sic inter eum, ejusque Hæredes & Successores, & Illustrissimum *Regem Franciæ*, atque ipsius Hæredes & Successores, ut præmittitur, contractam, atque omnia & singula Capitula prædicta in hiis Litteris contenta, per suas Litteras Patentes, suo Magno Sigillo sigillatas, Manúque propriâ subscriptas, & Juramento vallatas, Ratificabit & Confirmabit, ipsamq; Amicitiam & dicta Capitula, sic per eum Ratifficata, Confirmata, & Jurata, per Tres Status Regni Angliæ (videlicet) per Prælatos & Clerum, Nobiles & Communitates ejusdem Regni, ritè & debitè, Convocatos infra Duodecim Menses proximos post Datam Præsentium, Ratifficari & Confirmari faciet:

Et peræquè Serenissimus & Christianissimus *Rex Franciæ* Amicitiam & Capitula antedicta, per suas Litteras Patentes, suo Magno Sigillo sigillatas, Manúque propriâ subscriptas, & Juramento vallatas, Ratifficabit & Confirmabit, ipsámque Amicitiam & Capitula sic per Eum ratifficata, confirmata, & jurata, per Tres Status Regni sui Franciæ (videlicet) per Prælatos & Clerum, Nobiles & Civitates ejusdem Regni, ritè & debitè convocatos, infra dictos Duodecim Menses ratifficari & confirmari faciet; Quódque uterque Principum prædictorum prædictam Amicitiam, & omnia Capitula antedicta, per Sedem Apostolicam & Auctoritatem ejusdem, infra Sex Menses, dictos Duodecim Menses proximè sequentes, Confirmari, Vallari, & Roborari pro viribus procurabit, & cum effectu faciet:

Et, insuper, uterque Principum prædictorum infra Terminum supradictum instanter & cum effectu requiret Sacrosanctam Sedem Apostolicam, & *Summum Pontificem*, quòd ferat Sententiam Excommunicationis nunc pro tunc, & tunc pro nunc, in Eum ex prædictis Duobus Principibus, qui omnia & singula Capitula, in præsenti Tractatu contenta, quatenus ipsum concernunt, non Observaverit, præter & ultra Sententiam Interdicti, in ejus Regnum, Patrias, Terras, & Dominia; non obstante aliquo Privilegio in Genere vel in Specie, illis aut eorum alicui, sub quâcúnque verborum serie concesso, cui dicti Principes palam, publicè, & expressè Renunciant, & Nos Nominibus eorumdem, sufficienti Auctoritate in hâc parte nobis attributâ, Renunciamus expressè in hiis scriptis.

Insuper, Nos, Serenissimi & Christianissimi Domini nostri *Regis Franciæ* Ambassiatores & Commissarii antedicti, Promittimus, & eundem Dominum nostrum Supremum Regem Christianissimum, Potestate ut præmittitur ab ipso nobis commissâ, Obligamus per Præsentes, quòd idem Dominus noster *Franciæ Rex* omnia & singula Præmissa Ratificabit, Auctorisabit, & Confirmabit, Eáque realiter & cum effectu pro Parte suâ exequetur, & faciet quæ Præmissorum Tenor exiget & requiret, suásque Litteras Patentes, subinde debitè confectas, Magno suo Sigillo munitas, Illustrissimo Principi Confratri & Consanguineo suo Carissimo, *Angliæ Regi* supradicto, cùm ad hoc debitè requisitus fuerit, deliberabit, deliberarive faciet.

In quorum omnium & singulorum Testimonium & Approbationem Nos, Ambassiatores Franciæ supranominati, præsentes Litteras, Signis nostris Manualibus subsignatas, Sigillo nostri *Domini des Querdes* pro Nobis omnibus muniri fecimus.

Datum *apud Stapulas supra Mare*, Tertiâ Die Novembris, Anno Domini, Millesimo Quadringentesimo, Nonagesimo secundo.

Sic Signatum,
P. de Crevecuer,
L. de Hallewin,
F. de Crequy,
R. de Lannoy,
J. Daffay.

Notum Facimus, quòd Nos, Appunctuamenta & Capitula prædicta, ac omnia & singula in eis contenta, & specificata, Rata habentes & Grata, ea pro Nobis, Hæredibus & Successoribus nostris, quantum ad nos & ipsos attinet, Acceptavimus, Ratifficavimus, & Confirmavimus, ac per Præsentes Acceptamus, Ratifficamus, & Confirmamus.

In cujus rei Testimonium hiis Litteris Patentibus, nostro nomine subsignatis, fecimus apponi Sigillum nostrum Magnum.

Datum *Montilis prope Turon*; Die Sextâ Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Nonagesimo secundo & Regni nostri Decimo.

Charles.

Sub Magno Sigillo Regis Franciæ de cerâ Albâ, pendente a caudâ Pergamenâ.

De

A. D. 1492.
Hen. 7.

De Licentia Eligendi.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 4.

REX, Dilectis Nobis in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Herefordensis*, Salutem.

Ex parte vestra Nobis est humiliter Supplicatum ut,

Cum Ecclesia vestra prædicta, per Mortem, bonæ memoriæ, *Thomæ, nuper ibidem Episcopi*, Pastoris solatio sit destituta, alium vobis Eligendi in Episcopum & Pastorem Licentiam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam; A. D. 1492.

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Episcopum & Pastorem, qui Deo Devotus, Ecclesiæ vestræ Necessarius, Nobisque & Regno nostro Utilis & Fidelis existat.

In cujus &c.

Teste *Arthuro Primogenito nostro Principe Walliæ Custode Angliæ*, apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Novembris.

De Licentia.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 13.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Consideratione boni & fidelis Servitii, quod Fidelis & Prædilectus Miles noster *Humfredus Talbot* Nobis ante hæc tempora impendit, & quòd Pax inter Nos & Consanguineum nostrum Franciæ jam nuper est conclusa, de Gratia nostra speciali, ac certis aliis de Causis Nos moventibus,

Concessimus ei Licentiam pro Se, & Sex Soldariis de Villa nostra Calesii in Comitiva sua, quòd ipsi a dicta Villa nostra usque Jerusalem, aliaque Loca ad quæ *idem Humfredus* Votum fecerit, peregrinare valeant, absque aliquâ Contrarotulatione, super eodem *Humfredo* aut super dictis Sex Soldariis sibi comitantibus, dùm sic absentes fuerint, faciendâ; A. D. 1492.

Ita quòd *idem Humfredus* sufficientem Deputatum suum in Officio Marescalli Villæ nostræ prædictæ, durante Absentiâ suâ prædictâ, constituat, & quòd, post Adventum suum a Peregrinatione illâ, habeat & occupare valeat, ad Arbitrium & Beneplacitum nostra, dictum Officium Marescalli per Se, vel per sufficientem Deputatum suum.

In cujus &c.

Teste *Arthuro Primogenito nostro Principe Walliæ Custode Angliæ*, apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Conventionibus in Villa de Stapula initis, Juramentum Caroli Franciæ memorati.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Calig. D. 6. Bibl. Cotton.

NOUS Promettons, sur nostre Honneur en Parolle de Roy, & Jurons sur la Canon de la Messe & Sainctes Evangilles par Nous presentement touchees, & sur le fenst de la vraye Croys que touchons pareillement, que Nous entretiendrons & ferons entretenir par noz Royaulme, Paiis, Seigneuries, & Subgettz, Fermement & Inviolablement, le Traicte de Paix, Union, & Amitie fait & conclu, en la Ville d'Estaples, *le Tiers Jour de Novembre derreiner passe, par les Ambassadeurs & Orateurs commis de Treshault & Trespuissant Prince nostre Trescher Frere & Cousin* le Roy Henry d'Angleterre *& les nostres,*

Et oultre Ratiffions, Approuvons, & avons Agreable tous & chascuns les Poinctz & Articles en tout leur effect & contenu, qui sont plus au long declarrez en tous & chascuns les Traictez, Appandances, & Deppendances d'iceulx, faiz au dite lieu d'Estaples entre lei dites Ambassadeurs, Datees du Date sus dite, A. D. 1492.

Et Jurons, comme devant, iceulx & chascun Garder & inviolablement Tenir de Poinct en Poinct, sans a yceulx ne l'un d'eulx Contrevenir, ne aler a l'encontre en aucune maniere,

Et, d'abondant, Jurons que, de ce Jour en avant, Nous ferons bon Frere & Amy a nostre dit Cousin d'Angleterre *& Luy Aide-*

A. D. 1492. Hen. 7. *Aiderons & Assisterons, a nostre loyal povoir, en tout ce que concernera le bien Estat & Seurete de sa Personne.*

Coppia præscripta concordat cum Originali Juramento, præstito per Serenissimum Principem atque Christianissimum præfatum, in Plessiaco de Parco juxta Civitatem Turonensem, Die Sextâ Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo; Præsentibus Illustrissimis Principibus Dominis, *Aurelianensi & Bourbonensi* Ducibus,

De Alebreto & de Lyney Comitibus,

Necnon Reverendo in Christo Patre & Domino Domino *Petro de la Donze* Episcopo Lectorensi,

Adam Fumer & Johanne Dauffay Regiis Consiliariis,

Ex sua Parte,

Ac Illustri & Nobili Viro Domino *Egidio d'Ebenay* Milite Ordinis Garterye,

Venerabili & Circumspecto Viro Domino *Christoforo Urswick* Decano Ecclesiæ Cathedralis Eboracensis,

Ac Nobili Viro Domino *Johanne de Rizelay* Milite,

Ambassiatoribus prædicti Serenissimi Angliæ Regis, & nobis Notariis subscriptis.

N. Ju. Dansque.
O. Mesoute.

CHARLES.

Confirmatio Regis Franciæ super Obligatione Domini de Querdis.

A. D. 1492. An. S. H. 7. Ex Autogr.

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut. Comme en faisant & traictant la Paix *d'entre Nous*, noz Roiaumes, Paiis, Seigneuries, & Subgectz, & nôtre trescher & tresame Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre*, ses Royaume, Paiis, Seigneuries, & Subgectz, par noz Ambassadeurs & Orateurs, a ce especiallement commis & depputez, ayent este Consenties, Accordees & Baillees aux Ambassadeurs & Orateurs de nostre dit Frere & Cousin les Lettres, dont la Teneur est telle,

Philippes de Crevecuer Seigneur des Querdes & de Lannoy Mareschal de France Lieutenant & Cappitaine general du Roy nostre Seigneur es Merches d'Arthois & de Picardie Chevalier de son Ordre, *Loys de Hallewin Seigneur de Pyennes, Francois de Crequy Seigneur de Dourrier, Raoul de Lannoy Seigneur de Morviller*, Chevaliers, Conseilliers, & Chambellans, *Jehan Dauffay* Conseiller & Maistre des Requestes de Treshault & Tresexcellent Prince nostre Tresredoubte & Souverain Seigneur *Charles*, par la Grace de Dieu, *Roy de France* Tres Chiistien, ses Ambassadeurs, Orateurs, Procureurs, & Commis en ceste Partie, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, en traictant & concluant entre Nous Ambassadeurs dessus nommez d'une Part, & Reverend Pere en Dieu Monsieur *Richard Evesque de Bath. & de Wellen.* Garde du Prive Seel, *Gilles d'Aubeney Seigneur d'Aubeney* Chevalier de l'Ordre de la Jartiere, Lieutenant Principal a Calais, *Christofle Bisbbeck* Doyen de l'Eglise Cathedral de Yorck, *Henry Aynesworth* Docteur es Loix, & *Jaques Tirel* Lieutenant des Guesnes, Ambassadeurs de Treshault & Trespuissantt Prince *le Roy d'Angleterre*, d'autre Part, la Paix, Union, & Amitie des diz Roys, leurs Royaumes, Paiis, Seigneuries, & Sobgectz, ait este par Nous ou Nom du Roy nostre dit Seigneur consenty & accorde l'Article cy apres inseree, & que d'icellui se feroient Lettres a part, *du quel Article la Teneur est tel,*

Que,

Pour l'Acquict del' Obligation que a le Roy d'Angleterre, *de Madame* Anne de Bretaigne Royne de France, *par la quelle est Submisse de Lui rendre & restituer les Despens & Mises qu'il a fait pour l'Entretenement des Gens de Guerre Secours & Ayde faiz par le dit Seigneur, les quelz Despens & Mises les diz Ambassadeurs d'Angleterre afferment & offrent faire apparoir par la maniere declairee en la fin de cest Article, qu'ilz montent a la Somme de* Six Cens Vingt Mil Escus d'Or,

Et aussi pour l'Aquict de l'Obligation que le feu Roy Edouard *avoit du* feu Roy Loys, *& des Arreraiges de Huit Termes montans* Cent Vingt cinq Mil Escus d'Or,

Les quelles Obligations seront tenues pour anullees, & celle de la Royne, *& toutes autres touchant le fait de Bretaigne seront rendues desmaintenant, & celles*

A.D. 1492. Hen. 7. celles du feu Roy Loys *si tost que le* Roy d'Angleterre *l'aura trouvee, dont il promectra faire son Povoir & Acquit,*
Le Roy de France *& ses Hoirs,*
Pour ces Causes & autres Considerations a ce le mouvans,
Payera ou fera paier au dit Roy d'Angleterre, *& ses Hoirs, la Somme* de Sept Cens Quarante Vintz Mil Escus d'Or, *& en baillera semblables Lettres d'Obligation & Seuretez que* le feu Roy Loys, *pour le Traictie de Picquegny, bailla au dit* feu Roy Edouard, *a paier la dessusditte Somme par Annees, par chacun An* Cinquante Mil Francs Ving Solz Tournois pour le Franc, *qui ce paieront en Escus d'Or* de xxxv. Sols Monnoye a present courant pour chacun Escu, *a Deux Termes, de Demy An en Demy An,*
Et dont le Premier escherra le Premier Jour de May prouchain venant,
Et le Second le Premier Jour de Novembre apres ensuivant,
Et aussi de An en An, & de Terme en Terme, jusques au plain & entier Paiement de la dessusditte Somme de Sept Cens Quarante Cinq Mil Escus,
Le quel Paiement se fera en la Ville de Calais, & se le Tresorier, ou autre, qui apportera l'Argent fait savoir sa venue au dit Seigneur d'Aubeny, *ou en son Absence, au Depputé de Calais, il envoyera Gens pour le Conduyre depuis qu'il sera entre les Pales & Limittes* du Roy d'Angleterre, *jusques au dit Lieu de Calais:*
Et pour ce que, en l'Obligation de la Royne, *n'est specifiée ne declairée Somme certaine, les diz Ambassadeurs d'Angleterre ont offert, que icellui* Roy d'Angleterre *en dedeins ung An ordonnera & commettra son Tresorier, & autres Officiers qui auront conduict la Despense dont preceddé la ditte Somme,*
Et, en la presence des Officiers de Bretaign, ou autres, telz que le Roy de France y ordonnera & commettra, les dites Despenses & Mises seront veues & veriffiees par l'Affirmation du Roy d'Angleterre, *Serment des diz Officiers, ou autrement duement,*
La quelle Affirmation du dit Seigneur le Roy *se fera sur le Serement des diz Officiers, ayans conduict la dits Dispence,*
Et soit que le dit Seigneur Roy d'Angleterre, *afferme la ditte Somme de* Six Cens Vingt Mil Escus, *ou autre mendre, la ditte Somme affermée sera Paiee par* le Roy de France, *aux Termes & par la maniere que dessus,*
Et seront baillees aux Commis du Roy de France, *qui yront en Angleterre les doubles par Extract des Comptes des dites Despenses & Mises,*

A.D. 1492. Hen. 7. *Savoir faisons* que, voulans proceder de bonne foy avec les diz Ambassadeurs d'Angleterre, Nous confessons le dit Article, & le Contenu en icellui avoir, par Nous ou Nom du Roy nostre dit Seigneur & Maistre, esteconsenty, accorde, & conclu, & derechef en vertu du Povoir a Nous donne en ceste Partie, insere es dittes Lettres de Paix & Amittie, Accordons & Consentons, Concluons & Voulons qu'il soit d'au tel Valleur & pareil Effect comme s'il feust dedans les Lettres du dit Traictie de Paix & Amittie,

Et d'abondant leur Promettons, comme aux Ambassadeurs & Procureurs du dit Seigneur *Roy d'Angleterre*, de faire veriffier le dite Article & tout le Contenn en icelluy par *le Roy nostre dit Seigneur,*

Et que, par ses Lettres Patentes Signees de sa Main, & seellees de son Grant Seel, il Promettra & Se Submettra paier la ditte Somme *de Sept Cens Quarante Cinq Mil Escus*, pour les Causes aux Jours Termes & par la Maniere dessus declairees,

Et de ce fera & baillera pareilles Seuretez que *feu le Roy Loys* son Pere (cui Dieu absoille) feust & bailla au *feu Roi Edouard* d'Angleterre pour les Sommes qu'il deubt Paier par le Traictie fait entre eulx a Picquegny.

En Tesmoing de ce Nous Ambassadeurs dessus nommez avons ces Presentes Signees de noz Mains fait seeller du Seel de Nous *Seigneur des Querdes* pour Nous tous.

Donne a *Estaples sur la Mer* le iii. Jour de Novembre, l'An Mille, Quatre Cens, Quatre Vings & Douze.

Ainsi Signè,
Philippes de Creveceur.
L. de Hallewin.
F. de Crequy.
R. de Lannoy, &
J. Dauffay.

Savoir faisons que, Nous ayans les Lettres & Article dessusdites, & le Contenu en iceulx pour agreable, Nous tout ce que dessus est dit, avons Gree, Ratiffie, Conferme, & Approuve, & par ces Presentes pour Nous, noz Hoirs & Successeurs, Greons, Ratiffions, Confermons, & Approuvons.

En

A. D. 1492. Hen. 7.

En Tesmoing de ce Nous avons Signe ces Presentes de nostre Main, & fait seeller de nostre Grant Seel.

Donne aux *Montilz les Tours* le Sixiesme Jour de Decembre, l'An de Grace Mille, Quatre Cens, Quatre Vings & Douze, & de nostre Regne le Dixiesme.

Sub Plicâ,

CHARLES.

Super Plicam,
Par le Roy,
Messeigneurs *les Ducz d'Orleans & de Bourbon,*
Les Contes de Lucey & Dalebret,
Les Evesques de Lettore & de Lusson,
Les Seigneurs de Myolans, d'Aubigny, & de Grynault, d'Argenton, de Dourrier, de Mourvillier, de Boisy, de Scors, & de Chandee, & des Roches,
Maistres *Jehan Dauffay & Jehan Rabot, Michel Gaillart* Chivalier, *Guille Britonnet & Jehan de Bidaue* Generaulx des Finances, & autres Presens.

ROBERTET.

Sub Sigillo de Cerâ albâ pendente a cauda Pergamenæ.

Ejusdem Litera de Rebellibus non auxiliandis.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ex Autogr.

Karolus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis & singulis, præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Notum facimus quòd,

Pro securiori Firmitate & Observatione Pacis seu Amicitiæ, nuper *inter Nos* & Carissimum Fratrem & Consanguineum nostrum, *Henricum Angliæ Regem* factæ & conclusæ,

Nos, ultra Articulos, in Tractatu dictæ Pacis specificatos, & per Nos Ratificatos, Conclusimus & Concordavimus, ac per Præsentes Concordamus & Concludimus Articulum subsequentem; videlicet,

Quòd, dictis Amicitiis durantibus, neuter nostrûm Regum, seu Hæredum nostrorum aliquibus Rebellibus sive Proditoribus, seu Rebelli sive Proditori, alterius Nostrûm, qui in aliquem Locum Obedientiæ nostræ seu alterius Nostrûm declinaverint seu declinaverit, quoquomodo dabit seu præstabit Consilium, Auxilium, Favorem, Subsidium, aut Assistentiam adversus alterum Nostrûm, cui Rebelles extiterint, seu Rebellis extiterit.

In cujus Rei Testimonium Literis præsentibus, Manu nostrâ subscriptis, Sigillum nostrum Magnum fecimus apponi.

Datum *Ambasiæ* Die Decimâ tertiâ Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, & Regni nostri Decimo.

CHARLES.

In Dorso.
Per Regem,
Duce Aurilianensi,
Comite de Liney,
Dominis de Curton, d'Aubigny, de Grunault, de Dourrier, de Morvillier, de Chandee, & des Roches, Magistro *Johanne Dauffay,*
Et aliis Præsentibus.

ROBERTET.

Sub Sigillo cereo, albi coloris, pendente a duplici Cauda Pergamenæ.

Sigillum circumscribitur hoc modo, viz. Karolus, *Dei gratiâ*, Francorum Rex.

Literæ Karoli Franciæ super Prorogatione Termini Trium Statuum Congregandorum.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ex Autogr.

Karolus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, Universis, præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Cùm, per Fœdera Pacis & Amicitiarum, *inter Nos* & Carissimum Fratrem & Consanguineum nostrum *Henricum Angliæ Regem*, Regna, Patrias, & Subditos utriusque Nostrûm, Die Tertiâ Mensis Novembris proximò præterii, *apud Stapulas supra Mare*, facta & conclusa fuerit, inter cætera, Dictum & Concordatum,

Quòd, infra Duodecim Menses proximò tunc sequentes, dictus Frater & Consanguineus noster omnia Capitula Pacis & Amicitiarum, per eum Jurata, & suis Litteris Patentibus Ratificata & Confirmata, per Tres Status Regni Angliæ, ritè & de-

A. D. 1492. Hen. 7. & debitè Convocatos (videlicet) per Prælatos & Clerum Nobiles & Communitates ejusdem Regni, Ratifficari & Confirmari faceret,

Et peræquè Nos Amicitiam & Capitula antedicta, per Nos Jurata, & nostris Litteris Patentibus Ratifficata & Confirmata, per Tres Status Regni nostri (videlicet) per Prælatos Clerum, Nobiles, & Communitates ipsius Regni, ritè & debitè Convocatos, infra dictos Duodecim Menses Ratificari & Confirmari faceremus,

Verùm, quia Congregatio Trium Statuum Regni Angliæ, & similiter Regni nostri non sine magnis Expensis & Sumptibus fieri potest, *Notum facimus* quòd desiderantes Sublevamini Subditorum utriúsque Nostrûm providere, Nos, absque aliquâ Innovatione seu Præjudicio in reliquis Capitulis dicti Tractatûs Pacis sive Amicitiarum, sed ipsis & eorum quolibet in suo Robore & Vigore manentibus, Consentimus & Concordavimus, ac per Præsentes Consentimus & Concordamus quòd Raifficatio seu Confirmatio, fienda per Tres Status Regni Angliæ, & similiter per Tres Status Regni nostri, modo & formâ in dicto Tractatu Pacis declaratis, Prolongetur usque ad proximam Congregationem Trium Statuum, quam ipse Frater & Consanguineus noster pro aliis Agendis sui Regni Angliæ faciet seu fieri ordinabit, & quam similiter pro Agendis Regni nostri faciemus seu fieri ordinabimus;

Proviso tamen quòd hujusmodi Congregatio Statuum fiat infra Triennium proximè sequens,

Et, casu quo alia Materia non occurrat dictam Congregationem faciendi infra jam dictum Triennium, ipse Consanguineus noster *Rex Angliæ* & *Nos* similiter Tenebimur, & uterque Nostrûm tenebitur & procurabit cum effectu, quòd hujusmodi Ratificationes seu Confirmationes per Status utriusque Regni Respectivè, qui ob Causam convocabuntur, infra dictum Triennium fient modo & formâ in Articulis dictarum Pacis & Amicitiæ conventis. A. D. 1492. Hen. 7.

In cujus Rei Testimonium Litteris præsentibus Manu nostrâ subscriptis Sigillum nostrum Magnum fecimus apponi.

Datum *Ambasiæ* Die Decimâ tertiâ Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, & Regni nostri Decimo.

CHARLES.

In Dorso.
Per Regem,
Duce Aurilianen.
Comite de Lyncio,
Dominis de Curton, d'Aubigny, de Gruuault, de Dourrier, de Morviller, de Chaudee, & des Roches,
Magistro *Johanne Dauffoy,*
Et aliis Præsentibus.

ROBERTET.

Sub Sigillo prædicto, eodem modo circumscripto.

Instrumentum autentiquum super Obligatione Regis Charoli Franciæ, facta sub Pœna nisi coram Vicario Generali Archiepiscopo Turonensis, &c.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Ex Autogr. IN DEI NOMINE AMEN.

Per præsens Publicum sive Autenticum Instrumentum cunctis liceat evidenter quòd, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, Indictione Decimâ, Die verò Decimâ Tertiâ Mensis Decembris, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Alexandri*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Sexti* Anno Primo, in Ecclesiâ Collegiatâ Beatæ Mariæ infra Castrum Ambasiæ Turonensis Diœcesis, & in nostrorum Notariorum Publicorum, Testiúmque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, præsentiâ personaliter existens Serenissimus & Christianissimus Princeps *Carolus*, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, ex suâ benignitate & spontaneâ voluntate supposuit & submisit se, quoad Infrascripta, Curiæ Archiepiscopali Turonensi, & *Johanni Brete* Sacræ Paginæ Professori Thesaurario Ecclesiæ Turonensis ac Reverendissimi in Christo Patris Domini *Roberti Archiepiscopi* Turonensis Vicario Generali, nostræque Jurisdictioni, ipsámque nostram Jurisdictionem in eum quoad infrascripta ritè, legittimè, & debitè, ac ex certâ Scientiâ suâ prorogavit, corámque nobis *Johanne Brete* Vicario Generali antedicto, Judice sic in eâ parte competente, ac pro Tribunali Seden- A. D. 1492.

A. D. 1492. Hen. 7. te dictus Sereniſſimus Princeps *Carolus Franciæ Rex* Recognovit & Confeſſus fuit Se, Hæredéſque ſuos Debere, Teneri, & juſtè Obligari Illuſtriſſimo Principi *Henrico*, eadem gratiâ, *Angliæ Regi*, & ejus Hæredibus, ad ſolvendom eidem & ejus Hæredibus, aut ejus ſeu eorum Deputato vel Deputatis, Summam *Centum & Viginti quinque Milium Coronarum Auri, unaquâque Coronâ valente xxxv. Turanenſes Monetæ jam currentis in Francia*, pro Arreragiis Debitis bonæ memoriæ *Edwardo nuper Angliæ Regliæ Regi*, ratione Obligationis factæ per, inclitæ Recordationis, Domioum *Ludovicum nuper Francorum Regem*:

Et inſuper ad ſolvendum eidem *Regi Henrico*, & ejus Hæredibus, aut ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, pro Expenſis per eundem *Regem Henricum* factis pro Defenſione *Dominæ Annæ de Britannia, nunc Franciæ Reginæ*, & Patriæ Britanoiæ, Summam *Sexcentarum & Viginti Milium Coronarum Auri*, ſub modo & formâ ſubſeqoentibus, videlicet,

Dictus *Carolus Francorum Rex*, pro Cauſis ſupradictis, & aliis Conſiderationibus ipſum moventibus, promittit Se, ſuóſque Hæredes Solvere & Deliberare, Solvíve & Deliberari facere *Regi Angliæ* ſupradicto, & ejus Hæredibus aut ejus ſeu eorum Deputato vel Deputatis, in Villa Caleſiæ Primo Die Menſis Maii proximè futuro *Viginti quinque Milia Francorum in Coronis Auri, Valoris prædicti unoquoque Franco valentes xx. Solidos Turonenſes*, & primo Die Menſis Novembris extunc proximè ſequente *Viginti quinque Milia Francorum in Coronis Auri Valoris ſupradicti* in Loco ſupradicto, & ſic de Anno in Annum, & de Termino in Terminum Solvet & Deliberabit, Solvive & Deliberari faciet eidem *Regi Angliæ*, & ejus Hæredibus, ſeu eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus antedictis, donec & quouſque integra Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Milium Coronarum Auri*, ex cauſis ſupradictis dicto Conſanguineo ſuo *Henrico Angliæ Regi* debita, eiſdem & ſuis Hæredibus, aut ejus ſeu eorum Deputato vel Deputatis, per ipſum & Hæredes ſuos plenè & integrè perſoluta & conteota fuerit, ſub omnibus Pœnis Eccleſiaſticis & Cameræ Apoſtolicæ, Renunciaodo in ea Parte omni Privilegio Cauthelæ, aut Juris Beneficio, Sibi competenti aut competituræ:

Inſuper requiſivit Nos *Johannem Brete* Vicarium antedictum tunc & ibidem in eum Sententiam Excommuoicarioois fulminare, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, niſi annuatim ſicut prædicitur *ipſi Regi Angliæ* ejúſve Hæredibus ſeu ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus antedictis, ſolverit, ſolvíve fecerit Summam *Quinquaginta Milium Francorum in Coronis Auri* Valoris ſupradicti, donec & quouſque ex Cauſis prædictis dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Milium Coronarum Auri* Valoris ſupradicti, per ipſum & Hæredes ſuos *præfata Regi Angliæ* & Hæredibus ſuis pleoè & integrè perſoluta & cootenta fuerit. A. D. 1492. Hen. 7.

Nos igitur, *Johannes Brete* Vicarius antedictus, Deum præ oculis habentes & pro Tribunali ſedeotes, viſis prædictis confeſſatis, præfatum Sereoiſſimum *Principem Carolum* monuimus & eidem injunximus, & Præſentium Tenore monemus & iujungimus, quòd annuatim & ſingulis Annis ſolvat, ſolvíve faciat in Coronis Auri *eidem Regi Angliæ* & ejus Hæredibus, ſeu ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus aotedictis, in Coronis Auri æſtimationis prædictæ Summam *Quinquaginta Milium Francorum* Valoris ſupradicti, donec & quouſque dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Milium Coronarum Auri* Valoris ſupradicti, ex ſupradictis Cauſis eidem *Regi Henrico* debita, eidem & ejus Hæredibus per præfatum *Regem Carolum* & ejus Hæredes plenè & integrè perſoluta & contenta fuerit; Et hoc ſub Pœnâ Excommunicationis: Quam quidem Sententiam Excommunicationis nos *Johannes Brete* Vicarius antedictus, io eundem Sereniſſimum Principem *Carolum Francorum Regem* exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc ferimus & promulgamus in hiis Scriptis, niſi *præfato Regi Angliæ* & ejus Hæredibus, ſeu ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus antedictis, ut præmittitur, Solvetit, Solvíve fecerit annuatim in Coronis Auri *Quinquaginta Milia Francorum Monetæ jam Currentis in Francia* Valoris ſupradicti, ac donec & quouſque dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Milium Coronarum Auri* ex Cauſis prædictis, ut præmittitur, eidem *Regi Henrico* & ejus Hæredibus aut ejus ſeu eorum Deputato vel Deputatis, per præfatum *Regem Carolum* plenè & integrè Perſoluta & Contenta fuerit, ipſúmq; ſic Excommunicatum publicè Nunciari volumus, ſicque fieri faciemus & mandabimus.

Io quorum omnium & ſingulorum Præmiſſorum Teſtimonium atque Fidem, Nos *Johannes Brete* Vicarius aotedictus, præſenti Publico Inſtrumento, unà cum Nota-

A. D. 1492. Hen. 7. Notariorum infrascriptorum Signis & Subscriptionibus, Sigillum quo in Officio Vicariatûs utimur apponi conduximus; De & super quibus omnibus & singulis, Venerabilis & Circumspectus Vir Dominus *Christoforus Urswik* Decanus Ecclesiæ Cathedralis Eboracensis, & præfati Illustrissimi *Angliæ Regis* Magnus Eleemosinarius, & Honorandus Vir Dominus & Magister *Jo. Dauffay* ejusdem Serenissimi *Francorum Regis* Consiliarius, sibi & cuilibet ipsorum respectivè fieri petiit a Nobis Notariis subscriptis unum vel plura Publicum seu Publica Instrumentum & Instrumenta.

Acta fuerunt hæc in dictâ Ecclesiâ Collegiatâ Beatæ Mariæ, sitâ in dicto Castro Ambasiæ, dictæ Turonensis Diœcesis, sub Anno, Indictione, Mense, Die, & Pontificatu quibus supra;

Præsentibus ad hæc Reverendo in Christo Patre & Domino Domino *Johanne de Rely Episcopo Andegavensi*, Nobilibus Viris Dominis, *Ægidio d'Abenay* Milite Garteriæ Milite & in Calesiâ Serenissimi Principis & Domini *Henrici Angliæ* Regis præfati Locumtenente, *Johanne de Reselay* Milite, necnon *Wyberto de Cambanes Domino de Corton* Gubernatore Patriæ Lemovicensis, *Francisco de Crequi Domino de Douriel*, & *Radulpho de Lannoy Domino de Morvillier*, etiam Militibus; ac Honorandis Viris Dominis, *Adam Fumee* Vicecancellario, & *Johhanne Dauffay* præfato, sæpefati Christianissimi *Francorum Regis* Consiliariis, Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Judocus Dausque *Clericus Ambianensis Diœcesis Canonicus Insignis & Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Audomari de Sancto Audomaro Morniensis Diœcesis Publicus Apostolicâ & Imperiali Auctoritate Notarius, quia Præmissis omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, unà cum Discreto Juvene* Guillelmo Filleteau *etiam Publico Apostolica & Imperiali Auctoritatibus Notario, & prænominatis Testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideo in Notam sumpsi, a qua hoc præsens Publicum Instrumentum* præfati Guillelmi *Manu fideliter scriptum extraxi, confeci, & in hanc Publicam Formam redegi, Signoque & Nomine meis solitis, unà cum præfati Domini & Sacræ Paginæ Professoris* Johannis Brette *Vicarii præfati Sigilli appensione signavi & publicavi, in Fidem & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum requisitus & rogatus; Constat michi de illâ Dictione,* Solvere, *positâ in fine octave Lineæ, obmissâ in suo loco proprio, errore Scriptoris.*

J. Dausque.

Et ego Guillielmus Filleteau *Clericus Malleacen' Diœcesis, Publicus Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus Notarius, quia Præmissis omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, unà cum Venerabili & Discreto Viro Domino* Judoco Dausque *etiam Notario suprasignato, & prænominatis Testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideò in Notam sumpsi, a quâ hoc præsens Publicum Instrumentum Manu meâ propriâ fideliter scriptum extraxi, confeci, & in hanc Publicam Formam redegi, Signoque & Nomine meis solitis, unà cum præfati Domini & Sacræ Paginæ Professoris* Johannis Brete *Vicarii præfati Sigilli appensione signavi & publicavi, in Fidem & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum requisitus & rogatus.*

G. Filleteau.

Sigillo avulso.

De Restitutionibus Temporalium pro Episcopo Herefordensi.

A. D. 1492. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 2.

REX Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* Venerabilem Patrem *Edmundum nuper Episcopum Roffensem*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Roffensi, cui tunc præerat, tenebatur, absolverit, & ipsum ad Ecclesiam Herefordensem, vacantem, per Mortem, bonæ memoriæ, *Thomæ ultimi Episcopi Loci illius*, transtulerit, ipsúmque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Herefordensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Edmundus*, sic ad dictam Ecclesiam Herefordensem Translatus; omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit,

A.D. 1492. Hen. 7. ciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Edmundi*, sic ad dictam Ecclesiam Herefordensem Translati, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Edmundo*, sic ad dictam Ecclesiam Herefordensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Knoll* vicesimo sexto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

A.D. 1492. Hen. 7. Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ, eidem Comitatui adjacen.
Escaetori Regis in Com. Salop. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacen.
Escaetori Regis in Com. Wiltes.
Dilecto & Fideli Regis Willielmo Martyn *Majori Civitatis London. ac Escaetori Regis in eadem Civitate.*
Escaetori Regis in Com. Wygorn.

Et Mandatum est Militibus, &c.

☞ *De Custodia Temporalium Episcopatus Wintoniensis commissa.*

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Ibid.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, Reverendo in Christo Patri *Thomæ Episcopo Sarum* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Wyntoniensis, cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem, necnon Portiones & Pensiones quascúmq; quæ Nobis per Mortem, bonæ memoriæ, *Petri ultimi Episcopi* ibidem devenerunt, & in manibus nostris ratione Vacationis ejusdem jam existunt,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam, cum Pertinentiis, ac cætera Præmissa, *præfato Episcopo* & Assignatis suis, a tempore Mortis *præfati nuper Episcopi*, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerit remanere, unà cum omnibus aliis Proficuis & Commoditatibus eidem Episcopatui aliquo modo pertinentibus sive spectantibus, ac cum Advocationibus & Collationibus Ecclesiarum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præpositurarum, Decanatuum, Præbendarum, Hospitalium, Ecclesiarum Collegiatarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque Episcopatui prædicto pertinentium durante Vacatione prædictâ,

Et, de uberiori Gratia nostra, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, *eidem Episcopo* Auctoritatem & Potestatem Nominandi Præsentandi Conferendi sive Donandi, ad libitum suum, prædictas Ecclesias, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præposituras, Decanatus, Præbendas, Hospitalia, Ecclesias Collegiatas, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque cuicúmque Personæ idoneæ, cùm & quotiens vacaverint, seu aliquod eorum vacaverit, A.D. 1493.

Ac etiam Auctoritatem & Potestatem Faciendi sive Donandi omnimodos Senescallos Receptores Ballivos Firmarios & alios Officiarios sive Occupatores & Officia quæcúmque, Episcopatui prædicto pertinentia, cuicúmque sibi placuerit, & hujusmodi Officiarios sive Officia ad libitum suum prædictum Expellendi & Revocandi, prout Nos faceremus si præsens Concessio nostra facta non fuisset, absque impedimento molestatione calumpnia perturbatione seu gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum Justiciariorum Escaetorum Vicecomitum Ballivorum vel aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, & absque aliquo alio Warranto de Nobis habendo pro Sigillatione & Deliberatione Literarum nostrarum Patentium; Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo seu Certitudine Præmissorum in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Restrictione, in contrarium facto, edito, ordinato, sive proviso, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

I Literæ

Literæ Regis super Prolongatione Ratificationis Pacis per Tres Status Angliæ.

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 12.

REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm, per Fœdera Pacis & Amicitiarum, *inter Nos* & Carissimum Fratrem & Consanguineum nostrum *Karolum Gallorum Principem*, Regna, Patrias, & Subditos utriúsque Nostrûm, Die Tertiâ Mensis Novembris proximò præterito, *apud Stapulas supra Mare*, facta & conclusa, fuerit, inter cætera, Dictum & Concordatum,

Quòd, infra Duodecim Menses proximo tunc sequentes, dictus Frater & Consanguineus noster omnia Capitula Pacis & Amicitiarum, per eum Jurata, & suis Litteris Patentibus Ratificata & Confirmata, per Tres Status Regni Franciæ, ritè & debitè Convocatos (videlicet, per Prælatos & Clerum Nobiles & Communitates ejusdem Regni Franciæ) Ratifficari & Confirmari faceret,

Et peræquè Nos Amicitiam & Capitula antedicta, per Nos Jurata, & nostris Literis Patentibus Ratificata & Confirmata, per Tres Status Regni Angliæ (videlicet, per Prælatos, Clerum, Nobiles, & Communitates ipsius Regni nostri Angliæ) ritè & debitè Convocatos, infra dictos Duodecim Menses, Ratificari & Confirmari faceremus,

Verùm,

Quia Congregatio Trium Statuum Regni Franciæ, & similiter Regni Angliæ non sine magnis Expensis & Sumptibus fieri potest, *Notum facimus* quòd, desiderantes Sublevamini Subditorum utriúsque Nostrûm providere, Nos, absque aliquâ Innovatione seu Præjudicio in reliquis Capitulis dicti Tractatûs Pacis sive Amicitiarum, sed ipsis & eorum quolibet in suo Robore & Vigore manentibus, Consentivimus & Concordavimus quòd Ratificatio & Confirmatio, fiendæ per Tres Status Regni Franciæ, & similiter per Tres Status Regni Angliæ, modo & formâ in dictis Tractatibus Pacis declaratis, Prolongetur usque ad proximam Congregationem Trium Statuum, quam ipse Frater & Consanguineus noster pro aliis Agendis Regni Franciæ faciet seu fieri ordinabit, & quam similiter pro Agendis Regni nostri Angliæ faciemus seu fieri ordinabimus;

Proviso tamen quòd hujusmodi Congregatio Statuum fiat infra Triennium proximò sequens,

Et, casu quo alia Materia non occurrat dictam Congregationem faciendi infra jam dictum Triennium, ipse Consanguineus noster *Gallorum Princeps* & *Nos* similiter tenebimur, & uterque Nostrûm tenebitur, etiam & procurabit cum effectu, quòd hujusmodi Ratificationes seu Confirmationes per Status utriusque Regni respectivè, qui ob Causam convocabuntur, infra dictum Triennium fient modo & formâ in Articulis dictarum Pacis & Amicitiæ conventis.

In cujus Rei Testimonium Literis præsentibus Manu nostrâ subscriptis Sigillum nostrum Magnum fecimus apponi.

Dat. *London.* Vicesimo sexto Die Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, & Regni nostri Octavo.

Ratificatio quarumdam Conclusionum super Solutionibus faciendis.

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Ibid.

REX universis & singulis &c. Salutem.

Cùm, pro Acquietamento seu Solutione Obligationis,

Quâ Illustrissima Princeps Consanguinea nostra Carissima *Anna Britanniæ*, ad præsens Conjux Carissimi Fratris & Consanguinei nostri *Karoli Gallorum Principis*, Nobis tenebatur restituere Sumptus & Expensas, quos & quas expendimus pro Armigeris & Excercitu in Succursum & Juvamentum dictæ Consanguineæ nostræ ante suum Matrimonium transmissis,

Quos quidem Sumptus Oratores nostri affirmaverunt ascendere ad Summam *Sexcentum & Viginti Mille Coronarum Auri*,

Fuerit inter Oratores nostros & Oratores seu Ambassiatores prædicti Fratris

A. D. 1493. Hen. 7. & Consanguinei nostri *Gallorum Principis* Concordatum & Conclusum,

Quòd dictus Frater & Consanguineus noster,

Tam hac de Causa, quàm etiam pro Arreragiis Obligationis, quâ Defunctus Lodowicus Gallorum Princeps *Pater suus obligabatur Illustrissimo Principi recolendæ memoriæ Defuncto* Angliæ Regi Enwardo Quarto, *ascendentibus ad Summam* Centum Viginti Millium Coronarum Auri, *& aliis justis Considerationibus,*

Solveret seu solvi faceret, solverentque seu solvi facerent sui Heredes, Nobis & Hæredibus nostris Summam Septemcentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri *(unaquaque Coronâ valente Triginta & quinque Solidos Turonenses Monetæ ad præsens in Regno Franciæ Currentis) videlicet, Annis singulis Summam* Quinquaginta Millia Francorum *(quolibet Franco valente Viginti Solidos Turonenses) Duobus in Terminis modo & formâ in Literis dicti Consanguinei nostri seu suorum Ambassiatorum, de Data* apud Stapulas supra Mare *Die Tertiâ Mensis Novembris proximò præterito, plenius contentis;*

Verùm, quia Obligationes, quas habemus de dicta *Consanguinea nostra* non continebant certam aut determinatam Summam, fuit inter Ambassiatores utriúsque Nostrûm Advisatum & Concordatum quòd, infra Annum proximò sequentem, Nos Ordinaremus Thesaurarium nostrum, aut alios qui Administrationem habuerunt Expensarum & Sumptuum, ex quibus procedit Nobis Summa pro debito Britanniæ debita,

Quódque in præsentia Nunciorum seu Deputatorum dicti Fratris & Consanguinei nostri *Gallorum Principis*, quos ob hanc Causam mittet in Regno nostro Angliæ, dictæ Expensæ videbuntur & verificabuntur per Affirmationem nostram, Sacramentum Officiariorum nostrorum, aut alio debito modo, ita tamen quòd Affirmatio nostra fiet super Juramento dictorum Thesaurarii & aliorum Officiariorum nostrorum, qui onus habuerunt dictas Expensas conducendi, A. D. 1493. Hen. 7.

Et quòd, quamcúmque Summam affirmaremus minorem, tamen dictam Summam *Sexcentarum Viginti Mille Coronarum Auri*, pro jam dicto debito Britanniæ ipse *Consanguineus & Frater noster*, Summam per Nos affirmatam, Nobis & nostris Hæredibus solveret solvíve faceret Terminis, Modo, & Formâ contentis,

Quódque Nunciis seu Gentibus dicti *Consanguinei nostri*, qui pro hac Materia in Anglia proficiscentur, dabitur, per Extractum, Duplum, seu Copia Compotorum jam dictarum Expensarum:

Fuit etiam Concordatum quòd, quia Solutio dictæ Summæ Annuæ Quinquaginta Mille Francorum, *Duobus in Terminis, usque ad plenariam Solutionem totalis Summæ* Septemcentum & Quadraginta quinque Mille Coronarum Auri, *debet fieri in Villa nostra Calesii, quòd Officiariis seu Commissariis dicti Fratris & Consanguinei nostri, qui hujusmodi Solutionem facturi erunt, in Villa Boloniæ existentes, si significent suum Adventum Locumtenenti nostro Calesii, & eo Absente Deputato dicti Loci, ipsi mittent & dabunt Gentes ad eos Conducendum & Inducendum a Terminis seu Limitibus Marchiarum Terræ quæ Anglicana nominatur usque ad Calesium, & a Calesio usque ad dictos Terminos;*

NOTUM FACIMUS quòd Nos, omnia supradicta, per dictos Oratores & Ambassiatores nostros, cum dicti Fratris & Consanguinei nostri Ambassiatoribus, Advisata, Conclusa, & Ordinata, Grata, Rata, & Firma habentes, ea Confirmamus & Ratificamus, ipsáque, quatenus Nos tangunt & concernunt, Tenebimus & Adimplebimus, ac Teneri & Adimpleri faciemus.

In cujus &c.

Dat. *London.* vicesimo sexto Die Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, & Regni nostri octavo.

Per ipsum Regem.

De Restitutionibus Coventr. *& Lich.*

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 6.

REX Escaetori suo in Comitatu Staffordiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacantibus Ecclesiis Coventrensi & Lichfeldensi, per Mortem, bonæ memoriæ, *Johannis ultimi Episcopi* Locorum illorum, eisdem Ecclesiis de Dilecto nobis *Willielmo Smyth* Electo Coventrensi & Lichfeldensi providerit, ipsúmque in Episcopum Locorum illorum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, nobis constat, A. D. 1493.

Nos,

A. D. 1493. Hen. 7.

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus*, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo*, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo nono Die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

A. D. 1493. Hen. 7.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Derb.
Escaetori Regis in Com. Warr.
Escaetori Regis in Com. Salop.
Escaetori Regis in Com. Midds.
Camerario Cestriæ.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

De Custodia Temporalium Episcopatus Wintoniensis.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 1. m. 10.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Nos, duodecimo Die Januarii, Anno Regni nostri Octavo, de Gratia nostra speciali, ac mero Motu nostro, Dederimus & Concesserimus Reverendo in Christo Patri *Thomæ Episcopo Sarum* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Wyntoniensis, cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem, necnon Portiones & Pensiones quascúmq; quæ Nobis per Mortem, bonæ memoriæ, *Petri ultimi Episcopi* ibidem devenerunt, & in manibus nostris ratione Vacationis ejusdem jam existunt,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam, cum Pertinentiis, ac cætera Præmissa, *præfato Episcopo* & Assignatis suis, a tempore Mortis *præfati nuper Episcopi*, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerit remanere, unà cum omnibus aliis Proficuis & Commoditatibus eidem Episcopatui aliquo modo pertinentibus sive spectantibus, ac cum Advocationibus & Collationibus Ecclesiarum, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præpositurarum, Decanatuum, Præbendarum, Hospitalium, Ecclesiarum Collegiatarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque Episcopatui prædicto pertinentium durante Vacatione prædictâ,

Et, de ubetiori Gratia, Dederimus & Concesserimus *eidem Episcopo* Auctoritatem & Potestatem Nominandi, Præsentandi, Conferendi, sive Donandi, ad libitum suum, prædictas Ecclesias, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præpositutas, Decanatus, Præbendas, Hospitalia, Ecclesias Collegiatas, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque cuicúmque idoneæ Personæ, cùm & quotiens vacaverint, seu aliquod eorum vacaverit,

A. D. 1493.

Ac etiam Auctoritatem & Potestatem Faciendi sive Donandi omnimodos Senescallos, Receptores, Ballivos, Firmarios, & alios Officiarios sive Occupatores, & Officia quæcúmque Episcopatui prædicto pertinentia, cuicúmque sibi placuerit, & hujusmodi Officiarios sive Officia ad libitum suum prædictum Expellendi & Revocandi, prout Nos faceremus si præsens Concessio nostra facta non fuisset, prout in Literis Patentibus illis pleniùs continetur,

Jámque *idem Episcopus*, certis rationabilibus Causis ipsum moventibus, in voluntate existit Literas nostras prædictas in Cancellariam nostram Restituere Cancellendas, eâ intentione quòd Nos sibi alias Literas nostras Patentes super Præmissis in formâ sequenti habendas concedere dignaremur,

Sciatis igitur quòd Nos, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, ac pro eo quod *idem Episcopus* Literas nostras prædictas in Cancellariam nostram Restituit Cancellandas, de Gratia nostra prædicta Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, *eidem Episcopo* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Wintoniensis, cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quæcúmque, necnon quascúmque Portiones, Pensiones, & omnia & singula alia, quæ Nobis per Mortem prædicti *Petri nuper ultimi Episcopi Loci prædicti*, ac ratione

A. D. 1493. Hen. 7. ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs aliquo modo pertinent seu pertinere poterunt aut debent in futurum,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Episcopo* Assignatis & Executoribus suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Mortis præfati *Petri nuper Episcopi*, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerint remanere, ac unà cum Feodis Militum, Escaetis Terrarum & Tenementorum, ac Bonorum & Catalorum quorumcúmque, necnon Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præposituraram, Capellarum, Cantariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis reddendo seu solvendo, aut Compotum inde faciendo,

Et ulterius Concessimus *præfato Episcopo* plenariam Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentia, cuicúmque Personæ sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum, Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi, ac etiam Auctoritatem & Potestatem Faciendi sive Donandi omnimodos Senescallos, Receptores, Ballivos, Firmarios, & alios Officiarios sive Occupatores & Officia quæcúmque Episcopatui prædicto pertinentia cuicúmque sibi placuerit, & hujusmodi Officiarios sive Officia ad libitum suum prædictum Expellendi, Amovendi, & Revocandi, prout Nos faceremus si præsens Concessio nostra facta non fuisset, absque impedimento, molestatione, calumpnia, perturbatione, seu gravamine Nostri, vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, vel aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo seu Certitudine Præmissorum, seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus *eidem Episcopo* per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Restrictione, in contrarium facto, edito, ordinato, sive proviso, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Ambassiatoribus Regis Daciæ.

H. R.

BY THE KING.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Brev. H. 7. An. 8. n. 37. Right Reverend Fader in God, Right Trusty and Right Welbeloved we Grete you wele.

And whereas th'Ambassatours of our Cousin *the King of Denmark* have taken their Leve of us, and entende hastily to departe into their Cuntrey, it is so that we have Graunted unto diverse of theim certain Sommes of Money; that is to wite,

To the Chanceller the Some of *an Hundreth Pounds,*

To the Doctour Fourty Pounds,

To the Chaunceller's Brothre Twenty Pounds,

And *to the Herauld Ten Pounds,*

Wherfor We Wol and Charge you that, under our Prive Seel, being in your Warde, ye doo make our Letters, directed unto our Tresourer and Undretresourer of England, Commaunding theim, by the same, that of our Tresoure, being in their keping, they doo Paie and Content, in al goodly hast, the forsaid Sommes of Money according to our Graunte abovesaid, and thise our Letters shal be your sufficient Warrant in that behalf.

Yeven, under our Signet, at our *Manoir of Shene*, the Furst Day of Marche, the eighth Yere of our Reigne.

Dors.

To the Right Reverend Fader in God our right Trusty and right Welbeloved the Bisshop of Bath *Keper of our Prive Seel.*

De Præficiendo Ducem Calabriæ in Militem Garteræ.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 8. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Notum esse omnibus concupiscimus quòd,

Cùm intellexerimus Serenissimum Principem *Alphonsum Calabriæ Ducem*, Illustrissimi Principis Neapolis Regis Filium Primogenitum, non modò Sanguinis Nobilitate & Sapientiâ fulcitum, verùm etiam in Rebus Bellicis Strenuum, innumerisque cæteris Virtutibus perhenni memoratu dignis præditum, quo Ille omni Re insigni meritò decorandus est,

Eundem *Consanguineum nostrum* in Ordinem *Militiæ Garteræ* & in ejusdem Ordinis Confratrem, unanimo Consensu nostro & Confratrum ipsius Ordinis nostrorum, eligi & insigniri fecimus;

Quocirca,

De Fidelitatibus Industriisque & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Cristafari Ursewyke* Decani Ecclesiæ Cathedralis Sancti Petri Eborum ac Magni Eleemosinarii nostri, *Humfredi Talbot* Militis Marescalli Villæ nostræ Calesii, & *Yorke Heraldi nostri ad Arma*, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios Oratores Procuratores Legatos Deputatos & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus & Ordinamus per Præsentes, A. D. 1493.

Dantes & Concedentes eisdem, & eorum cuilibet, conjunctim & divisim, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem *ipsum Consanguineum nostrum* ad *Ordinem prædictum*, pro Nobis & Nomine nostro, Acceptandi, & in Confratrem & Commilitem ejusdem Ordinis Admittendi, Præficiendi, & Insigniendi,

Eique Munera & Insignia dicti Ordinis, quibus cæteri Confratres ejusdem insigniri solent, Tradendi & Deliberandi,

Juramentúmque, de observandis ejusdem Ordinis Statutis, ab eo, prout moris est, Exigendi & Recipiendi,

Cæteráque omnia & singula, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendi & Expediendi, ita & eodem modo prout Nos ipsi faceremus & facere possemus si personaliter interessemus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Martii.

Per ipsum Regem.

Tractatus super Pace inter Regem & Regem Reginamque Castellæ.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Rid. m. 9.

REX Omnibus, præsentes Literas inspecturis vel audituris, Salutem in eo qui est omnium vera salus.

Compertum habemus nichil esse Humanis Rebus magis Conducibile quàm Pacem Amicitiam, contráque eâ disturbatâ nichil perniciosiùs, nam ex Bellorum strepitu accidere solere Vastationes, Agrorum Strages, Hominum Urbiúmque funditus Eversiones, cæteráque innumerabilia Incomoda, non possumus igitur non velle Pacis Commoda Bellorum Incommodis anteponere, Pacem cum omnibus Christianis Principibus optantes, maximè cum Excellentissimis Principibus *Fernando Rege* & *Elizabetha Regina Castellæ Legionis Aragonum Siciliæ*, &c. Consanguineis nostris Carissimis,

Quo circa, pro hujusmodi Pace constituenda confirmandáque inter Nos, Dilectissimúmque Principem *Arthurum Filium nostrum Primogenitum & Hæredem*, ex una, & Altissimos Principes *Fernandum Regem & Elizabetham Reginam Castellæ Legionis Aragonum Siciliæ, &c.* & Serenissimum Principem *Johannem Filium eorum Primogenitum & Hæredem*, ex altera Partibus, Concordatum Conventum & Conclusum est quòd inter præfatum Illustrissimum Principem *Henricum Regem Angliæ* & Serenissimum Principem *Arthurum ejus Filium Primogenitum*, eorúmque Hæredes & Successores ex eorum Corporibus legitimè procreatos, ex una, & memoratos Altissimos & Potentissimos Principes *Fernandum & Elizabetham Regem & Reginam Castellæ Legionis Aragonum Siciliæ &c.* A. D. 1493.

 & Il-

A. D. 1493. Hen. 7.

& Illustrissimum Principem *Johannem eorum Filium Primogenitum & Heredem* suósque Hæredes & Successores ex eorum Corporibus legitimè procreatos, ex altera Partibus, eorum Regna, Dominia, Patrias, & Loca quæcúmque, necnon & eorum Vasallos, Homines, & Subditos præsentes & futuros tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúmque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, ac ubicúmque Locorum, sit bona, realis, sincera, vera, integra, perfecta & firma Amicitia, Concordia, Liga, Unio, Confœderatio & Pax, quæ ab hac Die pro futuris perpetuis Temporibus inconcussè custodiatur atque inviolabiliter observetur,

Ita quòd Partes prædictæ (videlicet) præfati Domini *Rex Angliæ*, ac *Rex & Regina Castellæ Legionis Aragonum Siciliæ &c. eorumque Filii Primogeniti* Hæredes atque Successores ex eorum Corporibus legitimè procreati, suíque Vasalli Homines Subditi præsentes & futuri sint veri fideles & perpetui Amici, Concordes, Alligati, Uniti, & Confœderati, sibíque Ipsis invicem ubique locorum faveant, atque sese mutuis officiis prosequantur, & honestâ Affectione atque Amore pertractent, ipsique invicem pro viribus suis conservabunt Honores, Dignitates, & Jura quæ inpræsentiarum possident aut imposterùm possidebunt, Dampnúmque ipsorum pari modo fideliter defendent & impedient,

Possintque iidem Vasalli Homines & Subditi tàm Mercatores quàm cæteri alii hinc indè, tutè & liberè, absque alicujus Licentiæ Salvive Conductûs generalis vel specialis Petitione vel Impetratione, in & ad præfatorum Dominorum *Regis Angliæ Regisque Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredes & Successores, ut prædictum est, Portus, Dominia, Castra, Civitates, Fortalitia, Oppida, Jurisdictiones, & Districtus quoscúmque, cum suis Conductis vel accomodatis Navibus, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercibus, & Mercimoniis, Sarcinolis, Bonis & Rebus quibuscúmque, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, atque ad omnem Locum, quotienscúmque & quandocúmque id faciendum esse duxerint, Navigare, Equitare, Ire, & Discedere, & in eisdem quamdiu voluerint omnis generis Merces & Mercimonia Emere & Vendere, Mercare, Negotiari, Morari, atque Perhendinare, necnon ab eisdem cum suis Rebus, Mercibus, Mercimoniis, & Bonis quibuscúmque salvi & securi per Terram, Mare & Aquas dulces Abire & Recedere, & in omnibus & ubique ita justè & honestè tractabuntur ac si essent Originarii & Subditi proprii; Juribus Statutis & Consuetudinibus Locorum in omnibus semper salvis, ac solvendo tanta & talia Subsidia, Custumas, Vectigalia & alia Diveria quæ & qualia ante Triginta Annos proximò & immediatè elapsos pacificè solvere consueverunt, observentúrque eis suæ Exemptiones, Immunitates, & Privilegia illis temporibus (id est) ante Triginta Annos consueta.

A. D. 1493. Hen. 7.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque *Filius Primogenitus & Heres*, eorúmque prædicti Hæredes & Successores, memorati *Regis Angliæ, ejusque Filii Primogeniti & Heredis*, eorúmque prædictorum Hæredum & Successorum Hostibus, Inimicis, Rebellibus, Persecutoribus, aut quibuscúmque præsentibus & futuris contra præfatum Dominum *Regem Angliæ ejusque Filium Primogenitum & Heredem* eorúmve Hæredes prædictos & Successores, per Terram, Mare, & Aquas dulces, ex causa vel occasione quacúmque præsenti vel futura, Consilium, Auxilium, vel Favorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè, non dabunt nec præstabunt, aut aliàs quovis modo Juvabunt, nec Subditos prædicto Domino *Regi Angliæ* ejúsve Successoribus prædictis Rebelles in suis Regnis, Terris, Dominiis, Locis scienter Receptabunt Receptarivè facient, nec in eisdem Morari aut Auxilium vel Favorem habere permittent:

Et similiter præfatus Dominus *Rex Angliæ, ejusque Filius Primogenitus & Heres* eorúmque prædicti Hæredes & Successores, præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ Legionis Aragonum Siciliæ &c.* eorúmque *Filii Primogeniti & Heredis*, ac eorum Hæredum & Successorum prædictorum Hostibus, Inimicis, Rebellibus, & Persecutoribus quibuscúmque, contra præfatos Dominum *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque *Filium Primogenitum & Heredem* eorúmve prædictos Hæredes & Successores, per Terram Mare vel Aquas dulces, ex causa vel occasione quacúmque præsenti vel futura, Consilium, Auxilium vel Favorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè, non dabunt nec præstabunt aut aliàs quovis modo Juvabunt, nec Subditos præfatis Dominis *Regi*

A. D. 1493. Hen. 7. *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve prædictis Successoribus Rebelles in suis Regnis, Terris, Dominiis aut Locis scienter Receptabunt Receptarive facient, nec in eisdem Morari aut Auxilium vel Favorem habere permittent.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd præfatus Dominus *Rex Angliæ, ejúsque Filius Primogenitus & Hæres*, eorúmque prædicti Hæredes & Successores, præfatis Dominis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ &c.* eorúmque prædictis Hæredibus & Successoribus, contra omnes Principes & Homines quoscúmque, qui eos Lædere seu eorum Statum Depravare quomodolibet voluerint vel moliantur, vel contra eosdem Guerram aut Bellum facere vel movere præsumpserint, sub modo & forma sequentibus, Auxilium & Adjutorium, bonâ fide & effectualiter, sicut facerent in Negotiis suis, præstabunt; videlicet,

Quòd, si contingat præfatos Dominos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredes & Successores prædictos Hominibus ad Arma Castellanis Sagittariis aut aliis imposterùm indigere, atque pro eo super eisdem Subsidium a *dicto Rege Angliæ* ejusve Hæredibus & Successoribus prædictis per Se Literas vel Nuncios requirere, idem Dominus *Rex Angliæ* ejúsve prædicti Hæredes & Successores prædictos Dominos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredes & Successores prædictos, bonâ fide absque difficultate aliquâ, de Hominibus, Castellanis, Sagittariis hujusmodi, usque ad eum Numerum, quem Rerum atque, Temporum oportunitate propriaq; Necessitate consideratis, a Se commodè dimittere poterit, infra spatium Trium Mensium a tempore Requisitionis hujusmodi computandorum, quandocúmque & quotienscúmque super eo requisitus fuerit, adjuvabit; Sumptibus tamen Stipendiis & Expensis prædictorum Dominorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredum & Successorum prædictorum secundùm Statum & Qualitatem hujusmodi Hominum, Castellanorum, & Sagittariorum & Precium Victualium; quæ Stipendia taxentur per Quatuor legales Milites, ad hoc assumendos, Duos (videlicet) ex Parte una, & Duos ex Parte altera, secundùm morem Regni & Terræ ubi tale Bellum geretur;

Servientque hujusmodi Homines Castellani & Sagittarii, debitè & fideliter, præfatis Dominis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* A. D. 1493. Hen. 7. eorúmve Hæredibus & Successoribus prædictis, in ipsorum Guerris & Expeditionibus, contra Hostes, quamdiu eosdem duxerint retinendos, & eisdem de Stipendiis & Expensis, sic taxatis, ut præmittitur, satisfacient.

Et, similiter, præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmque Hæredes & Successores prædicti præfato Domino *Regi Angliæ*, ejusque Hæredibus & Successoribus prædictis, contra omnes Principes & Homines quoscumque, qui eos Lædere, seu eorum Statum Depravare, vel Regna, Terras, Dominia aut Loca Impugnare vel Invadere quomodolibet velint vel moliantur, contra eosdem Guerram aut Bellum facere vel movere præsumpserint, sub modo & formâ sequentibus Auxilium & Adjutorium, bonâ fide & effectualiter, & sicut facerent in Negotiis suis propriis, præstabunt; videlicet,

Quòd, si contingat præfatum Dominum *Regem Angliæ* ejusve Hæredes & Successores prædictos Hominibus ad Arma, Castellanis, Sagittariis & aliis imposterùm indigere, atque pro & super eisdem Subsidium a dictis Dominis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorumve Hæredibus & Successoribus præfatis per Se Literas vel Nuncios suos requirere, iidem Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorumque Hæredes & Successores prædicti, bonâ fide & absque difficultate aliqua, de Hominibus, Castellanis, Sagittariis & aliis hujusmodi, usque ad eum Numerum, quem, Rerum atque Temporum opportunitate propriâque Necessitate consideratis, a se commodè dimittere poterint, infra spatium Trium Mensium a tempore Requisitionis hujusmodi computandorum, quandocumque & quotienscumque super eo fuerit requisiti, adjuvabunt; Sumptibus tamen Stipendiis & Expensis præfati Domini *Regis Angliæ, ejusque Filii Primogeniti & Hæredis*, eorumque Hæredum & Successorum prædictorum, secundùm Statum & Qualitatem Hominum, Castellanorum, & Sagittariorum hujusmodi & Precium Victualium; quæ Stipendia taxentur per Quatuor legales Milites, ad hoc assumendos, Duos (videlicet) ex Parte una & Duos ex Parte altera, secundùm morem Regni & Terræ ubi tale Bellum geretur;

Servientque hujusmodi Homines Castellani & Sagittarii, debitè & fideliter, præfato *Domino Regi Angliæ* Hæredibus & Suc-

A.D. 1493. Hen. 7. & Successoribus suis prædictis, in ipsorum Guerris & Expeditionibus, contra omnes, quamdiu eos duxerint retinendos, & eis de Expensis & Sumptibus sic taxatis ut præmittitur satisfacient.

Item, Conventum & Conclusum est quòd præfatus Dominus *Rex Angliæ*, *ejúsque Filius Primogenitus & Heres*, Successores quoque ex eorum Corporibus legitimè procreati, non possint *Karolo Regi Francorum*, nec alicui alteri Regi Principi aut Homini cuicumque, contra præfatos Dominos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c, eorúmve Filium Primogenitum & Heredem*, eorumque Hæredes & Successores suos prædictos, Consilium, Auxilium vel Favorem quoquomodo, quovis quæsito colore, dare vel præstare.

Et, similiter, prædicti Domini *Rex & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. eorúmque Filius Primogenitus & Heres*, & eorum Successores ex Corporibus suis legitimè procreati, non possint *præfato Karolo Regi Francorum*, aut alicui Regi Principi aut Homini cuicumque, contra præfatum *Regem Angliæ*, ejusve Hæredes & Successores prædictos, Consilium Auxilium vel Favorem quoquo modo, quovis quæsito colore, dare vel præstare.

Item, Conclusum & Conventum est quòd prædicti Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. eorumque Filius Primogenitus*, eorumque Successores prædicti, in omni Liga, Pace, Treuga, Confœderatione, vel Unione quacumque, quam cum aliquo Principe, Universitate, Communitate, Societate, vel Homine aliquo, ab hac Die in antea, concordabunt vel concludent, præfatum *Regem Angliæ ejusque Filium Primogenitum & Heredem*, eorumque Hæredes & Successores, specialiter & nominatim comprehendent si in eis comprehendi voluerint.

Et, simili modo, præfatus Dominus *Rex Angliæ, ejusque Filius Primogenitus & Heres*, eorumque Hæredes & Successores prædicti, in omni Treuga, Pace, Liga, Confœderatione, vel Unione quacumque, quam cum aliquo Principe, Universitate, Communitate, Societate, vel Homine quocumque, ab hac Die de cætero, concordabunt & concludent, præfatos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. suumque Filium Primogenitum & Heredem*, ac eorum Hæredes & Successores, ut prædictum, specialiter & nominatim comprehendent si in eis comprehendi voluerint.

A.D. 1493. Hen. 7. Item, Concordatum, Conventum & Conclusum est ut Captiones, Pignorationes, Marchæ & Reprisaliæ Navium, Personarum & Bonorum utriusque Partis eorumque Vasallorum & Subditorum de cætero cessent; quodque si aliqua Navis Indigena exitura est ab aliquo Portu tàm Regnorum & Dominiorum Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. quàm Angliæ, Hiberniæ, &c. Majores & Gubernatores ac alii Officiales, quibuscumque nominibus appellentur, talis Villæ, Opidi, seu Portûs unde exitura est, capient sufficientem Securitatem a Dominis seu Possessoribus, Magistris, Patronis, seu Bursariis Navis hujusmodi, ad Duplum Valoris Navis, Apparatûs, & Victualium hujusmodi, quòd Magister Navis ejusdem Marinarii & Nautæ ac omnes in ea Navi existentes, cujuscúmque Statûs vel Conditionis existant, servabunt hanc Pacem erga quoscúmque Subditos Patriarum, Regnorum, Dominiorum, Terrarum alterius Partis, & nullam eis Injuriam seu Violentiam in Terra, Mare, Fluminibusve aut in Portu aliquo facieut seu inferent; Et, si hujusmodi Securitates præstare noluerint, non permittent ipsi Majores Gubernatores & Officiales prædictorum Oppidorum seu Portuum, ubi Casus ille acciderit, Navem hujusmodi quoquo modo exire: Quotiens autem Securitatem præmissam Majores, Gubernatores, & Officiales prædicti exigerint seu receperint, dabunt Literas auctenticas, sub eorum Sigillo, Possessoribus, Magistris, seu Bursariis illius Navis ita assecuratæ, Testificantes ipsam Securitatem præstitam, ad finem ut, ipsarum Literarum vigore, Navis hujusmodi alios, ad quos forsitan applicabit Portus, liberè exire valeat.

Providebunt etiam præfati *Reges & Principes*, eorúmque Hæredes & Successores, ut præmittitur, per suas Literas, ad suos Gubernatores & Officiales Oppidorum & Portus suorum Regnorum & Dominiorum mittendas, taliter quòd ipsi omnia & singula Præmissa, de tempore in tempus, observabunt & observari facient:

Et præfati Officiales teneantur, infra Quadraginta Dies proximò sequentes, a Die Requisitionis sibi factæ per Partem Dampnificatam computandos, exequi prædictam Obligationem contra Magistrum Navis & ejus Fidejussores qui tale Dampnum intulit:

Et

A. D. 1493. Hen. 7.

Et quòd omnes Literæ Marcharum & & Reprisaliarum, hactenus per prædictos *Reges* & Prædecessores suos concessæ contra Subditos alterius Partis, sint Suspensæ, & vigore earum nulla Executio fieri possit; set de novo fiat Requisitio, ad instantiam Damnificatorum, & eis fiat Justitia per Superiorem Dampnificatorum; &, in Denegationem, servatâ formâ in similibus Casibus consuetâ, possint dari & concedi Marchæ seu Reprisaliæ contra Subditos & Vasallos Principis Justitiam denegantis.

ITEM, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, si per præfatos Dominos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* vel aliquem ipsorum, suósque Hæredes & Successores, ut prædicitur, quicquam imposterùm, ubique Locorum, contra vim, formam, & effectum præsentis Tractatûs & Conclusionum Pacis, Concordiæ, Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis temerè factum vel injustè attemptatum fuerit (quod Deus averiat) illud, sic factum vel attemptatum, quotiens id acciderit, ad Requisitionem Partis, contra quam id Factum vel Attemptatum esse prætenditur, per debita & oportuna Remedia Reformetur & Reparetur; sed per hoc huic præsenti Pacis, Concordiæ, Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis Tractatui in nullo præjudicetur, nec propter tale Factum vel Attemptatum eadem Pax, Liga, Unio, & Confœderatio Rumpi vel Dissolvi censebitur, set nicholominus in suo Robore permanebit & Effectu.

ITEM, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, si aliquis Vasallus, Homo, vel Subditus alterius Partis per Vasallos, Homines, vel Subditos alterius, contra vim, formam, & effectum præsentis Tractatûs & Concordiæ, in aliquo læsus vel dampnificatus fuerit, & super hoc in illis Locis & per illos Judices, ubi & per quos in talibus Casibus de Justitia provideri debet, Reformationem & Reparationem consequi non voluerit, nichilominus præsens Tractatus & Concordia in suo Robore permaneat, & Pars sic Dampnificata, quæ, ut præmittitur, Reparationem consequi non valuit, cum Commendatitiis & Amonitoriis Literis sui Principis ad alterum Principem recurrat, ipséque, Defectum Officialium suorum supplens, illi de debito Juris Remedio providebit; nec antea Literæ de Reprisaliis, vel Marcha, vel Contromarcha impetrentur nec concedantur.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd utérque Principum præfatorum, infra Sex Menses proximò & immediatè sequentes post Datam præsentis Conclusionis, hunc Tractatum, Treugas, Pacem, Unionem, Concordiam, Confœderationem, & veram Amicitiam, in omnibus insignioribus Locis Regnorum & Dominiorum suorum, tàm super Litora Maris quàm super Terram, ac in Portubus eorumdem, publicè & solenniter proclamari, notificari, & publicari facient, prout in tali Casu antiquitùs fieri consuevit.

ITEM, pro majori firmiorique Corroboratione dictæ Pacis, Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis, & ut major Benivolentia Conjunctióque & Affinitas inter præfatos Illustrissimos Principes *Angliæ Regem* ac *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Regem & Reginam*, eorúmque Hæredes & Successores pro perpetuis futuris temporibus intercedere valeat, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd Matrimonium inter Illustrissimum Principem *Arthurum* memorati Domini *Regis Angliæ Filium Primogenitum* PRINCIPEM *Walliæ*, DUCEM *Cornubiæ*, & COMITEM *Cestriæ*, atque Serenissimam Principem Dominam *Katerinam* præfatorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Filiam Quartam*, Dei gratiâ & Adjutorio contrahetur, ritéque celebrabitur, ac in facie Ecclesiæ legitimè solennizabitur, necnon quòd Dos & Donationes propter Nuptias statuentur, præstabuntur, atque conferentur, prout in sequentibus Articulis pleniùs continetur.

INPRIMIS, inter memoratos Excellentissimos Principes *Regem Angliæ*, ac *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Concordatum, Conclusum, & Conventum est, quòd præfatus Dominus *Rex Angliæ* pro prelibato Domino *Principe Arthuro* Filio suo Primogenito, & prædicti Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* pro præfata Domina *Katerina* Filia sua Quarta, procurabuntque omnem Diligentiam, Opem, atque Operam efficaciter præstabunt, pro viribúsque efficient, ac eorum quilibet procurabit, Opem atque Operam præstabit, pro viribúsque laborabit & efficiet ut dicti Domini *Arthurus & Katerina*, cùm idem Dominus *Arthurus* Quatuordecim Annos, dictáque *Katerina* Duodecim Annos quamprimùm completè egerint, per Se vel Procuratores seu Nuncios suos sufficientes & legitimè ac specialiter ad hoc deputatos & constitutos, cum Dei Benedictione, per

A. D. 1493. Hen. 7. verba de præsenti, invicem contrahent atque inter se celebrabunt Matrimonium secundùm morem & consuetudinem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & quòd postea Matrimonium hujusmodi consummabitur, sicuti inter veros & legitimos Virum & Uxorem fieri debeat; omni dolo, simulatione, cavilatione, ac fraude in ea parte cessantibus.

ITEM, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, quamprimùm dictus Illustrissimus *Princeps Arthurus* gerit completè Quartum decimum Ætatis suæ Annum, prætatáque Serenissima Princeps *Katerina* Ætatis suæ Annum Duodecimum compleverit, tunc ipsa Princeps Domina *Katerina*, Expensis suorum Parentum Hæredúmve & Successorum suorum, in Angliam (videlicet, in Portum Londoniæ, Bristolliæ, Suthamptoniæ, seu alibi infra hoc idem Angliæ Regnum, ubi commodiùs applicare poterit) Traducetur.

ITEM, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, memorati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* dabunt in Dotem cum præfata Domina *Katerina* Filia Quarta *Ducenta Milia Scutorum Auri* (unoquoque Scuto, Quatuor Solidos & Duos Denarios Sterlingorum Monetæ Angliæ valente) quæ quidem *Ducenta Milia Scutorum Auri* memorati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredes & Successores solvant seu solvi faciant modo & formâ sequentibus; videlicet,

Dicti Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredes & Successores solvent seu solvi facient, in Pecunia numerata, prædicto Domino *Regi Angliæ*, vel ejus ad hoc sufficienter Deputato seu Deputatis, aut præfato Domino *Principi Arthuro*, ejúsve ad hoc sufficienter Deputato vel Deputatis, in Civitate Londoniæ, aut Villa Bristolliæ, seu alibi infra Regnum Angliæ, infra Quatuor Dies proximò ante vel post Solennizationem prædicti Matrimonii inter sæpedictos Dominos *Arthurum & Katerinam, Centum Milia Scutorum Auri Æstimationis antedictæ*,

Et infra Unum & Primum Annum dictam Solennizationem proximò sequentem, in Pecunia Numerata, & in Loco ut supra, *alia Quinquaginta Milia hujusmodi Scutorum Auri*,

Et postremùm infra Secundum Annum antedictam Solennizationem proximò sequentem, in Loco ut supra, *Alia Quinquaginta Milia hujusmodi Scutorum Auri* in Pecunia Numerata, aut Vasis seu Jocalibus Aureis & Argenteis, sicque quòd una quævis Uncia eorum recipiatur secundùm ejus Valorem prout in Anglia tempore Solutionis hujusmodi ipsa Uncia valebit & æstimationem habuerit, A. D. 1493. Hen. 7.

Ad quam quidem Solutionem *dictorum Ducentorum Milium Scutorum*, nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias, *Regi Angliæ* ejúsve Deputato vel Deputatis, aut dicto *Domino Arthuro*, seu ejus Deputato vel Deputatis in Civitate Londoniæ aut Villa Bristolliæ, seu alibi infra Regnum Angliæ ut præfertur fiendam, & ad inviolabilem ipsius Solutionis Observantiam, præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* Obligant & Astringunt, Sese suósque Hæredes & Successores, ac Bona sua Patrimonialia & Fiscalia, necnon Bona Subditorum suorum in forma Contractûs Garenticii paratam Executionem habentis, Promittúntque sub Fide & Verbo Regio prædictam Dotem realiter & cum effectu solvere in Terminis & Locis desuper contentis, taliter quòd, ob Defectum Solutionis hujusmodi, dictus Dominus *Rex Angliæ* & *Dominus Arthurus* Filius ejus, ipsiúsve Hæredes & Successores possint, Requisitione & Ammonitione præmissa, ut inter tantos & tales Principes fieri decet, nedùm Bona ipsorum *Regis & Reginæ* Hæredúmque & Successorum suorum, verùm etiam Bona Subditorum suorum capere, & pro rata debiti distrahere & vendere.

ITEM, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd præfata *Domina Katerina* dotabitur per prædictos Dominos *Regem* & *Arthurum* Principem in Tertia Parte Principatûs Walliæ, Ducatûs Cornubiæ, & Comitatûs Cestriæ, & quòd dicta Tertia Pars sibi assignabitur in Bonis, Villis, Terris, & Dominiis prædictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs, cum Redditibus & Proventibus æquivalentibus Valori Tertiæ Partis Reddituum & Proventuum dictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs antedictorum, præfata *Domina Katerina* assignabitur atque realiter & cum effectu Dotabitur infra Quatuor Dies proximos ante vel post Solennizationem dicti Matrimonii, & quòd memorata *Domina Katerina* Dotabitur per præfatos Dominos *Regem Angliæ Principem Arthurum* ejus Filium Primogenitum in Tertia Parte dictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs, & quòd Tertia Pars sibi assignabitur in Bonis, Villis, Terris, & Dominiis dictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs cum Redditibus & Proventibus æquivalentibus

A. D. 1493. Hen. 7.

bus Valori Tertiæ Partis Redituum & Proventuum eorundem Principatûs, Ducatûs & Comitatûs ut supradictum est,

Et, si contingat eandem *Dominam Katerinam* fore Angliæ Reginam, constante dicto Matrimonio, quòd etiam tunc adeò amplè & ita honorificè, juxta Consuetudinem aliarum Reginarum ejusdem Regni, Dotabitur sicuti aliqua alia Angliæ Regina hiis actis temporibus Dotata extiterit, dictus *Rex Angliæ* Obligat Se, Hæredes & Successores suos præfatos, & Bona sua Patrimonialia & Fiscalia, necnon Bona Subditorum suorum in forma Contractûs Garenticii paratam Executionem habentis, promittitque sub Fide & Verbo Regio prædictam Dotationem realiter & cum effectu, modo & tempore desuper specificatis, perficere & perimplere, taliter quòd, ob Defectum Dotationis hujusmodi, dicti Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c.* eorúmve Hæredes & Successores possint, Requisitione & Amonitione præmissâ, ut inter tantos & tales Principes fieri decet, nedùm Bona ipsius *Domini Regis*, Hæredúmque & Successorum suorum, verùm etiam & Bona Subditorum suorum capere, & pro rata Debiti distrahere & vendere.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si contingat pertinere dictæ *Dominæ Katerinæ* Successio dictorum Regnorum Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. per Obitum suorum Fratrum & Sororum Eâ Majorum (quod Deus avertat) quòd tunc præfata Domina *Katerina* succedat in eisdem Regnis & Dominiis, ac si ibidem Vitam ageret & præsens personaliter semper fuisset.

In quorum &c.

Dat. *Westm.* octavo Die Martii, Anno 1492, & Regni nostri octavo.

De Tractando cum dictis Rege & Regina.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 11.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm vero lateat neminem Civitates, Opida, atque Regna Bellorum Calamitatibus Dissidiorúmque Turbinibus ad nichilum fuisse redacta eadémque Pace coaluisse,

Hinc est quòd Nos,

Propter felicem Rerum Christianæ Religionis Successum, universalem Regum ac Regnorum omnium Concordiam desiderantes, & maximè eorum quibus Sanguinis Vicinitate conjuncti sumus, quósque jam ad Dies & Annos mutuæ Concordiæ Benivolentia complexi fumus,

De Fidelitatibus, Industriis, & Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum,

quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimo & Illustrissimo Principe Regnorum *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæque Rege suaque Contborali* dictorum Regnorum *Regina*, Consanguineis nostris Carissimis, seu eorum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eisdem ad hoc habentibus, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace, Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, ac mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum, mutuisque hincinde Auxiliis & Assistentiis quotiens opus fuerit præstandis, necnon Intelligentiis, Alligantiis, & Confœderationibus quibuscúmque, *inter Nos* & dictos Serenissimos Principes *Regem & Reginam* Hæredésque & Successores, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Faventes, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, hincinde ineundis, capiendis, componendis, celebrandis, & habendis, Communicandi, Conveniendi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Pacificendi, ac finaliter & integrè Determinandi,

Hujusmodíq; Pacem & Concordiam, ac Treugas & Guerrarum Abstinentias, Ligas, Amicitias, & Fœdera, Affinitates, Intelligentias, Alligantias, & Confœderationes, aliásque Pactiones & Conventiones Componendi, Pacificendi, Firmandi, Statuendi, & pro perpetuo Roborandi,

Et, ut hujusmodi Pax & Concordia, necnon Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, Amicitiæ, Fœdera, Intelligentiæ, Confœderationes, Pactiones, & Conventiones prædictæ securiùs & firmiùs observentur & teneantur, eisdem nostris Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus,

A.D. 1493. Hen. 7. bus, Deputatis, Legatis, & Nunciis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus cum dictis Serenissimis *Rege* & *Regina*, seu eorum Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis antedictis, de & super Sponsalibus & Matrimoniis, inter Præcarissimum Filium nostrum *Arthurum Walliæ* PRINCIPEM, DUCEM *Cornubiæ*, *Cestriæque* COMITEM, & Serenissimam Principem *Katerinam unam de Filiabus* dictorum Serenissimorum *Regis & Reginæ*, annuente Deo contrahendis, ac de & super Dote, Dotalitiis, & Donationibus propter Nuptias, ex causa hujusmodi Matrimonii, assignandis, promittendis, dandis, & solvendis, necnon de & super Tempore, Modo, & Formâ Traductionis ipsius Filiæ in hoc Regnum nostrum Angliæ, Conveniendi, Comunicandi, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Paciscendi, ac finaliter Concludendi, talémque Donationem propter Nuptias eisdem Principibus eorum Filiæ nomine, pro Nobis & Nomine nostro, assignandi & promittendi, atque hujusmodi Dotem & Dotalitia ab eisdem pro dicto Filio nostro Stipulandi, Petendi, & Exigendi, cæteraque Loca & Tempora pro ipsius Filiæ Traductione hujúsque Dotis seu Donationis propter Nuptias Solutione Statuendi, Præfigendi, & Limitandi, ac Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas, & Scripta sigillata, pro Præmissorum Complemento, Nomine nostro, Promittendi, Tradendi, & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram Præstandi, consimiliáque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas, ac Juramentum a præfatis Serenissimis *Rege & Regina* similiter Stipulandi, Exigendi, & Recipiendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, ac Connexis, quæ *inter Nos* & præfatos Serenissimos *Regem & Reginam*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vasallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes prædictos, hinc inde pendere dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, & Componendi,

Novamque Dietam in talibus Loco & Tempore prout eis meliùs visum fuerit, quatenus opus fuerit, Statuendi & Appunctuandi, & inibi ad Communicandum, Conveniendum, Tractandum, & Concludendum, & Appunctuandum, ac de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus, prout eis expediens visum fuerit & oportunum, A.D. 1493. Hen. 7.

Universáque & singula, quæ per eos Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Vallandi, Roborandi, & Affecurandi, per Fidei Interpositionem & Juramentum in Animam nostram Præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis, ac Dependentiis ab eisdem omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Pœnas, Astrictiones, ac Literas sigillatas validas & efficaces, pro Parte nostra, Promittendi, Concedendi, Faciendi, Expediendi, Tradendi, & Liberandi, Juramenta, Securitates, Cautiones, Promissiones, Obligationes, Pœnas, aliásque Literas consimilis effectûs & vigoris a dictis Principibus Consanguineis nostris Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula Faciendi, Exercendi, & Exequendi, prout eis meliùs videbitur expedire, quæ talem tantámque Vim & Effectum volumus realiter optinere, ac si ea in propria Persona fecissemus, cæteráque omnia Præmissa & eorum singula quoquo modo concernentia Faciendi, Firmandi, & pro Parte nostra Perimplendi ac debitè Exequendi, quæ Nos facere possemus si personaliter interessemus, etiam si majora sint & Mandatum de sui natura magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Legatos, Procuratores, Oratores, Nuncios, Commissarios, & Deputatos nostros Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, in hac parte Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias & Approbatorias, in forma debita & auctentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Martii.

Per ipsum Regem.

Pro

A.D. 1493. Hen. 7. A.D. 1493. Hen. 7.

Pro Ambassiatore Ispaniæ de Licentia.

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 11.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac in consideratione boni Servitii quod Dilectus noster Magister *Martyn de la Turre* Archidiaconus de Granuda, Ambassiator Consanguineorum nostrorum *Regis & Reginæ Hispaniæ*, Nobis impendit & impendere intendit, Concessimus ac liberam Libertatem & Licentiam Dedimus ei quòd ipse, per Se Factores sive Attornatos suos Indigenas sive Alienigenas, Sexaginta Pannos Laneos sine Grano, in aliquo Portu sive aliquibus Portubus hujus Regni nostri Angliæ, in quacúmque Navi sive Navibus, unâ Vice vel diversis Vicibus, Eskippare & Carcare seu Eskippari & Carcari facere, & eosdem Pannos Laneos extra hnc Regnum nostrum Angliæ ad quascúmque Partes Transmarinas, absque aliquibus Custumis, Subsidiis, aut aliis Deveriis Nobis proinde solvendis, Conducere seu Conduci facere possit & valeat, absque Impedimento seu Interruptione Nostri aut aliquorum Custumariorum, Scrutatorum, seu aliorum Officiariorum nostrorum quorumcúmque, aliquo Actu, Statuto, Ordinatione, Proclamatione, aut Restrictione, in contrarium factis seu faciendis, in aliquo non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Henrico Secundogenito Regis.

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 2. m. 14. A.D. 1493.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis Nos, ex mero Motu & Scientia nostris, Concessisse *Henrico Secundogenito nostro* Officium Constabularii Castri nostri Dovorriæ ac Custodiam Quinque Portuum nostrorum,

Habenda & Occupanda dicta Officia Constabularii Castri nostri prædicti, ac Custodiæ Quinque Portuum prædictorum, præfato *Secundogenito nostro*, a Festo Sancti Michaelis Archangeli ultimò præterito, per Se vel per sufficientem Deputatum sive Locumtenentem suum (videlicet) dictum Officium Constabularii Castri nostri prædicti ad Terminum Vitæ suæ, dictam verò Custodiam quamdiu Nobis placuerit, cum omnibus & omnimodis Jurisdictionibus, Auctoritatibus, Libertatibus, Vadiis, Feodis, Regardis, Commoditatibus, Emolumentis, & Proficuis eisdem Officiis ab antiquo debitis & consuetis, absque Compoto seu aliquo alio Nobis inde Reddendo, Solvendo, seu Faciendo; Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo Officii & Custodiæ prædictorum seu eorum alicujus, aut de certitudine Feodorum, Vadiorum, & Regardorum prædictorum, vel cæterorum Præmissorum, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, seu Restrictione, in contrarium ante hæc tempora facto, edito, sive ordinato, in aliquo non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* Quinto Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Treugis Scotiæ Prorogandis.

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Scot. 8. H. 7. m. 14. A.D. 1493.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm dudùm, *inter Nos* & Illustrissimum Principem *Jacobum Scotorum Regem* Consanguineum nostrum carissimum, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, & Patriis, ac Subditis nostris & suis hincinde, certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ initæ, captæ fuerint & conclusæ, sub certis modo & formâ in Literis desuper confectis expressatis, sicuti in ipsis Literis pleniùs continetur,

Nos,

Ad Omnipotentis Dei Gloriam Honorem & Reverentiam, Dampnis & Periculis maximis, quæ non sine multa Cæde Sanguinisque Christiani effusione occasione Guerrarum verisimiliter evenire poterunt, pro quibus obviare cupientes, Pacem cum omnibus, saltem Principibus Nobis Sanguinis Vicinitate conjunctis, Christianæ

A. D. 1493. Hen. 7. Christianæ Fideique Cultoribus, quantum in Nobis est, inire, observare, custodire, nostrósque Subditos sub Justitia ponere ac perpetuâ Quiete fovere conamur,

Hujusmodi Treugas & Guerrarum Abstinentias, quæ usque ad Quintum Diem Mensis Octobris proximò futurum inclusivè duraturæ sunt, ulteriùs Prorogari & ad longiora tempora extendi volentes,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Assavensis*, ac Dilecti & Fidelis nostri *Radulphi Graystok* Domini de Graystok Militis, Dilectique Nobis in Christo Magistri *Cristofori Ursewyke* Decani Ecclesiæ Cathedralis Eborum Magni Eleemosinarii nostri, necnon, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Cartyngton* Armigeri, & *Edwardi Ratclyff* Armigeri quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, prout per Præsentes Facimus, Constituimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes Eisdem, Quatuor & Tribus eorum plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale hujusmodi Treugas & Guerrarum Abstinentias, sic inter Nos & dictum Illustrissimum Principem *Scotorum Regem* Consanguineum nostrum Carissimum, Regna, Terras, Dominia, Patrias, ac Subditos nostros quoscúmque captas, initas, & jam ut præmittitur pendentes, Prorogandi, Extendendi, Continuandi, & Innovandi, ac Novas insuper Faciendi, Statuendi, Ordinandi, & Ineundi,

Ac super Præmissis omnibus & singulis eorum, cum *dicto Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, sive Nunciis Potestatem & Auctoritatem ad hoc habentibus, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & finaliter Concludendi,

Novamque Dietam ad Præmissorum complementum Statuendi, Ordinandi, & Limitandi,

Ac *Indenturas* alternatim super Præmissis omnibus & singulis Formandi, Conficiendi, & Sigillandi, & *Partem* per ipsos sic sigillatam *dicto Consanguineo nostro* seu Deputato Deputando, Deputatis aut Deputandis, Exhibendi, Tradendi, & Deliberandi, & *Partem* per ipsum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem* seu Deputatum aut Deputandum, Deputatos seu Deputandos ab eodem similiter sigillatas Petendi, Exigendi, & Requirendi, ac Vice & Nomine nostris Recipiendi, Retinendi, & Reportandi,

Ac insuper nostris Subditis, Regno Scotiæ Finitimis & prope Matchias ejusdem commorantibus, Puplicandi & Notificandi, ac Proclamationes juxta Tenorem, Vim, & Effectum earumdem Indenturarum fieri faciendi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi & Expediendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum, seu circa ea aut eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nos ipsi faceremus seu facere possemus si præsentes personaliter interessemus, etiam si talia fuerint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Aprilis.

Pro Consanguineo Franciæ de Recipiendo & Acquietando.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 1.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm nuper, inter nostros & Illustrissimi Principis Præcarissimi Fratris & Consanguinei nostri *Karoli Gallorum Principis* Commissarios, Oratores, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, inter cætera, Conventum, Concordatum, Appunctuatum, & Conclusum est,

Quòd *idem Frater & Consanguineus noster* Solveret & Deliberaret, seu Solvi & Deliberari faceret Nobis & Hæredibus nostris, seu nostris Deputatis, vel dictorum Hæredum nostrorum Deputatóve Deputatis, Summam *Septingentarum & Quadraginta Quinque Millium Coronarum Auri*, unaquaque Corona Valoris Triginta & Quinque Solidorum Turonensium Monetæ tunc in Regno Franciæ cursum habentis,

Quam quidem Summam *Septingentarum & Quadraginta Quinque Millium Coronarum Auri* prædictus Frater & Consanguineus noster Confessus fuerit & Declaraverit, Séque & Hæredes suos per Literas suas Nomine suo subsignatas Obligaverit, & pro Se & dictis Hæredibus

A. D. 1493. Hen. 7. redibus suis consentierit & promiserit, solvere & deliberare, seu solvi & deliberari facere Nobis & Hæredibus nostris, seu nostris Deputatis, aut ipsorum Hæredum nostrorum Deputatis seu Deputatis, sub modo & formâ sequentibus; viz.

Quòd *idem Frater & Consanguineus noster* Solvet & Deliberabit, Solvive & Deliberari faciet, Nobis & dictis Hæredibus nostris, nostrisve Deputatis, seu dictorum nostrorum Hæredum Deputatis sive Deputatis, in Villa Calesii, Die Primo Mensis Maii proximò futuro, *Viginti & Quinque Milia Francorum in Coronis Auri*, unoquoque Franco Valente Viginti Solidos Turonenses,

Et Primo Die Mensis Novembris extunc proximò sequente *Viginti & Quinque Millia Francorum in Coronis Auri* Valoris supradicti in Villa prædicta,

Et sic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, *idem Frater & Consanguineus noster* Solvet & Deliberabit, Solvive & Deliberari faciet Nobis & dictis Hæredibus nostris, aut nostris seu prædictorum Hæredum nostrorum Deputatis vel Deputatis, Loco & Terminis antedictis, donec & quousque dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri*, æstimationis prædictæ, per ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum *Gallorum Principem* & Hæredes suos Nobis & Hæredibus nostris, ut prædictum est, plenè & integrè Soluta & Contentata fuerit,

Et quia Terminus Primæ Solutionis propediem approximat, Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Ricardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis nostri Villæ nostræ Calesii, *Thomæ Fenys* Constabularii Castri nostri ibidem, *Johannis Turbervile* Militis Thesaurarii nostri Villæ nostræ prædictæ, *Adriani Whetbill* Contrarotulatoris ibidem, *Nicholai Boughton* Thesaurarii Guerrarum nostrarum ejusdem Villæ, & *Willielmi Lanerak* Secretarii Villæ prædictæ, quamplurimùm confidentes, A. D. 1493. Hen. 7.

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis *ipsius Fratris & Consanguinei nostri Franciæ*, apud dictam Villam nostram Calesii, Nomine nostro Tractandi & Communicandi, & ab ipsis dictam Summam *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri* Valoris antedicti (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses ut præmittitur valente) Nobis dicto Primo Die Mensis Maii per ipsum *Gallorum Principem* Debitam & Solvendam, Recipiendi & eorum Solutiones Acceptandi, *ipsumque Consanguineum nostrum* & dictam Summam Solventes de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, atque Literas suas Acquietantiæ & Exonerationis eorumdem Conficiendi & Sigillandi, ipsasque Literas atque nostras Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi, Magno Sigillo nostro sigillatas, præfatis Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis prædicti *Fratris & Consanguinei nostri* Nomine nostro atque suo Tradendi & Deliberandi, cæteraque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros totum & quicquid dicti nostri Commissarii, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputati Nomine nostro fecerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quinto Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Acquietando.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ibid. REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Principe & Carissimo Fratre & Consanguineo nostro *Karolo Gallorum Principe*, per Manus A. D. 1493.

apud Villam nostram Calesii,

A. D. 1493. Hen. 7. Calefii, *Viginti & Quinque Milia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses & unaquaque Corona *Triginta & Quinque Solidos Turonenses* valente) Primo Die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio, Nobis solvi debitarum in Partem Solutionis *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* æstimationis antedictæ, per ipsum & Consanguineum nostrum vel Hæredes suos Nobis & Hæredibus nostris solvendarum; prout in Literis *prædicti Fratris & Consanguinei nostri* Nobis superinde confectis pleniùs continetur, A. D. 1493. Hen. 7.

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* & æstimationis prædictæ fatemur Nobis fideliter esse solutis, & *eundem Consanguineum nostrum* Hæredes superinde fore Quietos, & exinde plenè Exoneratos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto

Per ipsum Regem.

Litera Ducis Calabriæ, super Receptione Garterii Ordinis Sancti Georgii.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ex Autogr. ALfonsus *de Aragonia Dux Calabriæ Primogenitus* ac Vicarius Generalis *Regis Siciliæ, &c.* Universis & singulis, præsentes Litteras inspecturis, Salutem sincerique Amoris Intentum.

NOTUM FACIMUS AC TESTAMUR, serie cum præsenti, quemadmodum præsenti Die Dominico decimo nono Mensis Maii Anno infrascripto in Civitate Suessæ, in especiali Civitatis ipsius Ecclesiâ, astantibus atque intervenientibus Serenissimis Parentibus nostris, *Ferdinando*, Dei gratiâ, *Rege Siciliæ & Jerusalem*, ac *Joanna Regina*, ejusdem Consorte, in Celebritate publica multorum Regulorum, ac plurimorum Nobilium, in Celebratione sollennis Missæ, adhibitis debitis Sollemnitatibus, ac Cerimoniis servatis servandis, in Nomine individuæ Trinitatis, gratanter accepimus *Nobilissimum Insigne Garacterii* ad Nos transmissum, de Consensu Confratrum omnium, a Serenissimo Principe atque Illustrissimo Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæque Rege* Indito, porratúmque ac Nobis datum ejusdem Mandato a Venerabili Domino *Cristofaro Ursuviks* Decano Ecclesiæ Sancti Petri Eborum Magno ipsius Domini Regis Eleemosinario, necnon a Magnifico Milite *Humfredo Talbooth* Marescallo Calesii, Oratoribus ac Nunciis specialibus & Procuratoribus ad hæc deputatis ab eodem Domino Rege, unà cum *Joanne Jorko* Armorum Araldo, A. D. 1493.

A quibus quidem Oratoribus, Nomine & pro Parte ejusdem Serenissimi Domini Regis, de eodem Insigni Decorati atque Insigniti fuimus, & in Confratrem ac Commilitem Ordinis ipsius admissi & acceptati,

Quem quidem Ordinem, cum eodem Insigni, sponte & libenter, & in publico, ut prædicitur, Constituti, cum Capitulis ipsis Accepimus, eaque Præstitimus atque Servavimus, Præstituri ac Servaturi sumus omnia & singula quæ ut moris est præstari ac servari debent a Confratribus Ordinis ejusdem, cum optima Voluntate Animique dispositione atque observantia.

In quorum omnium Testimonium atque Fidem præsentes Litteras fieri jussimus, nostrâ Manu subscriptas, ac pendenti Magno nostro Sigillo in Pede munitas.

Dat. in *Civitate Suessæ*, Die Decimo nono Maii, Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio.

ALFONSO.

Dominus Dux mandavit mihi LO. DE CASALMONO.

Rsta Cur. xv. f.

De

A. D. 1493. Hen. 7. A. D. 1493. Hen. 7.

De Communicando cum Rege Scotorum super Pace, Amicitia & Sponsalibus.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Scot. 8. H. 7. m. 6.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm Nos, propter felicem Christianæ Religionis Successum, universalem Regnum ac Regnorum omnium Pacem & Concordiam desiderantes, ac maximè eorum quibus Sanguinis ac Patriarum vicinitate conjuncti sumus, quosque etiam jam ad Dies & Annos mutuæ Pacis & Concordiæ Benevolentia complexi sumus,

Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Assavensis Episcopi*, ac *Willielmi Tyler* Militis Locumtenentis nostri Villæ nostræ Berewici, *Henrici Eynesworth* Clerici Legum Doctoris Consiliarii & in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii Capellani nostri, necnon Dilecti nobis *Johannis Cartyngton* Armigeri, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Quatuor & eorum Tribus plenariam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cùm Illustrissimo Principe Carissimo Consanguineo nostro *Jacobo Rege Scotorum*, seu ipsius Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, sive Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super vera firma perpetua & reali Pace, Concordia, atque Amicitia, ad Vitam utriusque nostrûm Principum, aut ad longiora seu minora Tempora duraturâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, Alligantiis, Intelligentiis, Confœderationibus, ac mutuo & amicabili Communicatione & Intercursu Mercium & Mercandisarum, inter Nos & dictum Illustrissimum Principem *Consanguineum nostrum*, Hæredes & Successores utriúsque nostrûm, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Faventes, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque hincinde ineundis, capiendis, componendis, celebrandis, & habendis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Paciscendi, ac finaliter & integrè Determinandi, & Concludendi.

A. D. 1493.

Treugasque antehac initas Innovandi & Prorogandi,

Hujusmodíque Pacem & Concordiam atque Treugas & Guerrarum Abstinentias, Ligas, Amicitias, Fœdera, Affinitates, Intelligentias, & Confœderationes, Pactiones, & Conventiones de novo Componendi, Paciscendi, Firmandi, Statuendi, & pro perpetuo Roborandi, prout eis Quatuor & eorum Tribus melius videbitur expedire,

Ac etiam de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus atque Connexis, quæ *inter Nos* & dictum Illustrissimum Principem *Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde Indiscussæ dependent, aut pendere prætenduntur, sive dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, Componendi, & ea Reformandi, prout eis & Tribus eorum meliùs visum fuerit,

Et ut hujusmodi Pax, Concordia, atque Amicitia, necnon Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, Fœdera, Intelligentiæ, Confœderationes, Pactiones, & Conventiones prædictæ securiùs & firmiùs longiorique Tempore inviolabiliter observentur & teneantur, eisdem nostris Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nunciis, & eorum Tribus Damus & Committimus, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, cum dicto Illustrissimo Principe *Scotorum Rege* Consanguineo nostro Carissimo, seu ejus Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nunciis, de & super Sponsalibus & Matrimonio, inter Illustrissimum Principem Consanguineum nostrum *Scotorum Regem* ex una, & Serenissimam Principem *Katerinam* Consanguineam nostram *Filiam* Serenissimæ Principis *Alianoræ Comitissæ Wiltesiæ*

A.D. 1493. Hen. 7. *Wiltesiæ Filiæ* Illustrissimi Principis perhennis memoriæ *Edmundi, nuper Ducis Somersetiæ* Avunculi nostri, ex alia Partibus, annuente Deo, contrahendis,

Ac de & super Dote seu Dotalitiis & Donatione propter Nuptias ex causa hujusmodi Matrimonii contrahendi utrique Parti Assignandis, Promittendis, Dandis & Solvendis, necnon de & super Modo Forma & Tempore Celebrationis, & Solemnizationis hujusmodi Sponsalium & Matrimonii,

Pro Nobis & Nomine nostro, & pro ipsa Consanguinea nostra, Conveniendi, Communicandi, Concordandi, Appunctuandi, Paciscendi, ac finaliter Concludendi,

Necnon Nomine *ipsius Katerinæ* & pro Ipsa Matrimonium per verba de præsenti, cum eodem Consanguineo nostro *Scotorum Rege*, secundùm Potestatem eis ab ea datam, cum Assensu nostro, quantum in Nobis fuerit, contrahendi,

Donationémque propter Nuptias, Dotalitia, sive Dotem eidem Illustrissimo Consanguineo nostro *Regi Scotorum*, pro præfata Consanguinea nostra, & pro sive super hujusmoni Matrimonio contrahendo, limitanda & solvenda, Nomine nostro Assignandi, Appunctuandi, & Promittendi,

Temporaque & Terminos, pro hujusmodi Donationis propter Nuptias sive Dotis Solutione Statuendi, Præfigendi, & Limitandi, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas & Scripta sigillata pro vera & firma prædictæ Donationis propter Nuptias sive Dotis in Terminis per eos statutis aut statuendis Solutione & Contentatione, eidem Consanguineo nostro *Scotorum Regi*, pro Nobis & Nomine nostro, Faciendi, & Sigillandi ac Fieri & Sigillari Promittendi, & ea Tradendi & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram si opus fuerit præstandi,

Necnon Convenientem Donationem Dotem sive Dotalitia ab eodem Consanguineo nostro *præfatæ Katerinæ Consanguineæ nostræ*, pro sive super hujusmodi Matrimonio contrahendo Præstandam & Assignandam, Nomine nostro & ipsius Consanguineæ nostræ & pro Ea Stipulandi, Petendi, Impetrandi & Exigendi, certáque Loca & Tempora pro prædictæ Donationis Dotis sive Dotalitii Assignatione, Limitatione, & Conventione, *eidem Consanguineæ nostræ* per præfatum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem* fiendæ, similiter Statuendi, Præfigendi, & Limitandi, consimiliaque Securitates, Cautiones, Promissa Obligationes Literas & Scripta sigillata ac Juramentum in Animam præfati Illustrissimi Consanguinei nostri & per ipsum fieri & sigillari, ac Nobis & præfatæ Consanguineæ nostræ deliberari similiter Stipulandi, Exigendi, Impetrandi & Recipiendi, & Nobis deliberari Requirendi,

Novamque Dietam, in talibus Loco & Tempore prout eis melius visum fuerit, quatenus opus fuerit, Statuendi & Assignandi, & inibi Communicandi, Conveniendi, Tractandi, Appunctuandi,

Ac de & super omnibus Præmissis & ab eis qualitercúmque Dependentibus Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Universaque & singula, quæ per eos Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Vallandi, Roborandi, & Assecurandi per Fidei interpositionem & Juramentum in Animam nostram præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis ac Dependentibus ab eisdem omnia & omnimoda Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Pœnas, Astrictiones ac Literas Sigillatas, Validas & Efficaces, pro Parte nostra, Promittendi, Concedendi, Faciendi, Expediendi, Tradendi & Deliberandi,

Juramentáque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Pœnas, aliasque Literas, consimilis effectûs & vigoris, a dicto Illustrissimo Consanguineo nostro *Scotorum Rege* Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula Faciendi, Excercendi, & Exequendi, prout eis & Tribus eorum melius videbitur expedire, quæ talem tantamque vim & effectum volumus realiter optinere ac si ea in Persona nostra fecissemus,

Cæteraque omnia Præmissa & eorum singula quoquomodo concernentia Faciendi, Firmandi, & pro Parte nostra Perimplendi ac debitè Exequendi, quæ nos facere mus si Personaliter interessemus, etiam si majora sint & Mandatum de se magis exigant speciale,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios nostros & Tres eorum Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata & firma habituros & observaturos, & superinde

5

A. D. 1493. Hen. 7. petinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias & Ratificatorias & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, datutos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Vicesimo Octavo Die Maii. A. D. 1493. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

Instrumentum Protestationis factæ coram Pontifice Romano, tangens Tractatum Pacis & Amicitiæ inter Karolum Franciæ, & Henricum Septimum Angliæ Regis.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ex Origine.

IN DEI NOMINE AMEN.

Noverint universi & singuli, præsens Instrumentum lecturi, quòd, Cùm Serenissimi Principes *Carolus Francorum* & *Henricus Angliæ Reges* per Se ipsos eorúmque & cujuslibet ipsorum Hæredes & Successores Pacem & Amicitiam aliàs contraxerint, prout in Instrumento, sive publicis & autenticis Litteris, ad quas infrascripti Oratores se retulerunt ac referunt, illas hic pro sufficienter expressis haberi volentes, plenius continetur,

Ac in Instrumento sive Litteris eisdem, prout dicti Oratores asseruerunt, inter alia caveatur expresse, sive communicatum & conclusum quòd *uterque Principum prædictorum*, infra certum inibi præfixum Terminum, instanter & cum effectu requirat Sacrosanctam Sedem Apostolicam & Summum Pontificem ut ferat Sententiam Excommunicationis, nunc pro tunc & tunc pro nunc, in alterum ex ipsis Regibus, qui omnia & singula Capitula in Tractatu sive Instrumento & Litteris prædictis contenta, quatinus ipsum concernent, non Observaret,

Hinc est quòd, Venerabiles in Christo Patres Domini, *Christopherus Urswyke* Decanus Ecclesiæ Eboracensis, & *Johannes de Gilys* Archidiaconus Gloucestriæ in Ecclesia Wigorniensis utriúsque Juris Doctor, ejusdem Serenissimi *Henrici Regis Angliæ* Oratores & Procuratores, omnia & singula in Instrumento sive Literis contenta, ipsum Serenissimum *Regem Henricum* concernentia, Oratorio & Procuratorio Nomine præfatis observare volentes & intendentes, in Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Alexandri*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Sexti* mei Notarii Testiumque infrascriptorum Præsentiâ personaliter constituti, eidem Sanctissimo Domino nostro audienti & intelligenti humiliter supplicârunt Quatinus Pacem & Amicitiam antedictas ac prout illas concernunt omnia & singula in Instrumento seu Litteris prædictis contenta Approbare & Confirmare, ac Sententiam Excommunicationis in Alterum ex prædictis Duobus Regibus qui omnia & singula Capitula supradicta, quatinus ipsum concernunt, non Observaret, ut præfertur, ferre & promulgare Apostolicâ Auctoritate dignaretur. A. D. 1493.

Ac præterea Supplicationem Confirmationis hujusmodi Tenoris, de verbo ad verbum subsequentis; videlicet, *Beatissime Pater*, dudùm Devotissimi Viri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Filii *Carolus Francorum & Henricus Angliæ Reges* Pacem & Amicitiam per Se suósque Hæredes & Successores adinvicem fecerunt & contraxerunt certis Pactis, Conditionibus, & Capitulis adjectis, & præfertim quòd uterque Regum eorumdem, infra certum tunc expressum Terminum, requireret Sacrosanctam Sedem Apostolicam & Summum Pontificem ut ferat Excommunicationis Sententiam, nunc pro tunc & tunc pro nunc, in eum ex *ipsis Duobus Regibus* qui omnia & singula Capitula in Tractatu Pacis Amicitiæque prædictæ contenta, quatinus Alterum *ex dictis Regibus* concernerent, non Observaret, aliquo Privilegio eis quomodolibet concesso non obstante, cui expresse Renunciârunt, prout in quodam Publico Instrumento seu Autenticis Litteris superinde confectis pleniùs continetur,

Ut autem, *Pater Sancte*, Pax & Amicitia hujusmodi conservetur, Supplicat *Sanctitati vestræ* præfatus *Henricus Rex* quatinus, Instrumenti seu Litterarum prædictarum Tenorem pro expesso habentes, Pacem & Amicitiam prædictas, ac prout illas concernunt omnia & singula in Instrumento vel Litteris prædictis contenta Approbare & Confirmare, & nichilominus Sententiam Excommunicationis hujusmodi, exnunc prout extunc & extunc prout exnunc, in Alterum *ex dictis Regibus* non Observantem ut præfertur ferre & promulgare dignemini de Gratia speciali, non obstantibus Præmissis ac Constitutionibus

& Or-

A.D.1493. Hen. 7. & Ordinationibus Apostolicis cæterisque Contrariis quibuscúnque, cum Clausulis oportunis & consuetis, & cum insertione Instrumenti sive Litterarum hujusmodi quatinus expediat, & quòd Transsumpto, Manu Publici Notarii, cum Sigillo alicujus Episcopi, vel Prælati Ecclesiastici, sive alterius Secularis Principis, vel Domini munito, Fides adhibeatur, & quòd omnium Præmissorum & circa ea necessariorum major & verior specificatio fieri possit, & quod Litteræ expediantur in formâ gratiosâ signandæ ut Bullæ Apostolicæ in formâ debitâ & consuetâ desuper expedientur, congruis Reverentiâ & Honore porrexerunt & dimiserunt, ac ut signaretur instanter & cum effectu postulârunt, necnon eundem Sanctissimum Dominum nostram Papam requisiverunt,

Et insuper Nominibus supradictis, de diligentia per eos in Præmissis facta, quòdque per eundem Serenissimum *Henricum Regem* non stetit neque stat quominus Confirmatio ipsa concedatur, ac Excommunicationis Sententia feratur, prout Instrumenti & Litterarum prædictarum Tenore communicatum & conclusum est, Nominibus jam dictis, omnique alio modo, viâ, Jure, Causâ, & Formâ quibus validiùs & efficaciùs potuerunt & possunt Protestati fuerunt,

Post quæ, immediatè absque ullo temporis intervallo, idem Sanctissimus Dominus *Alexander Papa* Supplicatione, Porrectione, Dimissione, Postulatione, & Requisitione per dictos Oratores factis ut præfertur, illisque ab ejus Sanctitate visis auditis & intellectis, Respondit, super Confirmatione hujusmodi facienda & concedenda, supersedere velle donec & quousque per dictum Dominum *Carolum Regem* Confirmatio ipsa concorditer petatur, sicuti Pax & Amicitia ac omnia & singula per utrúmque Regem communicata fuerunt atque conclusa, Declarando Terminum prædictum eidem Domino *Henrico Regi* interim non currere, & nichilominus extunc, quando concorditer per utrúmque Regem petetur, Confirmationem eandem concedere velle annuit atque promisit,

De & super quibus omnibus & singulis supradictis Oratores præfati rogaverunt Me Notarium infrascriptum ut de Præmissis omnibus & singulis unum vel plura Publicum vel Publica conficerem Instrumenta dictanda & corrigenda Consilio Sapientis, non mutatâ formâ Substantiæ.

Act. *Romæ apud Sanctum Petrum in Palatio Apostolico & Aula dicti Palatii, Pontificum nuncupata*, Anno Dominicæ Nativitatis Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Tertio, Indictione Undecima, Die verò Tertiadecima Mensis Junii, Pontificatûs dicti Domini Papæ Anno Primo, præsentibus ibidem Reverendissimo in Christo Patre & Domino Domino *Francisco Sancti Eustachii Diacono Cardinali*, & Reverendis Patribus Dominis, *Johanne Antonio* Alexandrinensis ac *Johanne Lopis* Perusinensis Episcopis, Testibus ad Præmissa omnia & singula vocatis habitis & rogatis eisdem.

Et quia ego Jacobus Montalatus *de Piscia Clericus Lucanensis Diœcesis Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus Judex Ordinarius ac Notarius Publicus Florentinus Supplicationi, Porrectioni, Dimissioni, Postulationi, Responsioni omnibus & singulis aliis supradictis dum sic agerentur interfui eaque fieri vidi & audivi, Ideo præsens Instrumentum per alium meo jussu fideliter scriptum exinde confeci, publicavi, ac propria Manu subscripsi meis Signo & Nomine consuetis in fidem & Testimonium Præmissorum rogatus & requisitus.*

De Tractando cum Rege Scotorum.

... 1493. An. 8. H. 7. Scot. 8. H. 7. ... 14.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm dudùm *inter Nos* & Illustrissimum Principem *Jacobum Scotorum Regem* Consanguineum nostrum Carissimum, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, Patriis ac Subditis nostris & suis hincinde, certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ initæ captæ celebratæ fuerunt & conclusæ, sub certa in Literis de super confectis expressata Forma, sicuti in ipsis Literis pleniùs continetur, A.D.1493.

Nos,

Qui Pacis & Concordiæ vires novimus, interiores nostræ mentis oculos ad Pacis & Concordiæ Bonum convertentes, ea omnia desideramus pro viribus cogitare & facere quæ ad Pacem cum Visinis præsertim Principibus fovendam attinere videntur,

Ipsas

A. D. 1493. An. 7. Ipsas Treugas & Guerrarum Abstinentias inviolabiliter Observari, ac omnia & singula contra formam & effectum Treugarum hujusmodi Attemptata & Perpetrata debitè Reparari & Reformari volumus,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Assavensis*, ac Dilecti & Fidelis nostri *Radulphi Graystok* de Graystock Militis Dilectique Nobis in Christo Magistri *Cristofori Vresewik* Decani Ecclesiæ Cathedralis Eborum Magni Eleemosinarii nostri, necnon, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Cartyngton* Armigeri & *Edwardi Ratclyff* Armigeri, quàm plurimum confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, prout per Præsentes Facimus, Constituimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem Quatuor & Tribus eorum plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale, ultimo Die Julii proximò futuro, & quibuscúmque Diebus dictum ultimum Diem Julii præcedentibus & subsequentibus, in quocúmque Loco congruo & oportuno, Conveniendi cum Commissariis, Deputatis, & Procuratoribus prædicti Præcarissimi Consanguinei nostri *Regis Scotorum* sufficientem Potestatem in hac parte habentibus,

Ac Tractandi & Communicandi de & super quibuscúmque Querelis, Litibus, Quæstionibus, Gravaminibus, ac Offensis, Guerris & Attemptatis, per Subditos & Ligeos nostros & suos in Marchiis versus Scotiam seu alibi per Terram aut Mare Aquásve dulces, contra formam dictarum Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum, *inter Nos* & dictum Consanguineum nostrum *Regem Scotorum* ut præmittitur captarum initarum & conclusarum, hincinde habitis ac qualitercúmque motis factis sive perpetratis,

Ipsásque Querelas, Lites, Quæstiones ac Gravamina & Attemptata prædicta Audiendi, Discutiendi & Fine debito Terminandi, necnon debitam Reformationem & Reparationem Quærelarum, Gravaminum, Offensarum, & Attemptatorum prædictorum fieri Petendi ac fieri Promittendi,

Et super Præmissis & eorum Dependentiis, Appunctuandi, Concordandi & Concludendi,

Novamque Dietam in talibus Loco & Tempore prout eis meliùs visum fuerit Deputandi Statuendi atque Limitandi, & ibidem de & super omnibus Præmissis & ab eis qualitercúmque Dependentibus Communicandi, Tractandi, Appunctuandi & finaliter Concludendi,

Universáque & singula, quæ pro Reformatione Præmissorum necessaria fuerint & oportuna, ac qualitercúmque debita & requisita, juxta Leges & Consuetudines Marchiarum prædictarum, Faciendi, Exercendi & Exequendi, Executionique Demandandi;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Decimo Septimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Tractando & Conductubus Concedendis.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Scot. 8. H. 7. m. 16. REX universis & singulis Admirallis &c. Salutem.

Cùm Jampridem, per Literas nostras Patentes, Fecerimus & Constituerimus & Ordinaverimus Reverendum in Christo Patrem *Ricardum Episcopum Assavensem*, Dilectúmque Nobis in Christo Magistrum *Cristoforum Ursewik* Decanum Ecclesiæ Cathedralis Eborum Magnum Eleemosinarium nostrum, necnon, Dilectos & Fideles nostros, *Johannem Cartyngton* Armigerum, & *Edwardum Ratcliff* Armigerum, nostros veros & indubitatos Commissarios Procuratores & Nuncios speciales,

Ad Conveniendum, ad certos Dies & Loca, cum Commissariis, Deputatis & Procuratoribus Illustrissimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Consanguinei nostri Carissimi, super certis Negotiis in dictis Literis nostris specificatis Tractaturos & Communicaturos.

Hinc est quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, quoscúmque Procuratores, Commissarios, Legatos & Nuncios *ipsius Consanguinei nostri*, quos Nobis in hoc Regnum nostrum ex causa prædicta transmittere & destinare voluerit,

A. D. 1493. Hen. 7. Ita quòd benè liceat eisdem dicti Consanguinei nostri Procuratoribus, Commissariis, Legatis & Nunciis in hoc Regnum nostrum & alia Loca Nobis subjecta quæcúmque, cum *Centum Personis in Comitiva sua*, & totidem Equis vel infra, cum Bogeis, Manticis, Fardellis, Jocalibus, Auro & Argento monetato & non monetato, Literis Papiris ac aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctìm & divisìm, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit *&c. ut in similibus de Conductu Literis*. A. D. 1493. Hen. 7.

In cujus &c. per Tres Menses proximo futuros duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Decimo Septimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

Conventiones apud Edinburgham conclusæ.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ex Autogr. HÆc INDENTURA, FACTA *apud Edinburgh Vicesimo Quinto Die Mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Tertio*, inter Nos, *Willielmum Aberdonensem Episcopum*, Custodem Secreti Sigilli Serenissimi Illustrissimique Principis *Jacobi Scotorum Regis*, *Johannem Ross* de Montgrenane Militem, Magistros, *Johannem Fresale* Decanum Capellæ ejusdem Scotorum Regis de Lestalrig suorumque Rotulorum & Registri ac Concilii Clericum, & *Ricardum Lawson* Clericum Justiciariæ dicti Regis, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Ipsius Regis Scotorum supradicti ex Parte Unâ, & Reverendum in Christo Patrem *Ricardum Assavensem Episcopum*, *Willielmum Tyler* Militem, *Henricum Eynesworth* Legum Doctorem, & *Johannem Cartyngtonn* Armigerum, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Serenissimi Excellentissimique Principis *Henrici Regis Angliæ*, ex Parte Altera,

TESTATUR quòd Nos Commissarii *Regis Scotiæ* cum præfatis Oratoribus & Commissariis *Regis Angliæ*, atque ipsi nobiscum, virtute & auctoritate Commissionum nostrarum hincinde per Literas Patentes dictorum Regum Nobis atque ipsis divisim factas (quarum Tenores de verbo ad verbum inferius inseruntur) Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, Appunctuamus, Convenimus, Concordamus, & Concludimus Nos cum Ipsis & Ipsi nobiscum, Nominibus Principum prædictorum, in omnibus & per omnia, prout in sequentibus Articulis continetur,

INPRIMIS, inter Nos Commissarios prædictos, Nominibus quibus supra, Appunctuatum, Concordatum, & Conclusum est quòd, inter Serenissimos *Reges Scotiæ & Angliæ* supradictos, eorum Hæredes & Successores, Regna, Patrias, & Dominia, Terras, & Loca quæcúmque eorumdem, necnon Vassallos, Ligeos, Homines, & Subditos suos quoscúmque, præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, enjuscúmque Gradûs, Præeminentiæ, Statûs, aut Conditionis existant, sit bona, realis, sincera, vera, integra, & firma Treuga, & Guerrarum Abstinentia, per Terram, Mare, Aquas dulces, & ubique Locorum, Inceptura ab Occasu Solis Diei ultimi Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quarto, Duratura usque ad Ultimum Diem Mensis Aprilis in Anno Domini Millesimo, Quingentesimo primo inclusivè, Prioribus Treugis, ultimò apud Caldstreme captis, Tertio Die Mensis Novembris ultimò præterito, usque ad Ultimum Aprilis proximò futurum, in suo Robore nichilominus permansuris. A. D. 1493.

ITEM, specialiter Conventum & Conclusum est quòd, durantibus Treugis seu Guerrarum Abstinentiis antedictis, nullus dictorum Principum movebit per Se aut per Subditos suos aut per alios quoscúmq;, seu movere permittet, Guerram, per Terram, Mare, neque Aquas dulces, adversus alium dictorum Principum Subditos aut Ligeos suos, nec dabit Auxilium, Consilium, vel Favorem ut hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd Naves, Nautæ, Mercatores, & alii Subditi utriúsque Principum prædictorum per Terram, Mare, & Aquas dulces Euntes, Conversantes, Navigantes, Naufragium passuri, & Permanentes Tractentur & Recipiantur, prout melius Tractari & Recipi consueverunt in temporibus aliarum Treugarum prius inter *Scotiæ & Angliæ Reges* & eo-

A. D. 1493. Hen. 7. rum Regna initarum & conclusarum.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd omnes & singuli Deprædatores, Malefactores, & Prætensium Treugarum Violatores puniendur asperius eisdem formâ & modo quibus antiquitùs puniri consueverunt, & si aliquis ex Subditis alterius Partium prædictarum quicquid deprædatus fuerit seu attemptaverit infra Marchiam & ad Terram alterius Partis fugerit,& postDeprædationem hujusmodi seu Attemptatum Fugiendo revertatur ad Marchiam aut Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi contra quem sic attemptaverit in recenti vel infra Sex Dies computandos a tempore Delicti sic attemptati vel commissi, auctoritate præsentis Ordinationis, absque aliis Literis vel salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias & Terram in quam idem Malefactor se contulerit; dummodò, quamcitò hujusmodi Marchiam sive Terram hac de Causa intraverit, adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæsæ,habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui (viz.) ad Prosequendum Deprædationem suam, describat & specificet quibus Bonis, Catallis, vel Rebus Deprædatus fuerit, ac insuper requirat eundem quòd, quamdiu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit, secum eat, ut super Factis suis tempore dictæ Prosecutionis possit,cùm requisitus fuerit, super hoc Testimonium perhibere Veritati.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd neuter Principum prædictorum auxiliabitur aut Opem feret quovis modo notoriis Rebellibus, Hostibus, vel Inimicis alterius, ad Nocendum alteri eorumdem, vel ipsorum Regnis, Dominiis, Terris, aut Subditis, & si de facto aliquis Rebellis vel Inimicus unius vel alterius Principis existens vel Fugitivus in Regno, Terris, vel Dominiis alterius eorumdem tempore quo ibidem extiterit aliquid fecerit per Terram, Mare, vel Aquas dulces, ad Dampnum alicujus eorundem,vel Regnorum,Terrarum, Dominiorum, vel alicujus Subditorum suorum, tunc *ille Princeps* in cujus Regno, Terris, vel Dominiis talis Rebellis, Hostis, vel Inimicus sic commisit, & ibidem postea receptus fuerit, Dampnum illud Reparari & Resarciri faciet, ac si proprius Ligens & Subditus ejusdem hujusmodi Dampnum commisisset aut perpetrâsset.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, durantibus præsentibus Treugis, ut præmissum est, Castrum & Villa Berwici, cum antiquis Limitibus & Inhabitantibus ac Incolis eorumdem sub eisdem Treuga & Guerrarum Abstinentia, ac Bellorum Induciis stabunt & permanebunt toto tempore prædicto, ita quòd neque Serenissimus *Rex Scotiæ* per Se, aut aliquos Subditorum, Ligeorum, aut Vassallorum suorum Guerram Insultum aut Obsidionem ipsis Locis aut Incolis eorumdem, neque Excellentissimus *Rex Angliæ* per Se aut suos Inhabitantes Villam seu Castrum hujusmodi Guerram, Insultum, aut Obsidionem dicto Serenissimo *Regi Scotiæ* suisve Ligeis aut Vassallis faciet quovis modo pendente tempore Treugarum prædictarum. A. D. 1493. Hen. 7.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd si contingat aliquos Piratas, Fugitivos,seu Bannitos Regnorum unius vel alterius Principum prædictorum Spoliationes seu Deprædationes in Bonis alicujus Subditorum eorundem committere, & postea Piratæ, Fugitivi, seu Banniti prædicti ad aliquem Portum prædictorum Principum applicuerint, tunc ille Princeps, in cujus Portum applicuerint, faciet per Officiarios suos prædictos securè custodiri, aut Eosdem & Receptores eorumdem deliberari Parti Læsæ, vel Spoliata, & Deprædata per Eosdem integrè Restitui faciet & Resarciri, vel justum Valorem eorumdem.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd Fugitivi Scotiæ qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ* debent ligari ex parte Anglicorum ad Observandum Articulos Præsentium Treugarum, & quòd Attemptata per eos super Subditos dicti *Regis Scotiæ* debent eodem modo reformari, quo reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*, idem per omnia observando ex parte *Regis Scotorum* si qui Anglici ante hæc tempora per sua Sacramenta Ligei *Regis Scotorum* devenerunt vel aliter quovis modo.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd in præsentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis comprehendantur Amici, Confœderati, & Alligati, Regna, Dominia, & Subditi utriúsque Principis, si comprehendi voluerint, & super hoc Animos suos declaraverint & idem desideraverint infra Sex Menses proximò exnunc sequentes,

Et specialiter pro Parte *Regis Scotiæ*,

Karolus Rex Franciæ, *Johannes Rex Daciæ*, *Rex Hispaniæ*, *Rex Napulis*, *Rex Romanorum*, *Archidux Austriæ & Burgundiæ*, *& Mediolani Dux*;

Pro Parte *Regis Angliæ*,

Impe-

A. D. 1493. Hen. 7.

Imperator, Rex Romanorum, Reges Hispaniæ, Portugaliæ, Napulis,

Austriæ, Burgundiæ, Ferrarii, & *Sabaldiæ Duces,*

Ac Mercatores & Communitates Hanzæ Theutonicæ,

Quibus Mensibus lapsis, si nulla Notificatio hujusmodi facta fuerit Regibus prædictis, dicti Confœderati eorumdem non intelligentur in dictis Treugis comprehensi,

Et, si dicti Reges dictos Confœderatos sub dictis Treugis comprehendere noluerint, extunc dictæ Treugæ nullius Roboris censeantur vel Momenti.

ITEM, Conclusum est quòd, si, eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliquid contra easdem vel aliquam Partem earumdem per Terram, Mare, vel Aquas dulces, fieri vel attemptari contingat, per hoc tamen præsentes Guerrarum Abstinentiæ non erunt nec censebuntur Ruptæ, Infirmatæ, vel Annullatæ, sed nichilominus in suo Robore permanebunt & Attemptata hujusmodi debitè reformabuntur.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Subditus alicujus Principum prædictorum, qui passus fuerit Rapinam vel Spolium a Subdito alterius eorumdem, propriâ auctoritate suâ propter hoc Deprædationem, Spoliationem, Prisas, vel Districtiones Personarum seu Bonorum fecerit, eo ipso cadat a Causa sua, & nichilominus secundùm Delicti exigentiam puniatur.

ITEM, Conclusum & Concordatum est quòd, quamquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sint modis & formis ut supra, attamen non dicentur nec reputabuntur omninò Generales, nec se extendent ad Dominium de Lorne in Regno Scotiæ, nec ad Insulam de Lundey in Regno Angliæ, sed Dominium & Insula prædicta intelligentur nullo modo comprehensa in hiis Guerrarum Abstinentiis.

ITEM, Expediens visum & Conclusum est quòd *utrique Principes* supradicti deputabunt certos Probos & Discretos Viros ad Numerum Trium Personarum ex alterutra Parte eorumdem, quibus committent Potestatem plenam ad Inspiciendum le Fyschgarth de Esk & Terras Debatabiles ibidem adjacentes in Occidentalibus Partibus Marchiarum, qui convenient apud Lochmabaneftane, Octavo Die Mensis Augusti, in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quarto, & juxta eorum discretiones Finem debitum de omnibus Controversiis super eisdem perpetuis futuris temporibus Deo Duce imponent:

Et Casu quo aliquis Ligeorum unius vel alterius Principum prædictorum reparaverit, ædificaverit, seu ut vulgariter dicitur imposuerit dictum le Fyschgarth aut rumpat aut destruat, pro non attemptato reputabitur; Et nichilominus alia Attemptata quæcúnque Reparabuntur, sic quòd Reparatio seu Destructio dicti le Fyschgarth non impediet Reformationem aliorum Attemptatorum, nec introducet Ruptionem præsentium Treugarum.

ITEM, quia, post plures Dietas & longas Altercationes de & super Reformatione & Reparatione Injuriarum, Deprædationum, & aliorum per Mare & Aquas dulces Attemptatorum, inter Subditos utriúsque Principum prædictorum, tandem inter Nos Commissarios antedictos veresimiliter compertum est, quòd Attemptata per Mare & Aquas dulces per Subditos *Regis Angliæ* in & contra Subditos *Regis Scotiæ*, in magna Pecuniarum Summa excedunt Attemptata per Mare & Aquas dulces per Subditos *Regis Scotiæ* in & contra Subditos *Regis Angliæ*, inter Nos Commissarios utriusque Partis antedictos Conventum & Conclusum est quòd, pro omnibus & singulis hincinde, ut supra priùs Attemptatis, fiat & sit hincinde generalis Abolitio & Remissio omnium & singulorum, per Mare & Aquas dulces, inter utriúsque Principum prædictorum Subditos taliter Attemptatorum, quæ Nos Commissarii utriúsque Principum prædictorum antedicti, Auctoritate Nobis in ea parte attributa, Nominibus Principum nostrorum, generaliter & specialiter pro Bono Pacis abolemus & hincinde remittimus, & pro non Attemptatis reputamus,

Et in Recompensam & Contentationem ac plenariam Satisfactionem Injuriarum, Deprædationum, ac omnium & singulorum, per Mare & Aquas dulces per Subditos *Regis Angliæ* attemptatorum, inter Nos Commissarios antedictos Conventum est quòd dictus Illustrissimus *Rex Angliæ* supradicto Consanguineo suo Illustrissimo *Regi Scotiæ*, vel suis Nunciis solvet seu solvi faciet, citra ultimum Diem Mensis Julii proximò futurum, apud Turrim & Locum de Wethirburn in le Mers. in Scotia, Summam *Mille Marcarum Monetæ Anglicanæ in Auro & Grossis Anglicanis* nunc in Regno Angliæ currentibus,

Et Nuncii dicti *Regis Angliæ*, pro Solutione dictæ Summæ Venientes & eandem Portantes, salvò & securè venient ad dictum Locum de Wethirburn, & Redient virtute Præsentium Treugarum & Appunctuamentorum, quæ pro salvo & sufficienti Conductu sufficient; quibus

A.D. 1493. Hen. 7. bus Nunciis, dictam Summam portantibus & eandem solventibus Serenissimus *Rex Scotiæ* dabit sufficientem Acquietantiam de Recepta.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd similiter Attemptata per Terram sint abolita & remissa, ex utraque Parte, usque Vicesimum quartum Diem Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd utraque Partium prædictarum Publicari & Notificari facier dictas Guerrarum Abstinentias Subditis suis, In omnibus & singulis insignioribus Locis Marchiarum suarum, tàm in Regno Scotiæ quàm Angliæ, publicè & solenniter, inchoando apud Edinburgum in Scotia, & apud Novum Castrum in Anglia, infra Octo Dies a Data Præsentium.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd præsentes Conclusiones & Conventiones Treugarum & Guerrarum Abstinentiæ Confirmabuntur & Ratificabuntur per Patentes Literas utriusque Regum prædictorum, Magnis Sigillis suis sigillatas, necnon Subscriptione eorumdem; Quæ Literæ, sic sigillatæ & subscriptæ, Deliberabuntur & Tradentur hincinde citra ultimum Diem Mensis Julii proximò futurum, pro Parte *Regis Scotiæ Willielmo Tyler* Militi apud Berwicum, pro Parte *Regis Angliæ Georgio Hume* apud Wethirburn.

QUÆ OMNIA ET SINGULA, Ita inter Nos Commissarios antedictos Communicata, Conventa, & Conclusa, Nos Commissarii *Regis Scotiæ* antedicti Promittimus per ipsum Metuendissimum Dominum nostrum suósque Successores, quoad ipsum & ipsos attinet, debitè in omnibus & per omnia teneri inviolabiliter pariter & observari.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium huic Parti *Indenturæ*, penes Commissarios *Regis Angliæ* supradicti *Relictæ*, Nos Commissarii *Regis Scotiæ* Nomina nostrâ propriâ subscripsimus, & Sigillâ nostrâ appofuimus, Anno, Die, Mense, & Loco supradictis.

Tenor verò Commissionis nostræ, de qua supra sit mentio, sequitur & est talis,

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cum dudùm *inter Nos* & Illustrissimum Principem *Henricum Angliæ Regem* Consanguineum nostrum carissimum, pro Nobis, Regno, Terris, Dominiis, & Patriis, ac Subditis nostris & suis hincinde, certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ initæ captæ fuerunt & conclusæ, sub certis modis & forma in Literis desuper confectis expressatis, sicuti in eisdem Literis pleniùs continetur, A.D. 1493. Hen. 7.

Nos,

Ad Dei Omnipotentis Gloriam Honorem & Reverentiam, Dampnis & Periculis maximis, quæ non sine multa Cæde Sanguinísque Christiani effusione, occasione Guerrarum, verisimiliter evenire poterint, pro Viribus obviare cupientes,

Pacem cum omnibus, saltem Principibus Nobis Sanguinis Vicinitate conjunctis Christianæque Fidei Cultoribus, quantum in Nobis est, inire, observare, custodire, nostrósque Subditos sub Justitia ponere & perpetuâ Quiete fovere conamur,

Hujusmodi Treugas & Guerrarum Abstinentias ulterius prorogari & ad longiora Tempora extendi volentes,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Willielmi Episcopi Abirdonensis* nostri Secreti Sigilli Custodis, *Johannis Rosse* de Montgrenane Militis, Magistrorum, *Johannis Fresale* Decani Capellæ nostræ de Lestalrig nostrorum Rotulorum & Registri ac Consilii Clerici, & *Ricardi Lawson* Clerici Generalis nostræ Justiciariæ, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & Indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem, Quatuor, & eorum Tribus plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum prædicto Illustrissimo Principe *Henrico Angliæ Rege* Consanguineo nostro Carissimo, seu ipsius Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, sive Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem ad hoc habentibus, Conveniendi,

Ipsásque Treugas & Guerrarum Abstinentias, sic inter Nos & dictum Carissimum Consanguineum nostrum captas & initas, Prorogandi, Extendendi, Continuandi, & Innovandi,

A.D. 1493. H. 7.

Ac novas Treugas & Guerrarum Abstinentias inter Nos & dictum nostrum Consanguineum Hæredes & Successores utriúsque nostrûm, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque hincinde, tàm per Terram quàm per Mare, ad tempus longum vel breve, sub modis, formâ, & conditionibus, prout nostris & suis Commissariis magis expedire videbitur, Faciendi, Statuendi, Ordinandi, Componendi, & Ineundi,

Ac super Attemptatis & Reliquis Bonum Treugarum concernentibus, & super Præmissis omnibus & singulis eorum Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Pacifcendi, & finaliter & integrè Determinandi & Concludendi,

Cæteráque omnia alia & singula Faciendi, Expediendi, & Exercendi, quæ in Præmissis aut aliquo Præmissorum seu circa ea aut eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nosipsi faceremus seu facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia fuerint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios nostros, & Tres eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras sub Magno Sigillo nostro fieri fecimus Patentes apud *Edinburgh* Vicesimo secundo Die Mensis Junii, Anno Regni nostri sexto.

Tenor verò Commissionis præfati Serenissimi Regis Angliæ, prædictis suis Commissariis factæ, sequitur in hunc modum.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, propter felicem Christianæ Religionis Successum, universalem Regum ac Regnorum omnium Pacem & Concordiam desiderantes, ac maximè eorum quibus Sanguinis ac Patriarum vicinitate conjuncti simus, quosque etiam jam ad Dies & Annos mutuæ Pacis & Concordiæ Benevolentia complexi sumus,

Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Assavensis Episcopi*, ac *Willielmi Tyler* Militis Locumtenentis nostri Villæ nostræ Berewici, *Henrici Eynesworth* Clerici Legum Doctoris Consiliarii & in Officio Privati Sigilli nostri Secundarii Capellani nostri, necnon Dilecti nobis *Johannis Cartyntonn* Armigeri, quamplurimùm confidentes,

A.D. 1493. Hen. 7.

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus ac Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Quatuor & eorum Tribus plenariam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cúm Illustrissimo Principe Carissimo Consanguineo nostro *Jacobo Scotorum Rege*, seu ipsius Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, sive Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super vera firma perpetua & reali Pace, Concordia, atque Amicitia, ad Vitam utrinsque nostrûm Principum, aut ad longiora seu minora Tempora duraturâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, Alligantiis, Intelligentiis, Confœderationibus, ac mutuo & amicabili Communicatione & Intercursu Mercium & Mercandisarum, inter Nos & dictum Illustrissimum Principem *Consanguineum nostrum*, Hæredes & Successores utriúsque nostrûm, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Faventes, Confœderatos, Amicos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque hincinde ineundis, capiendis, componendis, celebrandis, & habendis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Pacifcendi, ac finaliter & integrè Determinandi, & Concludendi.

Treugasque antehac initas Innovandi & Protogandi,

Hujusmodi Pacem & Concordiam atque Treugas & Guerrarum Abstinentias, Ligas, Amicitias, Fœdera, Affinitates, Intelligentias, Alligantias, & Confœderationes, alias Pactiones, & Conventiones de novo Componendi, Pacifcendi, Firmandi, Statuendi, & pro perpetuo Roborandi, prout eis Quatuor & eorum Tribus melius videbitur expedire,

Ac

A. D. 1493. Hen. 7. Ac etiam de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus atque Connexis, quæ *inter Nos* & dictum Illustrissimum Principem *Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde Indiscussæ dependent, aut pendere prætenduntur, sive dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, Componendi, & ea Reformandi, prout eis & Tribus eorum meliùs visum fuerit,

Et ut hujusmodi Pax, Concordia, atque Amicitia, necnon Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, Fœdera, Intelligentiæ, Confœderationes, Pactiones, & Conventiones prædictæ securiùs & firmiùs longiorique Tempore inviolabiliter observentur & teneantur, eisdem nostris Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nunciis, & eorum Tribus Damus & Committimus, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, cum dicto Illustrissimo Principe *Scotorum Rege* Consanguineo nostro Carissimo, seu ejus Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nunciis, de & super Sponsalibus & Matrimonio, inter dictum Illustrissimum Principem Consanguineum nostrum *Scotorum Regem* ex una, & Serenissimam Principem *Katherinam* Consanguineam nostram *Filiam* Serenissimæ Principis *Alianoræ Comitissæ Wiltesiæ Filiæ* Illustrissimi Principis perhennis memoriæ *Edmundi, nuper Ducis Somersetiæ* Avunculi nostri, ex altera Partibus, annuente Deo, contrahendis,

Ac de & super Dote seu Dotalitiis & Donatione propter Nuptias ex causa hujusmodi Matrimonii contrahendi utrique Parti Assignandis, Promittendis, Dandis, & Solvendis,

Necnon de & super Modo, Forma, & Tempore Celebrationis, & Solemnizationis hujusmodi Sponsalium & Matrimonii, pro Nobis & Nomine nostro, & pro ipsa Consanguinea nostra, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Pacificendi, & finaliter Concludendi,

Necnon Nomine *ipsius Katherinæ* & pro Ipsa Matrimonium per verba de præsenti, cum eodem Consanguineo nostro *Scotorum Rege*, secundùm Potestatem eis ab ea datam, cum Assensu nostro, quantum in Nobis fuerit, contrahendi,

Donationémque propter Nuptias, Dotalitia, sive Dotem eidem Illustrissimo Consanguineo nostro *Regi Scotorum*, pro præfata Consanguinea nostra, & pro sive super hujusmodi Matrimonio contrahendo, limitandas & solvendas, Nomine nostro Assignandi, Appunctuandi, & Promittendi, A. D. 1493. Hen. 7.

Temporaque & Terminos pro hujusmodi Donationis propter Nuptias sive Dotis Solutione Statuendi, Præfigendi, & Limitandi,

Ac Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas & Scripta sigillata pro vera & firma prædictæ Donationis propter Nuptias sive Dotis in Terminis per eos statutis aut statuendis Solutione & Contentatione, eidem Consanguineo nostro *Scotorum Regi*, pro Nobis & Nomine nostro, Faciendi, & Sigillandi ac Fieri & Sigillari Promittendi, & ea Tradendi & Deliberandi,

Ac Juramentum in Animam nostram si opus fuerit Præstandi,

Necnon Convenientem Donationem Dotem sive Dotalitia ab eodem Consanguineo nostro *præfatæ Katherinæ Consanguineæ nostræ*, pro sive super hujusmodi Matrimonio contrahendo Præstandam & Assignandam, Nomine nostro & ipsius Consanguineæ nostræ & pro Ea Stipulandi, Petendi, Impetrandi & Exigendi,

Certáque Loca & Tempora, pro prædictæ Donationis, Dotis, sive Dotalitii Assignatione, Limitatione, & Contentatione, *eidem Consanguineæ nostræ* per præfatum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem* fiendæ, similiter Statuendi, Præfigendi, & Limitandi,

Consimiliaque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas, & Scripta sigillata, ac Juramentum a præfato Illustrissimo Consanguineo nostro & per ipsum fieri & sigillari, ac Nobis & præfatæ Consanguineæ nostræ deliberari similiter Stipulandi, Exigendi, Impetrandi & Recipiendi, & Nobis deliberari Requirendi,

Novamque Dietam, in talibus Loco & Tempore prout eis melius visum fuerit, quatenus opus fuerit, Statuendi & Assignandi, & inibi Communicandi, Conveniendi, Tractandi, Appunctuandi,

Ac de & super omnibus Præmissis & ab eis qualitercúmque Dependentibus Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Universaque & singula, quæ per eos Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Vallandi, Roborandi,

A. D. 1493. Hen. 7. randi, & Assecurandi per Fidei interpositionem & Juramentum in Animam nostram præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis ac Dependentibus ab eisdem omnia & omnimoda Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Pœnas, Astrictiones ac Literas Sigillatas, Validas & Efficaces, pro Parte nostra, Promittendi, Concedendi, Faciendi, Expediendi, Tradendi & Deliberandi,

Juramentáque Securitates, Cautiones, Promissiones, Obligationes, Pœnas, aliasq; Literas, consimilis effectûs & vigoris, a dicto Illustrissimo Consanguineo nostro *Scotorum Rege* Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula Faciendi, Excercendi, & Exequendi, prout eis & Tribus eorum melius videbitur expedire, quæ talem tantamque vim & effectum volumus realiter optinere ac si ea in Persona nostra fecissemus,

Cæteráque omnia Præmissa & eorum singula quoquo modo concernentia Faciendi, Firmandi, & pro Parte nostra Perimplendi ac debitè Exequendi, quæ Nos faceremus si personaliter interessemus, etiam si majora sint & Mandatum de se magis exigant speciale; A. D. 1493. Hen. 7.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios nostros & Tres eorum Appunctuata, Promissa, Concordata, & Conclusa fuerint, in hac parte, Rata, Grata & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Vicesimo Octavo Die Maii, Anno Regni nostri Octavo.

De Restitutionibus Temporalium Episcopatus Wyntoniensis.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Pat. 8. H. 7. p. 2. m. 2.

REX Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ, & Wiltesiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem *Thomam nuper Episcopum Sarum*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Sarum, cui tunc præerat, tenebatur, Absolverit, & ipsum ad Ecclesiam Wyntoniensem, vacantem per Mortem, bonæ memoriæ, *Petri ultimi Episcopi Loci illius* Transtulerit, ipsúmque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Wyntoniensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Thomas*, sic ad dictam Ecclesiam Wyntoniensem Translatus, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Thomæ*, sic ad dictam Ecclesiam Wyntoniensem Translati, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem; A. D. 1493.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Thomæ*, sic ad dictam Ecclesiam Wyntoniensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Datâ prædictâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors.
Escaetori Regis in Com. Surr.
Escaetori Regis in Com. Buk.
Escaetori Regis in Com. Oxon. & Berk.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

Bulla

Bulla Moderationis Immunitatum.

R. apud me L. Podocatharum.

A. D. 1493. An. 8. H. 7.

Ex Autogr.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, ad futuram Rei memoriam.

Provisionis nostræ debet provenire Subsidio, ut Jus suum cuilibet conservetur; Hinc est quod Nos Tenorem quarumdam Litterarum felicis recordationis *Innocentii Papæ Octavi* Prædecessoris nostri, in Registro ipsius repertum, pro eo quòd sicut exhibita Nobis nuper pro Parte Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Septimi Angliæ Regis* Illustris Petitio continebat, ipse hujusmodi Tenore ex certis causis asserit se indigere, de Registro ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsius *Henrici Regis* Supplicantis instantiam Præsentibus annotari fecimus, qui talis est,

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem concessas Immunitates, quibus Mali se tuentur, & indies ad Pejora perpetrandum magis inducuntur, taliter moderari, quòd exinde non præbeatur eis imposterùm tanta Delinquendi facultas; sanè, sicut accepimus, in Angliæ Regno nonnulla Ecclesiastica tàm Secularia quàm Religiosa Loca fore noscuntur, quæ tali gaudent Immunitate, ut quicúnque Facinorosi & Scelestissimi Homines quæcúnque Homicidia, Incendia, Sacrilegia, atque Furta, & alia Mala committentes, etiam Latrones publici & Agrorum Populatores, ac rei Læsæ Majestatis & Debitorum aliorum, ad illa recurrentes, & in illis moram trahentes, inde extrahi, & in eorum Bonis & Personis molestari non possint:

Ex quo sequuntur continuè, causâ Immunitatis hujusmodi, in dicto Regno quamplura Damna atque Mala, ac Creditores defraudantur in Pecuniis & aliis Rebus eis per alios debitis, cùm illas, dùm præfati Debitores in dictis Locis moram trahunt, nequeant recuperare:

Contingit etiam sæpenumerò, quòd hujusmodi Mali & Facinerosi Homines, videntes habere Locum tutum in quo dum moram trahunt, in Personis & Bonis nequeunt molestari, interdum exeunt ad aliquod Maleficium perpetrandum, quo Perpetrato, ad Locum eorum redeunt, videntes se tutos fore, & per Justitiam puniri non posse;

Nos igitur, Immunitatem hujusmodi in aliquo moderari volentes, ut hujusmodi Improbi Homines de cætero magis studeant a Malis abstinere, Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ Petitionis instantiam, sed de nostra mera Deliberatione & ex certa Scientia, Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, Statuimus, Decernimus, & Ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus Fures, Homicidæ, Latrones Publici, Agrorum Populatores nocturni, prout etiam hoc a Jure permittitur, & in dictis Locis permanentes, ac ad committendum aliqua Maleficia exeuntes, & ad dicta Loca redeuntes, inde de Mandato Regis dicti Regni pro tempore existentis, aut Officialium suorum Extrahi & Capi liberè & licitè, & absque alicujus Censuræ & Pœnæ Ecclesiasticæ intercursu possint, quódque Debitoribus aliorum ad dicta Loca Confugientibus, si hoc in Fraudem fecerint Creditorum, quoad Bona eorum, Immunitas eorum in eis in aliquo non suffragetur:

Siqui verò in dictis Locis erunt suspecti de Crimine Læsæ Majestatis qui fuerint Convicti, ne exire possint ad Pejora perpetrandum, eis per dictum Regem deputentur Custodes qui illos habeant custodire; non obstantibus Præmissis ac Apostolicis, necnon bonæ memoriæ *Octonis* & *Octoboni* olim in dicto Regno Apostolicæ Sedis Legatorum, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis Generalibus vel Specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, Statutis quoque & Consuetudinibus Locorum prædictorum, & Ordinum quorum illa fuerint, necnon ejusdem Regni Juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Privilegiis quoque & Indultis, ac Litteris Apostolicis generalibus vel specialibus, eis Locis in genere & specie, ac sub quibusvis Verborum Formis & Clausulis, etiam Derogatoriarum Derogatoriis concessis, quibus omnibus etiamsi de illis eorúmque totis Tenoribus pro illorum sufficienti Derogatione specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, Tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes quoad Præmissa Motu & Scientiâ similibus Derogamus, cæterísque contra-

 riis

A.D. 1493 Hen. 7. riis quibuscúnque; verùm quia difficile foret præsentes Litteras ad singula quæque Loca io quibus expediens fuerit deferre, volumus, ac præfatâ Auctoritate Decernimus, quòd illarum Transumptis Manu alicujus Publici Notarii inde rogati subscriptis, & Sigillo ejusdem Regis, vel alicujus Curiæ Spiritualis munitis, ea prorsus io Judicio & extra, & aliàs ubilibet Fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ;

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Constitutionis, Statuti, Ordinationis, Derogationis, Voluntatis, & Decreti infringere &c.

Datum *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Octuagesimo septimo, octavo Id. Augusti, Pontificatûs nostri Anno tertio.

Cæterùm ut earundem Litterarum Tenor prædictus, sic insertus, omnimodam Rei seu Facti certitudinem faciat, Apostolicâ Auctoritate Decernimus, ut illud idem Robur, eámque Vim, eundémque vigorem dictus Tenor per omnia habeat, quæ haberent Origioales Litteræ supradictæ, ac eadem prorsus eidem Tenori Fides adhibeatur, quandocúnque & ubicúnque sive in Judicio sive alibi ubi fuerit exhibitus vel ostensus, ac eidem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem Originalibus Litteris staretur, si forent exhibitæ vel ostensæ; per hoc autem nullum Jus cuiquam de novo acquiri volumus sed antiquum tantummodo conservari. A.D. 1493. Hen. 7.

Nulli ergo &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio, Tertio Non. Julii, Pontificatûs nostri Anno Primo.

D. Gallettus.

Tractatus apud Edynburgh Confirmatio Regis.

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Scot. 8. H. 7. m. 4.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS QUANDAM INDENTURAM, inter Oratores & Commissarios nostros & Oratores & Commissarios Carissimi Consanguinei nostri *Jacobi Scotorum Regis* apud Edynburgh nuper FACTAM, io hæc verba,

HÆC INDENTURA,

FACTA *apud Edynburgh Vicesimo Quinto Die Mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Tertio*, inter Nos, *Willielmum Episcopum Aberdonensem*, Custodem Secreti Sigilli Suppremi Domini nostri *Regis*, *Johannem Rosse* de Montgrenane Militem, Magistros, *Johannem Fresale* Decanum Capellæ Regiæ de Lestalrig Clericum Rotulorum & Registri ac Concilii, & *Ricardum Lanson* Clericum Justiciariæ præfati Domini nostri Regis, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Serenissimi Illustrissimique Principis *Jacobi Regis Scotorum* ex unâ Parte, & Revereodum in Christo Patrem *Ricardum Assavensem Episcopum*, *Willielmum Tyler* Militem, *Henricum Aynesworth* Legum Doctorem, & *Johannem Cartyngton* Armigerum, Consiliarios, Oratores, & Commissarios Sereoissimi Excellentissimique Principis *Henrici Regis Angliæ*, ex altera Parte, A.D. 1493.

TESTATUR quòd Nos *&c. ut supra de Dat. secundo Die Junii.*

QUÆ OMNIA ET SINGULA, sic ut præmittitur Conventa, Concordata, Appunctuata, & Conclusa, Nos *Henricus Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ* acceptamus, approbamus, laudamus, ratificamus, & confirmamus, ac ea omnia & singula, quatenus Nos concernunt, Promittimus & Nos bonâ Fide & io Verbo Regio firmiter Obligamus & Astringimus, Tenere, Observare, & Perimplere.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis præsentibus Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. apud *Westm.* octavo Die Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio, & Anno Regni nostri Octavo.

Per ipsum Regem.

De Exemplificatione Literarum pro Annuo Censu.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. n. 4.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS LITERAS PATENTES Carissimi Consanguinei nostri *Ludovici nuper Francorum Regis* Defuncti, in hæc verba,

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum*, *Rex*, universis præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Notum facimus quòd Concessimus, Promisimus, & Obligavimus Nos, & per Præsentes Concedimus, Promittimus, & Obligamus Nos, Solvere & realiter & cum effectu Deliberare, in Civitate Londoniarum, in Anglia, Illustrissimo Principi *Edwardo*, eadem Gratiâ, *Angliæ Regi* Consanguineo nostro Carissimo, singulis Annis, Vitâ utriúsque Nostrûm durante, *Quinquaginta Millia Scutorum Auri* (unoquoque eorum Scutorum Triginta Tres Magnos Albos valente) sub modo & formâ quæ sequuntur; videlicet,

Solvemus & Deliberabimus, Solvíve & Deliberari faciemus, eidem Consanguineo nostro *Regi Angliæ*, in Civitate Londoniarum, *Viginti quinque Millia Scutorum Auri*, Valoris & Æstimationis prædicti, in Festo Paschæ proximò futuro,

Et *Viginti quinque Millia Scutorum Auri*, ejusdem Æstimationis & Valoris, in Loco prædicto, in Festo Sancti Michaelis Archangeli extunc proximò sequente,

Et sic, de Anno in Annum, Solvemus & Deliberabimus, Solvíve & Deliberari faciemus, *dicto Consanguineo nostro*, Loco & Terminis præfatis, Vitâ utriúsque nostrûm durante, *quinquaginta Millia Scutorum Auri*, Valoris antedicti, ad dictos Duos Paschæ & Sancti Michaelis singulorum Annorum Terminos, per æquales, ut præmittitur, Portiones,

Ad quam quidem Solutionem fideliter & firmiter, singulis Annis, per Nos, ut præfertur, Vitâ utriúsque nostrûm durante, continuò faciendam, Promittimus, Astringimus, & Obligamus Nos bonâ Fide & in Verbo Regio, tactis superinde Sacrosanctis Evangeliis, Hæredes, Executores, & Successores nostros, Regnum, Patrias, Dominia, & Bona nostra præsentia & futura, singulos Subditos nostros atque eorum Bona ubicúmque fuerint reperta,

Et, ad omnium & singulorum Præmissorum securiorem Observantiam, obligabimus Nos sub Pœnis Cameræ Apostolicæ & per Obligationem de nisi,

Ac insuper, per Præsentes, Promittimus & Obligamus Nos quòd procurabimus & faciemus Societatem & Socios Banci de Medicis, pro antedictis *Quinquaginta Milibus Scutorum* eidem Consanguineo nostro *Regi Angliæ*, modo & formâ prædictis, inviolabiliter annuatim Solvendis, debitè & legitimè Obligari, eorúmque Cautionem in Scriptis, ritè superinde confectam, eidem *Consanguineo nostro* præstari & deliberari, aut Rescriptum Apostolicum, Sigillo Plumbeo munitum, Sumptu & Ære nostro, impetrare & obtinere, ipsique Serenissimo *Regi Angliæ*, citra Festum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximò futurum, in Anglia deliberare, deliberaríve realiter facere,

Quæ omnia & singula Præmissa Sedis Apostolicæ Auctoritate confirmentur, appositis Pœnis Interdicti in Regnum, Patrias, & Dominia nostra antedicta, atque Excommunicationis in Personam nostram, si omnia & singula Præmissa, ut præfertur, minimè servaverimus & perimpleverimus.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus Literis nostris Patentibus, Manu propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. in *Civitate nostra Ambianensi*, Die vicesimo nono Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Septuagesimo quinto, & Regni nostri Decimo quinto.

Nos autem Tenores Literarum prædictarum duximus *Exemplificandos* per Præsentes.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Julii.

De Communicando & Tractando cum Rege Romanorum & Philippo Archiduce Austriæ.

A.D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm dudùm, *inter Nos* & Sacratissimum Principem *Maximilianum Romanorum Regem* semper Augustum ac Illustrissimum Principem *Philippum Archiducem Austriæ* ejus Primogenitum Consanguineos nostros Carissimos, pro Nobis, Regnis, Patriis, Terris, Dominiis ac Subditis nostris & suis hinc inde, certa Pacis & Amicitiæ Fœdera, atque Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, pro Bono Pacis & mutui Intercursûs Mercandisarum, sub certis modo & forma, in Literis desuper confectis expressatis, initæ, captæ, celebratæ fuerint & conclusæ, sicuti in ipsis Literis pleniùs continetur,

Nos,

Hujusmodi Pacis & Amicitiæ Fœdera, Treugas & Guerrarum Abstinentias & Mercandisarum Intercursum, pro Parte nostra, firmiter & inconcussè Teneri & ex Causa prædicta Observari cupientes,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Edwardi Poynynges* pro Corpore nostro Militis Deputati Locumtenentis nostri Villæ nostræ Calesii, & *Willielmi Warham* Legum Doctoris, quàmplurimum confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, & Ordinamus, per Præsentes;

Dantes & Concedentes eisdem plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, cum *prædictis Illustrissimis Principibus* & Consanguineis nostris Carissimis, seu Oratoribus, Commissariis, Legatis, Deputatis & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eisdem Consanguineis nostris vel eorum altero ad hoc habentibus, de & super Extentione, Prorogatione, Continuatione, Renovatione, Prolongatione, Approbatione, Confirmatione, & Ratificatione Treugarum & Abstinentiarum prædictarum, atque libero Intercursu Mercium & Mercandisarum hujusmodi, & Attemptatorum reali & effectuali Restitutione hincinde fiendâ & habendâ, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Pasciscendi, ac finaliter & integrè Determinandi & Concludendi, A.D. 1493.

Ipsasque Treugas & Guerrarum Abstinentias, Mercium & Mercandisarum Intercursum, ante hæc, ut præmittitur, initos & captos, Continuandi, Prorogandi, Extendendi, Reformandi, & Renovandi, & de novo Componendi atque Approbandi, Ratificandi, & Confirmandi, prout eis meliùs visum fuerit & oportunum,

Atque Attemptata contra hujusmodi Treugas quæcùmque Reformari & Reintegrari, ac Dampnificatis Recompensam & debitam Restitutionem fieri Postulandi, Petendi, & Requirendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis & Demandis ac Attemptatorum Restitutione, unà cum suis Circumstantiis, Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, atque Connexis, quæ *inter Nos* & *prædictos Consanguineos nostros* atque Regna, Terras, Patrias, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes nostros & suos hincinde Indiscussæ pendent ac pendere prætenduntur sive dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, Componendi, & ea prout melius visum fuerit Reformandi & fine debito Determinandi,

Novamque Dietam, pro Præmissorum complemento, prout opus erit, & eis meliùs visum fuerit, Statuendi,

Universáque & singula, quæ per eos Appunctuata, Conventa, Conclusa, & Concordata fuerint, Vallandi, Roborandi, & Assecurandi per Fidei interpositionem & Juramentum in Animam nostram Præstandum,

Ac de & super omnibus & singulis Appunctuatis & Conclusis ac Dependenciis ab eisdem Literas validas & efficaces, pro Parte nostra Conficiendas, Tradendi & Deliberandi, atque Tradi & Deliberari Promittendi, aliasque Literas, consimilis effectus & vigoris, *a dictis Consanguineis nostris* Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula Faciendi, Exercendi, Exequendi & Expediendi, prout eis meliùs videbitur expedire, quæ talem tantámque

A. D. 1493. Hen. 7. tantámque Vim & Effectum volumus realiter optinere ac si eam Propriâ Personâ nostrâ fecissemus,

Cæteraque omnia Præmissa & eorum singula quoquomodo concernentia Faciendi, Firmandi, & pro Parte nostra Perimplendi ac debitè Exequendi, quæ nos faceremus si Personaliter interessemus, etiam si majora sint & Mandatum de se magis exigant speciale,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos omnia & singula, quæ per præfatos Oratores, Commissarios, Legatos, Deputatos, & Nuncios Appunctuata, Conventa, & Conclusa fuerint in hac parte, Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos. A. D. 1493. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonosterium* Decimo Tertio Die Julii.

Per ipsum Regem.

Super Treugis Scotiæ & Attemptatis.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Scot. 8. H. 7. m. 5. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, ab ultimo Die Aprilis proximò futuro ad Septennium duraturæ, inter *Nos* & Illustrissimum Principem *Jacobum Scotorum Regem* Consanguineum nostrum Carissimum, per nostros suósque Consiliarios, Oratores & Commissarios, superinde sufficient. captæ, factæ, initæ sint & conclusæ,

Quas quidem Treugas & Guerrarum Abstinentias, pro Parte nostra, firmiter Teneri & inviolabiliter Observari volentes,

Eas, per Literas nostras Patentes, Magno Sigillo nostro sigillatas, Ratificavimus & Confirmavimus,

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum nostrorum Magistri, *Galfridi Elys* unius Capellanorum nostrorum, *Johannis Carre* Janitoris Villæ nostræ Berwyk, & *Willielmi Hungate* unius Numeratorum Receptæ nostræ, plenius confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Deputatos & Nuncios Ordinamus, & Constituimus, per Præsentes;

Dantes & Concedentes eis plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, tàm easdem Literas nostras Patentes eidem Consanguineo nostro Deliberandi, consimilésque Literas ab Eo Nomine nostro Recipiendi, quàm Summam *Mille Marcarum*, in dictis Literis specificatam, pro Restitutione & plenaria Satisfactione omnimodarum Injuriarum Deprædationum & Attemptatorum, pendentibus aliis Treugis & Guerrarum Abstinentiis inter Nos & eundem *Consanguineum nostrum*, per Subditos nostros Subditis suis perpetratarum, necnon summam *Quinquaginta Librarum Sterlingorum* eidem Consanguineo nostro ejúsve Commissariis Deputatis sive nunciis, sufficientem potestatem ab ipso ad hoc habentibus, pro nobis & nomine nostro, tradendi, solvendi, & deliberandi, Literásque acquietantiæ sufficientes, solutiones summarum prædictarum testificantes, ab eodem Consanguineo nostro aut ejus Commissariis, Deputatis, sive Nunciis, in hac parte Potestatem habentibus, pro nobis & nomine nostro, petendi, exigendi & recipiendi, A. D. 1493.

Cæteraque omnia & singula, quæ in præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, faciendi, exercendi, exequendi, & expediendi, ita & eodem modo prout nos ipsi faceremus seu facere possemus si præsens interessemus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xviii. Die Julii.

Conventionum Scotiæ Ratificatio per Scotorum Regem.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum* universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

SCIATIS NOS INSPEXISSE ET INTELLEXISSE QUAMDEM INDENTURAM, FACTAM *apud Burgum nostrum de Edinburgh* Vicesimo quinto Die Mensis A. D. 1493.

A. D. 1493. Hen. 7. Junii ultimò elapso, inter Commissarios nostros ex una, & Commissarios Excellentissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri Carissimi Henrici Regis Angliæ Partibus ab altera, sub eorum Sigillis & Subscriptionibus Mannalibus, Treugas & Guerrarum Abstinentias ac Prorogationes earumdem, inter Scotiæ & Angliæ Regna, necnon alias Conventiones & Appunctuamenta in se continentem.

Cujus quidem Indenturæ Tenor sequitur in hunc modum.

Hæc Indentura,

Facta apud Edinburgh Vicesimo Quinto Die Mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Tertio, inter Nos, *Willielmum Abirdonensem Episcopum, &c. ut supra.*

A. D. 1493. Hen. 7. Quam quidem Indenturam, ac Conventiones, Appunctuamenta & Conclusiones in eadem contenta, in omnibus suis Punctis & Articulis ac Circumstantiis suis quibuscúnque, Approbamus, Laudamus, Ratificamus, & per Præsentes Confirmamus,

Promittentes, Nos bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula in hujusmodi Indenrura contenta, pro Terminis in eadem expressatis, Observaturos.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras sub Magno Sigillo nostro fieri fecimus, *apud Edinburgh* Vicesimo Die Mensis Julii Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Tertio, & Regni nostri Sexto.

James Rex.

Bulla de Confirmatione.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ex Origine.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Sacræ Religionis, sub quâ Dilecti Filii *Prior, & Conventus* Monasterii Sanctæ Trinitatis Londoniensis, per Priorem soliti Gubernari, Ordinis Sancti Augustini, mundanis abdicatis illecebris, devotum & sedulum exhibent Altissimo famulatum, promeretur honestas, ut illis, per quæ ipsorum Quieti consulitur, favorem Apostolicum impendamus,

Dudùm siquidem pro parte dictorum Prioris & Conventûs Nobis exposito, quod olim pro Parte ipsorum *Angelo Corario*, qui tunc in suâ Obedientia *Gregorius xii.* nominabatur, significato, quòd ipsi ad evitandum strepitus, qui ex concursu Dilectorum Filiorum, Parrochianorum Ecclesiæ dicti Monasterii, quæ ad honorem, & sub vocabulo Beatæ Mariæ Magdalenæ Fundata extitit & Parochialis est, & in eâdem Ecclesiâ fiebant pro tempore, necnon Incommoditates quas ipsi *Prior & Conventus* propterea sustinebant, & quia etiam ipsa Ecclesia satis arta erat, prout est pro Priore, & Conventu præfatis, pro eorum, & ipsorum Parrochianorum Commodo, etiam eorundem Parrochianorum accedente Consensu, Capellam Sanctæ Catherinæ sitam infra Scepta dicti Monasterii, & ab eodem Monasterio dependentem, ad finem & effectum, quod prædicti Parrochiani deinceps Missas, & alia Divina officia audirent, necnon ipsis Ecclesiastica Sacramenta ministrarentur in dictâ Capellâ per unum ex Canonicis prædicti Monasterii pro tempore, prout in eâdem Ecclesiâ Sanctæ Mariæ perprius fieri consueverat certis Festivitatibus & Diebus tunc expressis, in quibus iidem Parrochiani ad præfatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ convenire possent, ac etiam Fontibus baptismalibus exceptis, quos ipsi *Prior & Conventus* volebant in eâdem Parrochiali Ecclesia perpetuò remanere, de novo Construi permiserant, ac extunc dicti Parrochiani Missas, & alia Divina Officia audiverant & audiebant, necnon Sacramenta hujusmodi receperant & recipiebant in Capellâ memoratâ, quodque Sanctæ Mariæ prædictæ, & Parrochialis Sancti Botolfi prope dictum Monasterium, & extra Portam de Algate Ecclesiæ, quam quidem Ecclesiam Sancti Botolfi, prædicti *Prior & Conventus*, ut asserebant, Canonicè tenebant in usus proprios eorundem, per Ydoneos Canonicos dicti Monasterii, ad solum nutum *Prioris* ejusdem Monasterii pro tempore existentis, Ponendos & Amovendos, etiam a Ducentis Annis, ac eitra & ultra, etiam absque quâcúnque contradictione, & interruptione, tunc consueverant gubernare:

Et, pro Parte ipsorum *Prioris & Conventus*, *eidem Angelo* Supplicato, ut in Præmissis (ne circa ea ipsos in futurum molestari contingeret) ipsis opportunè providere dignaretur, *præfatus Angelus* hujusmodi Supplicationibus annuens, Dilecto Filio *Priori Prioratûs* *Sancti*

A. D. 1493. Hen. 7. *Sancti Bartholomei* extra Muros Londoniæ, ejus nomine proprio non expresso, suis dedit Litteris in Mandatis, ut de Præmissis omnibus & singulis, & eorum circumstantiis universis se diligenter informaret, & si per Informationem hujusmodi ita esse inveniret, præmissa Auctoritate Apostolicâ confirmaret, ipsisque Priori & Conventui ex habundanti cautelâ concederet, ut quemadmodum ab eisdem temporibus, & per ipsa tempora, Præmissis, ut præfertur, usi fuerant pacificè & quietè; ita etiam eis uti valerent in futurum, prout in ipsis Litteris pleniùs continetur:

Cùm autem sicut exhibita Nobis nuper pro Parte dictorum *Prioris & Conventûs*, petitio continebat, Dilectus Filius *Robertus Souche* Canonicus Lichefeldensis, cui *dictus Prior* ejusdem Prioratûs super Præmissis totaliter commiserat Vices suas vigore Litterarum & Commissionis prædictarum, ad Executionem earundem Litterarum procedens, Præmissa omnia & singula, quia ea repperit fore vera, duxerit Confirmanda, prout in quodam Instrumento Publico inde confecto Sigillo dicti Canonici munito, dicitur plenius contineri; pro Parte dictorum *Prioris & Conventûs* Monasterii Sanctæ Trinitatis nobis fuit humiliter Supplicatum, ut eidem Instrumento, seu Confirmationi ejusdem Canonici Robur Apostolicæ Confirmationis adjicere de speciali gratiâ dignaremur: A. D. 1493. Hen. 7.

Nos igitur, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Confirmationem præfatam, etiamsi postquam Venerabiles Fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, de quorum Numero tunc eramus, ab eod cum sua Curia in Civitate Lucanensi residebat, recedentes ad Civitatem Pisanensem, in quâ cum nostrâ Curiâ Residemus, accesserant, per eundem Canonicum facta fuerit, & omnia inde secuta, sicut providè facta sunt, Rata habentes, & Grata, ea Auctoritate Apostolicâ Confirmamus, & præsentis Scripti Patrocinio Communimus, supplentes omnes Defectus, siqui forsan intervenerint in eisdem, Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Confirmationis, & Communitionis infringere, &c.

Datum *Pisis*, Tertio Decimo Kall. Augusti, Pontificatûs nostri Anno Primo.

R^ta. *gratis.*

P. DE PIZOLPASSIS.

Commissio ad Recipiendum Summam Mille Marcarum.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, ac Tenore Præsentium Facimus, Constituimus, & Ordinamus, Venerabilem in Christo Patrem nostrúmque Consiliarium & Thesaurarium *Henricum Abbatem de Cambuskynneth*, Dilectúmque Familiarem Clericum & Consiliarium nostrum Magistrum *Johannem Fresale* Decanum de Lestalrig ac Canonicum Glasguensem nostrorum Rotulorum & Registri ac Concilii Clericum, & Dilectum Familiarem Armigerum nostrum *Georgium Hume* de Wethirburne, ac Duos eorum conjunctim, nostros Procuratores & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem nostris Procuratoribus & Nunciis, ac Duobus eorum conjunctim, nostram plenariam Potestatem & Mandatum speciale Petendi, Exigendi, & Recipiendi ab Excellentissimo Principe *Henrico Rege Angliæ* Fratre & Consanguineo nostro Carissimo, suisve Procuratoribus & Nunciis per eum destinandis, Summam *Mille Marcarum Monetæ Angliæ, in Auro & Grossis Anglicanis nunc in Regno Angliæ Currentibus*, Nobis & nostris Procuratoribus & Nunciis, citra ultimum Diem Mensis instantis Julii, apud Turrim & Locum de Wethirburne in le Mers, persolvendarum, pro Recompensa Contentatione & plenariâ Satisfactione ac generali Abolitione omnium & singulorum, per Mare & Aquas dulces, per Subditos præfati Serenissimi Principis *Regis Angliæ*, Attemptatorum, usque in Diem confectionis Indenturarum inter nostros & suos Commissarios, super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, apud Burgum nostrum de Edinburgh, ultimò captis, prout in eisdem pleniùs continetur: A. D. 1493.

Ac, dictâ Summâ *Mille Marcarum Monetæ prædictæ*, per dictos nostros Procuratores & Nuncios, aut Duos eorum conjunctim, in Auro & Grossis anglicanis, ut præmittitur, Receptâ, Procuratores & Nuncios prædicti Excellentissimi Principis, ipsam Summam Deliberantes & Persolventes, de eâdem, nostro Nomine,

A. D. 1493. Hen. 7. mine, Quittumclamandi & Exonerandi, nostrásque Litteras Quittanriæ sub nostro Magno Sigillo eisdem desuper Deliberandi, necnon nostras Litteras Confirmatorias, super hujusmodi Indenturis, sub nostro Magno Sigillo sigillatas, & per Nos subscriptas, pro nostra Parte Deliberandi & Tradendi, consimiléſque Litteras sub Magno Sigillo præfati Excellentissimi Principis *Henrici Regis Angliæ* Sigillatas, & per eum subscriptas, pro suâ parte, juxta Tenorem dictarum Indenturarum, Petendi & Recipiendi,

Ac omnia alia & singula Faciendi, Gerendi, & Procurandi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Ratum & Gratum habentes & habituri totum & quicqnid prædicti nostri Procuratores & Nuncii ant Duo eorum Conjunctim in Præmissis duxerint faciendum. A. D. 1493. Hen. 7.

Datum sub Magno Sigillo nostro *apud Hadingtonn* ultimo Die Mensis Julii prædicti, Anno Domino Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio. Et Regni nostri Sexto.

Sigillo avulso.

Acquietantia pro Summa prætacta.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotarum* universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse*, ab Excellentissimo Principe *Henrico Rege Angliæ* Fratre & Consanguineo nostro Carissimo, Summam *Mille Mercarum Monetæ Anglicanæ in Auro & Grossis Anglicanis nunc in Regno Angliæ Currentibus*, nostris Procuratoribus & Nunciis nostro Nomine, per suos Procuratores & Nuncios suo Nomine, apud Turrim & Locum de Wethirburn in le Mers. Deliberatam & Persolutam, pro Recompensa Contentatione & plenaria Satisfactione ac generali Abolitione omnium & singulorum, per Mare & Aquas dulces, per suos Subditos, Attemptatorum usque in Diem Confectionis Indenturarum, inter nostros & suos Commissarios, super Trengis & Guerrarum Abstinentiis, apud Burgum nostrum de Edinburgh ultimò captis, prout in eisdem pleniùs continetur; A. D. 1493

De quâ quidem Summâ *Mille Marcarum* Monetæ prædictæ Fatemur Nos benè Pacatos, Contentos & plenariè in Pecuniâ numeratâ Persolutos, & dictum Excellentissimum Principem *Henricum Angliæ Regem* suósque Hæredes & Successores Ligeos & Subditos Regni ejusdem, pro Nobis Hæredibus & Successoribus nostris ac Ligeis & Subditis Regni nostri, de Eadem Quittum-clamamus & Imperpetuum Exoneramus per Præsentes.

In cujus Rei Testimonium Magnum Sigillum nostrum Præsentibus apponi fecimus *apud Hedington* ultimo Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio. Et Regni nostri Sexto.

Sub Magno Sigillo de cerâ alba pendente a caudâ Pergamenæ.

De Conductu.

A. D. 1493. An. 8. H. 7. Franc. 8. H. 7. m. 17. REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, de Gratia sua speciali, ac ex certis considerationibus ipsum specialiter moventibus, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem suas speciales, *Alexandrum Houme* Militem Dominum de Houme Magnum Camerarium Scotiæ, *Willielmum Lundy* Militem Dominum de Lundy, *Johannem Houme* de Ersilmn, *Adam Creychton* de Eippandavyn, *Patricium Houme* de Polwort, *Alexandrum Houme* in le Donne, *Johannem Lyddale*, Dominum *Gerardum Houme*, Dominum *Henricum Allon* Cannnicum de Abbirden, *Jacobum Bromefeld*, & *Stephanum Bromefeld*, A. D. 1493.

Ita quòd Ipsi, *cum numero Centum Personarum* in Comitiva prædicti *Domini de Haume*, & in Absentia sua numero *viginti Personarum* vel infra in Comitiva aliquorum Dominorum sive Generosorum prædictorum, in hoc Regnum suum Angliæ, ac alia Dominia Jurisdictiones & Territoria sua, viâ Peregrinationis sive Mercandisæ, cum Equis Hernesiis &c. *ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Cantuar.* Quarto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Super

Super Solutionibus Franciæ, de Recipiendo & Acquietando.

A.D. 1493. An. 9. H. 7. Franc. 9. H. 7. m. 17.

REX, Omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm nuper inter nostros & Illustrissimi Principis Præcarissimi Fratres & Consanguinei nostri *Karoli Gallorum Principis* Commissarios, Oratores, Procuratores, Deputatos & Nuncios inter cætera Conventum, Concordatum, Appunctuatum & Conclusum est,

Quòd idem Frater & Consanguineus noster Solveret & Deliberaret seu Solvi & Deliberari faceret Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis, vel dictorum Heredum nostrorum Deputatóve Deputatis, Summam septingentarum & quadraginta quinque Millium Coronarum Auri, *unaquaque Corona Valoris Triginta & Quinque Solidorum Turonensium Monetæ tunc in Regno Franciæ Cursum habentis.*

Quam quidem Summam Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri præfatus Frater & Consanguineus noster *Confessus fuerit & declaraverit, Seque & Heredes suos, per Literas suas Nomine suo subsignatas, Obligaverit, & pro Se & dictis Heredibus suis consenserit & promiserit solvere & deliberare seu solvi & deliberari facere Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis, aut ipsorum Heredum nostrorum Deputato seu Deputatis, sub modo & formâ subsequentibus; videlicet,*

Quòd idem Frater & Consanguineus noster *Solvet & Deliberabit Solvive & Deliberari faciet Nobis & dictis Heredibus nostris nostrisve Deputatis seu dictorum nostrorum Heredum Deputato sive Deputatis, in Villa Calesii, Die Primo Mensis Maii tunc proximò futuro*, Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri, *unoquoque Franco Valente* Viginti Solidos Turonenses,

Et, primo Die Mensis Novembris extunc proximò sequente, Viginti & quinque Millia Francorum in Coronnis Auri *Valoris supradicti, in Villa prædicta,*

Et sic de Anno in Annum & de Termino in Terminum idem Frater & Consanguineus noster *Solvet & Deliberabit Solvive & Deliberari facere Nobis & dictis Heredibus nostris, aut nostris seu prædictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, Loco & Terminis antedictis, donec & quousque dicta Summa* Septingentarum & quadraginta quinque Millium Coronarum Auri *æstimationis prædictæ, per ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum* Gallorum Principem *& Heredes suos Nobis & Heredibus nostris, ut prædictum est, plenè & integrè Soluta & Contentata fuerit,*

Et quia Terminus Secundæ Solutionis propediem approximat, hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum *Richardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis nostri Villæ nostræ Calesii, *Johannis Turbervile* Militis Thesaurarii nostri Villæ nostræ prædictæ, *Thomæ Fenys* Constabularii Castri nostri ibidem, *Adriani Whetbill* Contrarotulatoris ibidem, *Nicholai Boughton* Thesaurarii Guerrarum nostrarum ejusdem Villæ, & *Willielmi Laverok* Secretarii Villæ prædictæ quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eis plenam Tenore Præsentium Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale, cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis sive Nunciis *ipsius Fratris & Consanguinei nostri Franciæ* apud dictam Villam nostram Calesii, Nomine nostro, Tractandi & Communicandi, & ab ipsis dictam Summam, *Viginti & quinque Millium Francorum in Coronis Auri* Valoris ante dicti (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses ut præmittitur valente) Nobis dicto Primo Die Mensis Novembris per ipsum *Gallorum Principem*, debitam & solvendam Recipiendi, & eorum Solutiones Acceptandi, *Ipsúmque Consanguineum nostrum* & dictam Summam Solventes de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, atque Literas suas Acquietantiæ & Exonerationis eorumdem Conficiendi & Sigillandi, ipsásque Literas atque nostras Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi, Magno Sigillo nostro sigillatas, præfatis Commissariis, Procuratoribus, Deputatis sive Nunciis *prædicti Fratris & Consanguinei nostri* Nomine nostro atque Suo Tradendi & Deliberandi.

A.D.1493. Hen. 7. Cæteráque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid dicti nostri Commissarii, Procuratos, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputati Nomine nostro fecerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum. A.D.1493. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* septimo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Ad Carolum Franciæ super Comprehensione in Fœderibus.

A.D.1493. An. 9. H. 7. Franc. 9. H. 7. m. 14. Illustrissimo Potentissimóque Principi, Dei gratiâ, *Regi Karolo Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo, *Henricus*, eadem gratiâ, *Rex Angliæ, &c.* Prospera ad votum Incrementa.

Cùm in quibusdam Pacis Fœderibus, inter Sacratissimum Principem *Romanorum Regem* Serenissimúmque Principem *Philippum Archiducem Austriæ* ejus Filium ex unâ, & *Vos* ex altera Partibus, Nominibus suis & vestris non longè ante hac initis, conventis, & conclusis, placuerit vestræ Serenitati Nos in illis Pacis Fœderibus, inter cæteros suos Alligatos & Confœderatos, nominare & specificare, & in eisdem comprehendere si comprehendi velimus, sicuti in Literis suis superinde confectis, de quibus satis Nobis constat, plenissimè liquet,

Nos, animadvertentes illas Nominationem & Comprehensionem a vobis non minore Affectione quàm Amore processisse, ob quod Gratias, uti debeamus, agimus immortales, considerantésque quantæ ex Bellis Urbium Subversiones, Strages Hominum, Animarum pericula cæteræque Calamitates innumerabiles, qualésque ex diva Pace, Fructuum uberitates, Tranquilitates Hominum,aliæque infinitæ Felicitates atque Prosperitates provenire solent in eisdem Fœderibus, saltem vestram ob contemplationem, Nos Comprehendi velle Declaramus, Notificamus Significamúsque per Præsentes, A.D.1493.

Pollicentes Nos, omnia & singula Capitula, in dictis Pacis Fœderibus contenta, in quantum Nos concernunt, inviolabiliter observaturos, atque ea prout ad Nos spectant inconcussè observare Promittimus.

In quorum Præmissorum Fidem & Testimonium has Literas nostras Magno Sigillo nostro munitas fieri fecimus.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* Primo Die Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio, & Regni nostri Anno Nono.

Illustrissimo Potentissimóque Principi, Dei gratiâ, *Regi Karolo Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo, *Henricus*, eadem gratiâ, *Rex Angliæ &c.* Prospera ad Votum incrementa.

Cùm in quibusdam Pacis Fœderibus, inter Vos & Serenissimum Principem *Philippum Austriæ Archiducem* Serenissimi Principis Romanorum Regis Filium novissimè initis & perculsis, placuerit vestræ Serenitati, *&c. ut supra mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

De Acquietantia.

A.D.1493. An. 9. H. 7. Ibid. m. 17. REX universis præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Principe & Carissimo Fratre & Consanguineo nostro *Karolo Gallorum Principe* per Manus apud Villam nostram Calesii *Viginti & quinque Milia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses & unaquaque Corona Triginta & quinq; Solidos Turonenses valentibus) primo Die Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio, Nobis solvi debitorum, in Partem Solutionis *Septingentarum Quadraginta & quinque Milium Coronarum Auri* æstimationis antedictæ, per *ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum* vel Hæredes suos Nobis vel Hæredibus nostris Solvendæ, prout in Literis dicti Fratris & Consanguinei nostri Nobis superinde confectis pleniùs continetur, A.D.1493.

De quibus quidem *Viginti & quinque Milibus Francorum in Coronis Auri* & æsti-

A. D. 1493. Hen. 7. æstimationis prædictæ, Fatemur Nobis fideliter esse solutis, & eundem *Consanguineum nostrum* suósque Hæredes superinde fore Quietum & exindè plenè Exoneratum.

In cujus &c. A. D. 1493. Hen. 7.
Teste Rege apud *Westmonasterium* tertio Die Novembris.

Per ipsum Regem.

Super Bundis Terræ Batabilis in Marchiis Scotiæ.

A. D. 1493. An. 9. H. 7. Scot 9. H. 7. m. 13.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, pendentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis, *inter Nos* & Serenissimum Principem Consanguineum nostrum Carissimum *Jacobum Scotorum Regem*, Materia Quæstionis, Litis, & Discordiæ, jamdudùm exorta sit, inter Subditos nostros atque suos Occiduarum Marchiarum versus Scotiam hincinde Inhabitantes, tàm de & super Jure, Titulo, Differentia, & Diversitate *Piscariæ Aquæ de Eske*, quàm de & super Finibus, Limitibus, & Bundis *Terræ Batabilis* jacentis in Confinio dictarum Occiduarum Marchiarum utriúsque Regnorum Angliæ & Scotiæ, necnon de Situ & de Limitibus & Bundis *Monasterii de Canaby* in Confinio Marchiarum prædictarum situati,

Nos,

Omnes hujusmodi Differentias, Lites, atque Discordias, ex Quæstione hujusmodi motas seu movendas, quantum in nobis est, penitùs amputari & aboleri, nullámque Novitatem super eisdem in præjudicium unius seu alterius Partis, maximè instantium Treugarum tempore, introduci, volentes,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Thomæ Dacre* Domini de Dacre, *Ricardi Salkyld* Militis, & *Johannis Musgrave* Militis, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem nostris Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis prædicti Consanguinei nostri *Regis Scotorum*, Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro habentibus, tàm de & super Materia Quæstionis prælibatæ, quàm de & super Finibus, Metis, Limitibus, & Bundis dictæ *Terræ Batabilis*, in dictis Occiduis Marchiis utriúsque Regnorum prædictorum ac *Monasterii prædicti*, jacentis, ad certos Dies & Loca ad hoc per eos hincinde statuenda & præfigenda, amicabiliter Conveniendi & inibi Communicandi, Concordandi, Appunctuandi, Tractandi, déque & super Jure, Titulo, & Possessione, Usúque & Observantia *Piscariæ Aquæ prædictæ* dictæque *Terræ Batabilis*, ac de Finibus, Metis, Limitibus, & Bundis prædictis temporibus retroactis habitis, viis & modis quibuscúmque licitis & rationabilibus Inquirendi & Investigandi, ipsásque Quæstiones, Lites, & Discordias Audiendi, veritatéque in hac parte compertâ, omnes Quæstiones hujusmodi Litésque & Discordias, cum suis Incidentibus, Emergentibus, & Connexis, Fine debito Decidendi, Discutiendi, & Determinandi, dictámque Terram ac Fines, Limites, & Bundas Perambulandi & Supervidendi, Novásque Metas, Limites, & Bundas, si necesse fuerit, Ponendi, Faciendi, & Statuendi,

Dantésque & ulteriùs Concedentes eisdem nostris Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis plenam similiter, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem cum prædictis Commissariis, Deputatis, & Nunciis ejusdem *Consanguinei nostri* Conveniendi, Communicandi, & Tractandi de & super quibuscúmque Querelis, Gravaminibus, ac Offensis & Attemptatis, per Ligeos & Subditos utriúsque Regnorum prædictorum in Marciis prædictis, contra formam Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum prædictarum, hincinde qualitercúmque attemptatis, factis, sive perpetratis, necnon debitam Reformationem & Reparationem Querelarum, Gravaminum, Offensarum, & Attemptatorum prædictorum fieri Petendi ac fieri Promittendi, & super Præmissis & eorum Dependentiis Appunctuandi, Concordandi, & Concludendi, universáque & singula, quæ pro Reparatione & Reformatione Præmissorum necessaria fuerint & opportuna ac qualitercúmque debita & requisita, juxta Leges & Consuetudines Marchiarum prædictarum,

A. D. 1493. Hen. 7. rum, Faciendi, Excercendi, & Exequendi,

Dietamque seu *Dietas* pro Præmissorum complemento quotiens opus fuerit Statuendi & Præfigendi,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum pro perpetuo habituros quicquid dicti Commissarii & Deputati nostri in forma prædicta communicaverint, tractaverint, determinaverint, decreverint, fecerint, seu expedierint in Præmissis seu aliquo Præmissorum,

Damus autem universis & singulis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd eisdem Commissariis nostris, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Auxiliantes, & Obedientes in omnibus, prout decet, A. D. 1493. Hen. 7.

Et quod Guerram, Hostilitatem, seu Dampnum quodcúmque, occasione Præmissorum, contra ipsorum Decreta & Ordinationem non facient seu facere attemptabunt.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto Die Novembris.

De Comprehensione pro Rege Siciliæ.

A. D. 1493. An. 9. H. 7. Franc. 9. H. 7. m. 14. REX, Illustrissimo Potentissimóque Principi, eadem gratiâ, *Regi Karolo Franciæ* Consanguineo nostro Carissimo felices ad vota Successus.

Cùm in certis Treugarum & Pacis Conventionibus, inter Serenitatem vestram & Nos hiis superioribus diebus concordatis & conclusis, Illustrissimum Principem *Ferdinandum Siciliæ Regem* atque Serenissimum Principem *Alfonsum Calabriæ Ducem* Filium suum Primogenitum, inter nostros Confœderatos & Alligatos Nominaverimus & Comprehenderimus, si in eis Comprehendi Se Declarare voluerint, prout in Literis superinde confectis pleniùs liquet,

Idémque *Siciliæ Rex*, per suas Literas Patentes, dictas Nominationem & Comprehensionem, per Nos de eo suóque Primogenito antedicto ut præmittitur factas, acceptans & ratificans, *Sese* & dictum *Primogenitum suum* in præfatis Treugis & Pacis Fœderibus Comprehendi velle jam paulo ante Nobis Notificaverit atque Declaraverit, Promittens Se suúmque Filium Primogenitum sæpedictum omnia & singula dictarum Treugarum ac Pacis Capitula, inter Serenitatem vestram & Nos conventa & conclusa, quantum ad eos spectant & pertinent, per omnia observare perimpleréque, sicut in eisdem Literis suis Patentibus annexis pleniùs apparet, A. D. 1493.

Nos præfatas *Ferdinandi Siciliæ Regis* Literas, Nobis nuperimè adductas & declaratas, vestræ Magestati ad nunc transmittimus, quibus etenim visis, dignetur eadem Serenitas vestra ea superinde, quæ dictarum Conventionum Observationes eidem meliùs concernere videbuntur.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* Decimo septimo Die Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo tertio, & Regni nostri Anno Nono.

Per ipsum Regem.

De Restitutionibus pro Episcopo Sarum.

A. D. 1493. An. 9. H. 7. Pat. 9. H. 7. m. 27. REX Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wiltesiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem in Christo Patrem *Thomam Wyntoniensem, nuper Sarum Episcopum*, a vinculo, quo dictæ Ecclesiæ Sarum, cui tunc præerat, tenebatur, Apostolicæ Potestatis plenitudine Absolvens, ipsum ad Ecclesiam Wyntoniensem tunc vacantem Auctoritate Apostolicâ duxerit Transferendum, Præficiendo ipsum dictæ Ecclesiæ Wyntoniensis in Episcopum & Pastorem, de Persona Dilecti Nobis *Johannis Blythe* Electi eadem Auctoritate providerit, ipsúmque dictæ Ecclesiæ Sarum præfecerit in Episcopum & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, nobis constat, A. D. 1493.

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ

A. D. 1493. An. 9. H. 7. nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia dicti Episcopatûs Sarum, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Maydeston* vicesimo secundo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet, A. D. 1493. Hen. 7.

Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors.
Escaetori Regis in Com. Oxon. & Berk.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.
Escaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.
Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori Regis in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Temporalibus Commissis.

A. D. 1494. An. 9. H. 7. Pat. 9. H. 7. m. 17. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Concessimus & per Præsentes Concedimus Dilecto & Fideli Consiliario nostro *Henrico Dene* Priori Domûs sive Prioratûs de Lanthony Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Bangorensis cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quæcúmque, necnon quascúmque Portiones & Pensiones quæ Nobis, per Mortem ultimi Episcopi Loci prædicti & ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs, aliquo modo pertinent sive pertinere poterint aut debent,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Henrico* & Assignatis suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Mortis prædicti nuper Episcopi, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerint remanere, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis Reddendo aut Solvendo, aut Compotum inde faciendo, & absque impetitione, impedimento, perturbatione, seu gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo aut Certitudine Præmissorum seu alicujus eorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus *eidem Henrico* per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione inde in contrarium factâ, editâ, sive ordinatâ, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacúmque, non obstante. A. D. 1494.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* Decimo tertio Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Mercatoribus Italiæ.

A. D. 1494. An. 9. H. 7. Franc. 9. H. 7. m. 14. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Quia nonnulli Mercatores & alii Subditi hujus Regni nostri Angliæ habent intentionem, Deo volente, Partes Exteras, maximè ipsas Italiæ, cum suis propriis seu conductis Navibus, Bonis, & Mercibus frequentare, ut tantò libentiùs quantò liberiùs & commodiùs in eis, cùm illuc applicuerint, poterint conversari, volentes ipsorum Quieti & Utilitati quantum possumus providere, ac per Experimenta aliarum Nationum pro certo scientes oportere inter ipsos aliquem Magistratum peculiarem erigi & creari, cujus Judicio & Diffinitioni Lites & Contentiones, quas inter ipsos Subditos nostros Mercatores seu alios dùm in illis Partibus Moram traxerint suboriri contigerit, submitti debeant, A. D. 1494.

Cúmque intelleximus *Civitatem Pisanam*, inter alia loca Italiæ, maximè pro-

A. D. 1494. Hen. 7. piriam futuram aptámque & convenientem pro Residentia Mercatorum nostrorum hujusmodi,

De Fidelitatibus igitur, Probitatibus, & egregiis Virtutibus, Dilectorum Nobis, *Benedicti Bonuci* & *Laurentii Bonuci* Mercatorum de Luca pleniffimè confidentes, de Gratia nostra speciali, & ad humilem Supplicationem Mercatorum Regni nostri Angliæ, & aliorum Subditorum nostrorum Partes Italiæ, & præcipuè dictam *Civitatem Pisanam* Portúmque ibidem Partésque adjacentes frequentantium, frequentarève in futuro volentium, ipsos *Benedictum* & *Laurentium* conjunctim & divisim Præficimus, Constituimus & Ordinamus Consules & Præsidentes super Factis omnium & singulorum Subditorum nostrorum ad dictam Civitatem Partésque illic, ut præmittitur, adjacentes confluentium,

Damúsque & Concedimus eisdem *Benedicto* & *Laurentio* & eorum utrique, quantum in Nobis est, Facultatem & Potestatem, Causas, Quæstiones, Controversias atq; Lites, quas inter ipsos Subditos nostros in Partibus prædictis moveri contigerit, Audiendi, Discutiendi, Terminandi, & Diffiniendi, summariè & de plano, sine Strepitu & figura Judicii, quotiens ad id per alteram Partium hujusmodi Diffidentium requisitus fuerit, cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi, tàm in Judicio quàm extra, quæ ad Officium Consulatûs & Præsidentiæ hujusmodi de Jure seu Consuetudine aliarum Nationum spectare noscuntur,

Mandantes omnibus & singulis Subditis nostris antedictis, cujuscúmque Status, Gradûs, Ordinis, Dignitatiis, & Præeminentiæ existant, tàm Mercatoribus quàm aliis, qui in futuro ad dictam *Civitatem Pisanam* Portúmve seu Loca illic adjacentia Accedere, Concurrere, Habitare, seu Residere curaverint, quatinus eisdem *Benedicto* & *Laurentio* in excercitio suo Officii Consulatûs antedicti Obedientes sint, Assistentes, & Obtemperantes in omnibus, prout decet, A. D. 1494. Hen. 7.

Et, quia dignus est Operarius Mercede, atque iidem *Benedictus* & *Laurentius* tantò diligentiùs Officium hujusmodi pro Pacificandis Subditorum nostrorum Differentiis exequantur quantò Merita & Studia sua ab eis gratiùs intellecta cognoverint, Volumus & Concedimus quòd iidem *Benedictus* & *Laurentius* seu eorum alter habeat & percipiat de Valore & Æstimatione omnium & singulorum Mercium & Rerum Venalium, quæ in dictis *Civitate & Portu* per Subditos nostros hujusmodi modo Mercatorio Emi aut Vendi contigerit, *Quartam Partem unius Ducati de quolibet Centenario Ducatorum*,

Præsentibus quamdiu Nobis placuerit in omnibus & per omnia valituris, donec has Literas nostras per intimationem publicam, eisdem *Benedicto* & *Laurentio* faciendam, Nos aut aliquis Successorum nostrorum Regum Angliæ aliis Literis Patentibus duxerimus aut duxerit Revocandas.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Communicando cum Rege Scotorum.

A. D. 1494. An. 9. H. 7. Scot. 9. H. 7. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Dunolmensis Episcopi* Custodis Privati Sigilli nostri, *Thomæ Dacre* de Dacre Militis Deputati Præcarissimi Secundogeniti nostri *Henrici Ducis Eborum* Custodis Westmerchiarum nostrarum versus Scotiam, *Willielmi Tyler* Militis Capitanei Villæ & Castri nostrorum Berwici, *Cristofori Moresby*, & *Johannis Cartyngton* quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes, A. D. 1494.

Dantes & Concedentes eisdem, Quatuor & Tribus eorum (quorum præfatum *Episcopum* unum esse volumus) plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe Consanguineo & Confratre nostro Carissimo *Jacobo Scotorum Rege*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, Legatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super vera,

A.D. 1493. Hen. 7. vera, firma, & reali & perpetua Pace atque Concordia, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, & Intelligentiis, ac Confœderationibus, Imperpetuùm, vel ad Terminum Vitæ nostræ & dicti Consanguinei nostri, vel ad Longiora seu Minora Tempora, juxta eorum discretiones, duraturis, ac de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum, *inter Nos & dictum Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra atque sua, Subditos, Alligatos, Vassallos, Amicos, Confœderatos, & Adhærentes nostros atque suos quoscúmque, hincinde ineundis, percutiendis, pacificendis, capiendis, componendis, & habendis,

Ac de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerrarum Occasionibus, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, quæ *inter Nos & præfatum Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos quoscúmque prædictos hincinde pendere dinoscuntur, apud *Caldstreme*, quinto decimo Die Junii proximò futuro, vel alibi in alio Loco aut Locis, & Tempore sive temporibus convenientibus, mutuo Assensu utriúsque Partis Partium prædictarum assignandis & deputandis, Conveniendi, & inibi Tractandi, Communicandi, Concordandi, Pacificendi, Componendi, Appunctuandi, ac plenariè & integrè Concludendi & Determinandi,

Ac etiam unam aliam *Dietam* in talibus Loco & Tempore, prout eis meliùs visum fuerit & quatenus opus fuerit, Statuendi & Appunctuandi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis A.D. 1494. Hen. 7. & ab eis qualitercúmque Dependentibus Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Concordandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi & Terminandi, cum Prorogatione Dierum, Temporum, & Locorum, Præmissáque omnia & singula Firmandi, Roborandi, & Assecurandi, atque Juramentum in Animam nostram Præstandi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis antedictis Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Deliberandi, & deliberari Promittendi,

Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte fieri Requirendi, Exigendi, Petendi, & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula eaque qualitercúmque concernentia Faciendi, Exequendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam & si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per Oratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios nostros antedictos Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Conductu.

A.D. 1494. An. 9. H. 7. Ibid. m. 12.

REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, certísque Considerationibus nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Reverendissimum in Christo Patrem *Archiepiscopum Glascuensem*, Venerabilem Patrem *Episcopum Dunkeldensem*, ac Nobilem & Illustrem Virum *Comitem de Mortoun*, ac etiam, Spectabiles Viros, *Priorem Sancti Johannis Jerusalem in Scotia*, ac *Dominos de Lysle* & *Maxwell*, necnon, Probos & Circumspectos Viros, *Archidiaconum Sancti Andreæ* Secretarium etiam & Clericum Registri Illustrissimi Principis ac Præcarissimi Consanguinei nostri *Jacobi Scotorum Regis*, *Johannem de Ogylby* Baronem de Fyngask, *Walterum Kere* de Cosford, *Patricium Hume* de Fastcastell, & Magistrum *Ricardum Lawson*, Commissarios, Procuratores, Oratores, Legatos, & Nuncios præfati *Consanguinei nostri*, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia A.D. 1494.

Loca,

A. D. 1494. Hen. 7. Loca, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, cum *Ducentis & Quinquaginta Personis* & totidem Equis in Comitivâ suâ vel infra, ac Bonis, Auro & Argento, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c. per Sex Menses proximò futuros duraturas. A. D. 1494. Hen. 7.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Episcopo de Orkney.

A. D. 1494. An. 9. H. 7. Ibid. m. 10. REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Venerabilem in Christo Patrem *Andream Episcopum de Orkeney*, Carissimi Consanguinei nostri *Jacobi Scotorum Regis* Subditum, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, cum *Duodecim Personis in Comitiva sua* vel infra, & totidem Equis, ac Bonis, & Jocalibus, Auro & Argento *&c. ut in similibus de Conductu Literis.* A. D. 1494.

In cujus &c.

De Pardonatione pro Archiepiscopo Dublinensi.

A. D. 1494. An. 9. H. 7. Pat. 9. H. 7. m. 1. REX omnibus Ballivis & Fideiibus suis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, PARDONAVIMUS, REMISIMUS, & RELAXAVIMUS *Waltero Archiepiscopo Dubliniensi*, aliàs dicto *Waltero Fitz Symond Archiepiscopo Dubliniensi*, aliàs dicto *Waltero Archiepiscopo Dubliniensi Deputato sive Locumtenenti nostro infra Terram nostram Hiberniæ*, aliàs dicto *Waltero Archiepiscopo Dubliniensi nuper Deputato sive Locumtenenti nostro Terræ nostræ Hiberniæ*, seu quocúmque Nomine censeatur, omnimodas Transgressiones, Forisfacturas, Pœnas debitas, Mesprisiones, Contemptus, & Impetitiones, per *ipsum Archiepiscopum* ante Sextumdecimum Diem Junii ultimò præteritum, contra formam Statutorum de Signis liberatis Pannorum & Capiciorum ac Retentionibus quibuscúmque factas sive perpetratas, unde Punitio caderet in Demandum Debitum seu in Finem & Redemptionem, aut in alias Pœnas Pecuniarias aut Imprisonamenta, Statutis prædictis non obstantibus,

Et insuper ex Gratia & Scientia & Motu nostris prædictis PARDONAVIMUS, REMISIMUS, & RELAXAVIMUS *eidem Archiepiscopo* Sectam Pacis nostræ, quæ ad Nos versus Ipsum pertinet pro omnimodis Proditionibus, Murdris, Raptibus Mulierum, Abjurationibus, Rebellionibus, Insurrectionibus, Feloniis, Conspirationibus, Cambipartiis, Manutenentiis, Confœderationibus, Riotis, Routis, Conventiculis illicitis, Imbraciariis, & aliis Transgressionibus, Offensis, Negligentiis, Extorsionibus, Mesprisionibus, Ignorantiis, Contemptibus, Concelamentis, Forisfacturis, Deceptionibus, Incendiis, & falsis Imaginationibus, per *ipsum Archiepiscopum* ante dictum Sextumdecimum Diem Junii qualitercúmque factis sive perpetratis, necnon omnimoda Judicia, Pœnas Mortis, & Executiones versus *præfatum Archiepiscopum* reddita sive adjudicanda Occasionibus prædictis seu earum aliqua, ac etiam Utlagarias, si quæ in *ipsum Archiepiscopum* hiis occasionibus seu earum aliqua fuerint promulgatæ, ac Executiones eorumdem, & firmam Pacem nostram ei inde Concedimus, A. D. 1494.

Ita tamen quòd stet *Recto in Curia nostra*, siquis versus eum loqui voluerit de Præmissis, vel aliquo Præmissorum:

Et insuper PARDONAVIMUS, REMISIMUS, & RELAXAVIMUS *eidem Archiepiscopo* Catalla Felonum & Fugitivorum, Catalla Utlagatorum & Felonum de se, Deodandas, Thesaurum inventum, Vasta & Impetitiones, ac omnimodos Articulos Itineris, Destructiones & Transgressiones de Viridi vel Venatione, Venditiones Boscorum infra Forestas & extra, & aliarum Rerum quarumcúmque ante dictum Sextumdecimum Diem Junii infra Regnum nostrum Angliæ ac Terram

A. D. 1494. H. n. 7. Terram nostram Hiberniæ emersos & eventos, unde Punitio caderet in Demandum Debitum seu in Finem & Redemptionem aut in alias Pœnas Pecuniarias, seu in Forisfacturam Bonorum & Catallorum, aut Imprisonamenta seu Amerciamenta Communitatum, Villarum, vel singularium Personarum, vel in Onerationem liberi Tenementi eorum qui nunquam Transgressi fuerunt, ut Hæredum, Executorum, vel Terræ-Tenentium, Escaetorum, Viceeomitum, Coronatorum, & aliorum hujusmodi, & omne id quod ad Nos versus *ipsum Archiepiscopum* pertinet seu pertinere posset ex Causis prædictis,

Ac etiam PARDONAVIMUS, REMISIMUS, & RELAXAVIMUS *eidem Archiepiscopo* omnimodas Donationes, Alienationes, & Perquisitiones per ipsum de Terris & Tenementis, de Nobis vel Progenitoribus sive Antecessoribus nostris quondam Regibus Angliæ, aut de *Ricardo Tertio nuper de Facto & non de Jure Rege Angliæ*, seu eorum aliquo, in Capite tentis, necnon omnimodos Intrusiones & Ingressus in Temporalia Archiepiscopatûs, Episcopatûs, Abbatiæ, Prioratûs, Collegii, Hospitalis, sive alterius Domûs Piæ Religiosæ seu Ecclesiasticæ cujuscúmque, & in Hæreditatem suam sive Liberum Tenementum suum in parte vel in toto, per Se vel per aliquem Prædecessorum suorum sive Antecessorum suorum, post Mortem Prædecessorum suorum & Antecessorum suotum, seu alterius Personæ enjuscúmque, absque debita Prosecutione, Liberarione, seu Restitutione eorumdem extra Manum Regiam, ante eundem Sextumdecimum Diem Junii factos, unà eum Exitibus & Proficuis inde medio tempore perceptis,

Et insuper PARDONAVIMUS, REMISIMUS, & RELAXAVIMUS *eidem Archiepiscopo* omnimodas Pœnas ante dictum Sextumdecimum Diem Junii forisfactas, coram Nobis, Progenitoribus, sive Antecessoribus prædictis, aut dicto nuper ut præmittitur Rege, seu eorum aliquo, seu Concilio nostro, Cancellario, Thesaurario, seu aliquibus seu aliquo Judicum nostrorum vel Progenitorum sive Antecessorum prædictorum, seu præfati nuper ut præmittitur Regis, vel eorum alicujus pro aliqua Causa, & omnes alias Pœnas per *ipsum Archiepiscopum* pro aliqua Causa ante dictum Sextumdecimum Diem Junii Nobis Progenitoribus sive Antecessoribus prædictis, aut dicto nuper ut præmittitur Regi, seu eorum alicui, forisfactas ad opus Nostrûm levandas, necnon omnimoda Demanda, Transgressiones, Offensas, Negligentias, Contemptus, Mesprisiones, & Impetitiones per *ipsum Archiepiscopum* ante eundem Sextumdecimum Diem Junii, contra formam tàm quorumcúmque Statutorum, Ordinationum, & Provisionum factorum sive editorum, de Perquisitionibus, Acceptationibus, Lectionibus, Publicationibus, Notificationibus, & Executionibus quibuscúmque quorumcúmque Literarum & Bullarum Apostolicarum, & omnium aliorum Statutorum & Provisionum, prætextu quorum aliqua Secta versus *eundem Archiepiscopum* per Billam vel per Breve de Præmunire factam, seu alio modo quocúmque, pro aliquâ Materiâ ante dictum Sextumdecimum Diem Junii factâ fieri valeat, quàm quorumcúmque aliorum Statutorum factorum sive perpetratorum, ante eundem Sextumdecimum Diem Junii; Statutis, Ordinationibus, & Provisionibus illis non obstantibus, A. D. 1494. H. n. 7.

Ac etiam PARDONAVIMUS, REMISIMUS & RELAXAVIMUS *eidem Archiepiscopo* omnimoda Fines, Amerciamenta, Exitus, Forisfactas, Relevia, Scutagia ac omnimoda Debita, Compota, Præstita & Arreragia Firmarum & Compotorum Nobis Progenitoribus sive Antecessoribus prædictis, aut præfato nuper ut præmittitur Regi seu eorum alicui, ante dictum Sextumdecimum Diem Junii qualitercúmque debita sive pertinentia, necnon omnimodas Actiones, Executiones, Impetitiones, Querelas & Demandas, quas Nos solus, vel Nos conjunctim cum aliis Personis vel alia Persona, habemus seu habere poterimus versus *ipsum Archiepiscopum* pro aliquibus hujusmodi Finibus, Amerciamentis, Exitibus, Releviis, Scutagiis, Debitis, Compotis, Præstitis & Arreragiis, ante dictum Sextum Decimum Diem Junii, Nobis Progenitoribus sive Antecessoribus prædictis, aut dicto nuper ut præmittitur Regi, seu eorum alicui, debitis, ac etiam Utlagariis in *ipsum Archiepiscopum* Promulgatis pro aliqua Causarum supradictarum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Octavo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Ambassiatore Regis Neapolitani.



A.D. 1494. An. 10. H. 7. Franc. 10. H. 7. m. 9.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos, ad grandem & humilem Prosecutionem, Nobis per Dominum *Julianum* Ambassiatorem Præcarissimi Fratris & Consanguinei nostri *Regis Neapolitani* factam, & ad Reverentiam & Contemplationem ejusdem Fratris & Consanguinei nostri, Licentiam Dedimus *eidem Domino Juliano* quòd Ipse, per Se Factores vel Attornatos suos, Centum Dolia Gualdæ in aliqua Navi extranea vel aliquibus Navibus extraneis, qua vel quibus ei vel eis placuerit, unâ vice tantum, in hoc Regnum nostrum adducere seu adduci facere, & eadem infra Portum nostrum Londoniæ ad ejus maximum Proficuum & Advantagium Discarcare ac Exponere & Distribuere valeat & possit; aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Proclamatione vel Restrictione, in contrarium factis, non obstantibus: A.D. 1494.

Proviso semper quòd Nobis de Custumis, Subsidiis & aliis Deveriis, Nobis in hac parte debitis, fideliter respondeatur ut est justum.

In cujus &c. Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Knoll.* Vicesimo Septimo Die Augusti, Anno Regni nostri Decimo.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Secundogenito Regis, de Locumtenentia Hyberniæ concessa.

A.D. 1494. An. 10. H. 7. Pat. 10. H. 7. m. 22.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, Sinceram Affectionem præcipuúmque Amorem versus Dilectissimum Filium nostrum *Henricum Secundogenitum* gerentes & habentes, & de ejusdem Filii nostri Carissimi Fidelitate & Circumspectione plenissimè confidentes,

Ordinavimus & Constituimus *ipsum Henricum* nostrum Terræ Hiberniæ Locumtenentem,

Habendum & tenendum Officium prædictum a Decimo Die Mensis Septembris jam instantis quamdiu Nobis placuerit,

Dantes & Concedentes *eidem Carissimo Filio Secundogenito nostro*, ac *Edwardo Ponynges* pro Corpore nostro Militi, uni Confratrum Ordinis Garteri, atque Consiliario & Deputato nostro infra Dominium nostrum Hiberniæ pro tempore existenti, in Absentia sua, plenam, Tenore Præsentium, similiter Potestatem ad Pacem nostram ac Leges & Consuetudines Terræ nostræ prædictæ Custodiendum & custodiri faciendum,

Et ad omnes & singulos Legios nostros tàm Anglicos quàm Hibernicos dictæ Terræ nostræ contra Nos aut Pacem Leges & Consuetudines prædictas qualitercúmque Delinquentes & Venientes, juxta eorum Demerita, secundùm Leges & Consuetudines prædictas, viis & modis quibus meliùs tam pro Honore & Proficuo nostro quàm bona Gubernatione dictæ Terræ nostræ ac Legiorum & Subditorum nostrorum ibidem, juxta discretionem *dicti Carissimi Filii Secundogeniti nostri*, sive Deputati nostri prædicti in Absentia sua, Castigandum & Puniendum ac Puniri & Castigari faciendum, necnon ad Recipiendum & Admittendum ad Finem & Pacem nostram tàm Anglicos quàm Hibernicos, infra Dominium nostrum Terras nostras Hiberniæ Inhabitantes, qui Nobis nostrísve Legibus sive Consuetudinibus prædictis Rebelles & Contrarii extiterunt aut existunt, A.D. 1494.

Et ad Concedendum, Faciendum & Dandum plenam Pardonationem & Abolitionem tàm generalem quàm specialem sibi & eorum cuilibet, hujusmodi Pardonationem petenti aut habere volenti, ac Sectam Pacis nostræ quæ ad Nos pertinet, tàm pro Homicidiis, Roberiis, Feloniis, Murdris, Raptibus Mulierum, Latrociniis, Falsis Allegationibus, Adhæsionibus, Inimicitiis, Utlagariis & Transgressionibus, quam Contemptibus, Forisfacturis, & aliis Offensis quibuscúmque, in dicta Terra nostra per aliquas hujusmodi Personas ante hæc tempora factis sive imposterùm facien-

A. D. 1493. Hen. 7. dis, & firmam Pacem nostram eis & eorum cuilibet inde, per Literas nostras Patentes, sub Magno Sigillo nostro, quo utimur in Terra nostra prædicta, in forma debita, Concedendum, Donandum & Deliberandum,

Et etiam eosdem aliósque quoscúmque ad Fines & Redemptiones, pro hujusmodi Offensis & earum qualibet, qui Fines & Redemptiones facere debuerint sive voluerint, Recipiendum & Accipiendum,

Et singulis Personis juxta Leges & Consuetudines prædictas Justiciam Faciendum,

Et etiam ad universos & singulos, tàm Anglicos Rebelles quàm Hibernicos dictæ Terræ nostræ, eandem Terram nostram impostèrum Invadentes, & ipsam Terram nostram nostrósve Subditos ejusdem Deprædare Guerrare seu alio modo Destruere sive Devastare Nitentes, & Se juxta Leges & Consuetudines prædictas Justificari nolentes, si necessè fuerit, cum Potestate nostra Regia, ac aliis viis & modis quibus meliùs fieri poterit, juxta eorum Demerita Puniendum, ac Subditos nostros proinde Convocandum & Levandum, & cum eisdem nostris Subditis sic Levatis contra dictos Rebelles Congrediendum, eósque Intendendum, Vincendum & Castigandum, & etiam cum eis Pacificendum & Pacem Componendum, ac ipsos Paci nostræ Reformandum,

Concessimus etiam *præfato Carissimo Filio Secundogenito* nostro, ac Deputato nostro prædicto in Absentia sua prædicta, Potestatem & Auctoritatem omnia Beneficia Ecclesiastica tàm Curata quàm non Curata (videlicet) Vicarias, Personatus, Præbendas, Capellas, Cantarias, Dignitates, Archidiaconatus ac alia Beneficia quæcúmque (Nominationibus Archiepiscoporum & Episcoporum Exceptis) tàm Ecclesiis Cathedralibus quàm Collegiatis, in quocúmque Loco infra Terram prædictam, quæ ad præsens quocúmque titulo vacant, seu impostèrum ex quacúmque causa vacare contigerint, & ad Præsentationem Collationem sive Donationem nostram quocúmque causa vacare contigerint, & ad Præsentationem, Collationem sive Donationem nostram quocúmque modo spectaverint, Personis idoneis quibus sibi placuerit Dandi, Concedendi & Conferendi, & ad quæ per Nos Præsentatio existit facienda Præsentandi, ac Statum & Possessionem omnium & singulorum, qui de aliquibus Beneficiis Ecclesiasticis tàm Dignitatibus quàm aliis Beneficiis Ecclesiasticis quibuscúmque possessionati existunt, Ratificandi, Approbandi & Confirmandi, ac Privilegia, per Progenitores & Prædecessores nostros quoscúmque aut aliquos alios ante hæc tempora facta vel concessa, prout *eidem Carissimo Filio Secundogenito nostro*, aut Deputato nostro prædicto in Absentia sua, per Avisamentum & Assensum Concilii nostri in Terra nostra prædicta meliùs videbitur expedire, Ratificandi & Confirmandi & Approbandi, A. D. 1493. Hen. 7.

Concessimus insuper *eidem Carissimo Filio Secundogenito nostro*, ac Deputato prædicto in Absentia sua, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem Fidelitates & Provisionum Renunciationes omnium Archiepiscoporum & Episcoporum, in eadem Terra tempore præterito sive futuro factas ordinatas & constitutas, & faciendas ordinandas vel constituendas, ac omnia alia ad Nos debita Nomine nostro Recipiendi, & eisdem Archiepiscopis & Episcopis & eorum cuilibet Temporalia sua Deliberandi ac etiam Homagium omnium & singulorum Tenentium nostrorum & aliorum quorumcúmque in Terra nostra prædicta Nomine nostro Recipiendi, & Terras & Tenementa sua de Hæreditate sua Deliberandi, Manúsque nostras exinde Removendi, ac Victualia sufficientia & necessaria pro Expensis Hospitii sui aut Soldariorum suorum, in quocúmque Loco infra Terram prædictam, per Provisores Hospitii sui prædicti, & alios Ministros suos, unà cum Cariagio sufficienti pro eisdem, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat Excepto) pro Denariis suis rationabiliter solvendis Providendi & Capiendi, juxta formam diversorum Statutorum de hujusmodi Provisoribus ante hæc tempora factorum,

Necnon ad Summonendum seu Summoneri faciendum secundùm Leges, Statuta & Consuetudines Terræ nostræ prædictæ, unum dumtaxat Parliamentum citra Festum Paschæ proximò & immediatè sequens post Datam præsentium plenè terminandum & Finiendum, & quoscúmque sic Summonitos Absentes & non legitimè impeditos Multandum & Puniendum,

Concessimus etiam *eidem Carissimo Filio Secundogenito nostro*, ac Deputato præfato in Absentia sua, plenam & sufficientem Auctoritatem & Potestatem ad omnimodos Officiarios & Ministros, qui sunt Computabiles (Thesaurario Terræ nostræ prædictæ dumtaxat Excepto) coram præfatis Thesaurario & Baronibus de Scaccario Terræ nostræ prædictæ computare faciendum, & ad

A. D. 1494. Hen. 7. & ad hujusmodi Compotum reddendum, Compellendum, ac etiam ad Inquirendum seu Inquiri faciendum, viis & modis quibus meliùs videbitur sibi faciendum, de quibuscúmque Bonis & Catallis quæ fuerunt illorum Dominorum seu aliorum qui erga Nos seu Progenitores nostros Forisfecerunt, & a Nobis Concelata existunt,

Et ad omnia alia & singula, quæ ad Officium Locum nostrum tenentis nostríve Deputati Jure, Usu, ac Consuetudine Terræ nostræ prædictæ pertinent aut pertinere deberent, & pro bono Regimine & Salvatione ac pro Custodia Pacis Terræ nostræ prædictæ & Quiete Populi nostri ibidem ac Recuperatione Jurium nostrorum in Terra prædicta necessaria fuerint, Faciendum, Exercendum & Ordinandum, ac etiam omnia alia Nomine nostro & pro Nobis in Terra nostra prædicta Faciendum & Excercendum sicut Nos faceremus si ibidem in Propria Persona nostra essemus ; A. D. 1494. Hen. 7.

Proviso semper quòd, si *præfatus Carissimus Filius Secundogenitus noster*, aut Deputatus antedictus in Absentia sua, quicquam contra Legem nostram fecerit, tunc *idem Carissimus Filius Secundogenitus noster*, aut Deputatus prænominatus, per Concilium nostrum Corrigatur & Reformetur, aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione in contrarium Præmissorum edito, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* Undecimo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Deputato Constituto.

A. D. 1494. An. 9. H. 7. ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & provida Circumspectione Prædilecti nostri *Edwardi Poynynges* Militis pro Corpore nostro Consiliarii nostri & unius Confratrum nostrorum Ordinis Garteri plenariè confidentes,

Ordinavimus & Constituimus *ipsum Edwardum* Deputatum nostrum Terræ nostræ Hiberniæ,

Habendum, Tenendum & Occupandum Officium prædictum, a Decimo Die Mensis Septembris jam instantis, quamdiu Nobis placuerit,

Dantes & Concedentes *eidem Deputato nostro*, in Absentia præcarissimi Filii nostri *Henrici Secundogeniti nostri*, quem Terræ nostræ prædictæ nostrum Locumtenentem Ordinavimus & Constituimus, plenam Tenore Præsentium Potestatem ad Pacem nostram ac Leges & Consuetudines Terræ nostræ prædictæ Custodiendum & Custodiri faciendum,

Et ad omnes & singulos Ligeos, tàm Anglicos quàm Hibernicos dictæ Terræ nostræ, contra Nos aut Pacem Leges & Consuetudines prædictas qualitercúmque Delinquentes & Venientes, juxta eorum Demerita, secundùm Leges & Consuetudines prædictas, viis & modis quibus meliùs tàm pro Honore quàm pro Proficuo nostris, quàm pro Bona Gubernatione dictæ Terræ nostræ ac Legiorum & Subditorum nostrorum ibidem, juxta Discretionem dicti Deputati nostri in Absentia ejusdem præcarissimi *Filii nostri*, Castigandum & Puniendum, ac Puniri & Castigari faciendum, A. D. 1494.

Necnon ad Recipiendum & Admittendum ad Finem & Pacem nostram tàm Anglicos quàm Hibernicos, Dominium sive Terras nostras Hiberniæ Inhabitantes, qui Nobis nostrísve Legibus sive Consuetudinibus prædictis Rebelles & Contrarii extiterunt & existunt,

Et ad Concedendum, Faciendum & Dandum plenam Pardonationem & Abolitionem tàm generalem quàm specialem sibi & eorum cuilibet hujusmodi Pardonationem petenti aut habere volenti, ac Sectam Pacis nostræ, quæ ad nos pertinet tam pro Homicidiis, Roboriis, Feloniis, Murdris, Raptibus Mulierum, Latrociniis, falsis Allegationibus, Adhæsionibus, Inimicitiis, Utlagariis & Transgressionibus, quàm Contemptibus, Forisfacturis & aliis Offensis quibuscúmque, in dicta Terra nostra per aliquas hujusmodi Personas ante hæc tempora factis sive imposterùm faciendis, & firmam Pacem nostram eis & eorum cuilibet inde, per Literas nostras Patentes, sub Magno Sigillo nostro quo utimur in Terra nostra prædicta, in forma debita Concedendum, Donandum & Deliberandum,

Et etiam eosdem alióśque quoscúmque ad Fines & Redemptiones pro hujusmodi Offensis & earum qualibet, qui Fines & Redemptiones facere debuerunt sive voluerint, Recipiendum & Accipiendum, & singulis Personis juxta Leges & Consuetudines prædictas Justitiam Faciendum,

Et

A. D. 1493. Hen. 7.

Et etiam ad universos & singulos, tàm Anglicos Rebelles quàm Hibernicos dictæ Terræ nostræ, eandem Terram nostram imposterùm Invadentes, & ipsam Terram nostram nostrósve Subditos ejusdem Deprædare Guerrare seu alio modo Destruere sive Devastare Nitentes, & Se juxta Leges & Consuetudines prædictas Justificari nolentes, si necesse fuerit, cum Potestate nostra Regia, ac aliis viis & modis quibus meliùs fieri poterit, juxta eorum Demerita Puniendum, ac Subditos nostros proinde Convocandum & Levandum, & cum eisdem nostris Subditis sic Levatis contra dictos Rebelles Congrediendum, eósque Invadendum, Vincendum & Castigandum, & etiam cum eis Pascisendum & Pacem Componendum, ac Ipsos Paci nostræ Reformandum,

Concessimus etiam *præfato Deputato* nostro Potestatem & Auctoritatem quòd Ipse, durante Termino prædicto in Absentia prædicti Carissimi *Filii nostri Secundogeniti*, omnia Beneficia Ecclesiastica tàm Curata quàm non Curata (videlicet) Vicarias, Personatus, Præbendas, Capellas, Cantarias, Dignitates, Archidiaconatus ac alia Beneficia quæcúmque (Nominationibus Archiepiscoporum & Episcoporum Exceptis) tàm in Ecclesiis Cathedralibus quàm Collegiatis, in quocúmq; Loco infra Terram prædictam, quæ ad præsens quocúmq; titulo vacant, seu imposterùm ex quacúmq; causa vacare contigerint, & ad Præsentationem, Collationem, sive Donationem nostram quocúmque modo spectaverint, Personis idoneis quibus sibi placuerit Dandi, Concedendi & Conferendi,& ad ea quæ per Nos Præsentatio extitit facienda Præsentandi, ac Statum & Possessionem omnium & singulorum, qui de aliquibus Beneficiis Ecclesiasticis tàm Dignitatibus quàm aliis Beneficiis Ecclesiasticis quibuscúmque possessionati existunt, Ratificandi, Approbandi & Confirmandi, ac Privilegia, per Progenitores & Prædecessores nostros quoscúmque aut aliquos alios ante hæc tempora facta vel concessa, prout *eidem Deputato nostro*, in Absentia præfati *Præcarissimi Filii nostri Secundogeniti*, per Avisamentum & Assensum Concilii nostri, in Terra nostra prædicta, meliùs videbitur expedire, Ratificandi Confirmandi & Approbandi,

Concessimus insuper *eidem Deputato nostro*, in Absentia prænominati, *Præcarissimi Filii nostri Secundogeniti* Potestatem Fidelitates & Provisionum Renunciationes omnium Archiepiscoporum & Episcoporum, in eadem Terra tempore præterito sive futuro factas ordinatas & constitutas, & faciendas ordinandas vel constituendas, ac omnia alia ad Nos debita Nomine nostro Recipiendi, & eisdem Archiepiscopis & Episcopis & eorum cuilibet Temporalia sua Deliberandi, ac etiam Homagium omnium & singulorum Tenentium nostrorum & aliorum quorumcúmque in Terra nostra prædicta Nomine nostro Recipiendi, & Terras & Tenementa sua de Hæreditate sua Deliberandi, Manúsque nostras exinde Removendi, ac Victualia sufficientia & necessaria pro Expensis Hospitii sui aut Soldariorum suorum, in quocúmque Loco infra Terram prædictam, per Provisores Hospitii sui prædicti, & alios Ministros suos, unà cum Cariagio sufficienti pro eisdem, tàm infra Libertates quàm extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat Excepto) pro Denariis suis rationabiliter solvendis Providendi & Capiendi, juxta formam diversorum Statutorum de hujusmodi Provisoribus ante hæc tempora factorum,

A. D. 1493. Hen. 7.

Necnon ad Summonendum aut Summoneri faciendum, secundùm Leges, Statuta, & Consuetudines Terræ nostræ prædictæ, unum dumtaxat Parliamentum citra Festum Paschæ proximò & immediatè sequens post Datam præsentium plenè terminandum & Finiendum, & quoscúmque sic Summonitos Absentes & non legitimè impeditos Multandum & Puniendum,

Concessimus etiam *eidem Deputato nostro*, in Absentia prædicti *Præcarissimi Filii nostri Secundogeniti*, plenam ac sufficientem Auctoritatem & Potestatem ad omnimodos Officiarios & Ministros, qui nunc sunt Computabiles (Thesaurario Terræ nostræ prædictæ dumtaxat Excepto) coram præfatis Thesaurario & Baronibus de Scaccario Terræ nostræ prædictæ computare faciendum, & ad hujusmodi Compotum reddendum Compellendum, ac etiam ad Inquirendum seu Inquiri faciendum, viis & modis quibus meliùs videbitur sibi faciendum, de quibuscúmque Bonis & Catallis quæ fuerunt illorum Dominorum seu aliorum qui erga Nos seu Progenitores nostros Forisfecerunt, & a Nobis Concelata existunt,

Et ad omnia alia & singula, quæ ad Officium Deputati, nostri Jure, Usu, ac Consuetudine Terræ nostræ prædictæ pertinent aut pertinere deberent,& pro bono Regimine & Salvatione ac pro Custodia Pacis Terræ nostræ prædictæ & Quiete Populi nostri ibidem ac Recuperatione

7 D Jurium

A. D. 1494. Hen. 7. Jurium nostrorum in Terra prædicta necessaria fuerint, Faciendum, Excercendum, & Ordinandum, ac etiam omnia alia Nomine nostro & pro Nobis in Terra nostra prædicta Faciendum & Excercendum sicut Nos faceremus si ibidem in Propria Persona nostra essemus;

Proviso semper quòd, si *præfatus Deputatus noster* quicquam contra Legem nostram fecerit, tunc *idem Deputatus noster* prænominatus per Concilium nostrum Corrigatur & Reformetur; aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium Præmissorum editâ, non obstante. A. D. 1494. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* decimo tertio Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Bulla de Prioratu Supprimendo.

Registrata apud me L. PODOCATHARUM.

A. D. 1494. An. 10. H. 7. Ex Origin. ALexander *Episcopus*, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Dunelmensi, &, Dilectis Filiis *Adriano Castellen* Canonico Ecclesiæ Londoniensis, ac Officiali Cantuariensis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Romanus Pontifex, in Apostolicæ Dignitatis Specula constitutus, circa Monasteriorum & Religiosorum Locorum omnium Statum in melius commutandum diligenter prospicit & intendit, prout pia Catholicorum Regum devotio exposcit, & id in Domino conspicit salubriter expedire,

Exhibita siquidem Nobis nuper, pro parte Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ Regis* Illustris, Petitio continebat, quòd ipse,

Providè attendens quòd Prioratus de Montisfunt aliàs Montesfonte Ordinis Sancti Augustini Wintoniensis Diœcesis,

Qui Conventualis existit, & de Jure Patronatûs *Regis Angliæ* pro tempore existentis, ex Privilegio Apostolico, cui hactenus in aliquo non extitit derogatum, fore dinoscitur, in quo, retroactis temporibus, cum *illius Priore* pro tempore existente, *Undecim Canonici* vel circa inibi in Divinis deservientes residere consueverunt, & etiam ex Fundatione dicti Prioratûs debebant & tenebantur,

Adeo defecit, ut in illo *Prior cum Tribus Canonicis* vix resideant, nec etiam spes habeatur quòd alii dicti Ordinis Canonici haberi possint, cum in dicto Regno dicti Ordinis Canonici non sine difficultate reperiantur,

Summopere desiderat dictum Prioratum illiúsque Ordinem & Prioris Dignitatem ac, si qua sit, Dependentiam penitùs Supprimi & Extingui, ac in Collegiatam Ecclesiam Secularem, cum una Dignitate, quæ inibi Præpositura seu Decanatus nuncupetur, & inibi Dignitas principalis existat, & aliquibus Canonicatibus & Præbendis erigi, quod ad Decorem & Venustatem dictæ Ecclesiæ, postquam, sicut præfertur, erecta fuerit, Divinique Cultûs Augmentum & Animarum Salutem in ea cedet, A. D. 1494.

Quare pro parte *præfati Regis*,

Asserentis Fructus, Redditus & Proventus dicti Prioratûs Centum & Viginti Librarum Sterlingorum, Quingentos & Triginta Ducatos vel circa constituentium, secundùm communem extimationem, Valorem Annuum non excedere,

Nobis fuit humiliter Supplicatum ut Prioratum, Dignitatem, Prioris Ordinem &, si qua sit, Dependentiam hujusmodi penitùs Supprimere & Extinguere, illúmque in Ecclesiam Collegiatam cum communi Mensa, Archa, Bursa, Capitulo & aliis Collegialibus insigniis, ac una Dignitate quæ inibi Præpositura seu Decanatus nuncupetur, ac aliquibus Canonicatibus & Præbendis erigere, ac jus Patronatûs & Præsentandi Personas ydoneas ad Decanatum seu Præposituram nec non Canonicatus & Præbendas erigendas hujusmodi præfato *Henrico Regi* suisque Successoribus dicti Regni Regibus pro tempore existentibus in perpetuum concedere & assignare, aliásque in Præmissis oportune providere de Benignitate Apostolica dignaremur,

Nos igitur, qui Divini Cultus Augmentum & Ecclesiarum ac Locorum Ecclesiasticorum omnium Decorem & Venustatem nostris potissimè temporibus supremis desideramus affectibus, de prædictis certam notitiam non habentes, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Discretioni vestræ per Apostolica

5 Scripta

A.D. 1494. Hen. 7.

Scripta Mandamus quatinus Vos vel Duo aut Unus Vestrûm de Præmissis omnibus & singulis Auctoritate nostra vos diligenter informetis, &, si per Informationem eandem ita esse reppereritis, Prioratum Ordinem Nomen & Dignitatem ac Dependentiam hujusmodi dicta Auctoritate penitùs Supprimatis & Extinguatis, illúmque in Ecclesiam Secularem Collegiatam, cum communi Mensa, Archa, Bursa, Capitulo & aliis Collegialibus, Insigniis ac una Dignitate quæ inibi Præpositura seu Decanatus nuncupetur, & aliquibus Canonicatibus & Præbendis, prout Facultates dicti Prioratûs suppetent, sine alicujus præjudicio erigatis, ac Fructus, Redditus & Proventus ejusdem Prioratûs inter Præposituram sive Decanatum ac Canonicatus & Præbendas erigendas hujusmodi prout Vobis videbitur dividatis, illisque respective pro eorum dote assignetis, necnon Jus Patronatûs & Præsentandi Ordinario Loci ad Præposituram & Decanatum ac Canonicatus & Præbendas erigendas hujusmodi *Henrico* & Successoribus præfatis dicti Regni Regibus pro tempore existentibus imperpetuum Concedatis, ac Præposito sive Decano necnon Capitulo præfatis aliqua Statuta laudabilia & honesta Sacris Canonibus non contraria Condendi dictâ Auctoritate Licentiam largiamini, ita quòd Cedente vel Decedente moderno dicti Prioratûs *Priore* seu Prioratum prædictum aliàs quomodolibet Dimittente, liceat Decano sive Præposito, qui tunc fuerit ac Capitulo præfatis, per Se vel Alium seu Alios corporalem Possessionem dicti Prioratûs Juriúmque & Pertinentiarum omnium ejusdem propriâ Auctoritate liberè Apprehendere ac perpetuò Retinere, illorúmque Fructus, Redditus & Proventus in suos ac Decanatus & Præposituræ necnon Canonicatus & Præbendas ac Mensæ prædictorum, juxta Divisionem per vos desuper faciendam, usus utilitatémque convertere, Diœcesani Loci & cum suis alterius Licentia super hoc minimè requisita,

Non obstantibus Apostolicis ac bonæ memoriæ *Ottonis* & *Ottoboni* olim in dicto Regno Apostolicæ Sedis Legatorum, necnon in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis Generalibus vel Specialibus Constitutionibus & Ordinationibus ac Statutis & Consuetudinibus Prioratûs & Ordinis prædictorum, Juramento Confirmatione Apostolicâ vel quavis Firmitate aliâ roboratis, contrariis quibuscúnque, aut si aliqui super Provisionibus sibi faciendis de Prioratibus hujusmodi speciales vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiam si per eas ad Inhibitionem, Reservationem & Decretum vel aliàs quomodolibet sit Processum, quas quidem Litteras ac Processus habitos per easdem & inde secuta quæcúnque ad dictum Prioratum volumus non Extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis Privilegiis Indulgentiis & Litteris Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcúnque Tenorum existant, per quæ Præsentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorúmque totis Tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris Litteris mentio specialis; Nos enim exnunc Irritum Decernimus & Inane si secus super hiis a quoquam quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Quarto. Quarto Non. Octobris. Pontificatûs nostri Anno Tertio.

L. PODOCATHARUS.

R. DE VULTERRIS.

ALEXANDER *Papa Sextus.*

Sub Filis cannabeis.

De Bulla Prioratum Luffeldiæ Supprimendo, & Collegio Windesoræ Annexando.

A.D. 1494. *An. 10. H. 7.* *Ex Origine.*

ALexander *Episcopus*, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Injunctum nobis desuper Apostolicæ Servitutis Officium mentem nostram excitat & inducit, ut ad ea, per quæ Ecclesiarum omnium, præsertim Collegiatarum, necnon Capellarum, & Hospitalium

A. D. 1494 talium necessitatibus valeat provideri, quantum cum Deo possumus, opetosis studiis & remediis favorabiliter intendamus.

Hen. 7.

Sane pro parte Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ Regis* Illustris Nobis nuper exhibita Petitio continebat, quòd ipse de propria Salute recogitans, cupiens Terrena in Cœlestia, & Transitoria in Æterna felici commertio commutare, piâ ductus Devotione, quandam Capellam cum unâ Cantariâ, sub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis, cum sufficienti numero Presbiterorum, quæ inibi pro Animæ suæ Salute celebrare teneantur, juxta Ecclesiam Collegiatam Sancti Georgii, Opidi Windesoræ, Saresbiriensis Diœcesis, ac unum Hospitale in dicto Opido pro Pauperibus, & aliis miserabilibus Personis ad illud pro tempore declinantibus, in illis Recipiendis, Confovendis, & Alendis, de Bonis propriis fundare & ædificare proponit.

Verum si *Prioratus de Lusfeldiâ, Ordinis Sancti Benedicti, Lincolniensis Diœcesis*, qui de Jure Patronatûs *Regis Angliæ* pro tempore existentis existit, & in loco deserto constitutus, & in quo a longo tempore citra non consueverunt, nisi *unus Prior cum Duobus Monachis*, qui etiam in dicto Prioratu Professionem non emittunt, habitare, cujus Structuræ & Ædificia incuriâ & negligentiâ Prioris & Monachorum prædictorum, ad maximam & penè irreparabilem Ruinam devenerunt, illiúsque Ordo & Dependentia, siqua sit, ac Nomen, seu Dignitas Prioris, si Conventualis existat, penitùs Supprimerentur, & Extinguerentur, illiúsque Structuræ, Ædificia, & Bona omnia Mensæ Capitulari dictæ Ecclesiæ Sancti Georgii pro Necessitatibus Capellæ, Cantariæ, & Hospitalis, ac etiam Mensæ prædictorum perpetuò Applicarentur, Appropriarentur, & Assignarentur, ex hoc profectò Necessitatibus Mensæ, Capellæ, & Hospitalis prædictorum plurimum consuleretur.

Quare pro parte *ejusdem Regis*, asserentis Fructus, Redditus, & Proventus dicti Prioratûs Ducentorum & Sexaginta Florenorum Auri de Camerâ, secundum communem extimationem, Valorem Annuum non excedere, Nobis fuit humiliter Supplicatum, ut Prioratum, Ordinem, Dependentiam, & Dignitatem, ac Nomen Prioris hujusmodi penitus Supprimere, & Extinguere, ac Structuras, Ædificia, & Bona prædicta eidem Mensæ perpetuò Unire, Annectere, & Incorporare, aliásque in Præmissis oportunè providere de Benignitate Apostolicâ dignaremur.

A. D. 1494. Hen. 7.

Nos igitur, qui dudùm inter alia voluimus quòd Petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum Valorem secundum communem extimationem Valoris Annui etiam Beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin Unio non valeret, & semper in Unionibus Commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset dictæ Mensæ Fructuum, Redditüum, & Proventuum verum Valorem Annuum ipsiúsque Prioratûs Qualitates Præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Prioratum Dependentiam, illiúsque Nomen ac Dignitatem hujusmodi, Auctoritate Apostolicâ Tenore Præsentium penitùs Supprimimus, & Extinguimus, necnon Structuras, Ædificia, & Bona hujusmodi eidem Mensæ perpetuò Applicamus, Appropriamus, & Assignamus: Ita quòd, Cedente vel Decedente *moderno dicti Prioratûs Priore*, seu Prioratum prædictum aliàs quomodolibet Dimittente, liceat Dilectis Filiis Decano & Capitulo dictæ Ecclesiæ Sancti Georgii, per Se, vel Alium, seu Alios, Corporalem Structurarum, Ædificiorum & Bonorum hujusmodi Possessionem propriâ Auctoritate liberè Apprehendere, ac in Mensæ, Capellæ, Cantariæ, & Hospitalis prædictorum usus, utilitatémque Convertere, Diœcesani loci & cujusvis alterius Licentiâ super hoc minimè requisita, Translatis tamen *Priore* & *Monachis*, in dicto Prioratu degentibus, ad alia Loca dicti Ordinis Regularia, & Assignatis eis, quoad vixerint, de Fructibus, Redditibus & Proventibus hujusmodi, Pensionibus Annuis competentibus per Loci Ordinarium, ex quibus se commodè valeant sustentare.

Non obstantibus Voluntate nostrâ prædictâ, ac aliis Apostolicis, necnon bonæ memoriæ *Octonis* & *Octoboni* olim in digno Regno Apostolicæ Sedis Legatorum, in Provincialibus quoque & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Statutis quoque & Consuetudinibus Prioratûs, & Ordinis prædictorum, Juramento, Confirmatione, vel quâvis Firmitate aliâ roboratis, contrariis quibuscúnque. Aut si aliqui super Provisionibus sibi faciendis de Prioratibus hujusmodi speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus Literas impetrarint, etiamsi per eas ad Inhibitionem, Reservationem, & Decretum

A. D. 1494. Hen. 7. Decretum, vel aliàs quomodolibet fit Processum, quas quidem Literas & Processus habitos per easdem, & inde secuta quæcúnque ad dictum Prioratum volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad Assecutionem Prioratuum seu Beneficiorum aliorum Præjudicium generari, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris Apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcúnque Tenorum existant, per quæ Præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorúmque totis Tenoribus habenda sit in nostris Litteris mentio specialis.

Proviso quòd dictus Prioratus propterea ad Prophanos Usus non redigatur, sed in illius Ecclesia Missæ interdum celebrentur.

Nos enim exnunc Irritum decernimus A. D. 1494. Hen. 7. & Inane, si secus super hiis a quoquam quâvis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergò omninò Hominum liceat hanc Paginam nostræ Suppressionis, Extinctionis, Applicationis, Appropriationis, Assignationis, & Constitutionis infringere &c.

Datum *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quarto, quarto Non. Octubris, Pontificatûs nostri Anno tertio.

L. PODOCATHARUS.
R. DE VULTERRIS.

Sub Filis sericis rubei croceique Coloris.

Indulgentia Scalæ Cæli pro Capella Regia Ædificanda infra Collegium Wyndesore.

Registrata apud me L. PODOCATHARUM.

A. D. 1494. *An. 10. H. 7.* *Ex Origine.* ALexander *Episcopus*, Servus Servorum Dei, universis Christi Fidelibus præsentes Litteras inspecturis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit ut sibi a Fidelibus suis dignè & laudabiliter serviatur, de habundantia suæ Pietatis quæ Merita Supplicum excedit & Vota benè servientibus sibi multò majora retribuat quàm valeant promereri, nichilominus desiderantes Domino Populum reddere acceptabilem & bonorum Operum Sectatorem, Fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis Muneribus, Indulgentiis (videlicet) & Remissionibus, invitamus, ut exindè reddantur Divinæ Gratiæ aptiores.

Cùm itaque, sicut accepimus, Carissimus in Christo Filius noster *Henricus Angliæ Rex* Illustris, fervore Devotionis accensus, cupiens Terrena in Cœlestia & Transitoria in Æterna felici Commertio commutare, proponat unam Capellam, sub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis, in Ecclesia Sancti Georgii Saresbiriensis Diœcesis, in qua Sepulturam suam eligere intendit, ac infra Limites dictæ Ecclesiæ unum Hospitale pro Pauperibus & aliis Miserabilibus Personis inibi recipiendis & confovendis, Opere quidem Sumptuoso, de propriis Bonis suis Fundare & Construere, ac Capellam & Hospitale hujusmodi sufficienter Dotare, ipsámque Capellam Libris, Calicibus, & aliis Ornamentis Ecclesiasticis ad Divinum Cultum necessariis decenter Decorare, A. D. 1494.

Nos, cupientes ut Capella prædicta, in qua etiam præfatus Rex Septem Presbiteros, pro Missa qualibet Die inibi celebranda, deputari & institui facere intendit, congruis frequentetur Honoribus, ipsique Presbiteri ad Missam hujusmodi celebrandum & alii Christi Fideles ad dictam Capellam visitandum eo libentiùs inducantur, quo ex hoc ibidem Dono cœlestis Gratiæ uberiùs se refectos sentiant,

De Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi Presbiteris prædictis, qui inibi pro tempore celebraverint, & pro Statu præfati Regis dum Vitam duxerit in humanis, & postquam ab hac Luce migraverit, pro Animæ suæ Salute Deum oraverint, illam Indulgentiam, quam consecuntur celebrantes pro Defunctis in Capella Scalæ Celi nuncupata, in Ecclesia Monasterii Triumfontium extra Muros Urbis, Cisterciensis Ordinis, Anctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, elargimur,

Et insuper omnibus & singulis utriúsque Sexûs Christi Fidelibus verè Pœnitentibus & Confessis, qui Capellam prædictam in Die Veneris Majoris Ebdomadæ a Primis Vesperis usque ad Secundas

A. D. 1494. An. 10. H. 7. cunctas Vesperas devotè visitaverint annuatim, & ut præfertur oraverint, Viginti Annos & totidem Quadragenas de Injunctis eis Pœnitentiis misericorditer in Domino Relaxamus; Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quarto, quarto Non. Octobris, Pontificatûs nostri Anno tertio.

L. Podocatharus.
R. de Vulterris.

Sub Filis Sericis Flavi rubeique Coloris.

De Licentia.

A. D. 1494. An. 10. H. 7. Franc. 10. H. 7. m. 8. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, in consideratione boni & acceptabilis Servitii quod Dilecti Servientes nostri *Johannes Meautis* Secretarius noster pro Lingua Gallica, & *Rogerus Machado* aliàs dictus *Richemont Rex Armorum de Clarenceaux*, Nobis impenderunt & imposterùm impendere intendunt, Dedimus & Concessimus eis quòd ipsi, per Se, Factores, Attornatos, seu Deputatos suos, Numerum sive Quantitatem Centum Doliorum de Vinis Gasconiæ in aliqua Navi sive Navibus de Partibus Franciæ, Ispanniæ, Britanniæ, aut aliorum nostrorum Alligatorum, pro unica vice tantum, in Partibus Transmarinis Carcare & Onustare seu Carcari & Onustari facere, ac eadem Vina in aliquem Portum infra Regnum nostrum Angliæ, & hoc infra præsentem Annum Ducere & Asportare, aut Duci seu Asportari facere possint & valeant, ibidem Vendi, Exponi, & onerari ad sua maxima Proficua & Avauntagia, aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisionéve, Restrictione in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1494. An. 10. H. 7. Pat. 10. H. 7. m. 32. REX Escaetori suo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem in Christo Patrem *Ricardum*, *nuper Bathoniensem & Wellensem Episcopum*, a vinculo, quo Bathoniensi & Wellensi Ecclesiis invicem canonicè unitis, quibus tunc præerat, tenebatur, Apostolicæ plenitudine Potestatis Absolvens, ipsum ad Ecclesiam Dunolmensem Auctoritate Apostolicâ Transtulerit, ipsúmque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *præfatus Venerabilis Pater* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Venerabilis Patris*, Nobis pro Temporalibus dicti Episcopatûs Dunolmensis debitam, & ei Temporalia illa Restituimus;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Venerabili Patri* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Northumbr.
Escaetori Regis in Com. Midd.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Tractando cum Desmondiæ Comite.

A. D. 1494. An. 10. H. 7. Ibid. m. 1.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, provida Circumspectione, atque Industriâ Prædilecti & Fidelis Consiliarii & Capellani nostri *Ricardi Hatton* Clerici Juris utriúsque Doctoris quamplurimùm confidentes,

Ipsum verum & indubitatum Commissarium, Procuratorem, Deputatum, & Nuncium specialem Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes;

Dantes & Concedentes eisdem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale cum *Mauricio Fitz Gerard Comite Desmondiæ*, ac cum cæteris quibuscúmque Personis sibi in Terra nostra Hiberniæ in Rebellione Adhærentibus, de & super Reformatione quorumcúmque Proditionum, Feloniarum, Deprædationum, Rebellionum, Insurrectionum, Transgressionum, Contemptuum, Mesprisionum, Guerrarum, & aliorum Attemptatorum quorumcúmque, contra debitum Ligeantiæ suæ qualitercúmque factorum, sive perpetratorum, Conveniendi, Tractandi, Communicandi, Appunctuandi, Concordandi, & Concludendi,

Ac omnes & singulos Subditos & Incolas Terræ nostræ prædictæ, qui penes ipsum Commissarium nostrum pro Gratia & Pace nostris habendis Prosequi & Se Nobis Dare & Submittere voluerint, ad hujusmodi Pacem & Gratiam Aceeptandi & Admittendi, & superinde Literas nostras de Pardonatione & Abolitione sibi fiendi & per Nos Dandi & Concedendi, & Nomine nostro Promittendi,

A. D. 1494.

Atque etiam *Filium dicti Comitis Primogenitum*, in Custodiam & Gubernationem nostram Ponendum, ab *ipso Comite* Nomine nostro Recipiendi, & Nobis in hoc Regnum nostrum alibíve Ducendi, necnon Juramentum Fidelitatis & Ligeantiæ Nobis & Hæredibus nostris imposterùm gerendarum, ac superinde Recognitiones, Fidejussiones,

Obligationes, Manucaptiones, cæterásque Cautiones, tàm a *præfato Comite* quàm cæteris Gentibus & Incolis Terræ nostræ Hyberniæ, pro Nobis & Nomine nostro ex Causa prædicta Recipiendi, & ad opus nostrum Retinendi, & superinde Literas nostras Patentes de Pardonatione & Abolitione, Magno Sigillo nostro munitas, *præfato Comiti* Tradendi & Deliberandi,

Cæteráque Faciendi, Exequendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid prædictus Commissarius, Procurator, Deputatus, & Nuncius noster fecerit seu promiserit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum,

omnia & singula, quæ ipse fecerit seu Nomine nostro Promiserit in Præmissis, tanti sint Roboris, Effectûs, & Efficaciæ, ac si ea in Persona nostra fecissemus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Comite Desmondiæ, de Pardonatione.

A. D. 1494. An. 10. H. 7. Ibid.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, PARDONAVIMUS, REMISIMUS, & RELAXAVIMUS *Mauricio Fitz Gerard Comiti Desmondiæ*, seu quocúmque alio Nomine censeatur, omnimoda Proditiones, Murdra, Raptus Mulierum, Rebelliones, Insurrectiones, Riotas, Felonias, Conspirationes, Cambipartias, Manutenentias, Confœderationes, Conventiculas illicitas, Imbraciarias, & alias Transgressiones, Offensas, Extorsiones, Mesprisiones, Ignorantias, Contemptus, Concelamenta, Forisfacturas, & Deceptiones, per *ipsum Comitem* ante præsentem Diem qualitercúmque facta sive perpetrata, necnon omnimoda Judicia, Pœnas Mortis, & Executiones versus *ipsum Comitem* reddita sive adjudicata, aut reddenda sive adjudicanda Occasionibus prædictis seu earum aliqua, ac Sectam Pacis nostræ,

A. D. 1494.

A. D. 1494. Hen. 7. ſtræ, quæ ad Nos verſus ipſum pertinet pro Præmiſſis ſeu aliquo Præmiſſorum, necnon Utlagarias, ſi quæ in *ipſum Comitem* hiis occaſionibus ſeu earum aliqua fuerint promulgatæ, & firmam Pacem noſtram ei inde Concedimus,

Ita tamen quòd ſtet *Recto in Curia noſtra*, ſiquis verſus eum loqui voluerit de Præmiſſis, ſeu aliquo Præmiſſorum: A. D. 1494. Hen. 7.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* duodecimo Die Decembris.

Per ipſum Regem.

De Arraiatione facienda.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Pat. 10. H. 7. m. 17. dor. REX, Cariſſimo Conſanguineo ſuo *Thomæ Comiti Surriæ* Subcuſtodi ac Vicegardiano Weſtmerchiarum & Mediarum Merchiarum verſus Scotiam, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nonnulli Adverſarii & Inimici noſtri, tàm de Regno Scotiæ quàm aliis Partibus Exteris, in non modico Numero, Regnum noſtrum Angliæ, in Partibus Borialibus, infra breve ingredi, Ligeóſque noſtros ibidem Expugnare, ac de Bonis ſuis Spoliare ſatagunt, & pro viribus Deſtruere intendunt, ut veraciter informamur,

Nos, eorum Malitiæ Reſiſtere cupientes, ut tenemur,

De Fidelitate, Circumſpectione, & Induſtriâ veſtris pleniſſimè confidentes,

Aſſignavimus Vos ad omnes & ſingulos Homines ad Arma, ac alios Homines Defenſibiles, & ad Laborandum Potentes, tàm Hobelarios quàm Sagittarios (videlicet) inter Aquam de Trent & Aquam de Twede, tàm infra Libertates quàm extra, commorantes, Arraiandum & Triandum.

Et eos ſic Arraiatos & Triatos continuè in Arraiatioue hujuſmodi, ut in Millenis, Cêntenis, & Vintenis, ac aliter prout conveniens & neceſſe fuerit, teneri & poni faciendum,

Ac etiam ad eos tàm ad Coſteram Maris quàm alia Loca, quotiens & ubi neceſſe fuerit, ad Inimicos noſtros quoſcúmque, ſi hoc Regnum noſtrum Angliæ Invadere præſumpſerint, Expellendum, Debellandum, & Deſtruendum, de tempore in tempus, cùm aliquod Periculum immineat, Ducendum ſeu Duci faciendum,

Et ad Monſtrum ſive Monſtrationem eorumdem Hominum ad Arma, Hobelariorum & Sagittariorum, de tempore in tempus, quotiens indiguerit, diligenter Faciendum & Supervidendum;

Et ideò vobis diſtrictiùs quo poſſumus Injungimus & Mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, voſmetipſum arraiari & armari, ac omnes & ſingulos Homines antedictos Defenſibiles, & ad Laborandum potentes coram vobis venire, & eos juxta ſanam Diſcretionem veſtram arraiari, armari, & muniri, & eos ſic armatos, arraiatos, & munitos in Arraiatione hujuſmodi teneri faciatis, & eoſdem Homines, ſic arraiatos, armatos, & munitos, cùm aliquod Periculum immineat, in Defenſionem & Salvationem Regni & Partium prædictorum, de tempore in tempus, tàm ad Coſteram Maris quàm alia Loca ubi neceſſe fuerit, prout hactenus in caſu conſimili rationabiliter fieri conſuevit, & Neceſſitatis eventus exigerit, Duci faciatis; ita quòd, pro Defectu Defenſionis & Arraiationis, ſeu Ductionis dictorum Hominum, vel per Negligentiam veſtram, Dampnum Patriæ & Merchiarum prædictarum aut alias per Inimicos noſtros amodò non eveniat ullo modo; A. D. 1495.

Damus autem univerſis & ſingulis Ducibus, Comitibus, &c.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo ſecundo Die Martii.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literæ Patentes diriguntur Venerabili in Chriſto Patri *R. Dunolmenſi Epiſcopo* (videlicet) pro Comitatu Northumbriæ, Epiſcopatu Dunolmenſi, ac Dominiis Regis de Tyndale & Rydeſdale, necnon Marchiis & Locis eiſdem Comitatui, Epiſcopatui, & Dominiis adjacentibus.

In cujus &c.

Teſte ut ſupra.

Pro

A. D. 1495. Hen. 7. A. D. 1495. Hen. 7.

Pro Consanguineo Franciæ, de Exonerando.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Franc. 10. H. 7. m. 24.

REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Remisisse* & *Relaxâsse* Illustrissimo Carissimóque Fratri & Consanguineo nostro *Carolo Gallorum Principi Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri* (unoquoq; Franco Viginti Solidos Turonenses, & unaquaq; Corona Triginta & quinque Solidos Turonenses, valentibus) & Nobis Primo Die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto solvi debitorum, quæ erat Quintus Terminus pro Parte Solutionis Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* æstimationis prædictæ, per ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum, vel Hæredes suos, Nobis & Hæredibus solvendarum, prout in Literis dicti Fratris & Consanguinei nostri, superinde confectis, quarum Data est apud Stapulas supra Mare Die Tertiâ Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, pleniùs continetur; A. D. 1495.

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri*, æstimationis prædictæ, eundem *Consanguineum nostrum* Fatemur & Recognoscimus fore Quietum & exinde plenariè Exoneratum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Maii, Anno Regni sui Decimo.

Per ipsum Regem.

Super Custodia Marchiarum versus Scotiam.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Pat. 10. H. 7. m. 7.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis urgentibus Causis Nos & Concilium nostrum moventibus, Ordinaverimus & Constituerimus Praecarissimum *Secundogenitum nostrum Henricum Ducem Eborum* Custodem nostrum Generalem Marchiarum Regni nostri Angliæ versus Partes Scotiæ (videlicet) in Partibus Estmarchiatum, Westmarchiarum, & Middelmarchiarum, ac in Dominio nostro Scotiæ:

Ejus tamen Minorem & Juvenilem Ætatem maturè considerantes, de Fidelitatibus, providis Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Dunolmensis Episcopi* Custodis Privati Sigilli nostri, *Willielmi Tyler* Militis Capitanei Villæ & Castri nostri Berwici, *Johannis Heyron* de Forde, *Johannis Cartyngton* & *Ratclyff*, pleniùs confidentes,

Ipsos nostros Commissarios, Procuratores, Factores, & Deputatos ipsiusque *Secundogeniti nostri* Marchiarum & Dominii prædictorum Ordinamus, Deputamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Quinque, Quatuor, Tribus, seu Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) plenam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale Faciendi & Excercendi, loco ipsius *Secundogeniti nostri*, omnia & singula quæ ad Officium Custodiæ hujusmodi pertinent ibidem, A. D. 1495.

Ac ad omnia & singula per quoscúmque Ligeos & Subditos nostros, tàm Officiarios quàm alios, contra formam quarumcúmque Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum, *inter Nos* aut Custodes Officiarios nostros Auctoritatem habentes, & *ipsos de Scotia* similiter Auctoritatem habentes, initarum sive ineundarum, Subditis & Ligeis *Regis Scotorum*, ab inceptione earumdem Treugarum, Attemptata & Perpetrata, seu imposterùm Attemptanda & Perpetranda, juxta formam Treugarum hujusmodi, Corrigendi, Reformandi, & Emendandi, Delinquentes in hac Parte, juxta eorum Demerita, tàm per Incarcerationes Corporum suorum, quàm per Districtiones Terrarum, Tenementorum, Bonorum, & Catallorum suorum ubicúmque inventa fuerint, tàm infra Libertates quàm extra, Castigandi & Puniendi,

Necnon ad Cognoscendum in omnibus Querelis, Placitis, & Debitis, tàm in Prisonariis, Spoliis, Rapinis, quàm aliis quibuscúmque factis Guerrarum, ibidem motis vel movendis, ac etiam ad Tenendum Cessiones in quibuscúmque Locis Marchiarum prædictarum, tàm infra Libertates quàm extra, & ad Inquirendum de quibuscúmque Personis con-

A.D. 1495 Hen. 7. tra formam prædictarum Treugarum & Ordinationum, per Commissarios nostros & Commissarios dicti Regis Scotorum, seu Treugarum aliarum aut Ordinationum quarumcúmque, tàm per quoscúmque Commissarios nostros & Commissarios *Regis Scotorum*, quàm per Carissimum Consanguineum nostrum *Thomam Comitem Surriæ* Subcustodem & Vicegardianum nostrum & ipsius *Secundogeniti nostri* Marchiarum & Dominii nostrorum prædictorum, seu Deputatum suum, Auctoritate Subcustodiæ & Vicegardianatûs sibi in hac parte commissa, captarum, habitarum, initarum, seu factarum, aut imposterùm, durante Subcustodiâ & Vicegardianatu suis, capiendarum, ineundarum, seu faciendarum quovis modo Delinquentibus, & de hujusmodi Personis & eorum Delictis pleniùs informandum, eósque juxta Delictorum quantitatem, tàm infra Regnum nostrum prædictum quàm Marchias prædictas, Castigandum, & tàm in Bonis quàm in Personis Puniendum, prout melius pro Conservatione dictarum Treugarum & Ordinationum, ac Salvatione Marchiarum prædictarum eisdem Commissariis, Procuratoribus, Factoribus, & Deputatis nostris dictíque *Secundogeniti nostri* videbitur expedire,

Necnon ad quascúmque Pœnas Pecuniarias aut alias Obligationes, quas pro Violatione hujusmodi Treugarum & Ordinationum Personæ quæcúmque, ut præmittitur, Delinquentes incurrerunt, Levandum, & per Deputatum & Ministros suos levari faciendum,

Ac quascúmque sibi in Executione Præsentium Inobedientes seu parere & obedire Recusantes, viis & modis quibus expedientius eisdem Commissariis, Procuratoribus, Factoribus, & Deputatis, Quinque, Quatuor, Tribus, aut Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) videbitur Castigandum & Puniendum, vel aliàs, si in eorum Inobedientia persteterint, ad Nos & Concilium nostrum, ut congruum adhibeamus Remedium, sine dilatione, Certificandum;

Damus etiam Commissariis, Procuratoribus, Factoribus, & Deputatis, Quinque, Quatuor, Tribus, vel Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) Potestatem & Auctoritatem, Tenore Præsentium, ad Inquirendum de omnibus & singulis Personis qui Covinas, Conventicula, seu Conspirationes cum Inimicis nostris, in Nostri aut Ligeorum nostrorum Præjudicium, qualitercúmque & quocúmque colore fecerint, & eos exnunc Relevare præsumpserint, & ad hujusmodi Personas & alios Proditores nostros in hac parte debitè, juxta eorum Demerita, Castigandum & Puniendum, A.D. 1495. Hen. 7.

Necnon ad Querelas, Placita, & Demandas, prænotata Audiendum & Discutiendum, & Fine debito Terminandum, secundùm Legem & Consuetudinem Partium & Dominii prædictorum,

Ac etiam ad Vigiles & ad alios, ad Explorandum, Nos, ac Fideles nostros pro Defensione nostra & Regni nostri prædicti, contra Hostiles Incursus Inimicorum nostrorum Scotiæ, si quos ad Mala aliqua Nobis seu Regno nostro, aut Fidelibus nostris facienda venire contigerit, Præmuniendum, Sumptibus Ligeorum nostrorum Partium earumdem, de Assensu & Voluntate suis, prout antea ibidem rationabiliter fieri consuevit, Ordinandum & Præfigendum,

Ac ad Villam & Castrum nostra de Berwyk, in Partibus Scotiæ, quotiens in Casu quo ad aliquam Obsidionem ad Villam sive Castrum illa imposterùm, durantibus hiis præsentibus Literis nostris, per Scotos aut alios Inimicos nostros proponi fieri seu haberi contigerit, Rescutiendum, Defendendum, & Salvandum,

Et omnes Homines Defensibiles, inter ætatem Sexdecim & Sexaginta Annorum existentes, in Comitatu Northumbriæ, ac omnibus aliis Comitatibus, Locis, & Marchiis tàm infra Libertates quàm extra, in quibus *Henricus Percy* Chivaler Defunctus, quondam Custos Marchiarum prædictarum, hujusmodi Homines, de tempore quo *idem Henricus* Custos ibidem extiterat, arraiari fecit, arraiandum,

Et ad omnes Homines ad Arma, Armatos, Hobelarios, & Sagittarios (videlicet) quemlibet eorum, juxta Status sui exigentiam & Facultates suas, Armis competentibus muniri, & in Millenis, Centenis, & Vintenis poni,

Et eos sic arraiatos & munitos in Arraiatione hujusmodi teneri faciendum, ita quòd omnes Homines ad Arma, Armati, Hobelarii, & Sagittarii Parati & Prompti existant ad Proficiscendum in Defensionem Regni & Marchiarum prædictorum, necnon in Rescussum, Defensionem, & Salvam Custodiam Villæ & Castri nostri de Berwyk prædictorum, quotiens ex hoc per ipsos Commissarios, Procuratores, Factores, & Deputatos ex Parte & Nomine nostris fuerint præmuniti,

Et ad omnes Homines hujusmodi ad Arma, Armatos, Hobelarios, & Sagittarios, ad se in formâ prædictâ Arraiandum,

A. D. 1495. Hen. 7. dum, & in Defensionem Marchiarum Regni & Fidelium nostrorum prædictorum, & in Rescussum, Defensionem, & Salvam Custodiam Villæ & Castri prædictorum, quotiens & quando Indiguitas fit, & prout pro Salvatione & Defensione Marchiarum Regni & Fidelium nostrorum prædictorum, ac Rescussu, Defensione, & Salvâ Custodiâ Villæ & Castri illorum, melius videbitur expedire, Congregandum & Uniendum, ac in Defensionem, Rescussum, & Salvam Custodiam prædictos Proficisci, Duci, & Morari, ac Recusantes per Incarcerationem Corporum suorum ac aliis viis & modis, quibus meliùs pro Salvatione Marchiarum Regni & Fidelium nostrorum prædictorum, ac Rescussu, Defensione, & Salvâ Custodiâ eorumdem Villæ & Castri in hac parte expedire viderit, Distringi & Compelli faciendum,

Assignavimus insuper dictos Commissarios, Procuratores, Factores, & Deputatos nostros *ipsiúsque Secundogeniti nostri*, ac eis Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum* unum esse volumus) plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus Guerrarum Abstinentias, *inter Nos* ac Ligeos & Subditos nostros & *Jacobum Scotorum Regem*, ejúsque Ligeos & Subditos, cum præfato Rege Scotorum, seu ejus Commissariis, Deputatis, & Nunciis sufficientem Potestatem ad hoc habentibus, a Septimanâ in Septimanam, a Duabus Septimanis in Duas Septimanas, a Tribus Septimanis in Tres Septimanas, a Mense sive Mensibus in Mensem sive Menses, pro Nobis & Nomine nostro, juxta discretionem ipsorum Commissariorum, Procuratorum, Factorum, & Deputatorum nostrorum & *ipsius Secundogeniti nostri*, Capiendi, Ineundi, Appunctuandi, & Concludendi,

Promittentes Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, Procuratores, Factores, & Deputatos nostros *ipsiusque Secundogeniti nostri* in formâ prædictâ Factum sive Gestum fuerit in Præmissis.

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Conductu.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Scot. 10. H. 7. m. 9.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, & aliis Officiariis, Ministris, Fidelibus, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque, infra Libertates & extra, tàm per Terram quàm per Mare constitutis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Venerabilem in Christo Patrem *Andream Episcopum Morraynensem*, ac Nobilem & Circumspectum Virum *Johannem Dominum Drummond*, necnon, Probos & Spectabiles Viros, *Willielmum de Knoll* Militem, *Willielmum de Mourrey* de Tillybarne Militem, A. D. 1495. *Johannem de Lowndie* Militem, & Magistrum *Ricardum Lawson* Clericum, Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Nuncios, & Deputatos Illustrissimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Consanguinei nostri Carissimi,

Ita quòd benè licebit eisdem & eorum cuilibet in hoc Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, cum *Centum Personis* in Comitivâ suâ, vel infra, & totidem Equis, ac Bonis, Jocalibus, Auro & Argento, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c. per Sex Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo Die Maii.

Per ipsum Regem.

Ratificatio

A. D. 1495. Hen. 7. — A. D. 1495. Hen. 7.

Ratificatio Pacis per Tres Status Pontivi.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Ex Autogr.

A Tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, *Jehan Seigneur Diaucourt de Hallencourt Liommers & Brocourt* Chevallier Conseillier Chambellain du Roy nôtre Seigneur & Lieutenant General de Monsieur le Seneschal Gouverneur de Ponthieu pour le Roy nôtre Sire Commissaire d'icellui Seigneur en ceste Partie, Salut.

Savoir faisons que, des le derrenier Jour de May, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevingts & quinze, Nous avons Receu certaines Lettres & Mandement Patent du Roy nôtre dit Seigneur, seellees de son Seau, en simple Queue & Cire Jaune, Donnees au Moutilz lez tours en Datte de xxvii. Jour de Feurier derrenier passe, & du dit An Mil, Quatrecens, Quatrevings & quinze, ensemble certain Traicte, Accord, Convenances de Paix, Alliances, & Confederations, fais & concludz en la Ville d'Estaples en la Conte de Boullenois, entre *le Roy nôtre dit Seigneur* d'une Part, & Treshault & Tresexcellent, & Trespuissant Prince *le Roy d'Angleterre* d'autre Part,

En vertu des quelles Lettres & pour proceder a l'execution d'icelles sy avant que par *le Roy nôtre dit Seigneur* Nous estoit Mande estre fait, avons fait Evocquier & Appeller pardevant Nous, en ceste Ville d'Abbeville, a aujourdhuy, les Gens des Trois Estatz *de ceste Conte & Senescanchie de Ponthieu*; c'est assavoir, A. D. 1495.

Les Gens d'Esglise, Nobles, Burgois & Corps des bonnes Villes, estans es Mettez & en la Jurisdiction de la dite Conte,

Les quelz sont comparus pardevant Nous en ceste Ville d'Abbeville en grant & competent Nombre, & eulz tous ensemble & chascun d'eulx en droyt soy, & d'un commun accord, aprez avoir veu oy & visite le Contenu des dites Lettres Royaulx & Traictie de Paix, Recongnoissant en veritte iceulx Traictie, Accordz, Convenances de Paix, Alliances, & Confederations avoir este & estre fais *par le Roy nôtre dit Seigneur*, pour le bien de son Royalme ses Paiis & Subgetz, ont Conferme, Loue, Ratiffie, & Approuve les dis Traictie, Accordz, Convenances, & Alliances de Paix, dont dessus est faicte mention, & Promis les Observer, Garder, & Entretenir du tout, selon & ainsy qu'il est contenu ou dit Traictie de Paix.

En Tesmoing de ce Nous avons mis le Contre Seel de la dite Senescaulcie a ces presentes Lettres, qui furent faictes & Donne en la dite *Ville de Abbeville* le Dixiesme Jour de Juing, l'An Mil, Quatrecens, Quatrevings & quinze.

Estenne.

Sub Sigillo Ceræ rubræ pendente a Cauda Pergamenæ.

De Tractando cum Rege Scotorum super Matrimonio.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Scot. 10. H. 7. m. 3.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendorum in Christo Patrum, *Ricardi Dunolmensis* Privati Sigilli nostri Custodis, & *Willielmi Carliolensis*, Episcoporum, atque Carissimi Consanguinei nostri *Thomæ Comitis Surriæ*, necnon, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Radulphi Nevill* Domini de Nevill, *Thomæ Dacre* de Dacre Militis Locumtenentis nostri Westmerchiarum versus Scotiam, & *Willielmi Tyler* Militis Locumtenentis nostri Villæ nostræ Berwici, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus per Præsentes, A. D. 1495.

Dantes & Concedentes eisdem, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (quorum præfatum *Episcopum Dunolmensem* unum esse volumus) plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, atque Præcarissimæ *Filiæ nostræ Margaretæ*, eum Illustrissimo Principe *Jacobo Scotorum Rege* Consanguineo nostro Carissimo, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, Oratoribus, sive Legatis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, de & super Sponsalibus & Matrimonio inter *ipsum Illustrissimum*

A. D. 1495. Hen. 7.

strissimum Principem & *Filiam nostram antedictam* Contrahendis, &, annuente Deo, Celebrandis,

Ac de & super Dote seu Dotalitiis & Donatione propter Nuptias, ex Causa hujusmodi Matrimonii assignandis, promittendis, dandis, & solvendis,

Necnon de & super Tempore & Forma Traditionis sive Traductionis & Deliberationis ipsius *Filiæ nostræ* eidem Consanguineo nostro fiendæ,

Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Conveniendi, Pacificendi, & finaliter Concludendi,

Donationem propter Nuptias prædicto *Illustrissimo Principi*, pro Nobis & Nomine nostro, Concedendi, Assignandi, & Promittendi, certáque Loca & Tempora pro *ipsius Filiæ nostræ* Traductione & Liberatione, hujusmodique Dotis sive Donationis propter Nuptias Solutione Statuendi, Conveniendi, & Limitandi,

Atque hujusmodi Dotem & Dotalitia seu Donationem propter Nuptias ab *eodem Illustrissimo Principe* pro *prædicta Filia nostra* Stipulandi, Petendi, & Exigendi,

Terrásque, Castra, & Dominia, quæ in Dotem *præfatæ Filiæ nostræ* per ipsum Consanguineum nostrum *Scotorum Regem*, aut ejus Nomine & Auctoritate assecutanda, promittenda, & danda fuerint, Supervidendi, Taxandi, Æstimandi, & Possessionem eorum Nomine *ejusdem Filiæ nostræ* Recipiendi, aut Supervideri, Taxari, Æstimari, & Possessionem hujusmodi per alium vel alios recipi Appunctuandi & Committendi,

A. D. 1495. Hen. 7.

Necnon Cautiones, Securitates, Promissa, Obligationes, Literas, & Scripturas sigillatas, pro Præmissorum complemento, Nomine nostro, Promittendi, Sigillandi, Tradendi, & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram si opus fuerit Præstandi, consimiliaque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas, ac Juramentum a *præfato Illustrissimo Principe* similiter Stipulandi, Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Novamque Dietam, in talibus Loco & Tempore, prout eis meliùs visum fuerit, Statuendi & Appunctuandi, & inibi Communicandi, Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi, & Concludendi,

Cæteráque Faciendi & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros & observaturos totum & quicquid per dictos Commissarios, Oratores, Procuratores, Deputatos, sive Legatos nostros Nomine nostro Actum, Gestum, sive Procuratum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Junii.

Per ipsum Regem.

Bulla, de Potestate commissa.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Ex Origine.

ALexander *Episcopus*, Servus Servorum Dei, Carissimo in Christo Filio nostro *Henrico Angliæ Regi* Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Aliàs felicis recordationis *Innocentii Papæ Octavi* Prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, Venerabilibus Fratribus nostris *Archiepiscopo Cantuariensi* & *Episcopo Dunelmensi*, eorum propriis Nominibus non expressis, Facultatem Concessimus Absolvendi omnes & singulas Personas Regni tui, quæ Censuras in quibusdam aliis Litteris nostris contra Seditiosos & Novos Tumultus Excitantes contentas editis incurissent, quotiens expediret in formâ Ecclesiæ consuetâ, prout in nostris desuper confectis Litteris pleniùs continetur.

Cùm autem, sicut Nobis nuper exponi fecisti, contingere posset quòd *Archiepiscopus* & *Episcopus præfati* Præmissa exequi semper commodè non possent, Nos, Animarum Saluti consulere volentes, omnibus & singulis *Archiepiscopis* & *Episcopis* præfati Regni, quos ad id pro tempore Majestas tua, aut tui Successores duxerint requirendos, & non aliàs, ad Executionem dictarum Litterarum, aliàs in omnibus & per omnia illarum formâ servatâ, quotiens opus fuerit, per se, vel alium, seu alios omnes & singulas Personas Regni prædicti, quæ Censuras tàm in prædictis nostris quàm *ipsius Innocentii* Litteris contra Seditiosos ipsos contentas editis incurrissent, Absolvendi ulteriúsque Procedendi, perinde ac si eis a principio directæ fuissent & dirigerentur, plenam & liberam Facultatem Concedimus per Præsentes; Non Obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis,

A. D. 1495.

A. D. 1495. Hen. 7. necnon omnibus illis quæ in aliis Litteris prædictis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscúnque.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto, Id. Julii, Pontificatûs nostri Anno tertio. A. D. 1495. Hen. 7.

PHI. DE PONTECURNO.

De Licentia Visitandi.

A. D. 1495. Ar. 10. H. 7. Franc. 10. H. 7. m. 4. REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Supplicavit Nobis Frater *Laurentius Burelly*, *Ordinis Fratrum Carmelitarum Provinciæ Narbonæ Provincialis ac Generalis* ejusdem Ordinis in Provincia hujus Regni nostri *Vicarius* a *Fratre Pontio Magistro* ipsius Ordinis Generali constitutus, ut sibi, hoc Regnum nostrum jamdudùm ingresso, hanc Provinciam, annuente Deo, nostróque optento Favore, Visitaturo, velimus etiam Quatuor Personis in Comitiva sua Regnum nostrum Angliæ & Villam nostram Calesii, quando sibi placuerit intrandi & ingrediendi, ibidémque circa Visitationem hujusmodi morandi, Licentiam concedere, ac pro ejusdem *Vicarii* Personarúmque prædictarum Securitate in hac parte gratiosè providere,

Nos verò, maximoperè cupientes ut, si Excessus aliqui aut Lasciviæ Vitæ quiequam comperiri possit, penitùs Extirpentur, Crimináque debitè Corrigantur & Reformentur, Doctrina Literarúmque Scientia floreat, ac integræ Vitæ sinceritas Lucescat, Virtutésque omnes, quibus hoc Regnum cæteris præstare solebat, Crescant indies & Cumilentur, animadvertentes autem quantis Laudibus *idem Frater Laurentius* plurimorum Illustrissimorum Principum Literis apud Nos commendatur, suâ etiam Gravitate Nobis mutuâ Collocutione prospectâ, firmiter spectantes eundem *Fratrem Laurentium* omnem voluptuosam Personarum Acceptionem, Precésque Munera, Lacrimas postpositurum, & ut Scientia Vitæ integritas cæteræque Virtutes ipso in Ordine vigeant crebróque crescant omnem Operam adhibiturum, ac quòd *idem Vicarius* singula per ipsum in ipsa sua Visitatione reformanda atque statuenda æqua lance & justè vibrabit, sicque in singulis suis verba factis compensabit, *ipsumque Vicarium* ac Personas prædictas in dictum Regnum nostrum Angliæ & Villam nostram Calesii Veniendo, ibidem Morando, & exinde ad propria Redeundo, necnon Equos & Hernesia sua licita quæcúmque, in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras suscepimus speciales; A. D. 1495.

Et ideò vobis Mandamus quòd *ipsum Vicarium* ac Personas prædictas, in dictum Regnum nostrum Angliæ, & dictam Villam nostram Calesii Veniendo, ibidem Morando, & exinde ut prædictum est ad propria Redeundo, necnon Equos & Hernesia sua licita quæcúmque Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Non inferentes eis &c.

Et si quid &c.

Proviso semper quòd *idem Vicarius* & Personæ prædictæ, & eorum quilibet, se benè & honestè habeant & gerant, erga Nos & Populum nostrum, absque aliquo quod in Nostri seu Populi nostri Dampnum seu Præjudicium cedere valeat faciendo vel attemptando quoquomodo, ac quòd *idem Vicarius*, unà cum *Provinciali Ordinis prædicti*, in dicto Regno nostro Angliæ, Visitationem hujusmodi, infra idem Regnum nostrum, infra unum Annum factam, & non aliter, quódque ipsi in Visitatione illâ aliquas Pecunias seu Pecuniarum Summas excessivas ab aliquibus Domibus, aut Fratribus in eisdem existentibus, Ordinis prædicti, in dicto Regno nostro Angliæ, causâ Visitationis, Gratiarum Concessionis, vel aliorum Negotiorum, non capiant nec capi faciant, nec Captas extra dictum Regnum nostrum, absque Licentiâ nostrâ speciali, secum asportent seu asportari faciant quovis modo.

In cujus &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Tertio Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro

A. D. 1495. Hen. 7.

Pro Carolo Franciæ de Acquietantia.

A. D. 1495. An. 11. H. 7. Franc. 11. H. 7. m. 26.

REX Universis, præsentes literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos *Remisisse* & *Relaxasse* Illustrissimo Carissimóque Fratri & Consanguineo nostro *Karolo Gallorum Principi Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses, & unaquaque Corona Triginta & quinque Solidos Turonenses, valentibus) & Nobis Primo Die Mensis Novembris Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto solvi debitorum, quæ erat Sextus Terminus pro Parte Solutionis Summæ *Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri* æstimationis prædictæ, per ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum vel Hæredes suos Nobis & Hæredibus nostris solvendarum, prout in Literis dicti Fratris & Consanguinei nostri, super inde confectis, quarum Data est apud Stapulas supra Mare Die Tertia Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Secundo, pleniùs continetur;

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* æstimationis prædictæ *eundem Consanguineum nostrum* Fatemur & Recognoscimus fore Quietum & exinde plenariè Exoneratum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu.

A. D. 1495. An. 11. H. 7. Ibid. m. 23.

REX &c. Salutem.

Seiatis quòd Nos, certis considerationibus Nos specialiter moventibus, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem nostras speciales, spectabilem & circumspectum Virum

Servirorem Carissimi Consanguinei nostri *Ducis Saxoniæ*; Ita quòd bene liceat eidem in hoc Regnum nostrum Angliæ ac alia Dominia Jurisdictiones & Territoria nostra quæcúmque, in quacúmque Navi cum *Viginti & quatuor Personis in Comitiva sua*, & totidem Equis vel infra, ac cum Bogeis, Manticis, Fardellis, Circuniculis, Jocalibus, Auro & Argento monetato & non monetato, ac aliis Rebus & Hernesiis suis licitis quibuscúmque, conjunctim vel divisim, tam per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, equestrè vel pedestrè, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti Salvo Conductu nostro, Venire, ibidem Nocte Diéque Morari, Perhendinari, Sojornare, Conversare & Expectare, & Negotia sua agenda ibidem Facere & Expedire, & iterum ad quascúmque Partes suas proprias Transire & Redire absque impedimento *&c. prout in consimilibus Literis de Conductu.*

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Temporalibus Restitutis.

A. D. 1495. An. 11. H. 7. Pat. 11. H. 7. p. 2. m. 14.

REX Escaetori suo in Comitatu Cumbriæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper Vacante Ecclesiâ Cathedrali Karliolensi, Personam *Willielmi Abbatis Monasterii beatæ Mariæ juxta Civitatem nostram Eborum*, ejusdem Ecclesiæ Electi, in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullaras ipsius *Domini Summi Pontificis*, Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos, Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ Se humiliter Submisit, volentes cum eo in hac parte agere graciosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et

A. D. 1495. Hen. 7. Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine Dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo Die Decembris.

Per Breve de Privata Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis sub eadem Data; videlicet, A. D. 1495. Hen. 7.

Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com Lincoln.
Escaetori Regis in Com. Derb.
Escaetori Regis in Com. Westmerl.

Et Mandatum est Militibus &c.

Literæ Ducis Burgundiæ de Potestatibus.

A. D. 1495. An. 10. H. 7. Ex Autogr.

PHelipe, par la grace de Dieu, ARCHIDUC *d'Austriche*, DUC *de Bourgoinge, de Lothor, de Brabant, de Stiere, de Carinte, de Carniole, de Lemberg, de Lucembourg, & de Gheldres*, CONTE *de Habsbourgh, de Flandres, de Tyrol, d'Artois, de Bourgoingne*, PALATIN *& de Hoynnau, Lantgrave d'Elsace*, MARQUIS *de Bourgaubb & du Saint Empire, de Hallande, de Zeeland, de Farette, de Kiburg, de Namur & de Zutphen Conte*, SEIGNURE *de Frese, sur la Marche de Sclavoine, de Portenaub, de Salins & de Malins*, a Tous ceulx qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme Nous aions n'agaires envoys devers Treshault, Tresexcellent & Trespuissant Prince Treshonnore Seigneur & Cousin *le Roy d'Angleterre* aucuns noz Ambssadeurs, pour le Fait de l'Entretenement des Aliances d'entre nostre dir Cousin *le Roy d'Angleterre* d'une Part, & Nous d'autre, & aussi de l'Entrecours de Marchandise d'entre les Subgetz de nostre dit Cousin & les nostres, & pour la Restitution de certaines Prinses faites par les Sugetz de nostre dit cousin *le Roy d'Angleterre* sur les nostres au prejudice des dites Aliances & Entrecours,

Les quelz noz Ambassadeurs a leur Retour Nous aient Raporte que certaine Journee avoit este advisee estre renue devers nostre dit Cousin *le Roy d'Angleterre* au lieu de Londres endedens certains briefs Jours, & que y envoierons noz Ambassadeurs Notables pour plus avant Parler & Traicter des dites Matiers,

Par quoy soit besoing deputer a ce aucuns Grans & Notables Personnaiges a Nous feables,

Savoir faisons que Nous,

Confians entirement & a plain es Sens, Prudence, Vertuz, Souffisance, Preudonne & bonne Diligence de, noz Amez & Feaulx, *le Seigneur de Beures* nostre Cousin Lieutenant Gouverneur & Capitaine General d'Artois & Admital de la Mer, Messire *Paule de Baeus Seigneur de Sermiz* & le nostre President de Flandres, *Robert de Melun Seigneur de Rouny* nostre Chambellan, *le Seigneur de Merubede* aussi nostre Chambellan & Souverain Bailli de Flandres, *Jehan de Courteville* nostre Escuier Tranchant, Messire *Thamas Portimari*, touz noz Conselliers, & Maistre *Flourens Hauwel* nostre Secretaire en Ordonnance, A. D. 1495.

Iceulx, les Six, Cinq ou Quatre d'eulx, dont nostre dit Cousin le Seigneur de Beure soit l'un, avons Fair, Commis & Ordonne, Faisons, Commettons & Ordonnons, par ces Presentes, noz Ambassadeurs & Procureurs,

Ausquelz, aux Six, Cinq, ou Quatre d'eulx qui mieulx vacquer y poront (dont nostre *dit Cousin de Beures* soit l'un comme dit est) avons Donne & Donnons par ees dites Presentes plain Povoir, Auctorite & Mandement especial, de, pour, & ou Non de Nous, eulx Transporter vers nostre dit Cousin *le Roy d'Angleterre*,

Et Illec, avec Luy, ses Gens ou Commis, Traicter, Comuniquer & Concluer, tant sur le Fait de l'Entretenement des dites Aliances, Intelligences & Entrecours, d'entre Icellui nostre Cousin *le Roy* ses dites Royaume Paiis & Subgetz & Nous & les nostres, come sur la Reparation & Appaisements des Differens Questions & Entrefaites qui peuent estre avenues d'un Coste & d'autre, & sur toutes autres Choses qui en peuent ou poroient dependre,

Et fare, au sur plus, toutes & singulieres les ehoses que bons & loiaulx Ambassadeurs peuent & dovient fare, & que Nous mesmes ferions ou faire porrions se en nostre Personne presens y estions, quant ores elles Requerroient Mandement plus especial;

Promettans, de bonne Foy & en Parolle de Prince, avoir & tenir Agreable

A. D. 1495. Hen. 7. ble Ferme & Estable a tous jours tount ce que par noz Ambassadeurs dessus nomez, les Six, Cinq ou Quatre d'eulx sera Fait, Communique, Traicte, & Conclu es Choses dessusdites & celles qui en dependent, sans jamais faite ou aler ne souffrir faire, ou aler au contraire en maniere quelconque, & sur ce faire expediet noz Lettres Patens de Confirmacion, se besfoing est, toutes les foiz que Requis en ferons.

En Tesmoing de ce, Nous avons fait mectre le Seel de mon Tresredoubte Seigneur & Pere, & de Nous a ces Presentes.

A. D. 1495. Hen. 7. Donne en nostre *Ville de Brucelles* le xiv. Jour de Decembre, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevins & quinze.

Par Monseignur l'Archiduc.

Vous le Conte de Nassau, Messire Baudum Bast de Bourx^{er}*, les Sires de Bergfes, de Chierne, de Molembais, de Maigun* President du Grant Conseil, en nostre Absence, *les Prevostz d'Eu-Tricht & de Liege*, & autres Presens.

NUMAN.

De Restitutione Temporalium pro Episcopo Bathon. & Wellen.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Pat. 11. H. 7. m. 3.

REX Escaetori suo in Comitatu Middlesexiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem in Christo Patrem *Oliverum nuper Episcopum Exoniensem*, a vinculo quo eidem Ecclesiæ Exoniensi, cui tunc præerat, tenebatur, Absolverit, & ipsum ad Ecclesias Bathoniensem & Wellensem, invicem canonicè unitas, per Translationem Venerabilis Patris *Richardi nuper Episcopi* ejusdem Episcopatûs Bathoniensis & Wellensis vacantes, Transtulerit, ipsúmque in Episcopum dicti Episcopatûs Bathon. & Wellen. præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem nunc *Bath. & Well. Episcopus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius nunc *Bathon. & Wellen. Episcopi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem; A. D. 1496.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem nunc Bathon. & Wellen. Episcopo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Oxon.
Escaetori Regis in Com. Gloucestr. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.
Escaetori Regis in Com. Suthampt.
Escaetori Regis in Com. Wiltes.
Escaetori Regis in Com. Somers.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Restitutionibus Temporalium Exon.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ibid.

REX Escaetori suo in Comitatibus Devoniæ & Cornubiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Exoniensi, per Translationem Venerabilis Patris *Oliveri nuper Episcopi* Ecclesiæ prædictæ, Venerabilem in Christo Patrem *Richardum nuper Episcopum Assavensem*, a vinculo quo dictæ Ecclesiæ Assavensi tenebatur, Absolverit, & ipsum ad dictam Ecclesiam Exoniensem Transtulerit, ipsúmque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, Nobis constat, A. D. 1496.

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus Exon.* sic ut præmittitur Præfectus omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præ-

A.D. 1496. Hen. 7. præjudicialibus in dictis Literis Bullatis contentis, eoram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Episcopi Exon.* & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Episcopo Exon.* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione Liberes, salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Septimo Die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Surr. & Suffex.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Suthampt.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Restitutione Temporalium.

A.D. 1496. An. 11. H. 7. Pat. 11. H. 7. p. 2. m. 16.

REX Escaetori suo in Comitatu Lincolniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem in Christo Patrem *Willielmum nuper Episcopum Coventriæ & Lichfeldiæ*, a vinculo quo dictis Coventriæ & Lichfeldiæ Ecclesiis invicem unitis, quibus tunc præerat, tenebatur, de Apostolicæ plenitudinis Potestate Absolvens, ipsum ad Lincolniensem Ecclesiam Vacantem, Auctoritate Apostolicâ Transtulerit, ipsúmque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Domini Summi Pontificis*, Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Willielmus* omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, eoram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ Se humiliter Submisit, volentes cum eo in hac parte agere graciosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Willielmi*, Nobis pro Temporalibus dictæ Ecclesiæ Lincolniensis debitam, & *eidem Willielmo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis, prout moris est, Restituimus;

Et ideò tibi Præcipimus *&c. ut in similibus de Restitutione Temporalium Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Februarii.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Leyc.
Escaetori Regis in Com. Cantebr. & Hunt.
Escaetori Regis in Com. Northampt. & Rotel.
Escaetori Regis in Com. Oxon.
Escaetori Regis in Com. Notyngh.
Escaetori Regis in Com. Hertf.
Escaetori Regis in Com. Bed. & Buk.
Dilecto Regis Majori *Civitatis suæ Lincolniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.*
Dilecto Regis Majori *Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.*

Et Mandatum est Militibus, &c.

Tractatus Pacis & Intercursus Burgundiæ.

A.D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

OMNIBUS ET SINGULIS, præsentes Literas visuris, auditoris, & inspecturis, *Philippus de Bourgundia Dominus de Beuves* Locumtenens, Gubernator & Capitaneus Generalis Artesiæ & Admirallus, *Paulus de Baenst Dominus de Formezecle* Præsidens Flandriæ, *Robertus de Melun Dominus de Rossy*, *Daniel de Praet Dominus de Merwede* Camerarius & superior Ballivus Flandriæ, *Johannes de Cortenetto*, *Thomas Portenaira* Consiliarius, & *Florentius Hauwel* Secretarius ordinarius, Ambassiatores, Procuratores, Legati & Nuncii Illustrissimi Domini ARCHIDUCIS *Austriæ*, DUCIS *Bourgundiæ*, *Brabantiæ*, COMITIS *Flandriæ*, *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, Salutem.

NOTUM FACIMUS quòd,

Cùm potiora Mortalibus Dona a Superis tradi nequeant quàm Bona Pacis, & longo Rerum usu ac ratione semper cogni-

A. D. 1496. Hen. 7. cognitum sit Pacem esse summum illud Præceptum Numinis quod Humano Generi conducere queat, satisque compertum sit quot Calamitates & Ærumpnæ passim a Bello exoriuntur, quot verò Commoda Pax certa & stabilis undique contulerit,

Idcirco,

Nos quantum Fructus & Utilitatis Terrarum ac Patriarum dicti Domini *Archiducis Austriæ* Incolis & Subditis, necnon etiam Regni Angliæ, ex Pace & Amicitia ante hæc inter ipsos Principes prædictos initis & contractis, accreverit plenè cognoscentes,

Nos pro dicto Illustrissimo Principe nostro *Domino Archiduce antedicto* suisque Hæredibus & Successoribus, atque eis & eorum Nomine, Auctoritate Nobis ab eodem *Archiduce* Principe nostro, per suas Literas Patentes commissâ (quarum Tenor inferiùs sequetur) cum Reverendo in Christo Patre & Domino Domino *Richardo Dunolmensi Episcopo* Custode Privati Sigilli Illustrissimi *Regis Angliæ*, Domino *Johanne Welles* Vicecomiti de Welles, *Johanne Kendall* Priore Domûs Sancti Johannis Jherusalem in Anglia, *Wilhelmo Warham* Legum Doctore Magistro ac Custode Rotulorum Cancellariæ dicti Domini Regis, *Cristoforo Worswike* Archidiacono Richemont, & *Johanne Risley* Milite, Ambassiatoribus, Procuratoribus & Commissariis ad Infrascripta, per ipsius Illustrissimi Domini *Regis Angliæ* Litteras Patentes deputatis (quarum etiam Tenor inferiùs sequetur) Convenimus, Contraximus & Conclusimus, & per Præsentes Convenimus, Contrahimus & Concludimus omnes & singulos Pacis Amicitiarum, Mercium Intercursûs, & Mercatorum Communicationis sequentes Articulos,

INPRIMIS, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, ab hac Die sit bona, sincera, vera, integra, perfecta & firma Amicitia, Liga, Confœderatio, Pax & Unio per Terram, Mare & Aquas dulces, futuris temporibus perpetuò duraturæ, inter dictos Dominos *Regem* & *Archiducem*, eorúmque Hæredes & Successores, Regna, Patrias, Dominia, Terras, Vassallos & Subditos quoscúnque præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúmque Gradûs seu Conditionis existant, etiam si Archiepiscopali Ducali vel minori Dignitate Statu aut Gradu præfulgeant; ita quòd prædicti Vassalli & Subditi hincinde ubique locorum sibi invicem favere, seséque mutuis Officiis prosequi, & honestâ Affectione pertractare teneantur, possintque tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces ad dicta Regna, Patrias, Dominia & Terras, Civitates, Oppida, Villas munitas aut non munitas, firmatas aut non firmatas, Portus & Districtus quoscúnque & eorum quodlibet hincinde tutè, liberè & securè Accedere, Intrare, & in eisdem quamdiu voluerint Commorari & Conversari, ac ibidem Victualia & alia eis necessaria quæcúnque sine quacúnque contradictione Emere & Vendere, necnon ab eisdem Regnis, Patriis, Terris, Civitatibus, Oppidis, Villis, Portubus & Districtibus, & eorum quolibet, totiens quotiens eis libuerit, ad Partes proprias vel alienas quascúmque, cum suis aut conductis aut accommodatis Navigiis, Plaustris vel Armaturis, Mercimoniis, Sercinolis, Bonis & Rebus quibuscúmque, ire, recedere ac reverti, quemadmodum proprii in Patriis, hæc omnia eis facere liceret, & sicut proprii Subditi Locorum & Patriarum illarum facere possint; ita quòd nullo Salvo Conductu aut Licentiâ generali vel speciali indigeant, nec in aliquo Locorum prædictorum salvum Conductum vel Licentiam petere teneantur.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd *neuter dictorum Principum*, nullúsque Hæredum aut Successorum suorum, contra alium, ejúsve Hæredes aut Successores, quicquam aget, faciet, tractabit vel attemptabit quocúnque in Loco, sive in Terra sive in Mari, Portubus & Aquis dulcibus Occasione quacúnque, nullumque præstabit Auxilium, Consilium, Favorem vel Assensum, quod per alium vel alios quoscúnque aliquid fiat, agatur, tractetur vel attentetur in Injuriam, Præjudicium vel Damnum alterius, ejúsve Hæredum aut Successorum, sed quibuscúnque, sic, ut præmittitur, contra alium, infra Regna, Patrias, Dominia, aut Terras suas prædictas, aliquid Agentibus, Tractantibus, vel Attemptantibus, expressè & cum effectu contradicet, renitetur, obstabit & Impedimentum realiter præstabit.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd Neutra, immò nulla, Partium prædictarum præstabit Auxilium, Consilium vel Favorem notoriis Hostibus vel Inimicis alterius Partis, tàm per Terram quàm per Mare vel Aquas dulces infestare vel invadere volentibus, sed bonâ fide se mutuis Auxiliis militaribus Gentium Armatorum (Expensis tamen Opem Interpellantis) quotiens opus fuerit adjuvabunt; in quorum Auxiliorum præstatione, quoad Numerum attinet Armatorum, habenda erit

A. D. 1496. Hen. 7. facultatis Ratio illius Partis quæ de ferenda Ope rogabitur seu interpellabitur, ut, scilicet, ad non plus teneatur quàm tunc commodè facere poterit, considerata Temporis & Locorum oportunitate ac Statu Rerum suarum.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd Neutra Partium prædictarum Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos alterius Partis, in ejus Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus, aut Districtus, aut eorum aliquem recipiet, nec eis aut eorum alicui in eisdem eorúmve aliquo aut alio quocúnque in loco, etiam extra eorum Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus, aut Districtus Auxilium, Consilium, Favorem, Hospitium, Gentes Armorum, Naves, Pecunias vel Victualia præstabit aut ministrabit, nec ab alio aut aliis quibuscúmque in ejus Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus aut Districtus recipi, nec eis aut eorum alicui in eisdem Auxilium, Consilium, Favorem, Hospitium, Gentes Armorum, Naves, Pecunias vel Victualia dari, præstari, ministrari aut concedi permittet, sed expressè & cum effectu contradicet, obstabit & Impedimentum realiter præstabit.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, si altera Partium prædictarum aliquem vel aliquos, suum vel suos fuisse & esse Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos, & in sua Regna, Patrias, Dominia, Terras, Portus vel Districtus, aut eorum aliquem Receptum esse vel Receptos, aut ibidem latitare aut se tenere, per Literas suas alteri significaverit & declaraverit, tunc Pars illa, quæ hujusmodi Literas receperit, vel cui taliter significatum aut declaratum fuerit, hujusmodi Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos, infra Mensem a Die Significationis prædictæ proximò & continuè numerandum, tenebitur dicto Rebelli vel Rebellibus, Profugo vel Profugis, præcipere & mandare, vel præcipi & mandari facere, ut extra sua Regna, Dominia, Patrias & Terras, & eorum quodlibet, recedat & exeat, Recedant & exeant: Et, si infra Quindecim Dies a Die hujusmodi Præcepti non recesserit & exiêrit, Recesserunt & exiêrunt, tenebitur illum vel illos illico Proscribere & Bannire sub Pœna Capitali, & talem Proscriptionem sive Bannum Contempnentem vel Contempnentes eadem Pœnâ effectualiter puniet seu puniri faciet,

Item, præfati Oratores, Commissarii, Procuratores & Legati *dicti Domini Archiducis*, & pro eodem Archiduce & ejus Nomine, Hæredúmque & Successorum suorum, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus & Legatis dicti Illustrissimi *Regis Angliæ*, & pro eodem Domino Rege & ejus Nomine, ejúsque Hæredum & Successorum, stipulantibus palàm & expressè Promiserunt, quòd nullus Rebellis præfati Illustrissimi *Regis Angliæ* ejúsve Hæredum aut Successorum, in aliqua Castra, Oppida, Villas, Portus, Districtus, vel alia Loca, quæ Illustrissima Domina *Margareta* Illustrissimi Domini *Ducis Caroli Defuncti Relicta* aliáve Persona, cujuscúnque Statûs aut Dignitatis existat, infra Patrias, Dominia & Terras dicti Domini Archiducis, Jure, Dotalitio vel alio Titulo quocúnque habet, tenet aut possidet, aut inposterùm habere aut possidere continget, aut in eorum aliquid de cætero recipietur, nec per Eam aut per aliam Personam quamcúnque recipi permittetur aut tollerabitur, nec alicui hujusmodi Rebelli in Locis prædictis aut aliis quibuscúnque in Navibus, Gentibus Armorum, Pecuniis, Victualibus, aut alio quocúnque modo Consilium, Auxilium, vel Favorem per *ipsam Dominam Margaretam*, aut aliam quamcúnque Personam, de cætero dari aut præstari permittet aut tollerabit; sed Eam & aliam quamcúnque Personam hoc facere, palàm & expressè prohibebit & impediet: Et, si contra hujusmodi Conventionem *dicta Domina Margareta* alia aut Persona quæcúnque *præfato Domino Archiduci* Subdita aliquid attemptaverit vel attemptari fecerit, quòd tunc *præfatus Dominus Archidux* tàm *dictam Dominam Margaretam* quàm alios sic Attemptantes, omnibus & singulis, quæ Jure Dotis aut alio Titulo quocúnque in Castris, Oppidis, Villis, & aliis Locis prædictis se habere, tenere aut possidere prætendet aut prætendent, & posteaquàm eam aut eas aliquid contra hujusmodi Conventionem attemptâsse constiterit, realiter & cum effectu perpetuò Privabit & privari faciet.

Et Commissarii, Procuratores & Deputati Illustrissimi *Regis Angliæ*, pro *eodem Domino Rege* & ejus Nomine, ac Hæredum & Successorum suorum, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus & Legatis Illustrissimi *Domini Archiducis*, pro *eodem Domino Archiduce* & ejus Nomine, necnon Hæredum & Successorum suorum stipulantibus, palàm & expressè Promiserunt quòd nullus Rebellis, præfati Illustrissimi *Domini Archiducis*, ejúsve Hæredum aut Successorum in aliqua Castra, Oppida, Villas, Portus, Districtus, vel alia Loca, quæ Subditi prælibati *Domini Regis*, cujuscúmque

A. D. 1496. Hen. 7. cúmque Status aut Dignitatis fuerit, infra Regna, Patrias, aut Dominia sua, quocúnque Titulo tenent, habent aut possident, aut inposterùm tenere, habere, aut possidere continget, aut in eorum aliquid, de cætero recipietur, nec per eos aut eorum aliquem recipi permittetur aut tollerabitur, nec aliàs hujusmodi Rebelli in Navibus, Gentibus Armorum, Pecuniis, Victualibus, aut alio quocúnque modo Consilium, Auxilium vel Favorem per ipsos Subditos ac eorum aliquem dari ac præstari permittet ac tollerabit; sed ipsos & singulos quosque facere palàm & expressè prohibebit & impediet: Et, si contra hujusmodi Conventionem Subditi Illustrissimi *Domini Regis Angliæ*, aut eorum aliquis, aliquid attemptaverit vel attemptari fecerit, quòd tunc *præfatus Dominus Rex* omnes & singulos sic attemptantes omnibus & singulis, quæ quocúnque Titulo in Castris, Oppidis, Villis & aliis Locis prædictis se habere, tenere aut possidere prætendat aut prætendant, postea quàm illum illósve ipsius Subditis contra hujusmodi Conventionem attemptâsse constiterit, realiter & cum effectu perpetuò privabit & privari faciet.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd dictus Illustrissimus *Dominus Rex Angliæ*, suique Hæredes & Successores in quibuscúnq; Confœderationibus & Amicitiis, cum quovis Principe, Universitate, Communitate, Societate aut aliâ qualibet Personâ deinceps contrahendis, dictum *Dominum Archiducem*, suósque Hæredes & Successores Reservabunt & Comprehendent si Reservari & Comprehendi voluerint:

Et, pari modo, idem Serenissimus *Dominus Archidux*, ejúsque Hæredes & Successores, in quibuscúnque suis Confœderationibus & Amicitiis, cum quovis Principe, Universitate, Communitate, Societate aut aliâ qualibet Personâ deinceps contrahendis, præfatum Illustrissimum *Regem Angliæ*, ejúsque Hæredes & Successores Reservabunt & Comprehendent si Reservari & Comprehendi voluerint.

ITEM, quòd in præsenti Tractatu Pacis & Amicitiarum comprehendantur Alligati, Amici & Confœderati utriúsque Partis; illi, videlicet, qui in Literis Confirmatoriis hujus præsentis Tractatûs per ipsos Principes denominabuntur, si comprehendi voluerint.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, si, durantibus Pace & Amicitiis præfatis, aliquid contra vires & effectus earumdem, per Terram, Mare & Aquas dulces, per aliquem ipsorum Principum eorúmve Hæredum & Successorum, vel eorumdem Vassallos, Subditos aut Alligatos, aut eorum Alligatorum Hæredes seu Successores, in his Amicitiis comprehensos, Subditos vel Vasallos fuerit attemptatum, actum & gestum, nichilominus hæc Pax & Amicitia in suis Viribus & Effectu permanebunt, & pro ipsis Attemptatis solummodo punientur ipsi Attemptantes & Dampnificantes, & non alii. A. D. 1496. Hen. 7.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd omnes Mercatores tàm Regni Angliæ, Dominii Hiberniæ, Villæ & Marchiarum Calisii, quàm etiam Mercatores Terrarum & Patriarum Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Villæ & Terræ Mecliniæ, & aliarum Patriarum & Dominiorum *Domini Archiducis prædicti*, tàm Mercatores Lanarum, Coriorum, Victualium, quàm aliarum Merchandisarum quarumcúmque, necnon eorum Factores, Familiares, Negotiorum Gestores, & Ministri, poterunt deinceps, per Terram pedestres aut equestres, aut alio modo quocúnque, armati vel non armati (dummodò Armati simul Incedentes Quadragenarium Numerum non excedant) cum suis Bonis & Mercandisis securè & liberè Ire & venire, invicémq; Communicare & Mercari, Emere & Vendere ac Commercium facere & habere, tàm de Mercandisis Lanarum, Coriorum, Victualium, Armorum, Equorum, Jocalium, quàm aliis quibuscúnque, ipsáque Ducere & Reducere, sive Duci & Reduci facere, ad eorum libitum & voluntatem, de Calesiis & Marchiis ejusdem ac aliis quibuscúmque Partibus Regni Angliæ & Dominii Hiberniæ, in Brabantiam, Flandriam, Hannoniam, Hollandiam, Zeelandiam & Mecliniam, ac alia Dominia *præfati Domini Archiducis*;

Et, è contra, de Brabantia, Flandria, Hannonia, Hollandia, Zeelandia, & Meclinia, ac aliis Dominiis, præfati *Domini Archiducis* ad Villam & Marchias Calesii & alias quascúmque Partes Regni Angliæ & Dominii Hiberniæ, absque aliquo Impedimento aut Prohibitione quacúnque in contrarium, & absque eo quod propterea aliquam Pœnam sive Multam incurrant, seu quòd per Dominos Patriarum, Terrarum & Dominiorum prædictorum hincinde, aut eorum Officiarios & Justiciarios possint inde tedargui, accusari, puniri, vel mulctari; Statutis & Ordinationibus Locorum in omnibus semper salvis.

A. D. 1496. Hen. 7.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd omnes Mercatores Regni Angliæ, Dominii Hiberniæ, Villæ & March' Calesii, tàm Mercatores Lanarum, Coriorum, Victualium, Armorum, Equorum, Jocalium, quàm aliarum Mercanfiarum quarumcúmque, necnon eorum Factores, Familiares, Negotiorum Gestores, & Ministri, Nautæ, Magistri Navium & Marinarii, poterunt Navigare, Ire, Transire & Redire per Mare & Aquas dulces Eundo & Redeundo Conversari Esse & Morari securè & liberè in Patriis, Terris & Dominiis *præfati Domini Archiducis*, & etiam in Portubus & Littoribus Patriarum, Terrarum & Dominiorum prædictorum, per ipsum *Dominum Archiducem* autorisatis; in Villis (videlicet) ubi Custumarii & alii Officiarii Archiducales sunt ordinati ad Vacandum & Attendendum pro & super Introitu & Exitu Navium, Mercatorum & Mercanfiarum, & non alibi nec in aliis Locis, cum eorum Bonis, Mercanfiis & Navibus prædictis quibuscúmque, & cum Mercatoribus Patriarum, Terrarum & Dominiorum præfati *Domini Archiducis*, seu eorum Factoribus, Familiaribus, & Negotiorum Gestoribus & Ministris, necnon cum omnibus aliis Mercatoribus cujuscúmque Nationis existant, & eorum Factoribus, Familiaribus, Negotiorum Gestoribus & Ministris, de quibuscúnque Mercanfiis tàm Victualium quàm aliis liberè Mercari, Emere, Habere & Vendere, ac Mercanfias facere poterunt, quæ ad & in prædictos Portus & Littora Patriarum, Terrarum & Dominiorum præfati *Domini Archiducis*, tàm eorum propria Bona quàm aliena, Ducere vel Duci facere, & ab ipsis Portubus seu Littoribus quotiensfcúnque, quandocúnque & quocúnque voluerint securè Recedere & Redire, cum eorum Bonis, Mercanfiis & Navibus prædictis quibuscúnque:

Et, pari modo, Mercatores Patriarum, Terrarum & Dominiorum *præfati Domini Archiducis* tàm Lanarum, Coriorum, Victualium, & aliarum Mercanfiarum quarumcúmque, necnon Factores, Familiares, Negotiorum Gestores, & Ministri, Nautæ, Magistri Navium & Marinarii poterunt de cætero securè & liberè Navigare, Ire, Transire & Redire per Mare & Aquas dulces, & Eundo & Redeundo Conversari esse in dictis Regno Angliæ, Dominio Hiberniæ & Villæ & Marchiarum Calesii, & etiam in Portubus & Littoribus ipsorum per præfatum *Regem Angliæ* auctoritatis; in Villis (videlicet) ubi Custumarii & alii Officiarii Regales sunt ordinati ad Vacandum & Attendendum pro & super Introitu & Exitu Navium, Mercatorum & Mercanfiarum; & non alibi, cum eorum Bonis, Mercanfiis & Navibus prædictis quibuscúnque, & cum Mercatoribus Angliæ, Hiberniæ & Calisii, ac Marchiarum, seu eorum Factoribus, Familiaribus, Negotiorum Gestoribus & Ministris, de quibuscúnque Mercanfiis tàm Victualium quàm aliis liberè Mercari, Emere & Vendere, & Mercandisam facere poterunt, quæ ad & in prædictos Portus Angliæ, Hiberniæ & Calesii, tàm eorum Bona propria quàm etiam aliena, Ducere vel Duci facere, & ab ipsis Portubus seu Littoribus quotiensfcúnque, quandocúnque & quocúnque voluerint liberè & securè Recedere & Redire cum eorum Bonis, Mercanfiis & Navibus, absque eo quod ipsi propterea per Dominos Regnorum, Dominiorum, Patriarum & Terrarum prædictarum, seu eorum Officiarios quovis pacto redargui vel aliquâ Pœnâ mulctari possint, seu quod per eosdem ipsis Mercatoribus aliquid Damnum, Præjudicium vel Impedimentum fieri aut inferri possit per Viam facti, occasione Guerræ vel Deprædationum aut Attemptatorum factorum vel fiendorum, vel alio modo ex Causâ quacúnque; Solvendo tamen, quantum attinet ad Mercatores utriúsque Partis Partium prædictarum, pro Rebus, Bonis & Mercanfiis suis, Jura & Theolonia quæ ante Quinquaginta Annos proximò elapsos statuta, soluta & consueta fuerunt, & non alia: & nichilominus poterunt utriúsq; Partis Principes in Dominiis suis, quoad Subditos suos, talia Jura & Theolonia quæ voluerunt de novo Instituere: Poterunt etiam, non obstantibus prædictis, Causâ Necessitatis Victualium, & aliâ justâ & rationabili Causâ, Prohibere & Defendere, nè tale Genus Victualium quod eis magis videbitur expedire a Dominiis extrahatur.

Item, Conclusum, Concordatum & Conventum est quòd Mercatores utriúsq; Partium prædictarum, & eorum Factores, Familiares, Negotiorum Gestores & Ministri, necnon Magistri Navium, Marinarii & Nautæ poterunt licitè Ducere, Portare & Habere cum illis & super illos in eorum Navibus Arma Invasiva & Defensiva, cujuscúnque generis fuerint, ad Se, eorum Corpora, Bona, Mercandisas & Naves salvò & securè contra quoscúnque Servandum & Defendendum, tàm Eundo & Redeundo per Mare & Aquas dulces, quam Morando in aliquo Portu Partium prædictarum, ac, cùm applicuerunt, quotiens-

tienscúnque, ubicúnque & quacúnque de causa id contigerit, eorum Gladios, Dagatios, Lanceas & Cultellos, secum usque ad Terram & per Terram ad eorum Hospitia liberè & impunè deferre & portare; Proviso tamen quòd in eorumdem Hospitiis Gladios & Lanceas deponent & relinquent, quousque ad eorum Naves redirent.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd Mercatores utriúsque Partis Partium prædictarum, ac eorum Factores, Familiares, Negotiorum Gestores, & Ministri, Nautæ, Magistri Navium & Marinarii tutè & securè morabuntur in Regnis, Dominiis, Patriis & Terris Principum prædictorum & eorum utriúsque, necnon in eorum Portubus & Littoribus, cum eorum Bonis, Navibus, Mercansiis quibuscúnque, absque eo quod ipsi vel eorum aliquis ullum Damnum, Injuriam vel Præjudicium aliquid aliis Mercatoribus cujuscúnque alterius Nationis aut eorum Factoribus, Negotiorum Gestoribus, Ministris, Nautis, Magistris Navium & Marinariis faciant aut fieri procurent, & quòd Mercatores aliarum Patriarum & Nationum, eorum Factores, Negotiorum Gestores, Ministri, Nautæ, Magistri Navium & Marinarii, Mercatoribus & Subditis alicujus Principis Principum prædictorum nullum Dampnum, Injuriam vel Præjudicium aliquod in Locis prædictis inferant aut inferri procurent.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd *Piscatores* utriúsq; Partis Partium prædictarum (cujuscúnq; conditionis existant) poterunt ubiq; Ire, Navigare per Mare, *securè Piscari absque aliquo Impedimento* Licentiâ seu salvo Conductu: Et, si contingat aliquos ex Piscatoribus unius Partis per Fortunam, Tempestatem Maris, Vim Hostium, aut alio modo compelli intrare aliquem Portum vel Districtum alterius Partis, ibidem pacificè & amicabiliter Recipientur & Tractabuntur (Solvendo in Locis ubi applicabunt Jura & Theolonia prædicta) & ab illis Portubus & Locis poterunt liberè Recedere & Redire, cum eorum Navibus & Bonis, sine Impedimento vel Contradictione quacunque; dummodò tamen per ipsos Piscatores non committatur Fraus neq; Dolus, seu per eos aliis Dampnum minimè fiat.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd in nullis Portubus aut Littoribus Partium prædictarum aut eorum alterius Piratæ aut alii, sine Autoritate suorum Principum Guerram super Mare facientes, sive Nationis Partium prædictarum aut alterius Nationis cujuscunque fuerunt, aliquo modo Receptabuntur, neque ipsis aut eorum alicui ibidem seu alibi in Regnis, Patriis, Dominiis, & Terris Principum prædictorum in Pecunia, Armis, Instrumentis Bellicis, Victualibus, aut aliâ Re quacumque, aliquo pacto, Auxilium præstabitur, nec Favor, quovis quæsito colore, præbebitur sub Pœna Refertionis & Restitutionis omnium Dampnorum, Expensarum & Interesse Subditis prædictis, aut eorum alicui per hujusmodi Piratas aut violentes Deprædatores illatorum & fiendorum, tàm per ipsos Piratas si deprehendantur & Solvendo sint, quam etiam per eorum Receptatores, Factores & Auxiliantes: Qui quidem Piratæ & Deprædatores eorumque Fautores & Auxiliatores ad hæc præcisè & summariâ Cognitione cogentur, tàm in Personis quàm Bonis, per Locorum seu Districtuum Officiarium ubi talia contigerint; de quibus Dampnis, Expensis, & Interesse, si aliàs probare non poterunt, stabitur Fidei & Juramento Dampnificatorum: Et si contingat hujusmodi Piratas, Deprædatores, eorum Factores & Auxiliantes super hujusmodi Piratica, Deprædatione, Favore, vel Auxilio, ut præmittitur, convinci, quòd tunc hujusmodi Piratæ, Deprædatores, eorum Fautores, Auxiliatores, Dampna, Expensas, Interesse Partibus sic Dampnificatis Refarcient & Restituent; &, si hujusmodi Refertionem & Restitutionem infra Quatuor Dies, proximò & immediatè sequentes Diem in quo de hujusmodi Piraticâ, Deprædatione, Favore vel Auxilio convicti fuerunt, cum effectu facere Recusaverint, tunc hujusmodi Piratæ, Deprædatores, Fautores & Auxiliatores ad Restitutionem Dupli Dampnorum, Expensarum & Interesse sic Dampnificatis faciendam per Locorum & Districtuum Officiarios compellantur & cogantur.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, si per aliquos Piratas aut alias, ut præmittitur, Guerræ operam dantes, aliqua Bona Mercatorum vel Subditorum unius vel alterius Partium prædictarum super Mare capiantur, & in aliquem Portum unius vel alterius earumdem Partium adducantur, non poterunt Bona, sic Capta & Deprædata, ibidem per ipsos Piratas vel alios quoscunque Poni ad Terram Vendi vel Alienari: Et si nichilominus ad Terram Ponantur ibidémve Vendantur vel Alienentur, de ipsis Bonis seu eorum vero Valore, cum Dampnis & Interesse per

A. D. 1496 Hen. 7. per Deprædatos in ea parte sustentis & habitis, de quibus Valore Dampnis & Interesse, constito tamen prius de ipsa Deprædatione, liquebit per eorum juratam Assertionem si aliàs probari non poterit, per Officiarios Locorum Restitutio fiet ipsis Dampnificatis & Deprædatis; ad quas Restitutiones fiendas habebunt Officiarii Locorum & alii, quos Principes ipsi in Oppidis & Portubus suis deputare voluerint, Commissiones speciales in tali Casu Requisitas, & hunc Articulum de verbo in verbum in Se plenè continentes: Quibus mediantibus prædicti Officiarii Restitutionem hujusmodi facere tenebuntur, sub Pœnâ ab eis Recuperandi verum & justum Valorem omnium Spoliationum & Oblatorum hujusmodi, unà cum prædictis Dampnis & Interesse sic Dampnificatis: Fient insuper Edicto Publico Prohibitiones Pœnales in Portubus & Littoribus utriúsque Partis Partium prædictarum, nè quisquam, cujuscúnque Nationis aut Conditionis existat, talia Bona, per Piratas aut alios, ut præmittitur, Guerræ operam dantes capta & deprædata, & ad Terram posita vel infra Portum inventa, Emere vel quovis alio titulo Recipere præsumat, in Præjudicium vel Detrimentum Dampnificatorum seu aliorum quorumcúmque Interesse *in iis habentium*, & quòd Officiarii Locorum, quotiens Casus acciderit, sub Pœna recuperandi ab eis Bona & Mercimonia hujusmodi capta & adducta, Portum aliquem Partium prædictarum, pro Dampnis & Interesse, statim ipsam Navem, Magistrum & Marinarios ejusdem, necnon Bona & Mercimonia quæcúnque in eadem Navi Reperta sub tuto Aresto & Salvâ Custodiâ ponant, Servanda ad Utilitatem Dampnificatorum & eorum quorum intererit, idémque Locorum Officiarii procedent ad Correctionem Piratarum & Delinquentium in Navi Repertorum secundùm Casuum exigentiam.

Item, ad finem ut Captiones Navium Personarum & Bonorum unius Partis super alteram de cætero cessent, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, quandocúnque aliqua Navis alicujus Indigenæ unius vel alterius Partis Partium prædictarum exitura est ab aliquo Portu sive Districtu Principum prædictorum, seu eorum alterius, Majores & Gubernatores Civitatis, Oppidi sive Villæ quibus Portus sive Districtus hujusmodi adjacens est, quibuscúnq; Nominibus, Officiis aut Appellationibus iidem Gubernatores censeantur, capiant sufficientes Securitates de & pro Dominis, Possessoribus, Proprietariis, Magistris, Bursariis & Vitellariis Navis hujusmodi, ad Duplum Valoris Navis Apparatûs & Victuallum ejusdem, quòd Magister ejusdem Navis Capitanei, Marinarii & omnes in eadem Navi existentes, cujuscúnque Statûs aut Conditionis existant, servabunt Pacem erga quoscúnque Subditos Principum prædictorum, & quod nullam eis Injuriam sive Violentiam in Terra, Mari, Fluminibus, aut Portu aliquo facere vel inferre præsumant: quòd, si hujusmodi Securitatem præstare noluerint, non permittent immò impedient expressè ipsos Mercatores & Gubernatores Navium hujusmodi quoquo modo exire, nisi Proprietarii sive Bursarii ejusdem Navis Regalem vel Archiducalem respectivè Licentiam suo sub Sigillo eisdem exhibuerit, quòd licitè cum sua Nave sine ulla Cautione poterit; In quo Casu, si ipsi sic per Principem suum Licentiati Subditos alterius Principis spoliaverint aut dampnificaverint, & solvendo non fuerint, tunc per *eundem Principem* sic Licentiati plena Satisfactio fiat Partibus sic Dampnificatis: quotiens autem Securitatem præmissam Majores & Gubernatores Civitatum, Villarum & Oppidorum unius Partis aut alterius exigerint, dabunt Literas autenticas, sub eorum Communi Sigillo, Proprietariis, Possessoribus, Magistris seu Bursariis illius Navis ita assecuratæ, testificantes ipsius Securitatis præstationem, ad finem ut, ipsarum Literarum vigore, Navis hujusmodi alios, ad quos forsitan applicabit Portus, absque novâ Securitatis præstatione liberè exire valeat.

Item, quia Naves Mare frequentantes tenentur altera alteri succurrere de Victualibus & aliis ad Navem Necessariis, quòd tamen facere tenentur nisi pro justo Pretio, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd de cætero tenebuntur illi, qui Victualia aut alia necessaria ab aliqua Nave Receperint, Pretium ipsorum aut infra sentiarùm aut postmodùm ubi ad Littus applicuerint persolvere.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, si aliqua Navis, per aliquem non Subditum Principibus prædictis, Capta fuerit in Portu aliquo aut Francisiis alicujus Principum prædictorum, tenebitur *ille Princeps*, in cujus Portu aut Francisiis Navis illa Capta fuerit, unà cum *altero Principe*, pro Restitutione dictæ Navis Prosequi, Sumptibus tamen & Expensis Partis Dampnificatæ.

Item,

A. D. 1496. Hen. 7. ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd nullum præbebitur Impedimentum, per unam Partem vel alteram, Venientibus de Partibus Orientalibus, neutri Parti Inimicis, cum Vasis vel Navibus quibuscúnque, oneratis Victualibus, Mercansiis vel aliis Bonis, versus Regna, Patrias, Dominia aut Terras unius vel alterius Principum prædictorum.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, quotiensc únque contigerit quòd aliquæ Naves, qualescúnque fuerint sive unius vel alterius Partium prædictarum, per Tempestatem Maris, Vim Hostium, vel aliam Causam compellentur in aliquem Portum unius Partis vel alterius applicare vel intrare, Naves illius Partis, quibus talia contigerint, cum Mercatoribus & Nautis seu Marinariis, aut aliis Personis quibuscúnque non probabiliter suspectis, in ipsis existentibus, in alterius Partis Portubus securé erunt & Recipientur, & ab ipsis Portubus poterunt liberè Recedere, cum eorum Bonis & Mercansiis, sine Contradictione & Impedimento; proviso quòd Bona & Mercandisæ, quæ in ipsis Navibus erunt, nisi urgente necessitate, non ponerentur ad Terram, nec in alias Naves, sine Licentia Officiariorum Principis illius Partis ubi talia contingent vel aliorum ad hoc Potestatem habentium, Reponentur.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd Nautæ Magistri Navium & Marinarii Subditi præfatorum Principum, post Adventum ipsorum ad Portus unius vel alterius eorumdem Principum, poterunt liberè imponere & ligare eorum Naves, tàm Oneratas & non Oneratas, quàm ad Guerram dispositas, dummodò non fecerint Piraticam, in eisdem Portubus & Littoribus, eodem modo quo poterunt ipsius Principis Subditi proprii.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd Subditi unius Principum prædictorum, sive Mercatores fuerint sive Nautæ, Magister Navium aut Marinarii, non adducent vel adduci facient, per Mare fraudulosè vel quocúnque colore, aliqua Bona seu Mercandisas Inimicorum alterius eorumdem Principum: Et, si secus egerint & per Subditos alterius Principis Guerræ licitè Operam dantes, super hæc interrogati fuerint, tenebuntur facere veram planam ac Justam Confessionem & Declarationem, cui in ea parte pro tunc stabitur, iidémque Interrogantes ulterius Scrutinium in ea parte non facient; Sed si posteà eundem Interrogatum falsò respondisse constiterit, tunc idem interrogatus interroganti, quem per falsum Responsionem defrandavit, tantum de suo erogate tenebitur, quantum Merces Inimicorum per eum vectas & ut præmittitur celatas valuisse constabit.

A. D. 1496. Hen. 7. ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, quotiensc únque contigerit aliquam Navem unius Partium prædictarum, Bonis & Mercandisis oneratam, per Fortunam, Tempestatem Maris vel alio Casu quocúnque tangere Terram & Naufragium facere, Periclitati aut alio Modo quocúnque Perire prope Portus Limites aut Costeras, vel in Portubus, Limitibus aut Costeris alterius Partis, licet in ipsa Nave non remaneat Vir, Mulier, Puer, Catus, Canis vel Gallus vivens, Bona tamen & Mercandisæ qualiacúmque, quæ ad Terram applicabunt vel aliter salvari aut recuperari continget, non propter hoc dicentur Confiscata nec pro Confiscatis reputabuntur, sed per Officiarios Locorum, in quibus is Casus accideret, Salvæ & Securæ Custodiæ committentur, sub eadem sic Remansura per unum Annum & Diem tunc proximò & immediatè sequentes, infra quem Terminum, si quisquam supervenerit, & se Rerum ac Bonorum ipsorum verum Proprietarium fuisse constiterit, Res & Bona ipsa sine difficultate vel dilatione aliqua eidem plenè Restituentur; solvendo tamen His, quorum operâ & diligentiâ Res & Bona ipsa recuperata salvata & custodita fuerint, rationabiles Expensas, & Custodibus Salarium competens prout Ratio & æquitas postulabunt.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quod Mercatores, qui Subditi fuerint alicujus Principum prædictorum, poterunt tenere & habere in Villis & Oppidis alterius Principis Domos & Habitationes pro ipsis & rebus suis in eisdem recipiendis servandis & exponendis, ibidémque eisdem Privilegiis Libertatibus & Franciisiis utentur & graudebunt quibus ibidem usi & gavisi fuerint ante Quinquaginta Annos ultimò & immediatè præcedentes, adeóque benignè & amicabiliter tractabuntur in eisdem sicut aliæ Nationes ipsas Patrias & Villas frequentantes.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd Officiarii Principum prædictorum & eorum utriúsque, ad Scrutandas Mercandisas, per Terram, Mare vel Aquas dulces vectas vel vehendas, ordinati, in Visitando Mercandisas vel Naves nil Dampnificabunt

A. D. 1496. Hen. 7. de Bonis seu Mercibus Subditorum unius vel alterius Principum prædictorum, sed ea benè & honestè tractabunt & visitabunt absque Violentia, Frangendo Pugonibus vel aliis Instrumentis quibuscúnque Barellos, Saccos, Cistas, Sarcinulas seu alias Paccaturas quascúnque, & temerè Contravenientes teneantur Pœna Incarcerationis per unum Mensem una

Partis Læsæ: qui verò ex nulla rationabili aut probabili Causa hujusmodi Barellos, Saccos, Cistas, Sarcinulas ac alias Paccaturas fregerit, aperuerit aut dissolverit, ad hujusmodi Barellos, Saccos, Cistas, Sarcinulas & Paccaturas Resarciendum, Reparandum & Repaccandum, suis super Rebus & Expensis, teneantur; Scrutatores autem hujusmodi, in exequendo sua Officia in Patriis Partium prædictarum, nullas Exactiones super ipsos, quorum Bona seu Merces scrutantur, facient, nec eosdem cogent ad Venditionem suarum aut alicujus Partis pro aliquo Pretio, per ipsos Scrutatores contra Voluntatem Venditorum statuto.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, quotiensćunque Mercatores & Subditi Illustrissimi *Regis Angliæ*, pro Solutione habendâ, suos conveniunt Debitores in Terris, Patriis & Dominiis *dicti Domini Archiducis*, coram Judicibus & Legislatoribus ad hoc ordinatis & deputatis, alligabunt Debitores suos suspectos fore de Fuga, & hac de causa petent ut statim Debitores sui Judicium subire cogantur; tunc hujusmodi Judices & Legislatores, sic requisiti, Probationes dictorum Angliæ Subditorum, si quas obtulerint, ad probandum hujusmodi Suspitionem Fugæ, sine aliquibus morâ & difficultate, eas admittent, &, si nullas habuerint, tùm ipsorum Angliæ Subditorum Juramento quoad prædictam Fugæ suspitionem stabitur, præstitâ per eos Primitùs Idoneâ Cautione de Solvendo Expensas & interesse his quos sic ad Judicium trahi petent, casu quo ex eventu se Litem injustè movere constiterit; &, hoc facto, Debitores ponentur, absque aliis Monitionibus, statim sub Aresto, donec sufficientes Cautiones de Judicio sisti & Judicato solvendo Præstiterint; Privilegiis, quoad effectum præsentis Articuli, sub quacúnque verborum serie, Civitatibus, Castris, Oppidis, Villis, Burgis in contrarium concessis vel postea concedendis, Usu aut Consuetudine quibuscunque non obstantibus; quibus tamen Debitoribus, sic arrestatis, sub Aresto manentibus, si petent, dabitur Terminus Octo Dierum ad probandum A. D. 1496. Hen. 7. se de Fuga suspectos non esse, & hoc Probato cessabit Arestum, sed nichilominus propter hujusmodi Dilationem Octo Dierum Processus super Debito principali nullatenus retardabitur.

Et similis in Reguo Angliæ ministrabitur Justitia Mercatoribus & Subditis Patriarum Terrarum & Dominiorum *præfati Domini Archiducis*, adversus eorum Debitores (in tribus Curiis, videlicet, in Curia Cancellariæ, Constabularii, & Magni Concilii) etiam super omnibus Obligationibus factis ultra Mare, & in Moneta Flandriæ etiam quarum Solutio destinata est ad aliquem locum Patriarum, Terrarum & Dominiorum *dicti Archiducis*, dummodò Dies Solutionis sit præterita; non obstantibus quibuscúnque Ordinationibus vel Consuetudinibus Civitatum Oppidorum son Locorum Angliæ in contrarium; in quibus quidem Curiis tenebuntur Angliæ Debitores peremptoriè procedere, absque eo quod ipsas seu earum alteram possint declinare.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, quotiensćunque contigerit Subditos *Domini Regis Angliæ* a Subditis *præfati Domini Archiducis*, vel Subditos *ejusdem Domini Archiducis a Subditis præfati Domini Regis Angliæ*, quoquomodo Lædi vel Damnificari, non debent propter ea per Literas Represaliarum, Marcæ, vel Contramarcæ, aut alia Mandata quæcúnque, debitis Admonitionibus & Summonitionibus non præcedentibus, qui Damna non tulerint, ad Petitionem Dampnificatorum, vel alio modo, in Personis vel Bonis Arrestari, aut quovismodo Impertiti aut Molestari, nec Guerra ob id fieri vel moveri debet, sed per Principes unius vel alterius Partis Attemptata ipsa debitè Reparabuntur & in priorem Statum Reponentur, hujusmodíque Literæ Reprisaliarum Marcæ & Contramarcæ & similia Mandata quæcúnque (nisi prædictis Admonitionibus quoad ipsas Partes, & Summonitionibus quoad Principes præcedentibus & legittimè factis) Deinceps omninò cessent, & si aliter concedantur pro nullis habeantur.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd omnes & singulæ Literæ Reprisaliarum aut de Marqua vel Contramarqua, ex Cancellaria vel alia Curia Principum prædictorum aut eorumdem Prædecessorum, ad cujuscúnque Prosequutionem vel ob Causam quamcúnque, ante concessæ aut emissæ, in Suspenso tenebuntur, nec poterit earum aliqua

aliqua fieri Executio, nisi super earum Merita, habitâ Cognitione in Dietâ ad hoc per ipsos Principes specialiter deputandâ, aliter fuerit ordinatum: Et pari modo omnes & singulæ Deprædationes & Violentæ Captiones supra Mare, hincinde ante Diem Octobris Decimam tertiam ultimò præteritam Factæ, similiter tenebuntur in Suspenso, nec poterit super eisdem aut eorum aliquo Actio intentari aut admitti, nec Literæ Repraisaliarum dari, nisi super eorum Merita habitâ cognitione in dictâ Dietâ ad hoc per dictos Principes specialiter deputandâ aliter fuerit ordinatum.

ITEM, Conclusum, Conventum & Concordatum est quòd, Auctoritate *dicti Domini Archiducis*, sufficienter provideatur, sive per Mandatum ejusdem faciendum, aut aliâ Viâ validâ & effectuali, Capitaneo Castri de Slusa quòd, quotiensciúmque contigerit Mercatores vel Subditos *Regis Angliæ*, per ignorantiam aut alio modo non fraudulento aut malitioso, Intrare Portam ipsius Castri de Slusa, quòd sic Intrantes tàm in Personis Bonis & Rebus honestè & cum omni decentia tractet, absque eo quod quicquam de eis propterea exigat.

ITEM, Poterunt Mercatores & Subditi *Regis Angliæ* deinceps quascúnque Massas Auri vel Argenti, vocatas Billonam, extra Patrias Illustrissimi *Domini Archiducis*, per eos seu eorum Deputatos vel Factores emptas vel aliter acquisitas seu imposterùm emendas vel acquirendas, licenter & impunè per quæcúnque Loca Patriarum *Domini Archiducis* ducere seu duci facere, & ab eisdem Locis & Patriis in Regnum Angliæ totiens quotiens voluerint conducere & transportare poterunt & valebunt; Proviso quòd dicti Anglici seu eorum Factores hujusmodi Billoniam, per Se aut Factores suos emptam seu ut præmittitur acquisitam, unà cum Certificatione autentica Villæ vel Oppidi ubi ipsam Billoniam emerunt vel aliter acquisierunt, & de Emptione seu Acquisitione ipsius Billoniæ & quantitatis ejusdem, Principali Officiario *dicti Domini Archiducis*, vel in ejus Absentia suas Vices gerentibus, proximæ Villæ post Introitum suum in Patrias *Domini Archiducis* exhibeant & ostendant, super qua Ostensione ipsi ostendentes Testimoniale seu Certificatorium, Manu dicti Officiarii, vel ipso absente suas Vices Gerentis signatum, vel ipsius Sigillo sigillatum, ab eo, cui talis Ostensio fiet, Recipient & habebunt, nichil penitùs pro dicto Testimoniali & aliâ quâcúnque Causâ solvendo præter unum Solidum Grossorum Flandriæ: Et, casu quo Mercatores & Subditi Regis Angliæ hujusmodi Billoniam, per Se vel suos Factores emptam, seu ut præmittitur acquisitam, Educere voluerit, & in Exitu a Testimoniale seu Certificatorium prædictum non exhibuerit, tunc Pœnam illam incurrit quam incurrerint extrahentes Billoniam infra Patrias *Domini Archiducis* emptam; & idem licebit Subditis ipsius Domini Archiducis in Anglia.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd omnes Mercatores & Subditi dictorum Principum vero publico legali & non privato Pondere, in Patriis & Terris illis ab antiquo usitato & consueto, sine quocúnque dolo fraude & machinatione, aut Duorum Digitorum ad hujusmodi Pondera Fraudulentâ appositione, de cætero utantur: Et, si aliqui Mercatores & Subditi dictorum Principum contrarium facere præsumpserint, Princeps, cujus Subditus hoc facere temptaverit, Subdito alterius Principis, qui se per hujusmodi pondus dampnificatum probaverit, expeditam Justitiam faciet, & Partem sic Dampnificantem ad plenam & perfectam Refectionem & Restitutionem omnium Dampnorum Expensarum & interesse sine dilatione quacúnque compellet.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, ad Sedandum & Componendum Lites, Discordias & Querelas inter Mercatores Stapulæ, Calesiæ & Subditos *Domini Archiducis* Stapulam concernentes, in Villa Calesiæ, Decima Secunda Die Maii proximò futuro, Convenient Deputati Mercatorum utriúsque Partis; &, Casu quo per ipsos hujusmodi Lites, Discordiæ & Querelæ sedari & componi non possunt, fiet Relatio Principibus prædictis, qui aliter pro hujusmodi Litibus, Discordiis & Querelis sedandis, prout Ratio & Æquitas dictaverit, providebunt.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, si, durantibus Pace & Amicitiis prædictis aliquid contra Vires & Effectus earumdem, per Terram, Mare, Aquas dulces, per aliquem ipsorum Principum eorúmve Hæredum aut Successorum, vel eorumdem Vassallos, Subditos aut Obligatos, aut eorum Alligatorum Hæredes aut Successores in his Amicitiis comprehensorum Subditos vel Vassallos, fuerit attemptatum, actum & gestum, Nichilominus hæc Pax & Amicitia,

A. D. 1496. Hen. 7. Amicitia in suis viribus & effectu permanebunt, & pro ipsis Attemptatis solummodo punientur ipsi Attemptantes & Dampnificantes & non alii.

Item, ad securiorem & firmiorem tàm Amicitiarum quàm Mercium Intercursûs Observantiam, *præfatus Dominus Rex*, per suas Literas, Mandatum dabit speciale Reverendissimo in Christo Patri *Domino Johanni Cardinali Cantuariensi Archiepiscopo* & Apostolicæ Sedis Legato, Reverendis in Christo Patribus, Domino *Richardo Dunolmensi Episcopo* Custodi Privati Sigilli, Domino *Thomæ Wintonensi Episcopo*, *Johanni Dinham* Domino de Dyemham Thesaurario Angliæ, *Thomæ Domino Marchioni Dorsetiæ*, *Johanni Vere Comiti Oxon.* Magno Camerario ac Admirallo, *Ethmondo Comiti Suffolciæ*, *Thomæ Comiti Arundellæ*, *Thomæ Comiti de Derbey*, *Georgii Comiti Salopiæ*, *Johanni Welles Vice Comiti*, *Egidio Dabne* Domino de Dabne, *Johanni Priori Domûs Sancti Johannis Jerusalem* in Anglia, necnon Majoribus Ballivis Civitatum ac Oppidorum de *Londonia*, *Eboracen. Bristol. Winton. Cantuar. Rosen, Zouthampton, Zantwic, Doeure, Linnen, Derthmouth, Plimmouth, Hulk, Winchilse, Boston, Yermouth, & Barwike*, quod se Obligabunt & quilibet eorum se Obligabit in forma sequenti,

Omnibus Christi Fidelibus, præsentes Literas Inspecturis, Visuris vel Auditeris, Johannes Cardinal Archiepiscopus Cantuariensis, Richardus Dunelmensis Episcopus, Thomas Wintonensis Episcopus, Johannes Dinham, Thomas Marchio Dorsetiæ, Johannes Vere Comes Oxoniæ, Ethmondus Comes Suffolciæ, Thomas Comes Arundellæ, Thomas Comes Derbey, Georgius Comes Salopiæ, Johannes Welles Vice Comes, Egidius Dabene, Johannes Prior Domûs Sancti Johannis Jherusalem *in Anglia, necnon Majores Ballivi Villarum sive Oppidorum* de London. Eborac. Bristaul. Winton. Cantuaria, Rosen. Zouthampton, Zantwic, Doeure, Lumen. Derthmout, Plimmouth, Hulk, Winchilse, Boston, Yermout, Barwic, *Salutem in Domino Sempiternam.*

Cùm, inter Illustrissimum Principem Henricum, *Dei gratiâ*, Angliæ Franciæque Regem, & Dominum Hiberniæ, *ex una, & Serinissimum Principem* Philippum, *eâdem gratiâ*, Austriæ Archiducem, Burgundiæ Ducem, &c. *ex altera Partibus, quædam Amicitiarum, Intelligentiarum & Mercium Intercursûs, Mercatoriûmque Communicationis, ac alia etiam, eosdem Principes & Subditorum suorum Regnorum Patriarûmque utilitatémque concernentia, Tractatus & Fœdera, de Data Vicesimo quarta Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Quinto, Londoniæ Inita, Conventa, Conclusa & finaliter Determinata fuere.*

Quæ quidem Tractatus Amicitiarum & Mercium Intercursûs vidimus & intelleximus, ac pro hic insertis haberi volumus,

Noveritis Nos præfatos, Johannem Cardinalem Archiepiscopum, Richardum Dunolmensem Episcopum, Thomam Wintonen. Episcopum, Johannem Dinham, Johannem Vere Comitem, Ethmondum Suffolciæ, Thomam Arondel, Thomam Derbey, Georgium Salopiæ, *Comites*, Johannem, Egidium, Johannem, Majores, Ballivos Villarum *sive* Oppidorum *prædictorum, ad Requestam & Mandatum* præfati Domini Regis, *ac, ad suarum Literarum Nobis in ea parte directarum & deliberatarum, quas hic pro Insertis haberi volumus, contemplationem, Bonâ Fide Promisisse, ac Nos & quemlibet nostrûm Heredes & Successores nostros, præfato Illustrissimo Principi* Philippo Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, &c. *ejusque Hæredibus & Successoribus, sub Ipoteca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum Præsentium & futurorum, Obligâsse, sicquod per Præsentes Promittimus & Obligamus, quòd effectualiter Procurabimus, Instabimus ac quantum in Nobis erit Efficiemus quòd* idem Dominus Rex *ejusque Hæredes & Successores, omnia & singula prædicta tàm Amicitiarum quàm Mercium Intercursûs, omniaque & singula in eisdem contenta & specificata, benè plenè & fideliter Tenebunt, Observabunt & Perimplebunt, ac per suos Subditos & Vassallos, quatenus eos concernunt ac in Posterùm concernent, benè & fideliter Facient Teneri & Observari & Adimpleri, in Contravenientes Justitiam ministrabunt seu ministrari facient.*

In cujus rei Testimonium &c.

Et, pari modo, Illustrissimus *Dominus Archidux*, per suas Literas, Mandatum dabit speciale Reverendo in Christo Patri Domino *Henrico de Berghes Episcopo Cameracensi*, *Karolo de Croy* Principi de Chimaco, *Engelberte Comiti de Nasou*, *Philippo de Cleves* Domino de Raveftain, *Philippo de Burgundiæ* Domino de Beures, *Johanni Domino de Berghes*, *Johanni Domino Egmondæ* Gubernatori Hollandiæ, *Willielmo de Croy* Domino

A. D. 1496. Hen. 7. Domino de Chierne, *Antonia Rollin* Domino de Aymerce, *Baldmino de Cannorum* Domino de Molenbais, *Francisco de Busleid* Domino Præposito Leodiensi & Sancti Donatiani, ac *Johanni de Tuiteville* Domino Capitaneo de Bruges, necnon *Burgo-Magistris* Villarum sive Oppidorum de Gand, Brugis, Ypre, Duukerke, Neuport, Anvers, Berghes, Dordrect, Delft, Leid, Amsterdame, Middelburch, Ziernze, Vere, Malines, & Briele, quòd se Obligabunt & quilibet eorum se Obligabit, secundùm vim, formam & effectum Obligationis prædictæ, mutatis tamen in ea parte mutandis.

Quas quidem omnes & singulas Obligationes, modo & formâ præmissis conceptas, Decimâ quintâ Die Maii, proximè futuro, idem Illustrissimus *Rex Angliæ*, in Ecclesiâ beatæ Mariæ Virginis Calesii, Deputato vel Deputatis *dicti Domini Archiducis* tradet & deliberabit, aut tradi & deliberari faciet,

Et, pari modo & formâ præmissis conceptas, Decimâ quintâ Die Maii prædicto, in Ecclesiâ prædictâ, Deputato vel Deputatis *ejusdem Domini Regis* tradet & deliberabit, aut tradi & deliberari faciet.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd Serenissimus Princeps *Rex Angliæ* omnia & singula tàm Amicitiarum quàm Mercium Intercursûs Capitula, sic inter Eum, ejus Hæredes & Successores, ut præmittitur, inita & contracta, per suas Literas Parentes, suo Magno Sigillo sigillatas, ac Manu propriâ subscriptas, Ratificabit & Confirmabit, & ea sic sigillata, subscripta, ratificata & confirmata, Decimâ quintâ Die Mensis Maii proximè futurâ post Datam Præsentium, in Ecclesia beatæ Mariæ Virginis in Villa Calesii, Deputato *dicti Domini Archiducis* tradet aut deliberabit, aut tradi & deliberari faciet:

Et, simili modo, Illustrissimus *Dominus Archidux* omnia & singula tàm Amicitiarum quàm Mercium Intercursûs Capitula, sic inter Eum, ejus Hæredes & Successores & Serenissimum Principem *Regem Angliæ* prædictum, ipsiúsque Hæredes & Successores, ut præmittitur, inita & contracta, per suas Literas Patentes, suo Magno Sigillo sigillatas, & Manu propriâ subscriptas Ratificatas & Confirmatas, Decimâ quintâ Die Mensis Maii proximè futurâ post Datam Præsentium, in Ecclesia beatæ Mariæ Virginis in Villa Calesii, Deputato vel Deputatis dicti Serenissimi Principis *Regis* A. D. 1496. *Angliæ* tradet & deliberabit, aut tradi Hen. 7. & deliberari faciet.

Sequuntur Tenores Commissionum, de quibus supra fit mentio,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Richardi Dunelmensis Episcopi* Custodis Privati Sigilli nostri, *Johannis Viceeomitis Welles*, & *Johannis Kendale* Prioris Domûs Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, necnon, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Wilhelmi Warham* Legum Doctoris Magistri Custodis Rotulorum Cancellariæ nostræ, *Christofori Urswike* Archidiaconi Richemondiæ, & *Johannis Risley* Militis, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Factores, Attornatos & Deputatos Assignamus, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, Nomine nostro, & pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Vassallis, Amicis, Alligatis, Faventibus & Adhærentibus nostris quibuscúnque, cum Nobili Viro *Philippo Domino de Beures* Locumtenente, Gubernatore & Capitaneo Generali Artesiæ & Admirallo, ac, Dilectis Nobis, *Domino Paulo de Baeust*, *Domino de Formezeele* Præsidente Flandriæ, *Roberta de Melun Domina de Rouny* Camerario, Domino *Daniele Domino de Praet de Merwede* Camerario & Superiori Ballivo Flandriæ, *Johanne de Corteville*, & *Thoma Portimari*, Consiliariis, & Magistro *Florentio Hauwell* Secretario Ordinanciarum, Ambassiatoribus, Procuratoribus, Legatis & Nunciis Illustrissimi Principis Præcarissimi Consanguinei nostri *Philippi Archiducis Austriæ*, *Burgundiæ*, *&c.* sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro habentibus, tàm de & super vera, firma & reali Pace, Amicitia atque Concordia, ac etiam Ligis, Amicitiis, Confœderationibus, Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Fœderibus, Affinitatibus, & Intelligentiis, quàm de & super quibuscúnque Commerciis Exercitióque Commerciorum ac mutuo

A. D. 1496. Hen. 7. mutuo & amicabili Intercursu Mercandisarum,

Inter Nos, Hæredes & Successores nostros, atq; Regna, Terras, Dominia, Patrias & Loca nostra quæcúnque, & dictum Illustrissimum Principem *Consanguineum nostrum*, Hæredes & Successores suos, atque Regna, Terras, Dominia, Patrias & Loca sua quæcúnque, Subditos, Vassallos, Confœderatos, Amicos, Alligatos, Faventes, & Adhærentes nostros & suos quoscúnque, ineundis, capiendis, paciscendis, conveniendis, celebrandis, componendis, concordandis, concludendis & habendis,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerræ Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, Injuriis, Gravaminibus, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus & Connexis, quæ inter Nos & præfatum Consanguineum nostrum, ac Regna, Loca, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, Amicos, Faventes & Adhærentes nostros & suos prædictos, hincinde pendere dinoscantur,

Communicandi, Tractandi, Conveniendi & Concordandi, atque ea omnia & singula Componendi, Paciscendi, Appunctuandi ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, prout eis expediens visum fuerit & oportunum,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Præmissa qualitercúnque concernentibus, quæ cum præfatis Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nunciis prædicti Consanguinei nostri Appunctuata, Promissa, Concordata & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Deliberandi, Literásque alias consimilis vigoris & effectûs ex alterâ Parte Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia, Præmissa & Præmissorum singula qualitercúnq; concernentia, Faciendi, Excercendi & Expediendi, ita & eodem modo sicut nos ipsi faceremus & facere possemus si in Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Factores, Attornatos & Deputatos nostros Appunctuata, Promissa, Concordata, Conventa & Conclusa fuerint, in hac parte, Nos Rata, Grata & Firma habituros & observaturos, & superindè Literas nostras Patentes confirmatorias & approbatorias, in forma debita & autentica, prout opus fuerit, Daturos. A. D. 1496. Hen. 7.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo Die Februarii, Anno Regni undecimo.

PHelippe, par la Grace de Dieu, Archiduc *d'Austriche*, Duc de *Bourgeingne*, *de Lothier*, *de Brabant*, *de Stiere*, *de Carinte*, *de Carniale*, *de Lembourg*, *de Lucembourg*, & *de Gheldre*, Conte *de Habsbourgh*, *de Flandres*, *de Tirol*, *d'Artois*, *de Bourgoingne*, Palatin & *de Hynau*, Lantgrave *d'Elsace*, Marques *de Burgaw* & *du Seint Empire*, *de Helland*, *de Zeeland*, *de Farette*, *de Liburg*, *de Namur* & *de Zutphen* Conte, Seigneur *de Frise sour la Marce de Portenaierb*, *de Salins* & *de Malines*, a tous ceulx qui ces presentes Lettres veront, Salut.

Comme Nous aions n'agueres envoye devers Treshault, Tresexcellent & Trespuissent Prince Treshonnore Seigneur & Cousin *le Roy d'Angleterre* aucuns noz Ambassadeurs, pour le Fait de l'Entretenement des Aliances d'entre nostre dit Cousin *le Roy d'Angleterre* d'une Part, & Nous d'autre, & aussi de l'Entrecours de Marchandise d'entre les Subgetz de nostre dit Cousin & les nostres, & pour la Restitution de certaines Prinses faites par les Sugetz de nostre dit Cousin *le Roy d'Angleterre* sur les nostres au prejudice des dites Alianees & Entrecours,

Les quelles nos Ambassadeurs a leur Retour Nous aient Raporte que certaine Journee avoit este advisee estre tenue devers nostre dit Cousin *le Roy d'Angleterre* au Lieu de Londre en dedens certains briefs Jours, & que y envoierons noz Ambassadeurs Notables pour plus avant Parler & Traicter des dites Matiers,

Par quoy soit besoing deputer a ce aucuns Grans & Notables Personnaiges a Nous feables,

Savoir faisons que Nous,

Confians entirement & a plain es Sens, Prudence, Vertuz, Souffisance, Preudonne & bonne Diligence de, noz Amez & Feaulx, *le Seigneur de Beures* nôtre Cousin Lieutenant Gouvernour & Capitaine General d'Artois & Admiral de la Mer, Mestre *Paule de Baenst Seigneur de Formezeeti* nostre President de Flandrie, *Robert de Melin Seigneur de Rouny* nostre

A.D. 1496. Hen. 7. ftre Chambellan, *le Seigneur de Merwede* offi noftre Chambellen & Souverain Bailli de Flandres, *Jehan de Courteville* noftre Efcuier Trenchant, Meffire *Thomas Portimari*, tous nos Confelliers, & Maiftre *Florent Hauwel* noftre Secretaire en Ordonnances,

Iceulx, les Six, Cinq on Quatre d'eulx (dont noftre dit Coufin le *Seigneur de Beures* foit l'un) avons Fait, Commis & Ordonne, Faifons, Commettons & Ordonnons, par ces Prefentes, noz Ambaffadeurs & Procureurs,

Aus quelz, aux Six, Cinq, ou Quatre d'eulx qui mieulx vacquer y porront (dont noftre *dit Coufin de Beures* foit l'un comme dit eft) avons Donne & Donnons par ces dites Prefentes plain Povoir, Auctorite & Mandement efpecial, de, pour, & ou Non de Nous, eulx Tranfporter vers noftre dit Coufin *le Roy d'Angleterre*,

Et illec, avec Luy, ces Gens, ou Commis, Traictier, Commaingnier, Befongner & Concluite, tant fout le Fait de l'Entretenement des dites Aliances, Intelligences & Entrecours, d'entre Icellui noftre dit Coufin *le Roy*, fes dites Royalme, Paiis & Subgetz, & Nous & les noftres, come fur la Reparation & Appaifemens des Differens Queftions & Entrefaites qui peuent eftre avenues d'un Cofte & d'autre, & fur toutes autres Chofes qui en peuent ou poroient dependre,

Et faire, au fur plus, toutes & fingulieres les chofes que bons & loyaulx Ambaffadeurs peuent & deibient fere, & que Nous meifmes ferions ou fere porrions fe en noftre Perfonne prefens y eftions, quant ores elles Requerroient Mandement plus efpecial;

A.D. 1496. Hen. 7. Promettans, de bonne Foy & en Parolle de Prince, avoir & tenir Agreeable Ferme & Eftable a tous jours tout ce que par noz Ambaffadeurs deffus nommes, les Six, Cinq ou Quatre d'eulx fera Fait, Communique, Traicte, & Conclu es Chofes deffufdites & celles qui en dependent, fans jamais faire, ou aler ne fouffrir eftre fee ou allee ao contrere en maniere quelconque, & fur ce faire expedier nos Lettrez Patentes de Confirmacion, fe befoing eft, toutes les foix que Requis en ferons.

En Tefmoing de ce, Nous avons fait mettre le Seel de mon Trefredoubte Seigneur & Pere, & de Nous a ces Prefentes.

Donne en noftre *Ville de Bruxelles* le xiv. Joor de Decembre, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quattrevins & quinze.

In quorum omnium & fingulorum Præmifforum Teftimonium Fidem & Approbationem Nos, Ambaffiatores prædicti Illuftriffimi *Archiducis* fuperius nominati, præfentes Literas Sigillis ac Signis noftris manualibus figillavimus & fubfignavimus.

Dat. *Londinum* vicefimo quarto Die Februarii, Anno Domini Millefimo, Quadringentefimo, Nonagefimo quinto.

PHE. DE BOURGE.
P. DE BAEUST.
ROBERT DE MELEUN.
DANIEL DE BRAET.
J. DE COURTEVILLE.
THOMAS PORTMAR.
HAUBBEEL.

Bulla Indulgentiæ pro Capella Regia.

Pro Windefor.

Regiftrata apud me L. PODOCATHARUM.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Origin.

Alexander Epifcopus, Servus Servorum Dei, univerfis Chrifti Fidelibus præfentes Litteras infpecturis, Salutem & Apoftolicam Benedictionem.

Licet is, de cujus munere venit ut fibi a Fidelibus fuis dignè & laudabiliter ferviatur, de habundantia fuæ Pietatis quæ Merita Supplicum excedit & Vota benè fervientibus fibi multò majora retribuat quàm valeant promereri, nichilominus defiderantes Domino Populum reddere acceptabilem & bonorum Operum Sectatorem, Fideles ipfos ad complacendum ei quafi qoibufdam allectivis Muneribus, Indulgentiis (videlicet) & Remiffionibus, invitamus, ut exindè reddantur Divinæ Gratiæ aptiores.

A. D. 1496. Cùm itaque, ficut accepimus, Cariffimus in Chrifto Filius nofter *Henricus Angliæ Rex* Illuftris, fervore Devotionis accenfus, cupiens Terrena in Cœleftia & Tranfitoria in Æterna felici Commertio commutare, proponat unam Capellam,

A. D. 1496. Hen. 7. pellam, sub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis, in Ecclesia Sancti Georgii Oppidi Windesoræ, Saresbiriensis Diœcesis, in qua Sepulturam suam eligere intendit, ac infra Limites dicti Oppidi unum Hospitale pro Pauperibus & aliis Miserabilibus Personis inibi recipiendis & confovendis, Opere quidem Sumptuoso, de propriis Bonis suis Fundare & Construere, ac Capellam & Hospitale hujusmodi sufficienter Dotare, ipsámque Capellam Libris, Calicibus, & aliis Ornamentis Ecclesiasticis ad Divinum Cultum necessariis decenter Decorare,

Nos, cupientes ut Capella prædicta, in qua etiam præfatus Rex Septem Presbiteros, pro Missis qualibet Die celebrandis, deputari & institui facere intendit, congruis frequentetur Honoribus, ipsique & alii Presbiteri ad Missas hujusmodi celebrandum & alii Christi Fideles ad dictam Capellam visitandum eo libentiùs inducantur, quo ex hoc ibidem Dono cœlestis Gratiæ uberiùs conspexerint se refectos,

De Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus Auctoritate confisi, tàm Septem Presbyteris prædictis, quàm aliis qui inibi pro tempore celebraverint, & pro Statu præfati Regis, dùm Vitam duxerit in humanis, & postquam ab hac Luce migraverit, pro Animæ suæ Salute Deum oraverint, illam Indulgentiam, quam consecuntur celebrantes pro Defunctis in Capella Scalæ Cæli nuncupata, in Ecclesia Monasterii Triumfontium extra Muros Urbis, Cisterciensis Ordinis, Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, elargimur, A. D. 1496. Hen. 7.

Et insuper omnibus & singulis utriúsque Sexûs Christi Fidelibus verè Pœnitentibus & Confessis, qui Capellam prædictam singulis Diebus Dominicæ Quadragesimæ a Primis Vesperis usq; ad Secundas Vesperas inclusivè devotè visitaverint annuatim, & ut præfertur oraverint, Septem Annos & totidem Quadragenas de Injunctis eis Pœnitentiis misericorditer in Domino Relaxamus;

Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto, Kal. Martii, Pontificatûs nostri Anno tertio.

Phi. de Ponteajrus.

Sub Filis sericis rubei croceique Coloris.

Confirmatio, Ratificatio & Approbatio Pacis per Egregios Proceres & Gentes Trium Statuum Patriæ Linguæ Occitanæ.

A. D. 1495. An. 11. H. 7. Ex Autogr. In Nomine Domini Amen. Anno Incarnationis ejusdem Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Quinto, & die Jovis Intitulata Tertia Mensis Martii, Illustrissimo & Serenissimo Principe & Domino nostro Domino *Karolo*, Dei gratiâ, *Rege Francorum* Regnante.

Noverint universi et singuli, præsentes pariterque futuri, quòd, in Conventione seu Congregatione Trium Statuum in Villa Montispessullani, Mandato dicti Domini nostri *Francorum Regis* Congregatorum, Die Lunæ proximè præteritâ, ipsis Tribus Statibus totam Rempublicam totius Patriæ Linguæ Occitanæ Repræsentantibus, simul stantibus & unitis in Aula Superiori magnæ Logiæ stæ ante Fores Ecclesiæ beatæ Mariæ de Tabulis prædictæ Villæ Montispessullani eisdem Statibus, in quibus Præsidebat & Præsidet Reverendissimus in Christo Pater & Dominus Dominus *Archiepiscopus Narbonensis* & Primas, fuerunt præsentatæ Litteræ tàm Mysforiæ quàm Patentes per Magnificum Virum Dominum *Jacobum de Belua* Regium Consiliarium & Generalem Finantiarum Præsentis Patriæ Linguæ Occitanæ, A. D. 1496.

Quibus maximè Litteris Patentibus, Magno Regio Sigillo sigillatis, sub Contra-sigillo Cancellariæ sunt Alligati Articuli Pacis stabillitæ & firmatæ inter præfatum Christianissimum Dominum nostrum *Francorum Regem*, & Illustrissimum Principem Dominum *Henricum Anglorum Regem*, pro Consolatione eorumdem & Subditorum utriúsque Regnorum.

Quarum quidem Litterarum & Articulorum, dictis Literis Patentibus Alligatorum, Tenores sequuntur, & sunt tales,

A Nos

A.D. 1496. Hen. 7.

A Noz Amez & Feaulx & Treschers & bien Amez les Gens des Trois Estatz de nôtre Pais de Languedoc,
Depar le Roy.

Noz Amez & Feaulx & Treschers & bien Amez,

Pour ce que, par le Traicte de Paix derreinerement fait, prez *Boulongne sur la Mer*, entre Nous & nôtre Trescher & Tresame Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre*, nous nous sommes Submis & Obligez de Vous faire Consentir le dit Traicte, a ceste cause & que desirons nourrir & entretenir Amour entre Nous & nostre dit Frere, & Acomplir de nôtre Part tout ce que par icellui Traicte avons Promys, Nous vos prions bien acertes que vueillez consentir & avoir pour agreeable Icelluy Traicte en tous ses Poinctes, & Nous envoyez vôtre dite Consentement en la meilleure forme & le plustoust que vous pourrez, pour le faire Tenir a nôtre dit Frere, a fin que Luy & ces Subgectz congnoissent que Nous & les nôtres avons vouloir d'avoir Amour avec eulx, mais ne vueillez en ce faillir.

Donne a *Lyon* le Troisiesme Jour de Fevrier.

Ainsi Signe,
CHARLES DUBOIS.

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a noz Amez & Feaulx & Treschiers & bien Amez *les Gens des Trois Estats de nôtre Pays de Languedoc* Salut & Dilection.

Comme, puis aucun temps en ca, Nous aions fair certain Traicte & Appoinctement de Paix, concernant le Bien & Fait de la Chose Publicque de nôtre Royaume, avecques Treshault & Trespuissant Prince nôtre Treschier & Tresame Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre*,

Et, entre autres Choses, y aions Promis faire Confermer & Ratiffier par les Gens des Estatz de nôtre Royaume les Poins & Articles contenuz & declairez en Icellui Traictie, le Double du quel Nous envoyons attache a ces Presentes soubz le Contre-Seel de nôtre Chancellerie,

Et pour ce que estes de present Assemblez en nôtre Paiis de Languedoc, & que desirons singulierement tenir & accomplir la Promesse que sur ce avons faicte a nôtre dit Frere & Cousin, & tous les Poins & Articles contenuz en icellui Appoinctement estre Gardez & Observez selon leur Forme & Teneur, A.D. 1496. Hen. 7.

Nous voulons Vous Mandons & Commandons tresexpressement que iceulx Articles & Appoinctement vous voyez & visitez, & iceulx, en tant que a vous est, Confermez, Ratiffiez & Approuvez, & les Observez, Entretenez & Gardez, sans y faire aucun Restrinctions ou Difficulte,

Et de ce Nous envoyez Lettres de Ratiffication en Forme deue & auctentique, pour icelles envoyer & satistaire a la Promesse que avons faicte a nôtre dit Frere & Cousin,

Et Gardez que en ce n'ait faulte, car tel est nôtre Plaisir.

Donne a *Lion* le Huytiesme Jour de Feurier, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevings & Qinze, & de nôtre Regne le Treiziesme.

Par le Roy, Monseigneur *le Cardinal de Saint Malo*, vous Maistre *Pierre de Courthardy* Advocat, & autres Presens.

ROBERTET.

Philipus de Crevecuer Dominus des Querdes & de Launoy Marescallus Franciæ Locumtenens & Cappitaneus Generalis Domini nostri Regis in suis Patriis Arthesii & Picardiæ ac Miles sui Ordinis, *Ludovicus de Hallewin* Dominus de Piennes, *Franciscus de Caqin* Dominus de Dourrier, *Radulphus de Launoy* Dominus de Morviller, Milites, Consiliarii & Cambellani, *Johannes Dauffay* Consiliarius & Magister Requestarum Hospitii, Ambassiatores, Procuratores & Commissi in hac parte Serenissimi ac Metuendissimi Principis Domini nostri Supremi *Karoli*, Dei gratiâ, *Francorum Regis* Christianissimi, omnibus & singulis, præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Notum facimus quòd,

Cùm potiora mortalibus dona a Superis tradi nequeant quàm bona Pacis, & longo Rerum usu ac ratione semper cognitum sit Pacem esse Summum illud & præcipuum Munus quod humano generi conducere queat, satisque compertum sit quot Calamitates & Ærumpnæ passim è Bello exoriuntur, quot verò commoda Pax certa & stabilis undique attulerit,

Idcirco Nos, quantum fructûs & utilitatis Franciæ & Angliæ Regnorum Incolis

A. D. 1496. Hen. 7. colis ex Pace & Amicitia, antehac inter ipsorum Regnorum Reges & Principes initis & contractis, accreverit, plenè cognoscentes,

Nos, pro dicto Serenissimo Principe nostro *Francorum Rege* Christianissimo antedicto, suisque Hæredibus & Successoribus, atque ejus & eorum Nomine Auctoritate, *&c. ut supra in Literis de Confirmatione Tractatûs Dat. apud Stapulas supra Mare, Tertio Die Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo.*

Quibus per præfatum Dominum *Archiepiscopum Narbonensem* cum debito Honore Receptis, illico jussit Litteræ prædictæ Missoriæ Lecturam fieri per Egregium Virum Dominum *Gabrielem de Laye* Legum Doctorem alterum ex Procuratoribus dictæ præsentis Patriæ Linguæ Occitanæ,

Quâ factâ, illiúsque percepto Tenore, Gentes dictorum Trium Statuum, per Organum præfati *Domini Narbonensis* eorum Præsidentis, eidem Domino *Generali* Respondendum duxerunt, quibus Visis & Lectis dictis Litteris Patentibus & Articulis eisdem alligatis, facerent quæ deberent in sequendo præfati Domini nostri *Francorum Regis* bonum *Velle* & Mandatum,

Et consequenter, dictâ Die præsenti, Gentes dictorum Statuum, visis prædictis Litteris Patentibus & Articulis, illisque sanè intellectis, considerantes quòd Pax a *Priscis* Prosopoperia factâ Fide comitatâ describitur quæ lætos reddit Populos, Quâ mediante fit quod promittitur atque dicitur, estque Rerum Publicarum Fundamentum, quâ quidem Pace nil Mansuetius, nil Jocundius, nil Amabilius explanari potest, estque illa sola quæ peperit Quietem, & ex qua tot & tanta Bona proveniunt quæ nè dici nec explanari possunt, merito Cupientes dictam Pacem esse Sempiternam, illam & omnia in supra descriptis Articulis descripta, contenta, & inter dictos Serenissimos Reges seu eorum Ambaxiatores Convenia, pro ipsis & eorum in infinitum Successoribus Habitatorum dictæ Patriæ Occitanæ, quathinus eos tangit, Confirmaverunt, Approbaverunt, Ratificaverunt, & Tenore præsentis Instrumenti perpetuò valitura Confirmant, Ratificant & Approbant, in Præmissisque omnibus dictam Pacem concernentibus eorum præbuerunt & præbent Assensum, Promittentes etiam per ipsos & ipsorum quemlibet, Sollempni præstito Juramento, omnia prædicta Capitula Pacis, in dictis Articulis contenta, Observare & nullo pacto in futurum quavis Occasione vel Causâ Contravenire: A. D. 1496. Hen. 7.

De quibus omnibus universis & singulis prædictis dictæ Gentes dictorum Trium Statuum petierunt & requisiverunt ac fieri voluerunt Publicum Instrumentum per Nos Notarios Regios publicos infrascriptos.

Acta fuerunt hæc omnia prædicta in dicta *Villa Montispessullani* & infra Aulam superiorem dictæ Logiæ magnæ Montispessullani; Testibus præsentibus, Honorabilibus Viris, *Jacobo d'Andrea, Falcone de Falconibus, Cipirno Monacho, Milano Cassan* aliàs *Sandro*, Mercatoribus habitatoribus dictæ Villæ Montispessullani, & me *Stephano Pasquerii* Notario & Secretario Domini nostri Regis, ac Grefferio Trium Statuum Patriæ Linguæ Occitanæ,

Qui de Præmissis omnibus & singulis Requisitus, unà cum Discreto Viro Magistro *Anthonio Salamonis* Publico Auctoritate Regiâ Notario & Domûs Consulatûs Villæ Montispessullani Secretario, Notam sumpsi, ex qua hoc præsens verum & Publicum Instrumentum per alium michi fidelem extrahi, scribi, grossari, & in hanc publicam formam,

In illis tribus Pellibus sive Pergameni Petia simul Filo canapis albo sutis & junctis,

Quarum prima Pellis sivi Pergameni Petia incipit, in ultima sui Linea a Principio versus Finem computando, in ista Dictione Poterit, *& finit in eadem in ista Dictione* Comprehendi,

Secunda verò Pellis sive Pergameni Petia incipit, in Secunda sui Linea in ista Dictione Inermes, *& finit in eadem* Calesiæ,

Incipitque dicta Secunda Pellis sive Pergameni Petia in Penultima sui Linea in ista Dictione Dictæ, *finitque in eadem in ista Dictione* Generali,

Tertia enim Pellis sive Pergameni Petia, quæ est præsens & ultima, incipit in Prima sui Linea in ista Dictione Velle, *& finit in eadem in ista Dictione* A priscis,

Reddigi feci, *&, inde facto diligenti Collatione cum vera Originali Nota, & communicato cum dicto Magistro* Anthonio Salamonis *Notario & Secretario prædicto, hic me Manu propriâ subscripsi, & Signo meo Publico, quo in meis publicis & autenticis utor Instrumentis, sequenti signavi in Fidem Robur & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum.*

S. Pasquerii Not.

Ego

A. D. 1496. Hen. 7.

Ego verò idem Anthonius Salamonis, *Publicus Auctoritate Regiâ Notarius & Domûs Consulatûs Villæ Montispessulani Secretarius antedictus, in Præmissis omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, agerentur & fierent, interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, & de eisdem requisitus unà cum dicto Magistro* Stephano Pasquetii *Notario Secretario antenominato Instrumentum in Notam Recepi, a qua hoc præsens Verum & Publicum Instrumentum per alium extrahi, scribi, grossari, ac in hanc formam publicam in supradesignatis Tribus Pellibus sive Pergameni Peciis simul Filo canapis albo sutis & junctis Reddigi feci, & inde, facta decenti collatione cum dicta Originali Nota, & communicata cum* prædicto Pasquerii, *hic me Manu meâ propriâ subscripsi, Signum meum autenticum, quo dictâ Regiâ michi concessâ Auctoritate in meis publicis & autenticis utor Instrumentis seu Litteris, appanendo in Fidem Robur & Testimonium omnium & singularum Præmissorum.*

A. SALAMONIS.

In Testimonium verò quòd dicti Magistri *Stephanus Pasquerii* & *Anthonius Salamonis*, qui præcedens Aprobationis & Ratificationis Instrumentum in Notam sumpserunt, suisque antepositis & autenticis Signis signaverunt, sicut Notarii Auctoritate Regiâ quâ supra Publici & Grafferii (viz.) *dictus Pasquerii* Trium Statuum Patriæ Linguæ Occitanæ, & *dictus Salamonis* Domûs Consulatûs & Comunis Villæ Montispessullani, & ad ipsos & quemlibet ipsorum tamquam ad Notarios Publicos communis habeatur Recursus, quòdque Instrumentis Processibus & aliis Scripturis publicis, per ipsos confectis & suis prædictis Signis signatis, in Judicio & extra indubitata Fides adhibeatur, Nos *Guillielmus de Conce*, Consiliarius & Thesaurarius Guerrarum Domini nostri *Francorum Regis*, & pro eodem Gubernator Villæ & Baroniarum Montispessullani & Homeladesii, Sigillum nostræ Præsidialis Palatii Regis Montispessullani Curiæ autenticum huic præsenti Instrumento seu Litteris autenticis duximus impendendum, Die quintâ Mensis Martii, Anno Incarnationis Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto.

J. BAULOTZ Not.

Sigilla avulsa.

Pro Johanne Caboto & Filiis suis super Terra Incognita Investiganda.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Franc. 11. H. 7. m. 23.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

NOTUM SIT ET MANIFESTUM quòd Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, Dilectis Nobis *Johanni Cabotto* Civi Venetiarum, ac *Lodovico*, *Sebastiano*, & *Sancto*, Filiis dicti *Johannis*, & eorum ac cujuslibet eorum Hæredibus & Deputatis, plenam ac liberam Auctoritatem, Facultatem & Potestatem Navigandi ad omnes Partes, Regiones, & Sinus Maris Orientalis, Occidentalis, & Septentrionalis, sub Banneris Vexillis & Insigniis nostris, cum Quinque Navibus sive Navigiis, cujuscùmque Porturæ & Qualitatis existant, & cum tot & tantis Nautis & Hominibus, quot & quantis in dictis Navibus secum ducere voluerint, suis & eorum propriis Sumptibus & Expensis,

Ad Inveniendum, Discooperiendum & Investigandum quascùmque Insulas, Patrias, Regiones sive Provincias Gentilium & Infidelium, in quacumque Parte Mundi positas, quæ Christianis omnibus ante hæc tempora fuerunt incognitæ.

Concessimus etiam eisdem & eorum cuiliber, eorùmque & cujuslibet eorum Hæredibus & Deputatis, ac Licentiam dedimus Affigendi prædictas Banneras nostras & Insignia in quacùmque Villa, Oppido, Castro, Insula seu Terra firma a se noviter inventis,

Et quòd prænominati *Johannes* & Filii ejusdem, seu Hæredes & eorum Deputati quascùmque hujusmodi Villas, Castra, Oppida & Insulas a se inventas, quæ Subjugari, Occupari & Possideri possint, Subjugare, Occupare & Possidere valeant, tanquam Vasalli nostri & Gubernatores, Locatenentes & Deputati eorumdem, Dominium Titulum & Jurisdictionem eorumdem Villarum, Castrorum, Oppidorum, Insularum, ac Terræ firmæ sic inventarum, Nobis acquirendo;

Ita tamen ut ex omnibus Fructibus, Proficuis, Emolumentis, Commodis, Lucris & Obventionibus, ex hujusmodi Navigatione provenientibus, præfati *Jo-*

A. D. 1496. Hen. 7.

Johannes & Filii, ac Hæredes & eorum Deputati teneantur & sint obligati Nobis, pro omni Viagio suo, totiens quotiens ad Portum nostrum Bristolliæ applicuerint, ad quem omniod applicare teneantur & sint astricti, deductis omnibus Sumptibus & Impensis necessariis per eosdem factis, *Quintam Partem totius Capitalis Lucri sui facti* sive in Mercibus sive in Pecuniis persolvere;

Dantes Nos & Concedentes eisdem suisque Hæredibus & Deputatis ut ab omni Solutione Custumarum omnium & singulorum Bonorum ac Mercium, quas secum reportârint ab illis Locis sic noviter inventis, Liberi sint & Immunes.

Et insuper Dedimus & Concessimus Eisdem ac suis Hæredibus & Deputatis, quòd Terræ omnes Firmæ, Insulæ, Villæ, Oppida, Castra, & Loca quæcúmque, a se inventa, quotquot ab eis invenirè contigerit, non possint ab aliis quibusvis nostris Subditis frequentari seu visitari, absque Licentia *prædictorum Johannis* & ejus Filiorum, suorúmque Deputatorum, sub Pœna Amissionis tàm Navium sive Navigiorum quàm Bonorum omnium quorumcúmque ad ea Loca sic inventa Navigare præsumentium;

Volentes & strictissimè Mandantes omnibus & singulis nostris Subditis, tàm in Terra quàm in Mare constitutis, ut *præfato Johanni* & ejus Filiis ac Deputatis bonam Assistentiam faciant, & tàm in Armandis Navibus seu Navigiis, quàm in Provisione Commeatûs & Victualium pro sua Pecunia emendorum, atque aliarum Rerum sibi providendarum, pro dictâ Navigatione sumendarum, suos omnes Favores & Auxilia impartiantur.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Martii.

Per ipsum Regem.

Ratificatio Pacis per Tres Status Normandiæ.

A. D. 1495. An. 11. H. 7. *Ex Autogr.*

A Tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront ou orront, les Gens des Trois Estaz du Païis & Duche de Normandie, Salut.

Comme, puis n'agueres, *le Roy* Tresctestien nostre Souverain & Naturel Seigneur Nous ait fait sçavoir & escript d'aucuns ses grans Affaires, & mesmement que, touchant & concernant le Bien & Utilite de Luy & de la Chose Publique de son Royaume, il avoit Conclud & Accorde avecques Treshault & Trespuissant Prince *le Roy d'Angleterre* certain Traicte & Appointtement de Paix, du quel, ensemble des Poinctz & Articles contenuz en icelluy, le Roy nôtre dit Seigneur Nous a envoye le Double atache, soubz le Contre-Seel de sa Chancellerie, a certaines ses Lettres Patentes a Nous adrecans,

D'esquelles, ensemble des dits Articles, la Teneur s'ensuyt,

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a noz Amez & Feaulx & Treschiers & bien Amez les Gens des Trois Estatz de noz Païis & Duche de Normandie, Salut & Dilection.

Comme, puis aucun temps enca, Nous ayons Fait, Conclud & Accorde avec Treshault & Trespuissant Prince nôtre Treschier & Tresame Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre* certain Traicte & Appointtement de Paix concernant le Bien & Utilite de Nous & de la Chose Publique de nôtre Royaume,

A. D. 1496.

Le quel Traicte, Poinctz & Articles contenuz en icelluy (dont vous envoyons le Double cy atache soubz le Contre-Seel de nôtre Chancellerie) Nous ayons Promiz faire Confermer, Ratifier par les Gens des Troiz Estatz de nôtre dit Royaulme,

Pour ce est il que Nous, desirans singulierement entretenir & acomplir la Promesse que sur ce avons faicte pat le dit Traicte a nôtre dit Cousin, Voulons Vous Mandons & expressement Enjoignons que le dit Traicte & Appointement Poinctz & Articles d'icelluy vous voyez & visitez, & iceulz Ratifiez Confermez & Approuvez en tant que a vous est, & les Observez, Entretenez & Gardez, & faictes Observer, Entretenir & Garder, de Poinct en Poinct, selon leur Forme & Teneur, sans y faire aucune Restrinction ou Difficulte,

Et de ce Nous envoyez Lettres de Confirmation & Ratification en forme deue & auctentique, pour icelle envoyer & satisfaire a la Promesse que en avons faicte a nôtre Frere & Cousin comme dit est,

Et gardez que en ce n'ait faulte; Car ainsi nous plaist il estre fait.

Donne a *Amboise* le xxii. Jour de Feurier, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatre-

A.D. 1496. Quatrevingtz & quinze, & de nôtre Regne le xiii.
Hen. 7.

Ainsi Signe sur le Reploy,
Par le Roy,
Monseigneur *le Cardinal de Saint Malo*, vous Maistre *Pierre de Conotbardy* Advocat, & autres Presens.

Robertet.

Philippus de Creveeuer &c. ut suprà.

Ou quel Traicte, cy dessus Transcript & Insere, entre autres Choses, est contenu,

Que, pour la dite Paix & Amytie & pour tous les dites Poinctz & Articles en icelluy Traicte plus a plain specifiez estre perpetuelement, fermement, efficacement & inviolablement Gardez, Observez, Entretenez & Accompliz par les dits Roys & Princes & leurs Hoirs & Successeurs leurs Royaumes & Seigneuries, les Troiz Estatz & chascun des dits Royaumes de France & Angleterre ratifieront, approuveront, consentiront & acorderont, pour eulx & leurs Successeurs entretenir & acomplir par effect le dit Traicte & tous les dites Poinctz & Articles en icelluy comprins & declarez,

Et par le Roy nôtre dit Seigneur Nous a est & est expressement Mande & Commande & Enjoinct par ses dites Lettres ainsi le faire, & en bailler Lettres convenables & oportunes,

A la quelle fin il Nous a fait en ce present Mois de Mars principalement Convoquer & Assembler en sa bonne Ville & Cite de Rouen, A.D. 1496.

Savoir faisons que Nous, Representans tous les Prelatz, Clerge, Nobles & Communaltez du dite Pais & Duche de Normandie, avons, en la Presence de Maistre *Anthonie Charbonnier* Greffier des dits Troiz Estatz d'icelluy Pais & Duche de Normandie, & pour entierement complaire & obeyr au Roy nôtre dit Seigneur, & de son exprez Mandement & Commandement, Ratifie, Approuve, Consenty & Acorde, & par ces mesmes Presentes Ratifions, Appprouvons, Consentons & Accordons, pour Nous & noz Successeurs en tant que en Nous est, le dit Traicte de Paix & de Amytie, avecques tous les Poinctz & Articles dedens contenuz & declarez jouxte & selon leur Forme & Teneur. Hen. 7.

En Tesmoing des quelles Choses Nous avons, a nôtre Requeste, fait signer par *le dit Greffier* ces dites Presentes de sa Main, & a icelles mettre & apposer les grans Seaulx du Bailliage & des Obligations de la dite Ville & Cite de Rouen.

Donne en icelle *Ville & Cite*, la Convention Generale des dites Troiz Estatz d'icelluy Paiis & Duche de Normandie illec seant, le Cinquiesme Jour du dit Mois de Mars, l'An de Grace Mille, Quatre Centz, Quatrevingtz & quinze.

Aharbomer.

Sub Sigillis Duobus Ceræ nigræ, pendentibus a Caudis Pergamenæ.

Ratificatio Pacis per Tres Status Rouergne.

A.D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

JO. *Bannes* de Nova Villa Miles, Dominus de Nova Villa de Luco & de Rayguades, Consiliarius & Cambellanus Domini nostri Regis, ejúsque Senescallus Ruthen Universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm dictus *Dominus noster Rex* Nobis transmiserit Dupplicatum Articulorum, Tractatûs & Appunctuamenti Pacis inter eum & Serenissimum, Altissimum & Potentissimum Principem *Regem Anglorum*, Nobis Mandando & Injungendo, per suas Patentes Literas, quatinus Gentes Trium Statuum nostræ Senescalciæ congregari, dictósque Articulos, Tractatum & Appunctuamentum diligenter Videri & Visitari atque Confirmari, Ratifficari, Approbari & Observari, absque Infractione per dictas Gentes Trium Statuum, faceremus, in sequendo extenta dictorum Attieulorum, quarum Literarum virtute, ac etiam dictorum Tractatûs & Appunctuamenti Pacis, hiis Præsentibus sub Sigillo Regio nostræ Senescalciæ alligatatum, Congregationem dictarum Gentium Trium Statuum in Villa Ruthene benè solempniter in magno & sufficienti Numero ibísque dictos Articulos Tractatum & Appunctuamentum Pacis debitè Videri & Visitari fecimus, A.D. 1496.

Quibus Visis & Gustatis tamquam Agreabiles & multùm Utiles pro Bono & Fruictione Pacis & totius Reipublicæ Regni Franciæ, dictas Gentes Trium Statum Deum & Creatorem laudantes, liberaliter cum maximo zelo & affectu boni animi præfatos Attieulos Tractatum & Appunctuamentum Confirmaverunt, Ratifficaverunt & Approbaverunt

A. D. 1496. Hen. 7. secundùm eorum Formam & Tenorem, & Nos in sequendo Tenorem dictarum Litterarum, Potestatem nostram super Præmissis continentium, pro Securitate & maxima Approbatione effectûs dicti Tractatûs & Appunctuamenti, Ipsos similiter Ratifficavimus, Confirmavimus & Approbavimus, Ratifficamúsq; Confirmamus & Approbamus per Præsentes,

Mandantes & Injungentes omnibus Justiciariis, Officiariis & Subditis dicti Domini nostri Regis & eorum cuilibet, quatinus dictos Articulos, Tractatus & Appunctuamenta & omnia in eisdem contenta Inviolabiliter Custodiant & Observent, faciántque Custoditi & Observari, de Puncto ad Punctum, absque ulla Infractione.

In cujus Rei Testimonium Præsentes Sigillo Regio nostræ Senescalciæ sigillari, & per Grafferium dictarum Gentium Trium Statuum & eorum expresso Jussu signari fecimus, Die Sexta Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Quinto. A. D. 1496. Hen. 7.

I. de Neufville.

De Mandato dicti Domini Senescalli.
Gerricheti *Notarius Regis.*
Sub Sigillo papiro obducto pendente a cauda pergamenæ.

Philippus de Crevecueur &c.

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France* au *Seneschal de Rouergne* ou a son Lieutenant, Salut.

Comme puis aucun temps &c.

Ratificatio Pacis per Tres Status de Caours.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

Raymundus Baro de Cardilhaco, Dominus Castrorum & Castellaniarum Sancti Cirici de Popia de Biatcio de Sieutaco, Consilliarius & Cambellanus Domini nostri Regis Ejúsque Senescallus Carturcen. universis, præsentes Litteras Inspecturis, Salutem.

Cùm *dictus Dominus noster Rex* Nobis transmiserit Dupplicatum Articulorum, Tractatûs, & Appunctuamenti Pacis inter eum & Serenissimum, Altissimum & Potentissimum Principem *Regem Anglorum*, Nobis Mandando & Injungendo, per suas Patentes Literas, quatenus Gentes Trium Statuum nostræ Senescalciæ Congregari dictos Articulos, Tractatum, & Appunctuamentum diligenter Videri & Visitari, ac Confirmari, Ratifficari, Approbari & Observari absque Infractione per dictas Gentes Trium Statuum faceremus, in sequendo contenta dictorum Articulorum, quarum Literarum virtute ac etiam dictorum Tractatûs & Appunctuamenti Pacis hiis Præsentibus sub Sigillo Regio nostræ Senescalcis alligatorum, Congregationem dictarum Gentium Trium Statuum, in villa & Civitate Caturcii, benè solemniter, in magno & sufficienti Numero, ibique dictos Articulos Tractatum & Appunctuamentum Pacis debitè Videri & Visitari fecimus,

Quibus visis & gustatis, tamqnam Agreabiles & multum Utiles pro Bono & Fruictione Pacis & totius Reipublicæ Regni Franciæ, dictæ Gentes Trium, Statuum, Deum & Creatorem laudantes, liberaliter cum maximo Zelo & Affectu boni animi præfatos Articulos Tractatum & Appunctuamentum Confirmaverunt, Ratifficaverunt & Approbaverunt secundùm eorum Formam & Tenorem, & Nos, in sequendo Tenorem dictarum Literarum, Potestatem nostram super Præmissis continentium, pro Securitate & maxima Approbatione effectûs dicti Tractatûs & Appunctuamenti, ipsos similiter Ratifficavimus, Confirmavimus & Approbavimus, Ratifficamúsque Confirmamus, & Approbamus per Præsentes, A. D. 1496

Mandantes & Injungentes omnibus Justiciariis & Officiariis & Subditis *Domini nostri Regis* & eorum cuilibet quatenus dictos Articulos, Tractatum & Appunctuamentum, & omnia in eisdem contenta, inviolabiliter Custodiant & Observent, faciéntque Custodiri & Observari, de Puncto in Punctum, absque ulla Instactione.

In cujus Rei Testimonium præsentes dicto Sigillo Regio nostræ Senescaliæ Sigillari, & per Grefferium dictarum Gentium Trium Statuum de eorum expresso Jussu signari fecimus, Die Decima Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Quinto.

De mandato & expresso Jussu dictorum Dominorum Senescalli & Gentium Trium Statuum.

Falqin *Notarius Grapherius dictorum Statuum.*

Sub Sigillo Papiro obducto pendente a cauda pergamenæ.

Charles

A. D. 1496. Hen. 7.

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, *au Seneschal de Quercy* ou son Lieutenant, Salut.

Comme, puis aucun temps eu ca, Nous aions fait certain Traictie & Appointement de Paix, concernant le bien & fait de la Chose Publicque de nôtre Royaume, avecques Treshault & Trespuissant Prince nôtre Treschier & Tresame Frere & Cousin *le Roy d'Angleterre*,

Et, entra autres Choses, y aions Promis faire Confermer, Ratiffier & Approuver par les Gens des Estatz de nôtre Royaume les Poincts & Articles contenuz & declairez en icellui Traictie, le Double du quel vous envoyons attache a ces Presentes soubz le Contre Seel de nôtre Chancellerie,

Et pour ce que desirons singulierement entretenir & acomplir la Promesse que sur ce avons faicte a nôtre dit Frere & Cousin,

Nous Voulons, vous Mandons, Commandons, & expressement Enjoignons que vous Mandez fair Venir & Assembler en nôtre Ville de Cahours, & autres Villes & Lieux que verrez estre a faire, des Gens d'Eglise Nobles Burgeois manans & habitans des bonnes & Lieux de vôtre dite Seneschancie, Telz & en telz Nombre que adviserez, & iceulx ainsi Assemblez Voyez & faictes Veoir & Visiter les dits Articles, Traictie & Appointement, & Iceulx Confermez, Ratiffiez, Approuvez, & les Observez Entretenez & Gardez, sans y faire aucune Restrinction ou difficulte, & de ce Nous envoyez Lettres de Confirmation & Ratifficatiou en forme deue & auctentique, pour Icellui envoyer & satisfaire a la Promesse que avons faicte a *nôtre dit Frere & Cousin*.

Et Gardez que en ce n'ait faulte; Car tel est nôtre Plaisir.

Donne *a Amboise* le xxii. Jour de Feurier l'An de Grace Mille Quatrecens Quatrevings & quinze, Et de nôtre Regne le Treziesme.

Par le Roy.

Monsigneur *le Cardinal de Saint Malo*, Vous Maistre *Pierre de Courthardy* Advocat, & autres Præsens.

ROBERTET.

Philippus de Crevecueur &c.

Ratifficatio Pacis per Tres Status de Agenoys.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

ROBbertus *de Balsaco*, Dominus de Interaquis Sancti Amantii de Dious & de Inys ejúsque Senescallus Agennensis & Vasconiæ Commissariúsque in hac parte Auctoritate Regiâ Depputatus, mediantibus Litteris Regiis nostræ Commissionis, quibus hæ nostræ Præsentes Revereoter alligantur, Universis & Singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

NOTUM FACIMUS & Tenore Præsentium ATTESTAMUR quòd,

Cùm *Dominus noster Rex* Nobis transmiserit Duplicatum Articulorum, Tractatûs, & Appunctuamenti Pacis inter eum & Serenissimum, Altissimum & Potentissimum Principem Regem Anglorum, Nobis Mandando & injungendo, per Patentes Literas nostræ Commissionis, quatenus Gentes Trium Statuum Senescalliæ nostræ congregari dictos Articulos Tractatum & Appunctuamentum diligenter Videri & Visitari ac Confirmari, Ratificari, Approbari & Observari, absque Infrictione per dictas Gentes Trium Statuum faceremus,

Quarum Literarum virtute & etiam dictorum Tractatûs & Appunctuamenti Pacis hiis nostris Præsentibus sub Sigillo Regio nostræ Senescaliæ alligatorum, Congregationem dictorum Trium Statuum in Villa & Civitate Agenni benè solempniter in bono & sufficienti Numero, ibique dictos Articulos Tractatum & Appunctuamentum Pacis debitè videri & visitari fecerimus,

A. D. 1496.

Quibus inspectis & Gustatis, tamquam Agreabiles & multùm Utiles pro Bono & Fruitione Pacis & totius Reipublicæ Regni Franciæ,

Dictæ Gentes Trium Statnum,

Deum & Creatorem laudantes, liberaliter Attendentes quòd nil fœcundius & desiderabilius quàm ipsa Pax & Amicitia, quæ semper per Auctorem nostrum dùm in Terris pro Salute Hominum degeret fuit præcipuè Prædicata, nam Stabile Regnum est quod Pace firmatur, & si Pax acreverit cætera Mala & cætera dilabuntur, & Homines Virtutibus & Bonis terrenis & cœlestibus augmentantur, Annuentes etiam Voluntati & Beneplacito *dicti Domini nostri Regis*,

Cum maximo zelo & affectu boni animi, Præffatos Articulos Tractatum & Appunctuamentum Confirmaverunt, Ratifica-

A. D. 1496 Hen. 7. tifficaverunt & Approbaverunt fecundùm eorum Formam & Tenorem, & Nos, infequendo Tenorem ipfarum Literarum noftræ Commiffionis, pro Securitate & maxima Approbatione effectûs dicti Tractatûs & Appunctuamenti, ipfos fimiliter Ratifficavimus, Confirmavimus & Approbavimus, Confirmamúfque & Ratifficamus per Præfentes,

Mandantes & Injungentes omnibus Jufticiariis & Officiariis ac Subditis Domini noftri Regis & eorum cuilibet quathinus dictos Articulos Tractatum & Appunctuamentum, & omnia eifdem contenta, teneant Inviolabiliter & obfervent abfque aliqua Infrictione.

In cujus rei Teftimonium Præfentes Literas Sigillo auctentico dictæ noftræ Senefcaliæ figillari & per Grafferium Curiæ Infrafcriptum fubfignari fecimus & Mandavimus.

A. D. 1496. Hen. 7. Act. & Dat. *Agen*. Die Decimo Sexto Menfis Martii Anno Domini Millefimo, Quadringentefimo, Nonagefimo Quinto.

De Mandato dicti Domini Senefcalli & expreffo confenfu Gentium dictorum Trium Statuum.

NURANDI *Notarius Grafferius.*

Sigillo avulfo.

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France* au Senefchal d'Agenoys, ou fon Lieutenant, Salut.

Comme puis aucun temps &c.

Philippus de Crevecueur &c.

Ratifficatio Pacis per Tres Status de Poiction.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr. ANdre Devuionne Chevalier Seigneur de Lachafteignerare Confeiller & Chambellan du Roy nôtre Sire & fon Senefchal en Poictou a tous ceulx, qui ces prefentes verront, Salut.

Comme, au moien des Lettres Patentes du Roy nôtre dit Seigneur, a Nous ou a noftre Lieutenant adroiffans, & en obtemperant a Icelles, aufquelles ces Prefentes font atachees, foubz le Seel aux caufes de la dicte Senefchaucee, Nous ayons Mandez venir & eulx affembler par davant Nous en cefte Ville de Poictiers Cappital de la dite Senefchaucee les Gens d'Eglife, Nobles, Bourgeoys, Manans & Habitans des bonnes Villes & Lieux d'icelle Senefchaucee, en Nombre compettant, pour Veoir & Vifiter les Articles Traicte & Appoinctement aus dittes Lettres & a ces dictes Prefentes atachees, & Iceulx Confirmer, Ratiffier & Approuver.

SAVOIR FAISONS que, pour la ditte Affignation & Mandement, fe font ce Jourduy comparuz par davant Nous ou nôtre dit Lieutenant en cefte dite Ville de Poictiers les Gens d'Eglife & Nobles du dites Paiis, ou Procureurs pour eulx par Procurations efpecialles ad ce, en grant nombre, Auffi les Maire Bourgeoys & Efchevyns de cefte dite Ville de Poictiers, & de Celles de Nyort, Fonrenay, le Comte, & Sainct Maixant, enfemble les Manans & Habitans des Villes de Thouars, Partenay, Chaftelleraud, & de plufieurs autres Lieux en autre grant Nombre faifant enfemble les Troys Eftatz de ce dit Paiis Comte & Senefchaucee de Poictou,

A. D. 1496.

Apres la quelle Affemble & Comparution ainfi faicte, & que avons publicquement en icelle affemble exhibe les dites Lettres d'icelles & des dictz Articles qui font mention du Traictie & Appoinctement de Paix fait entre *le Roy nôtre dit Seigneur* d'une Part, & Trefexcellent & Trefpuiffant Prince *le Roy d'Angleterre* d'autre, ou leurs Ambaffadeurs & Commis,

Nous & les dictz Eftatz, ainfi Affemblez que dit eft, Veuz & Vifitez au long les ditz Articles, Traicte, & Appoinctement, Iceulx avons, auffi les ont les ditz Eftatz Confirmez & Approuvez:

Promectons auffi ont ilz Promis en bonne Foy les Obferver, Entretenir & Garder, fans y faire aucune Infraction par maniere qui foit, & de ce, par tant que meftier feroit, avons les Eftatz fufditz, ainfi Affemblez, Jugez & Condemnez de leur confentement & volunte.

En Tefmning de ce Nous avons a ces dittes Prefentes fait mettre & appofer le Seel aux caufes de la dicte Senefchaucee, Icelles Signees du Seing de notre dit Lieutenant, & fait Signer du Greffier Ordinaire d'icelle Senefchaucee, ou de fon Commis, le Vingt huitiefme Jour du Moys de Mars, l'An de Grace Mille

A. D. 1496. Hen. 7. Mille Quatrecens Quatre vingts feze avant Pasques.

N. Royzand.

Brunet. *Comms du Greffier luy absence.*

Sub Sigillo ceræ rubræ Papiro obducto pendente a cauda Pergamenæ.

Philippus de Creuecueur &c.

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France* au Seneschal de Poictou ou a son Lieutenant, Salut.
Comme puis aucun temps &c.

Sub Sigillo Magno Pergamenâ obducto pendente.

Ratificatio Pacis per Tres Status de Perigot.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

Galterius de Perucia Dominus de la Vanguyon de Variana & de la Coussiere Consiliarius & Cambellanus Domini nostri Regis ejúsque Senescallus Petragoricensis universis & singulis, præsentes Litteras Inspecturis, Salutem.

Cùm dictus Dominus noster Rex nobis transmiserit duplicatum *&c. prout in Ratificatione Pacis de Caours.*

In cujus Rei Testimonium Præsentes dicto Sigillo Regio nostræ Senescalciæ sigillari, & per Graffarium dictarum Gentium Trium Statuum de eorum expresso jussu signari fecimus, Septima Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Sexto.

Johannes Tricardi Notarius Judex, Major & Locumtenens Natur.

De Precepto Jussu & Mandato dictorum Dominorum & Gentium Trium Statuum.

G. Foulcandi. *Scriba.*

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France* au *Senechal de Perigort* ou a son Lieutenant, Salut.
Comme puis aucun temps *&c. ut supra.*

Philippus de Crevecœur &c. ut in prioribus.

Obligatio Comitis de Nassau pro Observatione Tractatus Amicitiæ & Intercursus inter Henricum Septimum Angliæ & Philippum Arcbiducem Austriæ.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

Omnibus Christi Fidelibus, præsentes Litteras inspecturis, visuris vel audituris *Engelbertus de Nassau & de Vianda Dominus de Breda de Grunberghe* &c. Salutem in Domino Sempiternam.

Cùm inter Illustrissimum Principum *Henricum*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæque Regem & Dominum Hiberniæ* ex una, & Serenssiimum Principem *Philippum*, eâdem gratiâ, *Austriæ* Archiducem *Burgundiæ* Ducem &c. ex altera Partibus, quædam Amicitiarum, Intelligentiarum & Mercium Intercursus Mercatorúmque Communicatio, ac Alia etiam eosdem Principes & Subditorum suorum Regnorum Patriarúmque Utilitatem concernentia Tractatus & Fœdera, de Data Vicesimo quarto Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Nonagesimo quinto, Londoniis, inita, conventa, conclusa & determinata fuere,

Quos quidem Tractatus Amicitiarum & Mercium Intercursûs Vidimus & Intelleximus ac pro hic insertis haberi volumus,

Noveritis Nos, ad Requestam & Mandatum *præfati Domini Archiducis* ac suarum Literarum Nobis in ea parte directarum & deliberatarum, quas hic pro insertis ut dictum est haberi volumus, contemplationem, bonâ Fide Promisisse præfato Illustrissimo Principi *Henrico Angliæ Franciæque Regi & Domino Hiberniæ*, ejúsque Hæredibus & Successoribus, sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsencium & futurorum Obligâsse, sicque per Præsentes Promittimus & Obligamus quòd effectualiter Procurabimus, Instabimus, &, quantum in Nobis erit, Efficiemus

A. D. 1496. Hen. 7. ciemus quòd *idem Dominus noster Archidux* ejúsque Hæredes & Successores omnia & singula prædicta tàm Amicitiarum quàm Mercium Intercursus, omniáque & singula in eisdem contenta & specificata, benè, plenè & fideliter Tenebunt, Observabunt & Perimplebunt, ac per suos Subditos & Vasallos, quatenus eos concernunt, aut in posterùm concernent, benè & fideliter facient Teneri, Observari & Adimpleri, in Contravenientes Justitiam ministrabunt seu ministrari facient.

In cujus rei Testimonium Nos has præsentes Litteras Manu propriâ subscripsimus, & Sigillo nostro munivimus.

Datum *in opido Bruxellen.* Die Octavâ Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Sexto post Pasca.

E. de Nassau.

Dordrassen alias Dordrigst.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

Omnibus Christi Fidelibus, præsentes Literas inspecturis, visuris vel audituris, *Burgimagistri, Scabini ac Consules, Opidi Dordracensis*, Salutem in Domino sempiternam.

Cùm, inter Illustrissimum Principem *Henricum*, Dei gratiâ, *Angliæ Franciæque Regem & Dominum Hiberniæ*, ex una, & Serenissimum Principem *Philippum*, eâdem gratiâ, *Austriæ Archiducem Burgundiæ &c.* ex altera Partibus, quædam Amicitiarum, Intelligentiarum & Mercium Intercursus, Mercatorúmque Communicatio, ac alia etiam, eosdem Principes & Subditorum suorum Regnorum Patriarúmque Utilitatem concernentia, Tractatus & Fœdera, de Data Vicesimo quarto Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto, Londoniis, inita, conventa & determinata fuere,

Quiquidem Tractatus Amicitiarum & Mercium Intercursûs Vidimus & Intelleximus, & pro hic insertis haberi volumus,

Noveritis Nos, ad requestam & Mandatum *præfati Domini Archiducis*, ac suarum Literarum Nobis in eâ parte Directarum & Deliberatarum, quas hic pro insertis ut dictum est haberi volumus, contemplationem, bonâ Fide Promisisse præfato Illustrissimo Principi *Henrico Angliæ Franciæque Regi & Domino Hiberniæ*, ejúsque Hæredibus & Successoribus, sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum præsentium & futurorum Obligâsse, sicque per Præsentes Promittimus & Obligamus, quòd effectualiter Procurabimus, Instabimus, ac, quantum in Nobis erit, Efficiemus quòd idem *Dominus Archidux*, ejúsque Hæredes & Successores, omnia & singula prædicta tàm Amicitiarum, quàm Mercium Intercursûs, omniaque & singula in eis contenta & specificata, benè, plenè & fideliter Tenebunt, Observabunt & Perimplebunt, ac per suos Subditos & Vasallos, quatinus eos concernunt, aut in posterùm concernent, benè & fideliter facient Teneri & Observari & Perimpleri; in Contravenientes Justitiam Ministrabunt, seu Ministrari facient.

In cujus rei Testimonium Nos has præsentes Literas Sigillo ipsius Opidi munivimus.

Datum *in opido Dordracen.* Die Octava Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Sexto, post Pasca.

De Ratificando, per Gentes de Monstereau ou Fault Dyonne.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

A Tous Ceulx, qui ces presentes Lettres verront, *Pierre de Lorrain*, Garde de par le Roy nôtre Seigneur du Seel de la Chastelenie de Monstereau ou Fault Dyonne, Salut.

Savoir faisons que, par devant *Michel de Seint Dennis* Clerc Tabellion Jure, commis & estably de par le Roy nôtre dit Seigneur a ce faire en la dite Chastelenie, vinrent & furent presens Venerable & Discrectes Personnes Maistres *Germain Regnard* Presbitre Doyen en l'Eglise Collegial nôtre Dame du dit Monstereau, *Jehan le Lorran* Chantre en la dite Eglise, *Estienne Deblangis*, *Jaques*

A. D. 1496. Hen. 7. *Jaques Desprez*, Messires, *Jehan Hemard*, *Jehon Gentilz*, *Nicolle Vincent*, tous Presbitres & Chanoines en la dite Eglise, *Maistre Martin Girard* Presbitre Cure de la dite Eglise & Ville du dit Monstereau, Noble Homme *Nicollas du Bouchet*, Escuier, Seigneur de Spaillarz en Brye, Religieuse & Honneste Personne Fratre *Jehan de Glatigny* Presbitre Religiense de Saint Martin du Tertre lez le dit Monstereau, ou nom & comme Procureur de Fratre *Mathieu Bounot* Presbitre Prieur du dit Saint Martin suffisanment fondede Lettres Procuratoires, Honnorables Homes *Thomas Danjam* Esleu Commis pour le Roy nôtre Seigneur au dit Monstereau, *Jehan Regnault* Prevoste en Garde au dit Lieu, *Jehan du Pre* Procureur de la Ville & Communaulte le dit Monstereau *Laurens de Nony*, *Denis Lemberd*, *Michel Mallard* Commis au Gouvernement de la dite Ville, *Giles de Ville* Commis du Recepneur de Meaulx au dit Monstereau, *Nicollas Goyer*, *Jehan Barbet*, *Loys Hemard*, *Guillaume Cheurier*, *Pierre Baladin*, *Jehan Troissy*, *Jehan Greau*, *Jehan Prieur*, *Symonnet Guillot*, *Thomas Symord*, *Giles de Ville* Marchal, *Thomas Choloppin*, *Jehan Moreau* Mercyer, *Thibault Thiboult*, *Pierre Roncellet*, *Gilet Fautier*, *Guille Carnay*, *Regnault Gollopin*, *Pierre Moureau*, *Jehan du Puys*, *Guille de Nony*, *Jecan Seuxon*, *Jiban de Lestre*, *Christot. Mare*, *Theuem Fautrier*, *Jehan de Bruges*, *Thomas le Normant*, *Jeoan Coac*, *Estienne Machefer*, *Jehan Pigion*, *Anthoine Desoreaulx*, *Guille Deblaugis*, tous Bourgois Marchans manens & habitans de la dite Ville du dit Monstereau, faisans & representans le plus grant & seine Partie des Habitans de la dite Ville & Communaulte d'icelle, & *Pierre Cherruau Estienne Pellart* Provisenrs & Procureurs de la Fabrice & Eglise de Ballereces en Brye, faisans pour la Ville & Communaulte e dite Vallenees, *Denis Moureau* & *Michau Belligant* Procureurs & Proviseurs de l'Eglise & Parroisse de Forges en Brye faisans pont la dite Parroisse & Communaulte d'icelle, *Guille Maucoulx* Comme Prevoste & Procureur au Plessis lez Forges pour les Seigneurs de la Chappelie Royal nôtre Dame du Vimer en Brye, *Alexandre Durant* & *Posquet Chappeau* Comme Procureurs & Proviseurs de l'Eglise & Parroisse de Saint Jehan lez le dit Monstereau, *Estienne le Roy*, & *Guille Berd Faune* Comme Provisenrs & Procureurs de l'Eglise & Parroisse Decans & les Bordes, *Jehan Heruyer* & *Collin Pecard* Comme Procureurs & Proviseurs de l'Eglise & Parroisse de Varennes, faisans & Representants pour tous les Manans & Habitans des dites Villes & Parroisses dessus nommees & suffisaument fondez de Lettres Procuratoires, des qelles il est de apparu au dit Jure, A. D. 1496. Hen. 7.

Tous les quelz dessus nommez assemblement & tant cojoinctement comme divisement, es dits Noms & chascun endroyt soy pour les dites Parroisses Eglises Nobles Marchans & Communaultez d'icelles, Firent, Nomerent, Constituerent, Ordonnerent & Establirent leurs bien Amez, Procureurs, Generaulx & certains Messages especiaulx, Venerable & Discrette Personne Maistre *Jehan le Lorran* Presbitre Chantre de l'Eglise le dir Monstereau, *Jehan du Pre* Procureur & Receveur de la dite Ville & Communaulte du dit Monstereau, & *Pierre Roncellet*,

Ausquelz & a chascun d'eux par soy & pour le tout portant ces Presentes Donnans & Octroyans les dits Constituans plain Povoir, Auctorite, Puissance & Mandement especial, de estre & comparoir pour eulx, es dits Noms & pour les dites Villes, Parrosses & Communaultez, pardevant Monsieur *le Bailly de Meaulx*, ou son Lieutenant au dit Meaulx & a Provins, pour Illec eslire aucuns d'eulx ou d'autres des dites villes & Gens d'Eglise Nobles & Bourgeois & Marchans manans & habitans d'icelle Villes & Parroisses de la Chastelle du dit Monstreau, pour aller & assister au dit Meaulx avecques autres Gens des dites Estatz du dite Balliage par eulx esluez, ou par eulx mesmes, se messier est, assister & estre presens a la Vision des Articles envoyez par *le Roy nôtre Seigneur* a mon dit Seigneur *le Bailly* ou son Lieutenant General aut dit Meaulx, & Lettres Patentes du Roy nôtre dit Seigneur contenens Tractie & Paix fait entre *le Roy nôtre dit Seigneur* & *le Roy d'Angleterre*, iceulx Articles & le contenu en icelles Consentir, Ratiffier & Approuver, & des dits Consentemens, Ratification & Approbation en passer & Lettres telles & selon que le Roy nôtre dit Seigneur le Maunde & Ordonne par ses dittes Lettres Patentes, & se mestier est Obliger par Icelles tous les Biens Meubles & Inmeubles des dits Constituans a des dits Habitans des dites Eglises Villes & Communaultez d'icelles, a Tenir & avoir Agreable, Ferme & Estable les dites Consentemens Ratification & Approbation dessus dites par la maniere que dit est dessus,

Et

A. D. 1496. Hen. 7.

Et en oultre ont Donne les dits Constituons, es dits Noms, a leurs dits Procureurs plain Pouoir, Auctorite, Puissaunce & Mandement especial de Substituer Procureut ung ou plus ceulx qui ayont le Pouoir dessusdit tant en general comme en patticullier,

Promectans les dits Coustituans, es dits Noms assemblement, & tant coujoinctement comme divisement, par leur Foy & Seremens, & soubz Obligation & Soubmission de tous leurs Biens & Temporelz Meubles & Inmeubles presens & advenir, les quelz ilz & chascun d'eux en droyt soy eu soubmisfrent a la Jurisdiction, Force & Contraicte *du Roy nôtre Seigneur*, & a toutes outres, a Tenir & avoir Agreable Ferme & Estable a tous Jours tout ce que par leurs dits Procureurs & ung chascun d'eux esleuz commis & substituez par eulx sera Fait, Dit, Esleu, Consenty, Ratifie & Approuve, Passe, Conclu & autrement Besongne en toutes les Choses dessus dittes leurs Circumstances & Deppendences, & a Rendre & Payer chascun eu droit soy les Adjugez, se mestier est, presens a ce faire avecques le dit Jure, *Collas Pennet*, *Jehan Godin* le Jeune, *Jehan Gourgion*, *Estienne le Picart*, & autres.

En Tesmoing de ce Nous Garde dessusdits au Rapport & Seing Manuel du dit Jure avons mis a ces presentes Lettres Procuratoires le Seel & Contre Seel de la dite Chastelenie.

Donne & Fait au dit *Monsterean* le Jeudi quatorriesme Jour du Moys d'Auril, l'An Mille, Quatre Cens, Quatre Vingtz & Seize apres Pasques.

M. de Saint Denis.

Sub Sigillo Ceræ nigræ pendente a Cauda Pergamenæ.

Ratificatio Pacis per Tres Status d'Amiens.

A. D. 1495. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

A Tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, *Arthur de Longueval* Chivalier Seigneur de Theveilles Conseillier Chambellan du Roy nôtre Seigneur & son Bally d'Amiens, Salut.

Savoir faisons que, en Obeissant au contenu es Lettres Patentes du Roy nôtre Seigneur, par Lui a Nous adresses, au marge des quelles ces presentes sont attachees, soubz le Contre-Seel du dit Bailly, Nous avons fait convoquier & appeller, pardevant nous, enceste Ville d'Amiens, les Prelatz, Evesques, Abbez, Doyens, & Chiefz, d'Abbeyes, Chappeles & Eglises Collegialles pour l'Estat de l'Eglise, les Barons, Chivaliers, Banneretz & Bachelers, Escuiers & autres Nobles pour l'Estat de Noblesse, & les Majour, Eschevins, Burgois & Gouverneur de Police des bonnes Villes & Chastellaries pour le Tiers & commun Estat des Mettes du dit Bailly,

Aus quelz Troiz Estatz le Jourduy comparans en la Ville & Cite d'Amiens en grant Nombre, & faisans la greigneur & plus saine Partie des dites Troiz Estatz pardevant nous acompaignie de nôtre Lieutenant General, des Advocatz, Procureurs & Conseilliers du Roy nôtre dit Seigneur ou dir Bailly, & aussi de *Heuard le Clerc* & *Ame Damual* Auditeurs Royaulx comme ou dit Bailly, pour a ce estre presens, par Nous appellez par la bouche de Maistre *Robert de Fontaines* Licentiate es Loix l'un des ditz Advocatz du Roy,

A. D. 1496.

Nous avons fait expose la Cause de la dite Assemble, & par Maistre *Jacques Grout* aussi Licentiate es Loix nostre second Lieutenant fait lirre au long le contenu es dites Lettres Royaulx & es Articles en Pappier y actachiez soubz le Contre Seel de la Chancellerie du Roy nôtre dit Seigneur, contenant le Traictie de Paix conclu & accorde entre le *Roy nôtre dit Seigneur* & Treshault & Puissant Prinche *Henry Roy d'Engleterre*, pour Eulx, leurs Royaulmes, Paiis & Subgectz; les quelz Estatz, apres iceulx Articles par eulx opz & entendus, considerans le Bien & Utilite de la dite Paix, ont unifotmemens & sans aucune difficulte ou contredit declaire icellui Traictie tout selon le Teneur des ditz Articles avoir Agreable, & en tant que en eulx est selon le bon plaisir du Roy nôtre dir Seigneur les ont confermez Ratiffiez & Approuvez en tous leurs Pointz, & Promes de leur part les Entretenir sans aucunement aller ne Procurer de faite Chose au contraire, & de ce Consenti & Accorde ces presentes Letttes estre faictes & expediees, aus quelles, pour Approbation de verite, Nous avons mis le Seel du dit Bailly, & avec icellui fait mettre ceulx des dits Auditeurs.

Faictes & Donnees en la dit Assemblee

A. D. 1496. Hen. 7. blee en icelle *Ville d'Amiens* le xv. Jour d'Auril, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevings & feize.

Le Clerc.
Daumal.
Bigant.

Sub Sigillis Tribus, Primo & Tertia Ceræ nigræ, fecunda rubræ, pendentibus a Caudis Pergamenæ.

Philippus de Crevcuer &c.

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France, au Bailly d'Amyens* ou a fon Lieutenanr, Salut. A. D. 1496. Hen. 7.

Comme puis aucune temps *&c. prout in Ratificatione Pacis de Caours mutatis mutandis.*

Donne aux *Montilz* lez le xxvii. Jour de Feurier &c.

Par le Roy, vous Maiftre *Charles du Hautbays* Confeiller en Parlemenr & autres prefens.

Robertet.

Sub Sigillo Magno Ceræ albæ pendente a Cauda Pergamenæ.

Ratificatio Pacis & Amicitiæ per Tres Status Ducatus Touraniæ

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

L'*An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevingts & quinze, le Deuxifme Jour de Mars*, par Nous *Jehan Falaifeau* Confeillier du Roy nôtre Seigneur Juge & Lieutenant General de Monfieur le Bailly de Touraine & Commiffaire du Roy nôtre dit Seigneur en cefte Partie furent Receves les Lettres Patentes du dit Seigneur, enfemble le Double des Articles du Traicte & de Paix fait entre *le dit Seigneur* & Trefhault & Trefpuiffant Prince *le Roy d'Angleterre*, atachees ans dites Lettres foubz le Contre-Seel de la Chancellerie du dit Seigneur,

Dont & des quelles Lettres enfemble des dits Articles l'ung apres l'autre *la Teneur s'enfuyt*,

Charles, &c.

Philippus de Crevecueur &c.

Au moyen & par vertu des quelles Lettres ont efte par nous Mandez fait venir & affembler, en l'Oftel Commun de cefte Ville de Tours, les Gens d'Eglife, Nobles, Bourgeoys, Manans & Habitans des Villes & Lieux du Pais & Bailliage de Touraine, au Mardy d'apres *Quafi modo*, douziefme Jour d'Auril, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevings & feixe, apres Pafques,

Au que Jour fe y font comparuz & prefentes (c'eftaffavoir) Maiftre *Berthelemy de Broffereo* Vicaire General de Trefreverend Pere en Dieu *l'Archevefque de Tours*, Maiftres, *Guillaume Lallemont* Grant Archidiacre, & *Eftienne Lopin*, Chantre & Chanoynes de l'Eglife de Tours, Reprefentans les Duyen & Chappitre de la dite Eglife,

Maiftres *Martin Briconnet*, Maiftre *Efcolle* & *Jehan de Souzay* Grangier & Chanoynes de l'Eglife Monfieur Saint Martin du dit Tours, Reprefentans les Doyen Treforier & Chappitre de la dite Eglife l'Abbe & Convent de beau Lieu pres Loches, comparans es Perfonnes de Freres *Jehan Martineau* Enfermier & *Amthoyne Daulphin* Aumofmer, A. D. 1496.

Les Prieur & Chanoynes de l'Eglife Collegial de nôtre Dame de Loches, comparans en la Perfonne de Maiftre *Rolland du Moulin* Chanoyne de la dicte Eglife,

L'Abbe & Convent de Cormery comparans en la Perfonne de Frere *Marthurin Berroys* Chantre de la dite Abbaye,

L'Abbe & Convent de Seint Genoz & les dits Habitans dn dit Lieu, comparans par Maiftre *Jehan Lopin* leur Procureur,

Les Doyen & Chappitre de l'Eglife Collegial de Sainte Meurfte de Paluau & le Seigneur du dite Lieu de Paluau, comparans en la Parfonne du dit *Lopin* leur Procureur,

Les Treforier & Chappitre de l'Eglife Collegial de la Magdalaine de Mazieres en Brenne, comparans en la Perfonne de *Jehan Dronault* leur Procureur,

Les Treforier & Chappitre de l'Eglife Saint Mexme de Chinon, comparans par *Pierre Turmeau* & Maiftre *Jehan Ribot* leurs Procureurs,

Meffire *Hierre Brobays* Presbitre Cure de Trogues pres Lifle Bouchant,

Noble & Puiffant Seigneur *Jacques de Rochechouart* Seigneur du dite Lieu tant pour Lui que pour Dame *Amie de la Tremville* fa Femme,

Tutrie de Reue *Damau* fon Filz Baron de Mazieres en Brenne, comparant

A. D. 1496. Hen. 7. en la Personne de *Jehan Dronault* son Procureur,

Noble & Puissant Seigneur Messire *Ymbert do Batarnay*, Chevalier *Seigneur de Bonchaige*, comparant par Maistre *Jehan Lopin* son Procureur,

Noble Homme *Jehan Seigneur de Fau*, comparant en la Personne de *Pierre le Blanc* son Procureur,

Noble Homme *Charles Doyson* Escuier Seigneur de Vermieil en sa Personne,

Les Manans & Habitans de la Ville de Chinon, comparans es Personnes de *Pierre Turmeau* & Maistre *Jehan Ribot* leurs Procureurs,

Les Manans & Habitans de la Ville de Loches, comparans es Personnes de Maistres *Andre Dargouges* & *Yves Bizeton* Licentiates en Loix leurs Procureurs,

Les Manans & Habitans de la Ville de Montrichard, comparans es Personnes de *Mace Gasteau* & *Estienne Adam* leurs Procureurs,

Les Manans & Habitans de Chastillon sur Yndre, comparans par Frere *Jehan Desorbiers* Prieur de Choiselle leur Procureur,

Et, Honnorables Hommes & Saiges, Messire *Michel Gaillard* Chevalier, Maistre *Pierre Briconnet*, & *Jacque de Beaune*, Conseilliers du Roy nôtre dit Seigneur & Generaulx de ses Finances,

Maistres *Estienne Rageneau* Lieutenant de mon dit Seigneur le Bailly de Touraine au Siege Royal de Tours,

Guillaume Becbebien Procureur du Roy nôtre dit Seigneur,

Guillaume le Clerc Advocat du dit Seigneur ou dite Bailliage,

Jehan Saintier l'aisne,
Jehan Lopin,
Jehan Hubaille,
Mace Papillon,
Estienne Binet Licentiat en Loix,
Jehan Gallocheau l'aisne,
Jehan Godeau,
Jehan Fome,
Jehan Barrault,
Jehan Petit,
Jehan Daulin,
Maistre *Jehan Fourner* Notaire & Secretaire du Roy,
Guillaume de Monthason,
Rene *Lucas*,
Michel Poisson,
Michel Retaillau,
Nycolas Gaudin,
Patrix Binet,
Yvon Lopin,
Jehan Cartier,
Guillaume Cartier,
Maistre *Jehan Papin*,
Guillaume Rodier,
Estienne Augeron,
Et *Pierre Varonneau*,

De la Ville & Communite de Tours, Eschevins Bourgeoys & Habitans de la Ville & Cite de Tours, Representans les Troys Estatz du dites Paiis & Duchie de Touraine pour ce appellez & assemblez,

Aus quelz dessus nommez, ainsi assemblez, a este par Nous Donne a Entendre le Contenu des dites Lettres Royaulx & Articles en leur faisant d'iceulx Lecture de mot a mot,

Et, apres plusieurs Assembles & Traictez euz & faiz par entre'ulx ce Jourduy, Quinziesme Jour du dit Moys d'Auril, l'An sufdit Mille, Quatrecens, Quatrevings & Seize, ont Consenty pour le dite Paiis, Duchie & Bailliage de Touraine Ratiffie, Conferme & Approuve, en obeissant ou bon Vouloir Ordonnance & Commandement *du Roy*, les Articles dessus Escriptz, & ont Promis les Observer & Garder ainsi & en la maniere que le dit Seigneur le veult & entend,

Et tout ce Nous certiffions estre vray par cestuy nôtre present Proces verbal scelle du Seel Royal ordonne aux causes du dite Bailliage & le nôtre cy mis le dite Quinziesme Jour d'Auril, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevings & seize apres Pasques dessusdite.

Faliseau.
G. Fournier.

Sigillis avulsis, a caudis Pergamenarum.

Ratificatio Pacis per Tres Status d'Anjou.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr. A Tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, *Jehan Belin* Licenciate en Loix Lieutenant a Angiers & ou Ressort, *Franczoys Bourneau* Licenciate en Loix Lieutenant a Saumur & ou Ressort, & Maistre *Pierre Legay* commis pour Maistre *Emery Louet* Licenciate en Loix Lieutenant a Bauge & ou Ressort pour Monsieur le Sennefchal d'Anjou, Salut.

Receu avons les Lettres Patentes *du dit Roy nôtre Seigneur*, a Nous envoyees depar le dit Seigneur, aveeques aucons Articles atachees a icelles soubz le Con-

tre-

A. D. 1496. Hen. 7. tre-Seel de sa Chancelerie, faisons mention du Traicte de Paix fait entre *le Roy nôtre dit Seigneur* & *le Roy d'Angleterre*,

D'esquelles Lettres & Articles la Teneur s'ensuyt,

Et Premierement des dites Lettres.

Charles, &c.

Philippus de Crevecoeur &c.

Au Moyen & par Vertu des quelles Lettres, tantost apres icelles Receues, chacun de Nous, en son Ressort & Bailliage, en ensuyvant la Teneur d'icelles, avons convoque & assemble les Gens d'Eglise & Nobles, & aussi les Gens du Commun Estat en chascun des dites Ressors, faisans ensemble les Trois Estatz,

Et iceulx assemblez, leur avons leuz les dits Lettres & Articles, & donne entendre l'effect & substance d'icelles Lettres & Articles,

Les quelx apres se sont tirez a part pour deliberer sur le Fait & Contenu d'icelles, &, ce fait, Nous ont Rapporte qu'ilz estoyent joyeulz du dits Traictie & Appointement, & l'avoient en tant qu'ilz povoient pour Agreable, & le Lovaient Ratifierent de Point en Point d'Article en Article selon la Forme & Teneur, & ont Promis de jamais ne faire ne venir au contraire, A. D. 1496. Hen. 7.

Dont chascun de Nous, en son Ressort & Bailliage, les avons jugez en tant que mestier estoit, & iceulx condempnez a iceulx Observer & Garder pour la venir,

Et ce Nous Certifions estre vray par ce present nôtre Proces verbal, Signe de noz Mains & de la Main de *Pierre Hesmes* commis quant a ce, & seelle des Seaulx des quelx chascun de Nous usons en l'Excercise de noz Offices le quinziesme Jour d'Auril, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevingts & seze.

J. BELIN.
BOURNEAU.
P. LEGAY.
HESMES *Notarius Regis.*

Sub Sigillis Tribus, Ceræ rubræ, papiro obductis, pendentibus a caudis Pergameneæ.

Ratificatio Pacis & Amicitiæ per Tres Status Villæ & Civitatis de Orleans, Montargis, & aliarum Villarum.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr. L'*An Mille, Quatrecens, Quatrevingtz & quinze, le dixneufiesme Jour du Mois de Mars*, a Nous *Estienne Quarze* Licencie en Loix Lieutenant Ordinaire de Monseigneur *Jehan Damont* Escuier Seigneur de Ferrend & de Gaudin Conseiller & Maistre des Comptes du Roy nôtre Seigneur a Dijon & son Bailly de Montargis de Cepoy des Ressors & Exemptions du Duchie d'Orleans fut envoye le Double des Lettres Royaulx, a l'Original des quelles ce present nôtre Proces verbal est atache soubz le Contree Seel du dite Bailliage, ensemble ses Lettres missiues,

Par les quelles il Nous Mandoit faire convenir & assembler pardevant Luy ou Nous les Gens d'Esglise, Nobles, Bourgeoys, Manans & Habitans des Paiis de Gastinoys & de Puisaye du dit Bailliage, pour faire & acomplir le contenu es dites Lettres,

Et a ceste Cause ou Nom de mon dit Seigneur le Bailly dicernasmes plusieurs Lectres de Commission, es quelles de mot a mot feismes inserez & incorporez les dites Lettres Royaulx, addrecans aux Premiers Sergens du dit Bailliage,

Les que, pour acomplir le Contenu d'icelles, se sont transpourtez es Villes du dit Montargis, Giemsueloire, Beaulue, Lorriz en Gastinoys, Boiscommun, Chastillon sur Loire, Bonney, Saint Forgeau, Chastillon sur Loing, Saint Morize sur Lantz, ou Tannerry, Charoy, Haultesueille, Malicorne, Lanoy, Grant, Champ, Corserault, Pane, Dicy, Bleneau, la Brullerie, Pregrunault, Chasteau Regnart, Triguerre, & autres Lieux des dite Paiis ou dite Bailliaige, es quelz ilz ont fait Commandement, tant par Cry public que perticulier, aux Gens d'Esglise, Nobles, Bonrgeoys, Manans & Habirans des Villes & Lieux dessusdites, & autres estans du dit Bailliaige par Nous a eulx Baillez, qu'ilz veneissent & comparussent pardevant Nous en la dite Ville de Montargis le Dixiesme Jour du Moys d'Auril, ou les aucuns d'eulx pour eulx souffisaument fondez de Procuration en forme deue & auctentique, ayant par icelle Pussance de Confirmer Ratiffier & Accorder les Traictie & Appointement de Paix mentionne es dites Lettres Royaulx selon les Articles atachez a icelles, qui leur seroient A. D. 1496.

leuz

A. D. 1496 Hen. 7. leuz monstrez & exhibez, pour la dicte Confirmation & Ratification envoyer pardevers le Roy nôtre dit Seigneur ainsi que Mande nous estoit par icelles sur certaines Peines contenues es dites Lettres de Commission, ce que les dits Sergens ont fait ainsi qu'il appert par les Relations par eulx a Nous Baillees,

En Obtemperant au Contenu des quelles Lettres se sont presentez & comparuz pardevant Nous le Unziesme Jour de ce present Moys d'Auril, Mille, Quatrecens, Quatrevingtz & Seize, en l'Auditoire du dit Montargis les Gens d'Eglise Nobles, Bourgeoys, Manans & Habitans qui ensuivent,

Et premierement Gens d'Esglise,

Tres Reverend Pere en Dieu Monsieur *le Cardinal Evesque de Lombez* Abbe de Sain Denis en France & Seigneur de Beaulue en Gastinoys, par *Jehan Beluche* son Procureur,

Damp *Paule de la Platiere* Prieur & Seigneur de Bonney sur Loire, par *Symon le Vasseur* son Procureur,

Fiscal Frere *Gilbert de la Ginche* Presbitere Prieur de Saint Nicolas de Chasteau Reguart & de Montboux, par *Nicolas Trouppeau* son Procureur,

Les *Doyen Chanoynes & Chappitre de Chastillon sur Loing*, par Messire *Jehan Pacent* Presbitre Doyen d'icelle Esglise & Procureur du dit Chappitre,

Maistre *Jehan Gaulthier* Presbitre Doyen de Lorriz en Gastinoys & Cure de l'une des Portions de la Cure du dit Lieu, par *Estienne de Begne* son Procureur,

Messire *Jehan Amirat* aliàs *Colas* Presbitre Prieur de Boiscomun en sa Personne,

Maistre *Jehan Lyotiec* Presbitre Cure de l'une des Portions de la Cure du dit Lorriz en sa Personne,

Messire *Clement Conrrat* Mignes Presbitre Cure de Charuy en sa Personne,

Messire *Guillaume Bloutonnet* Presbitre Cure de Bouvey sur Louc par Maistre *Jehan Bricon* Licencie en Loix son Procureur,

Messire *Jehan Frete* Presbitre Cure de Gaubertin par *Jehan Beluche* son Procureur,

Maistre *Jehan Rogier* Presbitre Cure de Beauluc en Gastinoys & de Sainct Loup par le dit *Beluche* son Procureur.

Gens Nobles,

Jehan Noubin Baron de Seurgieres & Seigneur de Malicourur, par Messire *Guillaume Barbier* Presbitre son Procureur,

Noble & Puissant Seigneur *Jehan de la Tremoille* Seigneur de la Mothe de Chasteau Regnart, par *Jehan Coichet* son Procureur,

Le Seigneur de Chastillon sur Loing & Daillant, par *Guillaume Racault* Escuier son Maistre d'Ostel & Procureur,

Jehan de Courtenay Escuier Seigneur de Blencau en sa Personne,

Jehad Demachan Escuier Seigneur de Challecte & de Monthenon en Personne,

Adriam de l'Ospital Seigneur de Soisy ou Longe par *Bertrand le Vicure* son Procureur,

Guillaume de Soupplamville Seigneur du dit Lieu & de Villemendeur, par Maistre *Jehan de Bourron* Licencie en Loix ses Procureurs,

Pierre Dauguetel Escuier Seigneur de Corcelles pres Chastillon sur Loire, par *Jehan de Fauxerre* aussi Escuier son Procureur,

Guillaume Chariner Escuier Seigneur de Chesne Arnoul, par les dits de *Bourron* & *Aubert* ses Procureurs,

Regnault du Chesnoy Escuier Seigneur de Moncresson, par *Jehan Beluche* son Procureur,

Maistre *Jehan Lesparnoer* Seigneur de Tannerre & de Champlay President en Parlement, par *Estienne Coustan* son Procureur,

Maistre *Jehan des Paillars* Seigneur de Courferault en sa Personne,

Jehan Daux Escuier Seigneur de Triguerre & du Couldroy en sa Personne,

Charles de Comctault Seigneur de Pregrunault en sa Personne,

Bureau Racault Seigneur des Allugatz par *Guillaume Racault* son Filz & Procureur,

Estienne de Viennre Escuier Seigneur de Mouliart pres Boiscomun en Personne,

Guillaume Davy Seigneur du Pertuys en sa Personne,

Henry Davy Seigneur de la Brusserie en Personne,

Loys de Pampelune Seigneur de Leury en sa Personne,

Loys de Quinquempoix Seigneur du Melx par *Jehan Guillot* son Procureur,

Bertrand de Viennre Seigneur de *Launoy* en sa Personne,

Jehan de Viennre Seigneur de Mouliart en sa Personne,

Loys Goret Seigneur de la Panthouneri en sa Personne,

Pierre le Conte Seigneur de la Beruclcru en sa Personne,

Claude

A.D. 1456. Hen. 7.

Claude de la Hure Escuier en sa Personne.

BOURGEOYS *Manans & Habitans de Villes*,

Les Manans & Habitans de la Ville du dit Montargis, par les Gouverneurs & Procureurs du dit Lieu,

Les Manans & Habitans de Chastillon sur Loing, par Jehan Herbereau leur Procurenr,

Les Manans & Habitans de la Ville de Charny, par Pierre le Saige leur Procureur,

Les Manans & Habitans de la Ville de Chasteaulegnard, par Jehan le Quatre leur Procureur,

Les Manans & Habitans de Bonvey sur Loire, par Maistre *Symon Balanc* & *Jehan Louffeau* leur Procureur,

Les Manans & Habitans de Beaulne en Gastinoys, par Jehan le Ber leur Procureur,

Les Manans & Habitans de Saint Merice sur Lavezon, par *Francoys le Droit* leur Procureur,

Et *les Manans & Habitans de Chastillon sur Loire*, par Maistre *Pierre Housse* leur Procureur,

Ensemble les Juge Ordinaire Receveur Greuetier & Eslue du dit Montargis,

Apres la quelle Presentation par la bouche de Honnorables Hommes & Saiges Maistres *Jehan Prevost* Licencie en Loix Advocat, & *Guillaume Maner* Procureur du Roy nôtre dit Seigneur ou dit Bailliaige, Nous ont este presentees les dites Lettres Royaulx & autres ataches a icelles soubz le Contre-Seel de la Chancellerie du Roy nôtre Seigneur, Nous Requerant justaument, par la Bouche de l'Advocat, l'Enterinement des dites Lettres,

Des quelles ensemble des dits Articles avons fait faire Lecture de mot a mot,

Et pour ce que les dits Articles estoient en Latin, & que la plus part des dits Nobles, Bourgeoys, Manans & Habitans ne les entendoient, les avons fait exprimer dicer & declairer en Francoys de mot a mot,

Et tout ouy & ainsy leue & exprime aus dits Gens d'Esglise, Nobles, Bourgeoys, Manans & Habitans ainsi comparans, & plusieurs autres Notables Personnaiges de la dite Ville en grant Nombre, qui se sont comparuz par devant Nous en la dite Assemblee avons Demande leur Opinion & Savoir s'ilz vouloient, comme faisont Partie des Troys Estatz du dite Bailliaige, Tenir, Ratiffier, Consenter & Accorder les dits Articles,

A.D. 1456. Hen. 7.

Tous les quelz, d'un commun accord & consentement, ont Conffermez, Ratiffiez & Approuvez les dites Traictie de Paix & Appoinctement, & Promis les Observer Entretenir & Garder sans y faire aucune Restrinction ne difficulte,

Et, au Regard de mon dit Seigneur le *Conte de Giem, de Dampmartin*, Seigneur de Puisaye, n'ont comparu, ne autres pour eulx, pourquoy, a la Requeste du dit Procureur du Roy, les avons mis & prononcez en deffault,

Et les Choses dessusdites & chascunes d'elles Certiffions estre vrays par ce dite present nôtre Proces verbal & Lettres de Ratiffication.

Le quel en Tesmoing de ce Nous avons signe de nôtre Seing Manuel, & fait Signer par *le Greffier Jure* du dite Bailliaige ad ce Appelle & Requis cy mis le Lundy Unziesme Jour du dit Moys d'Auril que fut faicte la dit Ratiffication, l'An dessusdit, Mille, Quatreceens, Quatrevingts & seize, & seelle du Seel du dite Bailliaige.

E. QUARZE.
TEUFFRONNEAU.

Sigillo avulso.

Literæ annexæ.

A Tous ceulx, qui ces Presentes Lettres verront, *Jehan Danient* Seigneur de Ferraut & de Gaudin, Conseillier du Roy nôtre Seigneur & son Bailly de Montargis de Ceppoy des Ressors & Exemptions du Duchie d'Orleans, Salut.

SAVOIR FAISONS que, par vertu des Lettres Patentes du *Roy nôtre dit Seigneur* a Nous adrecans, par les quelles Nous estoit Mande assemblez les Trois Estatz du dit Bailliaige de Montargis, pour Ratiffier, Lour, Aprouver & avoir Agreable & Promettre Entretenir & Garder le Traicte de Paix, n'aguetes fait entre *le Roy* Trescrestien nôtre Souverain Seigneur, & Treshault & Puissant Prince *le Roy d'Angleterre*, du quel Traictie les Articles Nous ont este envois ovec les dites Lettres ataches a icelles soubz le Contre Seel de la Chancellerie de France,

Par vertu des quelles Lettres aions fait assembler iceulx Ttois Estatz.

Et ont comparuz par devant Nous les Recteur Docteurs Regens en l'Universite d'Orleans, & tout le Corps d'icelle Uni-

A. D. 1496. Hen. 7. Université, par Messires *Pierre Touvel*, *Jacques Daniel*, *Thomas Pascal*, Docteurs Regens, & Maistre *Mathurin Langenin* Licencie en Loix, Procureur General de la Université, Deuement fondez de Lettres de Procuration quant ad ce,

Reverend Pere en Dieu Monsieur *l'Evesque d'Orleans* par Messire *Jehan Nicolas* Docteur es Droiz Canon & Civil son Official,

Les Doyen & Chappitre d'Eglise d'Orleans, par Maistres *Guillaume Moys* Chantre & *Loys Calas* Chanoine & Procureur d'icelle Eglise,

Les Religieulx *Abbe & Convent de Saint Benoist sur Loire*, par *Jehan Dargery* Procureur General de la Chastellenie du dit Saint Benoist,

Les Religieulx *Abbe & Convent de Saint Mesmin*, par Frere *Loys a Jasson Abbe d'icelle Abbaye*,

Les Religieulx *Abbe & Convent de la Court Dieu*, par *le dit Abbe*,

Les Religieulx *Abbe & Convent de Baugency*, par Frere *Guillaume Berry* Religieux & Procureur de la dite Abbaye,

Les Chanoines & Chappitre nôtre Dame de Clery, par Maistre *Jehan Monstardier* Procureur de la ditte Eglise,

Les Doien, Chanoines & Chappitre de Saint Pere Empont, par Messire *Jehan Guiot* Chanoine & Procureur de la ditte Eglise,

Les Doien, Chanoines & Chappitre de nôtre Dame de Jargneau, par Maistre *Jehan de Mareau* Chanoine de la dite Eglise,

Les Doien, Chanoines & Chappitre Saint Liphard de Meung, par *Guillaume Coignart* leur Procureur,

Les Doien, Chanoines & Chappitre Saint Pere Pullier, par Maistre *Nicole du Pont* Chevecier & Procureur de la ditte Eglise,

Les Doien, Chanoines & Chappitre de Saint Amy, par Maistre *Benoist Fabry* Chevecier & Procureur de la ditte Eglise,

Les Chantre & Chanoines de Saint Ytier de Sully, par *Jehan Mairart* leur Procureur,

Les Chanoines & Chappitre de Pithiners, par Messire *Jehan Dupuy* Chanoine & Procureur de la ditte Eglise,

Le Prieur de Saint Laurens lez Orleans, par Maistre *Michel Bourgoing* son Bailly & Procureur,

Frere *Jehan Musiner Prieur de Saint Estienne de Baugency* en sa Personne,

Le Prieur de Saint Pere de Pithiners par Maistre *Jehan Noblet* son Bailly & Procureur,

Le Prieur de Bourg, par Maistre *Pierre Sarrebource* son Bailly & Procureur, A. D. 1496. Hen. 7.

Le Prieur du Pont aux Moynes par le dit *Noblet*.

POUR LE CLERGE,

Treshault & Puissant Dame *Ma Dame la Contesse de Dunoys* Dame de Bangency, par Maistre *Michel Bourgoing* son Bailly,

Noble & Puissant Seigneur Messire *Loys de la Trimoille* Chevallier Conseillier & Premier Chambellan du dit Seigneur Baron ne Sully, par *Pierre Pouault* son Procureur,

Andre de Mornay Seigneur de Chasteauvieil en Personne,

Claudre de la Chastre Seigneur de Jouy & Seudre, par *Pierre Couldray* son Procureur,

Loys Fonteuil Seigneur de Courbanton & Viconte d'Orleans, par *Robert de Fonteuil* son Filz,

Phinees de Clery Seigneur de Ligny en Personne,

Henry de Mareau Seigneur de Puilly,

Guiet Constant Seigneur de Fo

Jehan le Jay Seigneur de Moncay,

Pierre Chevillier Seigneur de Montereau,

Jehan Loys Seigneur de Chastillon,

Jehan de la Rabble Seigneur de Ludde,

Claude de Chaumont Seigneur de Clussy,

Loys d Panye Seigneur du dit Lieu,

Jehan de Memp dit *Deln Serte* Seigneur Dalousse,

Loys le Moyne Seigneur de la Mothe de Vienne,

Herthault de Saint Urban Seigneur de Thoufou,

Pierre Picoteau Seigneur de la Taille,

Jacques Potin le Jeune,

Guillaume Grassart Seigneur des Anglees,

Christofle de Boupy Seigneur Dafcoux,

Jehan de Baigneaulx Seigneur de Fay,

Jehan Luceau Seigneur de Monceau,

Jehan du Lac Seigneur de Plamtbert,

Jehan Bourbel Seigneur de Lun

de Saint Mesmin Seigneur de Boueil,

Archiller de Caurey Seigneur de Mervillier,

Et *Jehan Bombel* Seigneur d'Ortarville,

En leurs Personnes,

Pierre le Roux Seigneur de Baulle, par *Jehan Guillaume* son Procureur,

Jacques Potin Seigneur de la Mothe lez Sully par *Jehan Potin* son Filz,

Vallentin

A. D. 1496. Hen. 7. *Vallentin Savary* Seigneurs des Frappiers, par le dit *Jehan Potin*,

Charles Bougean Seigneur de Muys, par le dit *Jehan Potin*,

Loys Paill t Seigneur de Nan par Messire *Jehan Brinon* son Procureur,

Messire *Francoys Lucas* Seigneur de Cources, par Maistre *Jehan Luillier* son Bailly,

Lancelot de Lac Seigneur de Chamerolle, par *Loys Boyart* son Procureur,

Jehan de Champpiranlt Seigneur de Germonuulle, par *Nicolas son Filz*,

Et *Guillaume de Boissennal* Seigneur de Chaussy, par *Guillaume de Boissennal* son Filz,

POUR LES NOBLES,

Les Habitans de Baupency, par *Berthault Bourdineau* Procureur de la dite Ville,

Les Habitans de Menup, par *Guillaume Coignart* & *Geuffray Genin* Procureurs d'icelle,

Les Habitans de Clery, par *Jehan Gauchier* Procureurs du dit Lieu,

Les Habitans de Jarpueau, par *Alain Torbert* Procureurs de la dite Ville,

Les Habitans de Sully, par *Zelin Pasquier* Procureur d'icelle Ville,

Les Habitans de Pithiners, par *Robert Mocquet* & *Anthonie Besart* Procureurs d'icelle,

Les Habitans Dyenville, par *Guillemin Girard*,

Les Habitans de Thory, par *Jehan Bouguier* & *Estienne Fouet* Procureurs du dite Lieu,

Les Habitans du Puiset par *Thomas Hue* & *Jehan Galier* Procureurs du dit Lieu,

Les Habitans de Langenerie par *Pierre Bournier* leur Procureur,

Les Habitans Darthenay par *Simon Georges* & *Guilliaume Thias*,

POUR LES COMMUNITEZ DES DITES VILLES,

A. D. 1496. Hen. 7. Tous les quelz, Assemblez en la Ville d'Orleans, ou Cloistre Sainct Croix d'icelle Ville estant du dit Balliiaige, faisans la plus grant & seine Partie des Trois Estatz du dite Ville de Montargis & plus prochains i leux d'icelle Ville d'Orleans que de Montargis, d'un commun accord consentement & liberalle voullente, & apres qui les dits Articles leur ont este venz & bien au long exposez, ainsi qu'il appartient, ont Loue, Ratiffie & Approuve, & par ces Presentes Louent, Ratiffient & Aprouvent en tant que a eulx est les Traicte Convenances & Appoinctement de Paix faicte & accordee entre *le Roy nôtre dit Souverain Seigneur* & *le dit Roy d'Angleterre*, & iceulx ont Promis, & par ces dites Presentes Promettent Tenir, Entretenir, Garder & Observer de Point en Point selon leur forme & Teneur.

En Tesmoign de ce Nous avons fait faire ces Presentes annexes aus dites Lettres Royaulx & Articles soubz le Seing Manuel de nôtre *Greffier*, & le Grant Seel du dite Bailliage.

Donne a *Orleans* le Sixiesme Jour d'Auril apres Pasques, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevings & seize.

N. DE SOUSCHES.

Sub Sigillo Ceræ rubræ pendente a cauda Pergamenæ.

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France au Bailly de Montargis* ou a son Lieutenant, Salut.

Comme puis aucun temps &c.

Philippus de Crevecueur &c.

De Ratificando per Nobiles de Provins.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

A Tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront *Anthonie Feurier* Presbitre Doyain de nostre Dame du Val & Garde de par le Roy nostre Sire du Seel de la Prevoste de Provins, Salut.

SAVOIR FAISONS que, par devant *Jacques Tibier*, Tabellion Royal Jure & Estable en la dit Prevoste de par le Roy nostre dit Seigneur, Furent Presents en leurs Personnes Nobles Hommes,

Messire *Guillaume d'Anglure* Chevalier Seigneur du dite Lieu,

A. D. 1496. *Nicholas de Juvigny* Seigneur Baron de Brois,

Loys de Villiers Seigneur de Challemaison,

George de Savary Seigneur de Villuys,

Jehan le Baronmat Seigneur de Paey,

Michel de Saint Falle Seigneur de la Hault Maison de Saint Loup de No,

Robert de Sainct Vincent Seigneur de Charmoy,

Anthonie Malet,

Nicolas

A. D. 1496. Hen. 7.

Nicolas Alain Efleu du Provins,
Robert de Sainct Saturny Seigneur de Montbelin,
Guillaume de Baudiam Seigneur de Babiz,
Jehan de Richebourc,
Nicolas de Mannage Seigneur de la Sanffotte,
Jehan de Leuhare Seigneur de Monteaulx,
Regnault de Brumfay Seigneur de Chevriers,
Jehan de Vielz Maisons Seigneur du dite Lieu,
Jehan de Noyers,
Tristan de Cheury,
Girard Fleury Seigneur de Buat,
Vincent de Noyen,
Jehan de Graimes,
Guion Vincent,
Jehan de la Fasse,
Pierre les Glantier,
Gaucher de Challemaison,
Loys de Bussenant,
Denis de Neufinz,
Bastien de la Noe,
Pierre de la Nae,
Jehan de la Villemaison,
Eustace Vincent,
Jehan de Jaysel,
Pierre de Soubzmarinont,
Gregoire du Brac,
Guillaume de Culan Seigneur de Bernay,
Cordelier de Giresme Seigneur de Daruft,
Denis Fermrier,
Guillaume de Neufinz,
Robert le Fort,
Francois Lambert,
Jehan Lambert,
Heury Danerly Seigneur de la Guenne, aux Bois & Villegruys,
Anthonie Fretel Seigneur de Bazoschees,
Jehan de Saunes,
Jehan de Boisanbert,
Loys Foucault,
Anthonie de Latz,
Guillaume Lambert,
Coleron du Reux,
Robert Dusy,
Mathe de Noyen,
Jehan du Reux,
Pierre de Cheury,
Thibault de Taisel,
Thomas de Saubz Marmont,
Mathe le Maiste,
Jehan Sore Seigneur Daulnoy,
Jehan de Villiers Seigneur de Foisi,
Jehan de la Bouyere Seigneur de Queincy,
Denis de Blogneaulx,

Pierre de Danonville Seigneur du Pleffie, A. D. 1496. Hen. 7.
George Sorre,
Nicolas Thomassin,
Hector Dauthenay Seigneur de Sainct Bon,
Jehan Thibault Seigneur des Roifes,
Claire l'Anglois,
Loys de Pampelune Seigneur de Gry,
Et *Lemen Dansant* Seignure de Torte Espee,

Tous Escuyers Assemblez au dit Provins par l'Ordonnance de Monsieur *le Baily de Meaulx* ou son Lieutenaut a son Siege du dite Provins pour Representer l'Estat des Nobles du dite Seige & Refors d'icelluy Bailliage,

Lesquelz & ung chascun d'eulx & tant conjoinctement comme divisement Ont fait & constitue leurs Procureurs Generaulx & certains Messages especiaulx Nobles Hommes, *Loys de Villiers* Seignenr de Challemaison, & *Gonnot de la Rama* Seigneur du Plessie Hanault,

Aus quelz ilz ont donne & donnent par ces presentes Povoir, Puissance, Auctorite & Mandement especial de estre & comparoir pour eulx & ung chascun d'eulx par devant Monsieur le Bailly de Meaulx, ou son Lieutenant, au dite Lieu de Meaulx, & tous autres Juges & Commissaires qu'il appartiendra pour l'Estat des dits Nobles du dite Seige & Refors iceulx Representer, & aller au dit Meaulx assister & estre Presens pour l'Estat des dits nobles, a la Vision de certains Articles de Traictie de Paix fait par le Roy nostre Sire Avecques *le Roy d'Angleterre*, Consentir, Accorder, Approuver les dits Articles & tout le contenu en Iceulx, & les dit Consentement Ratiffication & Approbation passer Lettres auctenticques & en forme selon & ainsi que le Roy nostre dit Seigneur le Veult & Commande par ces Lettres, & generalment d'autant Faire Dire & Besongner en tout ce que dit est dessus & qui en despend Comme feroient & faire pourroint *les dits Esculers* Constituans se tous presens en leurs Propres Personnes y estoient, conbien que aucun Cas y eust qui Requist Mandement plus especial,

Promettans *les dits Escuyers* Constituans, par leur Foy pour ce Baillee corporellement en la Main du dit Jure, & soulz l'Obligation des tous leurs Biens Meubles & Immeubles presens & advenir, Tener ferme estable & Avoir Agreable sans aucun Rappel Tout ce que par leurs dites Procureurs & ung Chascun d'iceulx sera Fait, Dit, Acorde,

A. D. 1496. An. 11. H. 7. corde, Consenty, Approuvi & anttement Besongne en tout ce que dit est dessus & qui en despend; presens ad ce *Jehan le Brebiat* & *Jacques Forgert* Sergens Royaulx au dite Provins.

En Tesmoing de ce nous Garde Dessusdits au Rapport & Seing Manuel du dite Jure Avons mis a ces Lettres le Seel & Contreseel de la dite Prevoste de Provins.

Ce fu fait & passe *au dite Provins* le Dixhuitiesme Jour du Mois d'Auril l'An de Grace Mille Quatre Cens Quatre vingts & seize apres Pasques.

JEQUES YTHIEZ.

Ad Calcem, apponitur Sigillum cereum nigri Coloris pendens a cauda pergamena.

Per Communitatem de Provins & Villarum & adjacentium.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

A Tous CEULX, qui ces presentes Lettres verront, *Anthoine Feurier* Presbitte Doyain de l'Eglise Collegial nostre Dame du Val Provins, & Garde, de par le Roy nostre Sire, du Seel de la Prevost de la dit Provins, Salut.

SAVOIR FAISONS que pordevant *Jaques Ytbier*, Clerc, Tabellion Royal, Jure & Estably a ce faire en la dite Prevoste, de par le dit Seignenr, vindrent & furent presens, en leurs Personnes, Honnorables Hommes,

Pierre Fleury,

Guillaume Angenost,

Jehan Vincent, dit Picotin Commis au Gouvernement de la dit Ville & Chastel de Provins,

Jehan Frament Recepueur des Deniers appartenans a la Communaulte du dit Provins,

Paule Durant Procureur d'icelle Communaulte,

Jehan de Ville Garde de la Prevoste du dict Provins,

Honnorables Hommes & Saiges Maistres *Felix Grant-homme* & *Nicole Froment* Licencies eu Loix Advocatz & Conseillers en Court Laye,

Jehan Lamirail,

Jaquet Masson,

Jehan Romin,

Pierre Angenost,

Jehan Durant Recepueur des Tailles pour le Roy nostre dit Seigneur en l'Ection de Provins,

Jehan le Court Paule,

Francois & Loys de Chost Procureurs, en Court laye, au dit Provins,

Anthonie Foassier,

Guillaume Dolese,

Simon Dolest,

Jehan le Clere dit Vernesson,

Mathieu Freian,

Jehan Guerin,

Jehan Branchu,

Andry Merlin,

Gaon le Clere dit Vernesson,

Mathurin le Court,

Mothan Bouchot,

Jehan Grant dit Hannepon,

Jehan Faiux,

Denis Nernost,

Elye de Foisons, Marchans & Burgois du dite Provins;

Pierre Garnier,

Noel le Grans,

Jehan Caullebault,

Pierre Rayer,

Colin Ballofert, Sergens Royaulx, tous Demourans au dite Provins,

Congreguez & Assemblez par l'Ordonnance de Monsieur *le Bailly de Meaulx*, ou son Lieutenant, a son Siege du dite Provins, & Representans la plus Grande & Seine Partie des Manans & Habitans d'icelle Ville & Chastel,

Estienne Tapin Procureur de la Ville & Communaulte de Bray sur Seine, & *Gilei Gaussin*, l'un des Commis au Gouvernement d'icelle Ville & Communaulte,

Commis, Esleuz & Nommez, de par les Manans & Habitans du dit Bray sur Seine, & pour toute la dite Communaulte ayans Povoir de faire les Choses cy apres declarez.

ITEM, *Johannat Porret*,

Jehan Chastnat Merrigliers de Viupelle,

Collas Chiennault,

Estienne Boulier & *Mathieu Rolet* Laboureurs, Demourans en la Parrosse du dit Vimpelles,

Gillet Bourdon Marguillier de Esgligny,

Jehan Taneau Tabellion & *Jehan Taneau* Collecteur Demourans au dit Lieu, Esgligny,

Regnaults Cornet,

Jaquin le Saie Maruglies aux Ormes,

Gaulthier Loys & *Girard Philebert* Laboureurs Demourans au dite Lieu,

Thenerim Blandeau & *Thenerim Myneau*, Merrigliers a Parroir,

Pierre le Mosle,

7 R *Jehan*

A.D. 1496. Hen. 7.

Jehan Pirard & *Jehan Picard*, Laboureurs Demourans du dite Lieu;
Thenerim Damote,
Jaquin Thierry, Merrigliers a Pigy;
Denis Garvault,
Vincent de la Laudes, Laboureurs, Demourans au dite Lieu;
Thibault Guerard & *Gilet Morin*, Marguilliers, Demourans a Doutily;
Guillaume Graffet Mangin Muffot Demourans au dit Lieu;
Jehan Blendeau & *Colin Martin* Demourans a Gurcy;
Loys Guarre & *Thenerim le Mofle* Demourans au dit Lieu;
Parrenot Fagoi Marriglier a Chaloustre la Repouste;
Phelipot Facot & *Jehan Fagot*, Laboureurs Demourans au dit Lieu;
Martin Guerin & *Mathe Fevillard*, Laboureurs, Demourans a Ville Neufue-le-Conte;
Paroin Guerin & *Collin Guibert*, Marrigliers a Monceaulx;
Jehan Michault,
Colin Cocquin,
Jehan Guignot & *Girard Groffeus*, Laboureurs, Demourant au dit Lieu;
Gilet Bertrancht & *Ramounti de Venoul*, Marrigliers, a Sarbonne;
Colin du Verroul & *Andry Michel*, Laboureurs, Demourans au dit Lieu;
Jehan l'Espine & *Pierre Cherreau*, Merrigliers, a Conolon;
Regnault Lays,
Jehan Renceau,
Pierre Clement & *Colin Segum*, Laboureurs, Demourans au dit Coilon;
Theneum Ayglant,
Johannum Goys, dit Petit le Jenne, Marguilliers Demouranz a Vineuf;
Maftre Gonors,
Laurens Prenoul & *Noel Roffignol*, Laboureurs, Demourans au dit Lieu;
Jehan Tapin & *Guillaume Chappentier* Marrigliers, a Granon;
Pasquier Tapin,
Jehan Layfe & *Guillaume Macon*, Laboureurs, Demourans au dit Lieu;
Jehan Huoc,
Jehan Maistrat, Marrigliers a Chaulmont;
Parrin Choton,
Narrondel & *Jaquet Oluver*, Laboureurs, Demourans au dit Chaulmont;
Estienne de Villers,
Simon Michault, Marrigliers, a Barofches;
Theneum Chaulam,
Theneum Michault & *Philipot Droayn*, Laboureurs, Demourans au dit Lieu;
Gilet Hondray,
Gilet Sageon, Marrigliers, a Saint Pres de Gres;

A.D. 1496. H. n. 7.

Didier Pailly, Laboureur, Demourant au dit Lieu;
Colin Michon & *Colin Galois*, Laboureurs, Demourans a Noyen;
Guillot Luquin & *Loys Petit*, Laboureurs, Demourans au dit lieu;
Jehan du Pas & *Parrin Verlet*, Marrigliers a Pecy;
Jehan Guincry & *Gillet Gillecon*, Marrigliers, a Villers sur Seins;
Jehan de la Motte,
Gilet Hugneur & *Deinsat Gillecon*, Laboureurs, Demourans au dit lieu;
Jehan Guermot, Marriglier a Villers;
Et *Milet de Polengy*, *Theneum Babee* & *Pierre Babee* a Habitans du Pleiffe du Melz;
Theneum Gatiau, Marriglier a Pailly, & *Andry Mertin*, Laboureur, Demourant au dit lieu;
Phelipot Galois, *Andry Confart* du Pleiffe, *Messire Guillaume*, *Jehan Alix*, Marriglier a Compigny;
Et *Jehan Prulette*, Laboureur, demourant au dit lieu;
Theneum Joyt, dit Jehannard, & *Jehan Marceau*, Marrigliers Demourans a Montigny le Quefdrer;
Perre Charpentier & *Simon Charpentier*, Laboureurs, Demourans aut dit lieu;
Jehan Boucher, Chanorler, *Jehan Moynat*, Marrigliers de Saint Briz;
Tmbert des Costes, *Hient des Costes*, Marrigliers de les Chelles;
Noel Reguyer, *Jaquin Jenbart*, Marrigliers de Sainct Martin de Chauetron;
Guyrt Raoul & *Jehan Raoul*, Marrigliers de Bonfac,
Guillaume Chauman, Marriglier a Ville Gruys,
Pierre Metillon, Marriglier a Lonen,
Guyot Noste, Marriglier, Achamcourlie,
Thomas de Saubz Mermont, *Girard Gaueron*, *Autheint Begis*, Metrigliers a Flaiz,
Jehan Regnyer, *Nicolas Colot*, Marrigliers de Sainct Martin des Chams,
Jehan Bailly, *Jehan Thoury*, Marrigliers a Viekmaisons,
Pierre Charron, *Jehan Pocock*, Marrigliers a Sainct Mais,
Pierre de Soubzmermont, *Jaspart Jamet*, Marrigliers a Lecheroles,
Jehan Peret, *Jehan le Roux*, Marrigliers de Sainct Martin du Boschet,
Deinsot Regnault & *Jaquin Smart*, Marrigliers a Maisenecelles,
Jehan Bitat, *Estienne Torpred*, Marrigliers de Sancy,

A.D. 1496. Hen. 7.

Jehan Chambardin, *Jehan Jeubert*, Marrigliers d'Angerre,

Ofcelin Bailli Marriglier a Cerneulx,

Jehan Chermoy & *Guillaume Gibordel*, Marrigliers de Cortacon,

Jehan Girard & *Jehan Charron*, Marrigliers de Barofches,

Jehan Bifeau & *Jehan des Hayes* de Fretoy, Bafdon & Bezalles,

Simon Hirondel & *Jehan Cheuillart*, Marrigliers a Champcenelz,

Jehan Cheurier, *Colin Mufmer*, Marrigliers de Sordun,

Michau Lange, *Jehan du Guy*, Laboureurs, Demourans au dit lieu,

Guillaume Thierry, *Jehan Bourbonnoys*, Marrigliers de Meriot,

Jaquin Cuiffot, Laboureur, Demourant au dit lieu,

Parrin Nymfl, *Deinfot Maroyr*, Marrigliers a Meel,

Pierre Thibault, *Guillaume du Tartre*, Marrigliers Darmez,

Jehan Dargent, *Jehan Oger*, Marrigliers a Gonnoiz,

Guyot Bureau, *Jehan Lombert*, Marrigliers a Challemaifon,

Deinfot Pefloe, *Deinfot Verjus*, Laboureurs, Demourans au dite lieu,

Jehan Barbotte, *Deinfot Nynafe*, Marrigliers a Lourps,

Colin Perier, *Eftienne Mignon*, Marrigliers a Saincte Columbe,

Jehan Dauterray, Marriglier a Pougnys,

Pierre Poitein, *Nicolas le Doyen*, Marrigliers a Roully,

Simon Montigny & *Quiriace le Clerc*, Marrigliers a Mortery,

Colin Bourgoing & *Martin Villain*, Marrigliers a Saunctilier,

Gilet Mareil, *Anthonie Mouffier*, Marrigliers a Chenoife,

Pierre Mongyns & *Odin du Bois*, Marrigliers a Cuchermoy,

Deinfot Motet & *Francais Burrau*, Marrigliers, Demourans Wlames,

Jaquin Gregairt, Marriglier de la Parroiffe Sainct Suppliz,

Jehamin Pignert, *Colin Corbon* & *Jehan de Fe*, Marrigliers a Vauviller,

Simon Anelme, *Jehan Robin*, Laboureurs, Demourans a Lyfmes,

Guillaume Lorin, *Jaquin Bouyer* Marregliers a Sainct Loux,

Jehan Chappilain & *Jehan Jaquet*, Laboureurs, Demourans au dite lieu,

Colin Frucher, *Jehan Joton*, Marrigliers a Mont le Potier,

Deinfot Thiebillan, *Anthonie Garlon*, Marregliers a Sainct Fergel,

Jehan Ralli & *Jehan Thomas*, Marregliers a la Chappelle Sainct Nicolas,

Jehan Prendonnnt, *Parrin Jehannay*, Marregliers de Chaland la Grand,

A.D. 1496. Hen. 7.

Jehan Barbufet, *Jehan Seurrat*, *Guillaume Clement*, *Deinfot le Regne*, Laboureurs, Demourans au dite Lieu,

A Denet Jarry, *Gilet Rouffeau*, Marregliers de Bannolz,

Jehan Chipot, *Jehan Pefloe*, Marregliers a Voldoy,

Jehan Poteau, Labonteur, Demourans au dite Lieu,

Odin Boucher & *Deins Fauchon*, Marregliers de Joy le chaftel,

Denis Verjus & *Thomas Chappeli*, Laboureurs, Demourans au dite lieu,

Pierre Felix, *Noel Dommenchen*, Marregliers a Villers,

Damp, *George*, *Jehan Garnier* & *Pierre Quare*, Marrigliers a Bauchery,

Tous les deffus nomme Manans & Demourans es Villes & Chaftelleinyes de Provins, Bray fur Seine, & Joy le Chaftel, Reprefentans l'Eftat Commune d'icelles Villes & Chaftellenyes Affemblez auffi au dite Provins par l'Ordonnance de Monfieur le Bailly de Meaulx on fon Lieutenant a fon Siege du dite Provins,

Tons les quelx & ung chafcun d'eulx & tant conjoinctement comme divifeement ont faict & conftitue leurs Procureurs Generaulx & certains Meffaigiers efpeciaulx Honorables Hommes & Saiges Maiftres *Jehan Dupas* Licencie en Loix Advocat & Confeillier, en Court Layo au dit Provins, & *Jehan Jehannart* auffi Licencie en Loix & Bachelier en Decret Advocat du Roy noftre Seigneur au dit Provins,

Aus quelx & a chachun d'eulx ils ont Donne & Donnent par ces Prefentes puiffance & auctorite & mandement efpecial de eftre & comparoir pour eulx & chafeun d'eulx pardevant Monfieur *le Bailly de Meaulx* ou fon Lieutenant au dit Meaulx & tous autres Juges & Commiffaires iceulx reprefenter & aller au dit Meaulx & autres Lieux qui leur appartiendra Affifter & eftre Prefens pour l'Eftat Commune des dites Villes & Chaftellenyes de Provins Bray fur Seine & Joy le Chaftel a la vifitacion de certains Articles du Traictie de Paix faicte par *le Roy noftre Seigneur* avec *le Roy d'Angleterre*, Confentir, Ratiffier, & Approuver les dits Articles, & tout le contenu en Iceulx, & des dites Confentemens, Ratiffications & Approbations en paffer Lettres auctenticques & en forme deve pour le dit Eftat Commune, ainfi que le Roy noftre dit Seigneur le Veult & Mande par fes Lettres,

Et generallement de faire tout autel autant es Chofes deffus dictes leurs Circonftances

A. D. 1496. Hen. 7. constances & Deppendences pour & au Nom des dits Constituans comme 1-ceulx Constituans feroyent & faire pourroyent se Presens en leurs Personnes y estoyent,

Promettans les dictz Constituans es Noms & Qualites dont mention est faicte cy dessus par les Foy & Sermens de leurs Corps, pour ce donne corporellement en la Main *du dit Inoc*, soubz l'Obligation de tous leurs Biens, Meubles & Immeubles Presens & Advenoir, es dits Noms & Qualitez, Tenir ferme Estable & avoir pour Agreable sans aucun Rappel tout ce que par leurs dits Procureurs & chascun d'ulx sera Faict, Dit, Ratiffie, Approuve, Consenty, Accorde & autrement Besoigne en tout ce que dit est & qui en deppendra; Presens ace,

Jehan le Brebiat,
Jaques Sorgeot,
Et Gilet Richart.

En Tesmoing de ce Nous Garde du Seel dessus nomme, au Rapport & Seing Manuel du dit *Inoc*, avons mis a ces presentes Lettres les Seel & Contre Seel la dite Prevost de Provins. A. D. 1496. Hen. 7.

Ce fut fait & passe au dit Provins le Dixhuitiesme Jour du Moys d'Auril, l'An Mil Quatrecens quatre vingtz & seize apres Pasques.

Jaques Ythier.

Sub Sigillo nigro pendente a caudâ Pergamenæ.

De Consentiendo, Approbando & Ratificando per Abbatem & Conventum Monasterii Sancti Petri Rebasten.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr. JOhannes, Miseratione Divinâ, *humilis Abbas Monasterii Sancti Petri Rebastensis Ordinis Sancti Benedicti ad Apostolicam Sedem nullo Medio pertinentis totiúsque ejusdem Loci Conventus* Universis præsentes Literas inspecturis Salutem in Domino sempiternam.

Notum facimus quòd Nos, nostro & dicti Monasterii nostri Nomine & pro Nobis, Dilectos nostros Fratres, *Richardum Brisicon* & *Nicholaum de Porta* ejusdem nostri Monasterii Religiosos, necnon, Venerabiles & Scientificos viros Magistros, *Philipum Bataille*, *Johannem Bataille*, *Guillermum Picart*, *Johannem de Montion*, & *Johannem Josse*, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus & Ordinamus Procuratores nostros generales & Nuncios speciales, ac eorum quemlibet per Se & in Solidum Exhibitores Præsentium, ita quòd non sit melior conditio Occupantis primi nec alterius deterior, sed quod per Unum eorum inceptum fuerit per Alterum ipsorum id Prosequi mediari terminari valeat & cum effectu finiri, in omnibus & singulis Causis nostris motis & movendis coram quibuscúmque & Judicibus tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus Ordinariis aut Delegatis, & specialiter eisdem nostris dictis Procuratoribus & eorum cuilibet per Se in solidum Damus & Concedimus Potestatem Comparendi Melden. loco Nostri & pro Nobis, hac instanti Die Vicesimâ primâ præsentis Mensis Aprilis, aliisque Diebus sequentibus, coram *Domino Ballivo Melden.* aut ejus Locumtenente ab Illustrissimo & Christianissimo Principe Domino nostro *Karolo*, Dei gratiâ, *Francorum Rege* commissis & ordinatis, ad Consentiendum, Approbandum & Ratificandum Tractatum & Accordum Pacis factum inter dictum Dominum nostrum Regem Francorum & *Regem Angliæ*, & Approbandum, Consentiendum & Accordandum certos Articulos continentes prædictum Tractatum Pacis, A. D. 1496.

Necnon & ad Audiendum & Concludendum quod Deliberatum super Negotiis præmissis fuerit per dictum Dominum Ballivum Melden. aut ejus Locumtenentem seu alios Deputatos & Commissos Exponendis secundùm quod ipsi *Domino nostro Regi* seu *Ballivo* aut ejus Locumtenenti & aliis Commissis & Deputatis videbitur expedire, & ad faciendum in hiis omnia & singula quæ circa hæc & ea tangentia fuerint necessaria vel etiam opportuna,

Dantes & Concedentes dictis nostris Procuratoribus & eorum cuilibet in solidum plenam & liberam Potestatem & Mandatum speciale Nos Excusandi & Essoinandi, Jurandi in Animam nostram super Præmissis & ea tangentibus, si necesse fuerit, de Calumpnia & Veritate dicenda, Præmissáque omnia & singula Faciendi quæ Nos faceremus facere & procurare possemus si personaliter interessemus, etiam si Mandatum exigerent speciale, Ratum & Gratum Firmúmque habituri quidquid per dictos Procu-

A. D. 1496. Hen. 7. Procuratores nostros aut eorum quemlibet in solidum in omnibus & singulis Præmissis & ea tangentibus Tractatum, Ordinatum, Statutum, Consensum, Actum, Dictum, Gestúmq; fuerit seu quomodolibet Procuratum, Promittentes sub Ypotheca Bonorum & Temporalis nostri prædicti Monasterii pro dictis Procuratoribus nostris & eorum quolibet in Solidum, si necesse fuerit, Judicatum solvi cum suis Clausulis.

In cujus Rei Testimonium præsentes Litteras Sigillorum nostrorum muniminе roboravimus. A. D. 1496. Hen. 7.

Actum in *Capitulo nostro* Decima octava Die Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto.

Sub duobus Sigillis, nigri coloris, pendentibus a duabus caudis Pergamenæ.

De Ratificatione per Tres Status de Meaulx.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr. JEhan *Bauliard* Escuier Licencie en Loix Lieutenant General de Monseigneur *le Bailly de Meaulx*, Commissaire du Roy nostre Sire en ceste partie, a tous ceulx qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme pour fournir & obtemperer aux Lettres Patentes du Roy nostre dit Seigneur, sceellees de son Granr Seel, a mon dit Seigneur le Bailly, ou Nous envoyes, & des quelles la Teneur est telle,

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, au *Bailly de Meaulx* ou a son Lieutenant, Salut.

Comme, puis aucun temps en ça, Nous aions faict certain Traicte & Appoinctement de Paix, concernant le Bien & Faict de la Chose Publique de nôtre Royaume, avec Treshault & Trespuissant Prince nostre Treschier & Tresame Cousin *le Roy d'Angleterre*,

Et, entre autres Choses, ayons Promis faire Confermer, Ratiffier & Approuver par les Gens des Estatz de nostre dit Royaume les Poinctz & Articles contenuz & declairez en icelluy Traicte, le Double du quel vous envoyons attache a ces Presentes soubz le Contre-Seel de nostre Chancellerie,

Et pour ce que desirons singulierement entretenir & accomplir la Promesse que sur ce avons faitte a nôtre dit Cousin,

Nous voulons, Vous Mandons, Commandons & expressement Enjoingnons, que vous mandez faictes venir & assembler en nostre Ville de Meaulx, & autres Villes & Lieux que verres estre a faire, des Gens d'Esglise, Nobles, Bourgoys, Manans & Habitans des bonnes Villes & Lieux de vostre dite Bailliaige, Telz & en tel Nombre que adviseres,

Et iceulx ainsi Assemblez voyes & faictes veoir & visiter les dits Articles Traicte & Appoincte, & iceulx Confermez, Ratiffiez & Approuvez, & les Observez, Entretenez & Gardez, sans y faire aucun Restrinctions ou Dificulte,

Et de ce Nous envoyez Lettres de Confirmation & Ratiffication en Forme deue & autentique, pour icelle envoyer & satisfaire a la Promesse que avons faicte a nostre dit Frere & Cousin, A. D. 1496.

Et Gardez que en ce n'ait faulte, car tel est nostre Plaisir.

Donne au *Montilz lez Tours* le xxvii. Jour de Fevrier, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevings & Quinze, & de nostre Regne le Treiziesme.

Ainsi signe,
Par le Roy.
Vous Maistre *Charles de Haultboys* Conseiller en Parlement, & autres Presens.

ROBERTET.

Eussions decernees Commissions a chascun Siege & Chastellenye du dite Bailliaige de Meaulx & anciens Ressors d'icellui; c'estassavoir,

Tant pour ceste ditte *Ville & Chastellenye de Meaulx & le Marche,*

La Ville & Chastellenye de Laigny sur Marne,

La Ville & Chastellenye de Coullommers, la Ferte, Gaulcher, Jouy sur Morain, & autres Villaiges,

Ville & Chastellenye de Crecy,

Ville & Chastellenye de la Ferte Aucoul,

Les Villaiges de Resbes, Joirre, Doue, & Faresmonstier,

La Ville & Chastellenye de Provins,

Ville & Chastellenye de Sozaince,

Les Chastellenyes de Chautemarle & Tresson,

Ville & Chastellenye de Montereau Faultyonne,

Ville & Chastellenye de Bray sur Seine,

La Chastellenye de Jouy le Chastel,

A Fin de en chascun des diz Lieux & Chastellenyes dessusdits Congreger & Assembler les Estatz des dites Villes, Chastellenyes & Lieux dessusdites, *c'est assavoir*, les Gens d'Esglise, les Nobles,

A. D. 1496. Hen. 7.

& l'Estat Commun Bourgoys & Marchans Representans l'Estat Commun, pour enlx tous Assembler en chascune des dits Chastellenyes & Villes, ou ilz sont Residans, Eslire & Nominer tel Nombre de Personnes qu'ilz verront estre a faire des Gens & Condition dessusdites, tant d'Esglise de Noblesse, que de l'Estat Commun garnys de Povoir & Procurations, passees soubz Sceaulx Royaulx & autenticques, a fin de Comparoir le Vingt & ungisme jour de ce present Moys d'Avril, Mille, Quatrecens, Quatrevings & Seize, en ceste ditte Ville de Meaulx, pour Oyr & Veoir les Articles du Traicte de la Paix cy apres transcriptz, faictz entre *le Roy* nostre dit Seigneur, & *le Roy d'Engleterre* iceulx Articles, Confermez & Ratiffiez selon leur forme & teneur, & des dites Gratification, Ratiffication & Approbation, en Passer Lettres autenticques, ainsi que le Roy nostre dit Seigneur le veult & mande par ses dittes Lettres Patentes,

Et, en fourvissant a ce que dit est, & en obtemperant au bon Plaisir & Voulloir du Roy nostre dit Seigneur, se sont Presentez, & Comparuz en l'Ostel du Roy nostre dit Seigneur au dit Meaulx nomme la Halle; *c'est assavoir*,

Pour les Trois Estatz *de la Ville de Meaulx*, Chestelleuye & Marche,

Reverend Pere en Dieu Frere *Charles de Billy*,

Abbe de Sainct Faron les Meaulx,

Reverend Pere en Dieu Frere *Nicole Cheurrat*, *Abbe de l'Eglise nostre Dame de Chaage lez Meaulx*,

Venerable & Discrecte Personne Maistre *Jehan de la Place* Chanoine & Archediacre du dit Meaulx,

Maistre *Jehan de Marcilly* Chantre & Chanoine de dit Meaulx,

Maistre *Ponce de Lernes* Chanoine du dit Meaulx,

Maistre *Pierre Regnault* Chanoine du dit Meaulx,

Maistre *Guillaume Picquet* Chanoine & Official du dit Meaulx,

Maistre *Pierre Fabry*,

Et Maistre *Laurent Gobillon* Licencie en Decret;

Aussi *Chanoines de l'Eglise Sainct Estienne du dit Meaux*,

Maistre *Pierre Crocquet*,

Messire *Loys Herbelot*,

Messire *Eustauche de Vienne*,

Et Maistre *Nicole le Dieu*,

Chanoines de Sainct Sontin,

Messire *Philip Pijon* Religieulx comme Procureur du dit Prieur de Saincte Celine les Meaulx,

Frere *Jehan ne Vie* Prieur de Sclanviller,

Maistre *Pierre Sannaipe*, Cure de Saint Nicolas,

A. D. 1496. Hen. 7.

Messire *Jehan Joly*, Cure de Sainct Sainctin,

Maistre *Adrien le Dieu*, Vicaire de l'Eglise & Parroise Sainct Martin, ou Marche du dit Meaulx,

Frere *Jehan Lijot*, Prieur de Sainct Rigomer lez le dite Marche,

Maistre *Robert Bertin*, Vicaire de la Cure de Sainct Christofle en la ditte Ville de Meaulx,

Frere *Guy Musiner* Ministre de l'Ostel Dieu du dit Meaulx, Cure de Sanict Remy es Faulxbourgs du dit Meaulx,

Messire *Estienne Goffart* Maistre de l'Ospital,

Jehan Roze en la ditte Ville,

Messire *Simon Gillet* Cure de Sainct Thibault pres l'Eglise Sainct Faron du dit Meaulx,

Messire *Jehan de Giresme* Cure de l'Eglise & Parroise nostre Dame de Chaage les la ditte Ville,

Tous les dessusdits Representans & Faisans la plus Part du Clerge et Gens d'Esglise de la ditte Ville, Marche & Baillieve du dit Meaulx.

Et pour les Nobles,

Jehan Dantre Lieutenant a la Cappitainerie du dit Lieu, pour Monsieur *le Bailly* du dit Meaulx,

Guillaume de Savigny Seigneur du dit Lieu,

Claude de Cullant Seigneur de Saint Onan, Representans pour l'Estat des Nobles.

Et pour l'Estat commun; *c'est-assavoir*,

Honnorables Personnes,

Faron Nauet,

Pierre Musiner,

Jehan Rousellet,

Et *Philpot Buisson* tous Bourgoys Marchans,

Nicolas Challemot,

Faron Carvenne,

Jehan de Pruvoy,

Jehan Garnot,

Et *Jehan Fae*,

Gonverneurs, Procureurs & Recevers de Manans & Habitans de la Ville, Cite & Marche du dit Meaulx,

Honnorables Personnes,

Maistre *Jehan Richer* Esleu pour le Roy nostre Sire a Meaulx,

Maistre *Raoul Daraine* Advocat & Substitu de l'Advocat du dit Seigneur,

Maistre *Jehan Bataille* aussi Advocat Substitu du Procureur du Roy nostre dit Seigneur ou dite Bailliaige,

5 Maistres

A. D. 1496. Hen. 7.

Maistres *Jehan Auberon*,
Guillaume Charles,
Pierre Chapuset, Conseillerz & Avocatz au dit Meaulx,
Ynes Gille,
Jehan Chapuset,
Mahe Cheron,
Jehan de Montion,
Guion Ban,
Jehan de Hodicq,
Jehan du Chemin,
Jehan de la Rue,
Simon Bijot, Praticiens au dit Meaulx,
Jehan Bordier Grenetier du Grenier a Sel au dit Lieu,
Jehan Petit Frere dit Pouley,
Jehan Parise,
Pierre Gibert,
Pierre le Jurs,
Pierre Loppin,
Jehan Clercelier,
Thierry Louvet,
Pierre Vittere,
Pierre Asselin dit Raffine,
Pierre Laupnot,
Jehan Serpe,
Jehan Beaumaistre,
Guillaume Beaumaistre,
Jehan Husson,
Jacquemin de Lorine,
Anthonie Prevost,
Pierre Hendem,
Enguenard Equard,
Jehan Gaulebix,
Pierre Jayot,
Pierre le Consturier,
Philpot des Hayes,
Flourentin Laurent,
Pierre le Sourt,
Rollin Dovaire,
Anthonie Chovart,
Nicolas Wallet,
Quetin Varlet,
Adam Sene,
Jehan Jehannequin,
Oliver Mace,
Michel Terrat,
Collin Caillot,
Francoys Pinat,
Lucas Corun,
Jehan Mauroy,
Jehan Meraumont,
Jehan Chaillot,
Pierre Macquart,
Pierre de Montien,
Yves Picart Contrerolleur du dit Grevier a Sel,
Jehan Coreace,
Drouet Moulu,
Jehan Muy de Ble,
Jehan Tanpnart,
Jehan Pervin,
Quentin Betis,
Nicolas du Mont,
Simon le Mame,
Jehan Michelet,
Oudin Buffett,
Anthonie du Puis,
Laurent Leger,
Claude de Racenes,
Nicolas Gargette,
Estienne Van Ginot le Clerc,
Jehan de Saint Jehan,
Jehan Heron,
Jehan Musiner,
Oudin le Sourt,
Girard Seguin,
Martin Pisson,
Nicolas Charpentier,
Jehan Fredin,
Guillaume Seguin,
Pierre Jolliuet,
Baudichon Daves,
Pierre du Vallengellier,
Arnoullet de Harlines,
Jacquet Morice,
Anthonie Brade,
Raoullin Ragunne,
Pierre du Pigne,
Jehan Molu,
Jehan Pasquier,
Jehan le Gendoe,
Simon Pietrecon,
Didier George,
Claude Laurent,
Jehan de Memont,
Jehan Rollaut,
Jehan de Meraumont le Jeune,
Girault Laisne,
Girard Muly,
Pierre Lermuete,
Jehan Brunehu,
Pierre du Chesne,
Jehan Richard Bastien du Charme,
Calin Gasset,
Jehan Proune,
Jehan Seme,
Jehan Savigny,
Guillaume de Collosontaine,
Jehan Musnier,
Guillaume Fremont,
Jacques du Four,
Gaultier le Clerc,
Faron Carucune,
Guillaume Caviller,
Guillaume Foulle,
Pierre Bourdon,
Daniel Challemat,
Pierre Poulye,
Jehan Paisible,
Jehan Bourdon,
Girard Nettail,
Guillauma de Pruney,
Pierre Dazi,
Jehan le Dieu,
Jehan Adam,

Jehan

A.D. 1496. Hen. 7.

Jehan Preſſover,
Philpot le Hault,
Jehan Moreau,
Bertam Perrin,
Nicolas Clercelier,
Jehan Cavillier,
Jehan du Pove,
Jehan Tacquot,
Jehan Dupre,
Tous Repreſentans l'Eſtat Commun de la dite Ville, Marche, Cite & Chaſtellenye du dit Meaulx.

ET POUR LA VILLE ET CHASTELLENYE DU DIT LAVIGNY ſont Comparuz, *c'eſtaſſavoir,*
Maiſtre *Jacques Francoys,*
Robert Vincelot, Procureurs du Reverend Pere en Dieu,
L'Abbe de Laigny ſur Marne, REPRESENTANS LE CLERGE du dit Lieu,

ET POUR LES NOBLES,
Guillaume de Bombart Eſcuier, Repreſentans tous les Nobles du dit Lieu,

Et pour ESTAT COMMUN, *c'eſt aſſavoir,*
Maiſtre *Loys le Peſcheur,*
Et *Jehan Charron* Procureur des Manans & Habitans du dit Laigny,
Et *Jehan Boiſſeau* Marguelier de Chautel, pour les Villes & Chaſtellenyes de Provins, Sezanne, Treſſou, Chantemarle, Bray ſur Seine, Jouy le Chaſtel,

POUR LES GENS D'ESGLISE,
Reverend Pere en Dieu Maiſtre *Jehan Farel Abbe de Prully,*
Maiſtre *Jehan Bouzier* Doyan de Saint Quiriace,
Maiſtre *Anthonie ſe Burier* Doyen de noſtre Dame du Val au dit Provins,

POUR LES NOBLES,
Loys de Villers,
Et *Gonnot de Rama,* Eſcuiers.

POUR L'ESTAT COMMUN BOURGOYS ET HABITANS des dittes Villes & Chaſtellenyes,
Maiſtre *Jehan Jehannart,*
Maiſtre *Jehan du Pas,*
Maiſtre *Jacques de Villers* Licencie en Loix,
Paule Durant Procureur,
Et *Jehan Frommin* Receveur de la ditte Villes des Provins,

Pour les GENS D'ESGLISE *de la Chaſtellenye de Montereau ou fault dionne,*
Maiſtre *Jehan le Lorrain* Chantre & Chanoine de l'Egliſe noſtre Dame du dit Monſtereau.

A.D. 1496. Hen. 7.

Pour les NOBLES,
Pierre le Rouſſelet Eſcuier.

Et pour l'ESTAT COMMUN les dits *du Pas* & *Jehannel,*
Avec *Jehan Dupre* demourant au dit Montereau.

Pour les GENS D'ESGLISE *de la Chaſtellenye de Coulloimmiers,*
Diſcrete Perſonne Maiſtre *Bertin d'Alenſon,*

Pour les NOBLES,
Jehan Juvenel des Urſins Seigneur de Doue,
Godeffray de Tallan,
Francoys Flenoy,
Et *Jehan de Vallons,*
Eſcuiers.

Pour l'ESTAT COMMUN de la ditte Chaſtellenye,
Jehan de Montion,
Pierre de Lallier,
Nicolas Helbouſt,
Et *Francoys de Beaufort.*

Por les GENS D'ESGLISE *de la Chaſtellenye de Crecy,*
Maiſtre *Guillaume court* Presbitre.

Pour les NOBLES,
Nicolas Tricquot Cappitaine du dit Crecy,
Et *Jehan Bureau* Seigneur de Montauldier.

Pour l'ESTAT COMMUN,
Adam Pelletier.

Pour les GENS D'ESGLISE DE LA FERTE *Ancoul & Chaſtellenye du dit Lieu,*
Robert Acquart,
Meſſire *Pierre le Riche.*

Pour les NOBLES,
Gilles de Radinghan,
Et *Clement le Riche,*

Pour l'ESTAT COMMUN,
Pierre Bouuart,
Et *Michault Thiboult.*

Pour les GENS D'ESGLISE *de la Seignourie de Joirre,*
Meſſire *Pierre Thibault* Presbitre, avec *Simon Petit* Procureur des Religieuſes Abbeſſe & Convent du dit Joirre.

Pour les NOBLES,

Pour

A.D. 1496. Hen. 7.

Michel Fermele,
Guillaum de Chailly,
Et *Jehan du Moulin,* Esceniers.
Pour l'ESTAT COMMUN,
Jehan le Taideur,
Jehan Garnot,
Et *Gillet le Brias,*

Pour les GENS D'ESGLISE *de la Seignourie de Resbes,*
Messire *Jehan Mardoullier* Presbitre, avec *Jehan Josse* Procureur des Religieux Abbe & Couvent du dit Resbes.

Et pour l'ESTAT COMMUN,
Jehan Chaton.

Pour les GENS D'ESGLISE *de la Seignourie de Faresmont,*
Guillaume Guineben Procureut des Religieuses Abbesse & Convent du dit Lieu de Faresmonstier.

Et par l'ESTAT COMMUN,
Mathieu Gumet.
Les quelz de Rebes & Faresmonstier ont dit, que es dittes Seignouries n'y avoit nulz Nobles, tous iceulx devant nommez, Representans les Trois Estatz du dit Bailliaige, & apres narration & desduction de la cause de la Congregation faitte a tous les dessusdits Comparans, comme dit est, en l'Ostel & Auditoire du Roy nostre dit Seigneur au dit Meaulx, avons a iceulx faict lecture, tant des dittes Lettres Patentes dessus transcriptes, que des Articles Traicte de Paix & Accorde, faictz par *le Roy nostre dit Seigneur* avec *le Roy d'Angleterre,* a nous envoyez par le dit Seigneur soubz le Contreseel de sa ditte Chancellerie,
Par les Gens des quelz Estatz nous a este requis iceulx Traicte & Articles estre transcriptz de mot a mot en ces Presentes Lettres de Ratiffication & Approbation, *& des quelz Articles la Teneur est telle.*

Phelip de Crevecueur Dominus des Querdes, &c.

Et par les quelz, apres Lecture des dites Articles, en fournissant au bon Voulloir & Intention du Roy nostre dit Seigneur, gratentement ont eu & ont les diz Articles & Traictez selon leur forme & teneur pour Aggreables, iceulx ont Gratiffie, Consenti, Accorde & Ratiffie, Accordent, Gratiffient, Ratiffient, Consentent & Apreuvent, Prometans iceulx Entretenir en tant que a eulx sera par les Foy & Serment de leurs Corps, & soubz l'Obligation & Temporel de leurs Biens. A.D. 1496.
Voullans & Consentans que par Nous soubz les Seeaulx du Bailliaige du Meaulx des dits Consentement & Gratiffication & Approbation Lettres soyent faictes, pour envoyer vers le Roy nostre dit Seigneur a fin de fournir a la Promesse faicte par *le Roy nostre dit Seigneur* au *Roy d'Angleterre,* & ce tant en leurs propres & prives Noms, comme en vertu du Povoir a eulx donne par les Gens des diz Trois Estatz, chascun selon sa qualire, Hen. 7.
Du quel Povoir les Demourans & Habitans du dit Meaulx ont faict publiquement en la ditte Congregation & Assemblee Prompte Foy; *c'est assavoir,*
Pour la Ville & Cite de Meaulx, les Gens d'Esglise dessus nommez en Personnes:
Et pour les Nobles les dessus nommez aussi en Personnes:
Et pour l'Estat Commun les Gouverneurs Procureur des Manans & Habitans des Communaulte de la Ville & Marche du dit Meaulx, avec les autres Habitans cy dessus specifiez, & autre grant Nombre Representant quasi tout le Peuple des dits Ville & Marche;
Les quelz en particular & en general ont Promis & Jure avoir & tenir pour Aggreable, Continuer & Entretenir le dit Traicte de Paix, selon la contenu es dites Articles, & ce tant pour & en leur Nom, comme pour & ou Nom des autres Habitans non Comparans; semblablement les dessusdiz Comparans & Representans les Estatz du dit Laingny; *C'est assavoir,*
Les Gens d'Esglise par le dit Messire *Jacques Francoys* en vertu des Lectres de Procuration a Lui passee par les autres Gens d'Esglise du dit Laingny, Terre, Seignourie & Justice par devant *Claude Feret* Tabellion Royal en la Chastellenye de Torce en Brye; Dactee du Dix huitiesme jour d'Avril, Mille, Quatrecens, Quatrevingts & seize;
Les dites Nobles par le dit *Guillaume de Bombart,* fonde de Lettres de Procuration a Lui passee par les autres Nobles Personnes de la ditte Chastellenye, Seignourie & Justice soubz les Sceaulx de la ditte Chastellenye de Thorcy, par devant *Jehan Hugot* Tabellion; Dattee du Dix-huitiesme jour d'Avril, ou dit An;
Et les dits de l'Estat Commun par les diz Maistre *Loys le Pescheur* & *Jehan Charron,* en vertu des Lettres de Procuration a eulx passees par devant le dit

A. D. 1496 Hen. 7. *Claude Feret* Tabellion du dit Thorcy; Dactees du Dix-septiesme jour du Moys d'Avril, An dessusdit:

Pour les Habitans des Villaiges & Parroisses de Checy, Monturain & Gouvernes, Couches & Chantelon ou dit Bailliaige, en la ditte Chastellenye de Laingny, *Jehan Boisseau* demourant au dit Chantelon fonde de Lettres de Procuration a luy passees par les Habitans des dites Villaiges & Parroisses par devant *le dit Feret*, soubz les Sceaulx du dit Thorcy; Datees du xxi. Jour du dit Moys d'Avril, An dessusdit, Mille, Quatrecens, Quatrevingtz & Seize;

Pour la Chastellenye de Couloimmers la Ferte, Gaucher & Jouy sur Morain, pour les Gens d'Esglise dessus nommez, le dit Maistre *Bertin d'Alenson* garny de Lettres de Procuration faictes & passees soubz lez Sceaulz de la Prevoste de Jouy le Chastel par devant Messire *Jehan Possot* Substitut de Maistre *Michel du Boys*, Tabellion du dit Jouy; Dactees du Samedy Seiziesme Jour d'Avril, Mil, Quatrecens, Quatrevingtz & Seize, apres Pasques:

Pour les Nobles de la ditte Chastellenye & Seignouries de la Ferte, Gaulchier & Jouy sur Morain, le dit *Jehan Juvenel* des Ursins Seigneur de Doue, & *Godeffroy de Tallan* Seigneur de la Granche de Corroy, en vertu des Lettres de Procuration a eulx passees par les autres Nobles de la ditte Chastellenye des Seignouries devant dittes, soubz les Sceaulx du dit Jouy le Chastel par devant le dit Substitut; Dactees du dit Seiziesme Jour d'Avril, l'An dessusdit:

Pour les Bourgoys, Marchans & Estat Commu d'icelles Chastellenyes & Seignouries, *Jehan de Montion*, *Pierre de Lallier* & *Nicolas Helbouft*, fondes de Lettres de Procuration, passees soubz les dites Sceaulx de Jony devant le dit Substitut; Dactees du dit xvi. Auril ou dit An:

Pour les Gens d'Esglise des Villes & Chastellenye de Provins, Sezanne, Tressou, Chautemarle, Jouy le Chastel, Bray sur Seine, Montereau, le dit Reverend Pere en Dieu Maistre *Jehan Farel* Abbe de Prully, Discreetes Personnes Maistre *Jehan Bouzier* Licencie en Loix Doyen de Saint Quiriace, Maistre *Anthonie Febvrier* Dean de nostre Dame du dit Provins, en vertu de Lettres de Procuration a eulx passees par les autres Gens d'Esglise des dites Villes & Chastellenyes soubz les Sceaulx du dit Provens, par devant *Denis de Lif* Tabellion du dit Provins; Dactees du Dixhuitiesme Jour d'Avril, ou dit An Mille, Quatrecens, Quatrevingtz & Seize. A. D. 1496.

Et avec les dessusnommez, pour les dites Gens d'Esglise de la Chastellenye Hen. 7. du dit Montereau, Discrecte Personne Maistre *Jehan de Lorrain*, fonde de Lettres de Procuracion passees par devant *Michel de Saint Denis* Tabellion Royal au dit Montereau; Dactees du xiv. jour d'Avril, ou dit An Mille, Quatrecens, Quatrevingts & Seize:

Pour les Gens Nobles du dits Villes & Chastellenyes *Loys de Villers* Seigneur de Challemaison & *Gonnot de la Rama* Seigneur du Plessis, fondez de Lettres de Procuration, passees soubz les Sceaulx du dit Provins; Dactees du Dix-huitiesme Jour d'Avril, Mil, Quatrecens, Quatrevingtz & Seize:

Pour les Bourgoys, Marchans & Estat Commun des dits Chastellenyes, *c'est-assavoir*, pour les Chastellenies du dit Provins, Bray sur Seine, & Jouy le Chastel, Maistres *Jehan du Pas*, *Jehan Jehannel* Licencie en Loix, en vertu de Lettres de Procuration passees soubz les dits Sceaulx; Dactees du Dix-huitiesme Jour d'Avril, An dessusdit, par devant *Jacques Tibier* Tabellion Royal au dit Provins:

Pour l'Estat Commun de la Chastellenye du dit Monterean, *Jehan du Pre* Procureur & Receveur de la Ville & Communite du dit Montereau, en vertu du Povoir a luy donne par les mesmes Lettres de Procurations passees au dite Provins, Maistre *Jehan le Lorrain* comparans pour les Gens d'Eglise de la ditte Chastellenye, dont la Dacte est devant escripte:

Pour l'Estat Commun des dits Villes & Chastellenyes de Sezanne, Tressons & Chantemarle, le dit Maistre *Jacques de Villers* Licencie en Loix, fonde de Lettres de Procuration a luy passees par les Gens du dit Estat Commun des dites Villes & Chastellenyes, soubz les Sceaulx du dit Provins, par devant le dit *Tibier*; Donnees en Dacte le Dix-huitiesme jour d'Avril An dessusdit:

Pou les Gens d'Esglise de la Ville, Seignourie & Chastellenye de la Ferte Aucoul, Discrecte Personne Messire *Robert Acquart* & Messire *Pierre de Riche*, fondes de Lettres de Procuration passees soubz les Sceaulx du dit Meaulx, par devant *Philippes Hardy*, Substitut du Tabellion du dit Meaulx; Dactees du Dix-septiesme Jour d'Avril, ou dit An Mille, Quatrecens, Quatrevingts & Seize.

Pour les Nobles, *Gilles de Radinghan* & *Clement de Riche*, en vertu de Lettres de Procuration a eulx passees par les

A. D. 1496 Hen. 7. les autres Nobles de la ditte Chastellenye & Seignourie, par devant le dit Substitut, le dit Dix-septiesme Avril, An que dessus:

Pour les Bourgoys, Marchans, Labourans & Estat Commun, *Pierre Bouvart*, *Michault Thibault* garnys de Lettres de Procuration, passées soubz les dites Sceaulx par devant le dit Substitut, de la Datte devantdicte:

Pour les Gens d'Esglise de la Ville & Chastellenye de Crecy en Brye, Discrecte Personne Maistre *Guillaume Ancourt* Presbitre, fonde de Lettres de Procuration, passées soubz le Seel Royal de la ditte Chastellenye par devant Maistre *Mathurin Marotin* Tabellion du dit Crecy; Donne en Datte le xix. d'Avril, An dessusdit:

Pour les Nobles, *Nicolas Tricquot* Capitaine du dit Crecy, & *Jehan Bureau* Seigneur de Monthauldier; & pour l'Estat Commun d'icelle Ville & Chastellenye *Adam le Pelletier* Praticien au dit Lieu, fonde & garny de pareil Povoir & Procuration a luy passee soubz les dites Sceaulx, par devant le dit Marotin, le dit Dix-neufiesme Avril, An que dessus:

Par les Gens du dit Estat Commun d'icelle Ville & Chastellenye de Crecy; pour les Gens d'Eglise de la Seignourie de Joierre, Messire *Pierre Thibault* Presbitre, en vertu des Lettres de Procuration a luy passée soubz les Sceaulx du dit Meaulx le xix. Jour du dit Moys d'Avril, receues par le dit *Philippes Hardy* Substitud devant nomme.

Pour les Gens Nobles *Guillaume de Chailly*, *Jehan du Molin*, & *Michel Fermele* en leurs Personnes; pour l'Estat Commun d'icelle Seignourie *Pierre le Tondeur*, *Jehan Garnot* & *Jehan Josse*, ayans Povoir de ce faire par Lettrees de Procuration passées soubz les dits Sceaulx de Meaulx, receues par le dit Substitud le Dix-huitiesme Jour du dit Moys d'Avril.

Pour les Gens d'Eglise de la Seignourie de Resbes, *c'est assavoir*, pour les Religieulx Abbe & Convent du dit Lieu, Honneste Personne *Jehan Josse*, fonde de Lettres de Procuration passee soubz les Sceaulx de la dicte Abbaye le dix-huitiesme Jour d'Avril, An dessusdit, A. D. 1496. Hen. 7.

Pour les Gens d'Eglise Secculliers, Messire *Jehan Medullier*, fonde de Lettres de Procuration passee soubz les Sceaulx du dit Meaulx, le xix. Jour d'Avril, An que dessus, receues par devant *Jehan de Joisel*, Substitud du Tabellion du dit Meaulx.

Pour les Gens de l'Estat Commun d'icelle Seignourie, *Jehan Chaton* demourant au dit Resbes, fonde de Lettres de Procuration passe soubz les dites Sceaulx de Meaulx, receues par le dit *du Joysel* le dit xix. Avril.

Pour les Gens d'Eglise de la Seignourie de Faresmonstier mesmes, pour les Religieuses Abbesse & Convent du dit Lieu, *Guillaume Guynebeu* fonde de Lettres de Procuration passee soubz les Sceaulx de la ditte Abbaye; Dactees du Dix-huitiesme Jour d'Avril, ou dit An Quatrecens, Quatrevingts & Seize.

Et pour les Gens de l'Estat Commun *Matheu Guyuet* Demourant au dit Lieu, en vertu du Povoir a luy donne par les Gens du dit Commun Estat de la ditte Seignourie de Faresmonstier, contenues Lettres de Procuration passée soubz les Sceaulx du dit Meaulx; Dattees du Vingtisme Jour du dit Moys d'Avril, An dessusdit, Mille, Quatrecens, Quatrecens & Seize.

Ce fut Fait, Consente & Accorde ou dit Auditoire du Roy en la dicte Congregation, le Jendi Vingt & Ungisme Jour du dit Moys d'Avril, An Mille, Quatrecens, Quatrevings & Seize, apres Pasquees, & donne en Tesmooing de ce soubz les Sceaulx du dit Bailliage.

N. CAMUS Greffier du dite Bailliage.

Sub Sigillo prædictæ Bailliviæ de Cera rubra pendente a Filis intertextis.

Super Solutionibus Franciæ, de Recipiendo & Acquietando.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Franc. 11. H. 7. m. 25. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, *inter Nostros* & Illustrissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri *Karoli Gallorum Principis* Commissarios, Oratores, Procuratores, Deputatos & Nuncios, inter cætera, Conventum, Concordatum, Appunctuatum & Conclusum fuerat, A. D. 1496.

Quòd idem Frater & Consanguineus noster *Solveret & Deliberaret*, *Solvive & Deliberari faceret*, *Nobis & Heredibus nostris seu nostris Deputatis*, *vel dictorum Heredum nostrorum Deputatove Depu-*

A. D. 1496. Hen. 7. *Deputatis*, *Summam* Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri, *unaquaque Corona Valoris Triginta & Quinque Solidorum Turonensium Monetæ tunc in Regno Franciæ Cursum habentis.*

Quam quidem Summam Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri præfatus Frater & Consanguineus noster *Confessus fuerit & declaraverit*, *Seque & Heredes suos*, *per Literas suas Nomine suo subsignatas*, *Obligaverit*, *& pro Se & dictis Heredibus suis Consentiit & Promisit solvere & deliberare solvive & deliberari facere Nobis & Haeredibus nostris*, *seu nostris Deputatis*, *aut ipsorum Heredum nostrorum Deputato seu Deputatis*, *sub modo & formâ sequentibus*; *videlicet*,

Quòd idem Frater & Consanguineus noster *Solveret & Deliberaret Solvive & Deliberari faceret Nobis & dictis Heredibus nostris nostrisve Deputatis seu dictorum Heredum nostrorum Deputato sive Deputatis*, *in Villa nostra Calesii*, *Die Primo Mensis Maii extunc proximò sequente*, Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri, *Valoris supradicti*, *unoquoque Franco Valente* Viginti Solidos Turonenses *secundum Cursum & Æstimationem quam tunc habuerunt*,

Et, *primo Die Mensis Novembris tunc proximò futuro*, *consimilia* Viginti quinque Millia Francorum in Coronis Auri *Valoris supradicti*, *in prædicta Villa nostra Calesii*,

Et sic de Anno in Annum & de Termino in Terminum idem Frater & Consanguineus noster *Solveret & Deliberaret Solvive & Deliberari faceret Nobis & dictis Heredibus nostris*, *aut nostris seu dictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis*, *Loco & Terminis antedictis*, *donec & quousque dicta Summa* Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri *Æstimationis prædictæ per ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum* Gallorum Principem *& Heredes suos Nobis & Heredibus nostris ut prædictum est pleuè & integrè soluta & contentata fuerit*,

Et quia Prima Dies Mensis Maii, quæ erit Septimus Terminus Solutionis antedictæ, in qua Summa *Viginti & quinque Millium Francorum in Coronis Auri*, Æstimationis prædictæ, in prædicta Villa nostra Calesii, ut præmittitur, solvi debeat (videlicet) Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, propediem est ventura,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Prædilecti & Fidelis nostri *Egidii d'Aubeney* de d'Aubenay A. D. 1496. Hen. 7. Militis atque Locum nostrum Calesii & Palæ sive Limitum & Terminum ejusdem tenentis, necnon, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Richardi Nanfan* Militis Deputati dicti Locumtenentis nostri Villæ nostræ Calesii, *Johannis Turbervile* Militis Thesaurarii nostri ejusdem Villæ, *Edmundi Bedyngfeld* Militis Constabularii nostri ibidem, *Adriani Whetbill* Contrarotulatoris ibidem, & *Nicholai Boughton* Thesaurarii Guerrarum ejusdem Villæ, quampluri-mùm confidentes,

Ipsos nostros veros & Indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus & Deputamus per Præsentes,

Dantes eisdem, Quinque, Quatuor & Tribus eorum, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis sive Nunciis *ipsius Fratris & Consanguinei nostri Franciæ* apud dictam Villam nostram Calesii Nomine nostro Tractandi & Communicandi, & ab ipsis dictam Summam *Viginti & quinque Millium Francorum in Coronis Auri* Valoris antedicti (unoquoq; Franco Viginti Solidos Turonenses, ut præmittitur, valente) Nobis dicto Primo Die Mensis Maii per *ipsum Gallorum Principem* debitam & solvendam, Recipiendi, & eorum Solutiones Acceptandi, *ipsumque Consanguineum nostrum* & dictam Summam solventes de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, atque Literas suas Acquietantiæ & Exonerationes eorumdem Conficiendi & Sigillandi, ipsasque Literas nostras Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi, Magno Sigillo nostro sigillatas, præfatis Commissariis, Procuratoribus, Deputatis sive Nunciis prædicti Fratris & Consanguinei nostri Nomine nostro atque suo Tradendi & Deliberandi,

Cæteráque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros totum & quicquid præfati Commissarii, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores & Deputati, Nomine nostro, fecerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Ratificatio

Ratificatio Pacis per Tres Status de Berry.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Universis, præsentes Litteras Inspecturis atque Audituris, *Johannes Salat* in Legibus Licentiatus Consiliarius Serenissimi Principis Domini nostri *Karoli Francorum Regis* Christianissimi & Locumtenens Generalis Nobilis Viri *Johannis de Moustier* Militis, Domini de Feritate Gilbert & de Briente Consiliariique & Cambellani dicti Domini nostri Regis & ejus Ballivi atque Gubernatoris in Bituria, Salutem in Domino.

NOVERITIS quòd, Receptis per Nos Literis Patentibus præfati *Domini nostri Francorum Regis*, unà cum quibusdam Articulis super Amicitiis, Ligaminibus, Nexibus & Confœderationibus Pacis perpetuæ, per & inter Ipsum Christianissimum Dominum nostrum *Francorum Regem* ex una Parte, & Illustrissimum Principem *Henricum Regem Anglorum*, seu Ambassiatores, Procuratores & Commissos ab eisdem Respectivé, pro ipsis eorúmque Hæredibus & Successoribus quibuscúmque, ex alia parte, factis & inhitis, prout in dictis Articulis, eisdem Patentibus Literis, sub Contra-Sigillo Cancellariæ ejusdem Domini nostri Francorum Regis, alligatis, latiùs continetur,

Quorum quidem Articulorum necnon & pariter dictarum Literarum præfati Domini nostri Regis Tenores per Ordinem sequuntur,

Et primo Tenor dictarum Literarum ejusdem Domini nostri Regis sub hac Verborum Forma.

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France* au *Bailly de Berry* ou a son Lieutenant, Salut.

Comme puis &c. *prout in superioribus, mutatis mutandis.*

Quibus siquidem Patentibus Literis & Articulis præinsertis, per Nos Receptis Reverenter, ut decet, atque Visis, Cupientes Mandatis dicti Domini nostri Regis integrè parere prout tenemur, ac habito Consilio & maturâ Deliberatione cum Advocato & Procuratore dicti Domini nostri Regis in dicto Balliviatu Bituriæ, necnon Præposito Villæ Bituris, ejúsque Locumtenente, & pluribus aliis Notabilibus Viris juris peritis, quia per easdem Patentes Literas Nobis mandabatur congregari facere Tres Status (videlicet, Prælatos Clerum Nobiles & Communitates dicti Balliviatûs Bituriæ) in tali Numero quem Nos videremus faciendum, pro Videndo & Visitando Articulos prædictos præfati Appunctuamenti Pacis & Concordiæ, & illos confirmari, Ratifficari, Approbari atque Observari facere,

A. D. 1496.

Nos, insequendo Voluntatem & Beneplacitum dicti *Domini nostri Regis*, & ad Executionem dictarum suarum Literarum procedentes, Diem Martis vicesima sexta Mensis Aprilis hodiernam, Anno infrascripto, prædictos Tres Status Congregavimus & Congregari fecimus coram Nobis in Domo seu Hospitio hujus Villæ Bituris, in præsentia Nobilis Viri *Artauldi de Villejau* Scutiferi Magistri Hospitii dicti Domini nostri Regis & Custodis Præpositurae Bituris, Honorabiliúmque Virorum Magistrorum, *Petri de Brolio* in Legibus Licentiati Consiliarii & Advocati, *Egidii Pain* Procuratoris Generalis dicti Domini nostri Regis in dicto Balliviatu Bituriæ, & *Martini Chambellan* etiam in Legibus Licentiati dicti Præpositi Locumtenentis,

Et qui quidem Tres Status comparuerunt in Numero ac Modo sequentibus;

Et Primò pro Clero, Personæ sequentes; videlicet,

Venerabilis Vir Magister *Ravandus Regis* Canonicus & Archidiaconus de Bourbonio in Ecclesia Bituricensi, ut & tamquam Vicarius Generalis in Spiritualibus & Temporalibus Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini *Bituricensis Archiepiscopi*, a Civitate & Diœcesi Bituricensi notoriè absentis, pro eodem Reverendissimo Domino Bituricensi Archiepiscopo.

Et pro dicta Ecclesia Bituricensi Venerabiles Viri Magistri *Johannes de Villers* Decanus, & *Jacobus Girardi* Canonicus ejusdem Ecclesiæ Bituricensis.

ITEM, Reverendi Patres *Abbates Monasteriorum Sanctorum Ambrosii* Bituris & *Sigirani* in Brena, ac etiam Plenipedensi de Casali Benedicto & de Podio Ferraudi.

ITEM, pro Capella Palatii Regii Bituris Venerabiles Viri Magistri *Jacobus de la Loe* & *Henricus Belestat* Canonici ejusdem Capellæ.

ITEM, pro Ecclesia Seculari & Collegiatâ Sancti Austrigisilii de Castro extra Muros Bituricenses Venerabiles & Discreti Viri Magistri *Johannes Bertauldi*

A. D. 1496. Hen. 7.

Sacræ Theologiæ Professor Prior, & *Johannes Husult* in Legibus Licentiatus Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

ITEM, pro Ecclesia Seculari & Collegiata Beatissimi Ursini Bituris Magistri *Johannes Cambellani* & *Jacobus de Brolio* in Legibus Licentiati ejusdem Ecclesiæ Canonici.

ITEM, pro Conventu Monasterii Sancti Sulpitii extra Muros Bituris Fratres *Andreas de Sauzay* Celerarius & *Philippus de la Troulliere* Religiosi ejusdem Monasterii.

ITEM, pro Conventu Monasterii prædicti Sancti Ambrosii Fratres *Franciscus de Turre* Camerarius & *Johannes Chanvet* aliàs le Foudeux Religiosi dicti Monasterii.

ITEM, pro Ecclesia Collegiata de Duno Regis Dominus *Johannes Challemaigne* Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

ITEM, pro Ecclesia Seculari & Collegiata Beatæ Mariæ de Magduno super Euram Magistri *Guillielmus Rogier* & *Franciscus Bueille* Canonici ejusdem Ecclesiæ,

ITEM, pro Ecclesia Seculari & Collegiata Beatæ Mariæ de Salisbituris Magistri *Ludovicus de Volva* & *Andreas de Villeneufue* Canonici dictæ Ecclesiæ.

ITEM, pro Ecclesia Seculari & Collegiata Sancti Petri Puellarum Bituris Magister *Petrus Rogier* & Dominus *Johannes de Villagra* Canonici ejusdem Ecclesiæ.

ITEM, pro Ecclesia Collegiata Beatæ Mariæ Medii Monasterii Bituris Magistri *Guillielmus Vousy* & *Nicolaus Barcy* ipsius Ecclesiæ Canonici.

ITEM, pro Ecclesia Collegiata de Castro Novo super Carum Magister *Ysambert de Chambly* Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

ITEM, pro Ecclesia Collegiata de Saincergio Magister *Gullermus Bordin* Prior dictæ Ecclesiæ.

ITEM, Frater *Philippus Bardeau* Prior Sancti Michaelis Bituricensis Frater *Anthonius de Fogieres* Religiosus Monasterii Sancti Gildasii.

Fratres *Petrus Loube* Eleemosinarius de Brives & *Ludovicus du Boys* Prior de Vaudelione Religiosi Monasterii Beatæ Mariæ Dolensis.

Fratres *Jacobus Cobet* & *Guillermus Cherbonnier* Religiosi Monasterii de Fonte Morigniaco.

Et *Bertrandus Gandin* Religiosus & Procurator Monasterii de Calonio pro dictis eorum Monasteriis respectivè.

Et pro Villa Bituris Honorabiles Viri Magistri *Franciscus Bochetel*, Major *Johannes de l'Ospital* in Legibus Licentiatus, *Ursinus de Sauzay*, *Thomas Ronsart*, Burgenses & Scabini dictæ Villæ Bituris, ac etiam Honorabiles & discreti Viri Magistri *Jacobus de Treignac* Consiliarius & Advocatus Raolinus Frisques, Procurator Manentium & Habitantium ejusdem Villæ Bituris, *Guillermus Sarde*, *Petrus Maublane*, *Savaricus du Puy*, *Johannes de Boys Renvre*, *Guillermus Duquet* & *Stephanus des Barres*, Advocati, *Stephanus Dorsonville*, *Petrus Artenay* & *Nicholaus Garnier*, Procuratores in Curia Laicali Bituris.

A. D. 1496. Hen. 7.

Et pro Sede & Ressorto de Exolduno; & primò, *videlicet*, pro villa ejusdem Loci Nobiles Viri *Johannes Chenrier* Dominus de Pandy, *Jacobus Latry* Dominus de Reblay, Magister *Claudius Robmeti* in Legibus Licentiatus & *Guillermus d'Orleans* Junior Gubernator dictæ Villæ de Exolduno.

ITEM, pro Villa de Castro Radulpho Nobiles Viri *Jacobus de Varennes* *Petrus Chenrier* Scutiferi, & Magister *Anthonius Turquie* in Legibus Licentiatus.

ITEM, pro Villa de Liveriis Nobilis Vir *Johannes de la Chastre* Dominus du Plex & Magister *Petrus Cobin* in Legibus Licentiatus.

ITEM, pro Villa de Sancta Severa Nobilis Vir *Johannes Robinet* Scutifer & Magister *Franciscus Bonyac*.

ITEM, pro Villa de Graciaco Nobilis Vir *Johannes Rabotin* Dominus du Vergier & Magister *Johannes Caillat* in Legibus Licentiatus.

ITEM, pro Villa de Castra in Bituria Nobilis Vir *Johannes de Vernusse* Scutifer & *Petrus Bourdeau*.

ITEM, pro Villa de Aguranda Nobilis Vir *Guillermus Courault* Dominus de Planet & *Petrus Andre*.

ITEM, pro Villa Burdigalensi *Nicolaus Berri*.

ITEM, pro Villa Sancti Carterii Magister *Helias Agobert*.

ITEM, pro Villa de Closis superioribus Nobilis Vir *Georgius de Meignac* Dominus du Repaire & *Johannes Betolat*.

ITEM, pro Villa de Boussac *Jacobus Berthon* & *Petrus Boursault*.

ITEM, pro Villa & Ressorto dicti Loci de Magduno super Euram Nobiles atque Honorabiles Viri Dominus *Ludovicus Blain* Miles Dominus du Poil, *Johannes de Brio*, *Robertus Sathenat* & *Karolus de Peigny* Scutiferi, Magister *Hector Conners* in Legibus Licentiatus Receptor Ordinarius dicti Domini nostri Regis in dicto Balliviatu Bituriæ, *Robertus Asselin*, *Petrus Bernard*, & *Johannes Conners*.

ITEM,

A. D. 1496. Hen. 7.

ITEM, pro Villa & Ressorto de Duno Regis Nobiles Viri *Johannes de Gamaches* Scutifer Magister Hospitii dicti Domini nostri Regis, *Franciscus Pelourde* Dominus de Ozoer, *Leo de Raynet*, *Petrus Pepin*, Scutiferi, ac Magistri, *Johannes de l'Ospital*, *Johannes Regnier*, in Legibus Licentiati, *Simon Coulasson* & *Michael Poesse*.

ITEM, pro Villa & Ressorto de Concressault Nobiles Viri *Johannes Trousseboys* Dominus de Villegenon, *Johannes de Vinon* Dominus de Barelure, *Johannes Micho* Dominus de la Mothe, *Claudius Chappelle* Dominus de Beaujeu Senior, Scutiferi, *Bertraudus Farou*, *Miletus des Roches*, *Stephanus Cadoet* & *Nicolaus Raymon*.

ITEM, pro Villa & Ressorto de Saucero *Johannes Turpin* & *Johannes Millecent* Gubernatores dictæ Villæ.

ITEM, pro Baronia de Montefalconis *Petrus Body* Procurator & *Johannes Craquin* Locumtenens Baillivi ejusdem Loci.

ITEM, pro Villa & Ressorto de Virsione Nobiles Viri *Nicolaus Patoustau*, *Johannes Bourdesolle*, Scutiferi, Magister *Petrus Tiercelin* in Legibus Licentiatus, & *Johannes Robinet*,

ITEM, pro Castellania de Ays Dangillon Nobiles Viri, *Anthonius de Neufmolins*, *Stephanus des Ruaulx*, Scutiferi, *Luquin Leble*, *Johannes Nisson*, & *Matheus Barratier*.

Et pro Castellania de Breciaco Nobilis Vir *Johannes Vaultier* Scutifer, *Johannes Michau* & *Antonius Mery*.

QUIBUS sic coram Nobis Comparentibus & Congregatis seu Congregationem Trium Statuum Tenentibus Facientibus & Repræsententibus, prædictas Litteras dicti *Domini nostri Regis*, unà cum Articulis præinsertis eisdem Literis alligatis, altâ & intelligibili Voce eoram Nobis, per *Johannem Gaudon* Clericum Notarium Regium & Commissum ad excercitium Greffariatûs dicti Balliviatûs Bituriæ, de verbo ad verbum Legere fecimus,

Quibus sic publicè Lectis, quia plures ex dictis Nobilibus & aliis Personis Contenta in dictis Articulis, propter eorum Imperitiam aut aliàs, ex eo quòd verbis Latinis erant descripta, minimè saltem sanè Intelligebant seu Intelligere aut comprehendere possent, dictos Articulos ac omnia & singula in eisdem contenta verbis Gallicis publicè declaravimus & exposuimus,

Ipsisque sic Declaratis & Expositis, atque per singulos dictæ Congregationis, tanquam per Tres Status dicti Balliviatûs Bituricensis invicem Congregatos seu Congregationem Trium Statuum Tenentes, Facientes & Representantes, ut dictum est, ad plenum Auditis, Deliberatione prius per & inter eos respectivè præhabitâ, Amicitias, Ligas, Conventiones, Promissiones, Juramenta & Confœderationes ac omnia & singula alia in jam dictis Articulis, super hoc confectis, & de Verbo ad verbum superiùs insertis, contenta prout in eisdem continetur, spontè & liberè unanimiter nemine discrepante, in Præsentia dicti *Johannis Gaudon* notarii Regis & Commissi præfati ac *Johannis Brossardi* Publici Auctoritate Apostolicâ & Venerabilis Præmatialis & Metropolitanæ Curiæ Bituricensis Notarii Jurati, ad hoc per Nos specialiter vocatorum, Voluerunt Laudaverunt, Ratifficaverunt, Confirmaverunt & Approbaverunt, Voluntque Laudant, Ratifficant, Confirmant & Approbant, necnon Illa Tenere & Observare in futurum Promiserunt, absque eorum aliqua Restrictione, secundùm formam & tenorem in ipsis Articulis contentos, & prout per jam dictas Literas dicti Domini nostri Regis fieri mandabatur,

A. D. 1496. Hen. 7.

Etque Præmissa Nos *Johannes Salut* Locumtenens Generalis prædictus, in quantum in Nobis est, Volumus Ratifficamus & Approbamus, atque Illa Observare & Intertenere Promissimus & Promittimus per Præsentes.

In Quorum Omnium & Singulorum Fidem & Testimonium Præmissorum has nostras Præsentes Confirmationis & Ratificationis Literas per dictos Gaudon & Brossardi Notarios prædictos signari & subscribi fecimus atque Sigillo communi dicti Bailliviatûs muniri.

Datum & Actum supradictâ Die Martis vicesimâ sextâ dicti Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Sexto.

GAUDON N.

Et Ego Johannes Brossardi *de Rulliaco, Bituris commorans, Publicus auctoritate Apostolicâ & supradictæ Curiæ Bituricensis, Notarius Juratus, quia Ratifficationi & Approbationi ac aliis Præmissis omnibus & singulis, dum sic ut suprascribuntur dicerentur, agerentúrque & fierent, unà cum Notario Regio suprasignato, præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, idcirca præsentibus Literis,*

A. D. 1496. Hen. 7. *ris, alienâ Manu fideliter scriptis, Signum meum publicum hic, me Manu propriâ subscribendo, apposui Requisitus in omnium & singulorum Fidem & Testimonium Præmissorum & Rogatus.*

A. D. 1496. Hen. 7.

Sub Sigillo Papiro obducto a filis sericis intexis viridis coloris pendente.

Ratificatio Pacis & Amicitiæ per Tres Status de Monstreoill ou Baillage d'Amiens.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

A Tous Ceulx, qui ces presentes Lettres verront ou orront, *Jehan de Noielle*, Bourgois de Monstroeul, a present Garde du Seel Royal de la Baillie d'Amiens, establi en la Ville & Prevoste de Monstroeul pour seeller & confermer les Contractz, Convenenches, Marchies, Obligations & Recongnoissances qui sont & seront faittes passes & receves es mettes de la ditte Prevost, Salut.

Scavoir faisons que au Jourdhuy, par devant Maistre *Nicolle des Planeques* Licencie es Loix, & *Porrus Hourdel*, Auditeurs Reaulx Manans au dit Monstroeul, au Maodement & Commandement de *David de Burier* Lieutenant Premier & General de Monsieur le Bailli d'Amiens en la Ville & Prevoste du dit Monstroeul, & en eussez le Coppie du contenu es Lettres du Roy nostre dit Seigneur par Luy envoies a mon dit Seigneur le Bailli, & par icelluy Monsienr le Bailli, avecque ses Lettres envoies au dit *David*, se sont Assambles les Trois Estas de la Prevoste de Monstroeul; cestassavoir,

Pour l'Estat de l'Eglise,

Damp. *Guillaume de la Pasture* Abbe de Saint Saulve en Monstroeul,

Damp. *Mahieu de le Warenne* Abbe de Saint Josse sur le Mer,

Monsieur *l'Abbe de Dampmartin*,

Monsieur *l'Abbe de Saint Andreu*,

Walleran du Molin, Nepueu & Procureur de *Dampnicolle de Hannault* Prieur d'Ardre,

Maistre *Jehan Gousset* Licencie en Derret Doyen & Chanoioe de l'Eglise Kathedral de nostre Dame de Theroenne,

Et Maistre *Jehan Focullet* Aussy Licence en Decrect Chanoine du dit Theroenne pour les Doyen & Chapel du dit Lieu,

Maistre *Guy le Prevoste* Doyen de Saint Fremin au dit Mooftroeol pour les Doyen & Chaple du dit Lieu,

Moosieur *Jehan de Monchy* Chevalier Seigoeur de Ignefcent tant pour Luy comme pour Monsieur *Pierre de Monchy* aussy Chevalier Seigneur de Montaurel son Pere, A. D. 1496.

Monsieur *Francois de Crequy* Chevalier Seignenr de Ramboual,

Josse de Sains Procureur de Monsieur d'Aiimcour,

Andrieu de le Haye Procureur de Courteville Seignenr de Milsault,

Jehan de Rochebaron Seigneur de Lignon,

Anthonie de Brumen,

Ferri de Marle Seigneur du dit Lieu de Marle,

Jaques Daboual,

Raulequin de Bernastres Seigneur de le Motte,

Maistre *Nicolle de Bours* Seigneur Druregm,

Jehan de Hodicq Seigneur Danocq,

Jehan Rumilli,

Andrieu Davesnes,

Maistre *Robert de le Pasture* Seigneur du dit Lieu,

Guillaume de Bethencourt,

Jehan de Bulleux,

Maistre *Nicaise Hourdel* Maieur de la ditte Ville de Mooftroeul, pour le Corps & Communaulte de la ditte Ville,

Guille de Thieure & *Jehan le Grave* pour le Bailli & Eschevins du dit Lieu d'Ardre,

Jaques le Mangnier Procureur des Maieur & Eschevios de Faulquenbergne & Quibourse Lieutenaot de la Ville de Heuchin pour le Corps & Communaulte d'icelle Ville.

Presens les quelz le Paix faicte & conclue & eotre *le Roy nostre dit Seigneur & le Roy d'Angleterre* a este leue tant en Latin comme en Laingaige Franchois, la quelle Paix les dessusnommes pour Iceulx Trois Estas & comme les Representant ont Cooferme, Ratiffie & Approuve, & le Promis Teoir par leurs Sermens Inviolablemeot & sans Jamais aler a l'encontre, tout ainsi qu'il a pleu au Roy le faire, & que contenu est eo icelle Paix, qui a este leue, comme dit est, anx dessus nommes, & de le Coppie des Lettres envoies par le Roy a dit

A. D. 1496. Hen. 7. Monsieur le Bailli au *dit David le Burier* Lieutenant dessus nomme, avecque de la Coppie des Articles de la ditte Paix, en ordre la Teneur s'ensuit,

Artus de Longueval Chevalier Seigneur de Cheveilles Conseillier & Chambellan du Roy nostre dit Seigneur en son Bailli d'Amiens, Salut.

Savoir faisons que Novs avons Veu & Tenu & diligement Regarde, mot apres aultre, unes Lettres Donnes du Roy nostre dit Seigneur, des quelles la Teneur s'ensuit.

Charles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, au *Bailly d'Amiens* ou a son Lieutenant, Salut.

Comme, puis aucun temps en ca, aions fait certain Traicte & Appoinctement de Paix, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Donne au *Montilz les Tours* le xxvii. Jour de Fevrier, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevings & Quinze, & de nostre Regne le Treiziesme.

En la Marge des quelles Lettres estoit Escript.

Par le Roy.
Vous Maistre *Charles de Haultboys* Conseillet en Parlement, & autres Presens.

Et signe,

Robertet.

En Tesmoing de ce Nous avons mis le Contreseel du dit Bailliage a *ces Lettres de Vidimus ou Transcript* Donnees *Amiens* le vi. Jour d'Apuril l'An Mille Quatrecens Quatrevings & seize apres Pasques.

Item, *de par Monsieur le Baìlli Amiens*,

David le Burier de Bon Coeur avons me Recommande.

Depuis huit Jours encha, j'ay Receu les Lettres Patentes du Roy, par les quelles M'est expressement Commande faire Assambler en Brief les Estas de mon Bailliage (est asavoir) Gens d'Eglise constituez en Dignite, comme Abbez, Prieurs, Doyens, Chevalieurs & Nobles tenans Seignouries, avec les Eschevenaiges des bonnes Villes en Nombre compeienr,

A. D. 1496. Hen. 7.

E, pour y proceder selon l'intention du dit Seigneur j'ay fait Scavoir a tous ceulx depar decha qu'ilz soyent en ceste Ville a ce Joeudy prochain venant en Huit Jours,

Mais pour ce que les Villes de Monstroeul & Theroennė sont loings d'icy, & que les ditz Estas seroient trop traveillez s'ilz estoient constraintez eulx y trouver, il semble qu'il vauldroit mieulx que faittes Assambler ceulx de la Prevoste de Monstroeul au dit Lieu de Monstroeul a tel Jour que aviserez,

Et, ad fin que soyes plus diligent, Je vous envoye *ung Vidimus* des dittes Lettres, par les quellez vous congnoisterez la Matiere pour quoy eest, & s'y vous euvoiray en dedens Huit Jours la Coppie du Traictier, dont mention est faitte, pour le tout communiquier entre Vous, & y proceder plus sainement & aisement, a l'intention du Roy nostre dit Seigneur si avant que l'en verra estre a faire par Raison, & y besognies tellement que n'en soyes Reprins de negligence a tant a Dieu.

Escript *a Amiens* ce Marde v. Jour d'Auril.

Item, *Philippus de Crevecoeur* Dominus des Querdes & de Lannoy Marescallus Franciæ Locumtenens *&c. ut supra.*

Des quelles Choses *dessusdites*, *Jehan de Rusticat*, Procureur du Roy nostre dit Seigneur au dit Monstroeul, a Requis Lettres aus dits Auditeurs, qui Luy ont este accordees, pour valloir ce que de Rayson, tout ce dessus Nous ont les dits Auditeurs Tesmoignie estre vray par leurs Seaulx, & Nous a leur Tesmoignaige avons mis le dit Seel Roial a ces presentes Lettres.

Faictes & Donnees *au dit Lieu de Monstroeul* le Second Jour de May l'An de Grace Mille Quatrecens Quatrevingts & Seize.

Villers.

Sub Tribus Sigillis nigris pendentibus a totidem caudis Pergamenæ.

A.D. 1496. Hen. 7. A.D. 1496. Hen. 7.

De Acquietando.

A.D. 1496. An. 11. H. 7. Franc. 11. H. 7. m. 26.

REX universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis Nos Recepisse & Habuisse, Die confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Carissimóque Fratre & Consanguineo nostro *Carolo Gallorum Principe*, per Manus apud Villam nostram Calesii, *Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses, & unaquaque Corona Triginta & quinque Solidos Turonenses valentibus) Nobis Primo Die Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto solvi debitorum, quæ erat *Septimus Terminus* pro Parte Solutionis Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* Æstimationis prædictæ, *per ipsum Fratrem & Consanguineum nostrum* vel Hæredes suos, Nobis vel Hæredibus nostris solvendam, prout in Literis dicti Fratris & Consanguinei nostri superinde confectis (quarum Data est apud Stapulas supra Mare Die Tertiâ Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo) plenius continetur; A.D. 1496.

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* & Æstimationis prædictæ Fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Consanguineum nostrum superinde fore Quitum & exinde plenè Exoneratum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Maii.

Per ipsum Regem.

Ratifficatio per Tres Status Xaintonge.

A.D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

PHilippus de Crevecuer &c. quod in Prioribus.

L'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevingts & Seize, le huitiesme jour de May, a Nous *Amaury Sulien* Lieutenant General de Monseigneur *le Seneschal de Xaintonge*, par Maistre *Anthonie Cothart* son Disant Lieutenant particulier du dit Monseigneur le Seneschal, Nous furent presentees les Lettres *du Roy nôtre Seigneur*,

Des quelles la Teneur s'ensuit,

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France, au Seneschal de Xaintonge* ou a son Lieutenant, Salut.

Comme puis aucun temps *&c. ut in superioribus mutatis mutandis.*

Par Vertu & Auctorite des quelles Nous Assemblasmes, en la Ville & Cite de Xaintes, le Sameday xiv. Jour du dit Moys, les Prelatz, Chappiters, Convens & autres Gens d'Eglise, les Seigneurs, Comtes, Barons, Chastellains, Haultz Justiciers, Bourgeoys, Marchans & Communaultes du dite Pais de Xaintonge, au Ressort du Siege Ville & Cite de Xaintes, d'entre les Rivieres de Charante & de Gironde, en grant bon & competant Nombre, les quelx furent par Nous Mandez, tant par es ditz Generaulx, que par Lettres particulieres, faisans les Troys Estatz du dite Pais de Xaintonge, A.D. 1496.

Et le Mercredi ensuyvant xviii. Jour du dit Moys de May Nous Assemblasmes, en la Ville de Saint Jehand'Angely, les Troys Estatz du dite Pais de Xaintonge du Siege & Ressort de la dite Ville Saint Jehan d'Augeley, tant Prelatz, Chappitres, Convens & autres Gens d'Eglise, les Seigneurs, Comtes, Barons, Chastellains, Haultz Justiciers, Bourgeoys, Marchans & Communaltez, en grant bon & competant Nombre, les quelx furent aussi par Nous Mandez tant par es ditz Generaulx que par Lettres particulieres faisans les Troys Estatz du dite Paiis,

Tous les queulx, empres Lecture faite des dictes Lettres, aussi des Articles du Traicte de Paix attaches es dites Lectres, le Double des quelx est cy attache, fait entre le Roy Treschrestien *Roy de France* nôtre Souverain Seigneur & Treshault & Trespuissant Prince *le Roy d'Angleterre* leurs Royaulmes & Seigneuries, ont liberallement Contermé, Ratiffie & Approuvé le dit Traictie de Paix, par & selon la Teneur des ditz Articles accordes entre *le Roy nôtre dit Seigneur* & *le Roy d'Angleterre*, en Rendant Graces & Louanges a Dieu nôtre Createur, par qui la dite Paix Union & Concorde a este faite

A. D. 1496. Hen. 7. faicte passée & accordee, Promettans de jamais faire ne venir encontre, mais de les Entretenir Observer & Garder sans aucune difficulte.

En Tesmoing des quelles Choses Nous avons Signe ces Presentes de noustre Seing & aussi des Seings Manuelz des Greffiers de la dite Senefchaucie & fait fecller du Seel de la dite Senefchaucie le xviii. Jour de May, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevingts & Seize. A. D. 1496. Hen. 7.

A. SULIEN.
A. COTINEAU.
Greffier a Chappeau, Greffier a Xangton.

Sub Sigillo, Papiro obducto, pendente a cauda Pergamenæ.

Ratification des Trois Estatz de Bolounoys.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr. A Tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, *Francoys de Crequi* Chivalier Seigneur de Dourier, de Moliene, Fontaines & Hayans, Conseillir & Chambellan du Roy nostre Seigneur & son Seneschal & Governeur de Boullon Commissaire d'icelluy Seigneur en ceste Partie, Salut.

Savoir faisons que, des le xiv. Jour de ce present Moys de May, Nous avons Receu certaines Lettres & Mandemens Patens du *Roy nostre dit Seigneur*, feellees de son Seau en simple Queive & Cire Jaune, Donnees aux *Montilz les Tours* en Datte du xxvii. Jour de Feburier dernier passe, & de l'An Mil, Quatrecens, Quatrevings & quinze, ensemble certains Traictie, Acord, Couvenances de Paix, Aliances, & Confederations faiz & concludz *en la Ville de Staples*, en ceste Conte de Boullon, le iii. Jour de Novembre, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevings donze, entre *le Roy nostre dit Seigneur* d'une Part, & Treshault, Tresexcellent, & Trespuissant Prince *le Roy d'Angleterre* d'autre Part,

En vertu des quelles Lettres & pour proceder a l'execution d'icelles sy avant que par le Roy nostre dit Seigneur Nous estoit Mande estre fait, avons fait Evocquer & Appeller, par devant Nous, en ceste Ville de Boulloigne, a aujourdhuy les Gens des Trois Estatz de ceste Conte & Seneschaucie de Boullon, *c'est assavoir*, les Gens d'Eglise, Nobles, Bourgois & Corps des bonnes Villes, estans es Mettez & en la Jurisdiction de la dite Conte, A. D. 1496.

Les quelz sont Comparus devant Nous en la dite Ville de Boullon en grant & convenient Nombre,

Et eulx tous ensemble & chascun d'eulx en droit foy & d'un comun acord,

Apres avoir Veu, Oy, & Visite le Contenu des dites Lettres Royaulx & Traictie de Paiz, Recongnoissans en verite iceulx Traictie, Acordez, Convenances de Paix, Aliances & Confederations avoir este & estre faitz *par le Roy nostre dit Seigneur* pour le Bien de son Royaulme ses Paiis & Subgectz,

Ont Conferme, Loue, Ratiffie & Approuve les dits Traictie, Acordez, Covenances & Aliances de Paix, d'ont dessus est faicte mention, & Promis les Observer, Garder & Entretenir du tout, selont & ainsi qu'il est contenu au dit Traictie de Paix.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre le Sel de la dite Seneschaulcee a ces presentes Lettres, Faites & Donnees en la dite Ville de Boullon le penultrieme Jour du dit Moys de May, l'An Mille, Quatrecens, Quatrevingts & Seze.

FOUSSE.

Sub Sigillo rubeo pendente a caudâ Pergamenæ.

De Custodia Temporalium.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Pat. 11. H. 7. p. 2. m. 8. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Concessimus & per Præsentes Concedimus Dilecto Consiliario nostro Magistro *Johanni Arundell* Clerico Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Coventren. & Lichfelden. cum Pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficua eorumdem quæcúmque, necnon quascúmque Portiones & Pensiones, quæ Nobis, per Translationem Reverendi in Christo Patris *Willelmi ultimi Episcopi* Coventren. & A. D. 1496.

Lich-

A. D. 1496. Hen. 7. Lichfelden. ad Sedem Lincolnienfem, & ratione Vacarionis ejufdem Epifcopatûs Coventren. & Lichfelden. aliquo modo pertinent five pertinere potetint aut debent,

Habendam & Tenendam Cuftodiam prædictam eidem *Magiftro Johanni* & Affignatis fuis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, Feodis Militum, ac omnibus aliis Temporalibus prædictis pertinentibus five fpectantibus, a tempore Tranflationis præfati nuper Epifcopi Coventren. & Lichfelden. ad Sedem Lincolnienfem prædictam, quamdiu Temporalia illa in Manibus noftris contigerint remanere, abfque aliquo Nobis vel Hæredibus noftris pro Præmiffis reddendo feu folvendo vel Comporo inde faciendo,

Et ulterius Conceffimus *præfato Magiftro Johanni* plenariam Poteftatem & Auctoritatem, Tenore Præfentium, quofcúmque Senefcallos, Receprores, Ballivos & alios Officiarios quofcúmque, & Officia quæcúmque, quos vel quæ aliquis Epifcopus Coventren. & Lichfelden. perantea legittimè Affignavit, Fecit & Donavit, durante Vacatione prædictâ, Affignandi, Faciendi feu Donandi, ad libitum fuum, quotiens & quando vacaverit, abfque impetitione, impedimento, perturbatione feu gravamine noftri vel Hæredum noftrorum, Jufticiariorum, Efcaetorum, Vicecomitum, Ballivorum feu aliorum Officiariorum feu Miniftrorum noftrorum quorumcúmque; Eo quòd expreffa mentio de vero Valore annuo aut Certitudine Præmifforum aut alicujus eorum, aut de aliis Donis five Conceffionibus, eidem *Magiftro Johanni* per Nos ante hæc tempora factis, in præfentibus minimè facta exiftit, aut aliquo Statuto, Actu five Ordinatione, inde in contrarium factâ, editâ five ordinatâ, aut aliquâ aliâ Re, Caufâ vel Materiâ quacúmque in aliquo, non obftante.

In cujus &c.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* decimo quarto Die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Arreragiis Benevolentiæ pro Viagio Regis, de Relaxando.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ibid. m. 11. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis Nos *Recepiffe* & *Habuiffe* de Reverendiffimo in Chrifto Patre *Johanne Cardinale Archiepifcopo Cantuarienfi* totius Angliæ Primate & Apoftolicæ Sedis Legato *Mille & Quingentas Libras* legalis Monetæ Angliæ, in plenam Solutionem totius Benivolentiæ fuæ Nobis per ipfum, pro Suftentatione & Vadiis Centum & Quinquaginta Hominum, pro Duobus Annis integris, erga Viagium noftrum Regale, per Nos in propria Perfona affumptum ad Defenfionem hujus Regni & Ecclefiæ Anglicanæ, ad Regnum Franciæ Recuperandum & Readipifcendum, nuper conceffæ,

Nos igitur, Præmiffis confideratis, *Remittimus* & *Relaxamus eidem Reverendiffimo in Chrifto Patri*, quocúmque Nomine, Cognomine feu Additione Nominis cenfeatur, Tenore Præfentium, omnimodas Actiones, Executiones, Impetitiones, Sectas, Querelas & Demandas, quas verfus *ipfum Archiepifcopum* pro Summa prædicta five pro aliis aut pluribus Summis pro Vadiis & Suftentatione Hominum prædictorum, feu aliter ratione Conceffionis Benivolentiæ fuæ prædictæ, feu vigore aut virtute alicujus Statuti, Actûs five Ordinationis, in ultimo Parliamento noftro, apud Weftmonafterium nuper tento, pro Levatione Arreragiorum five Summarum remanentium dictæ Benivolentiæ editi, quovis modo habemus feu in futurum habere poterimus occafione Conceffionis Benivolentiæ fuæ prædictæ; Statuto, Actu, five Ordinatione prædictis, in aliquo non obftantibus.

In cujus &c.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* vicefimo feptimo Die Junii.

Per ipfum Regem.

Pro

A. D. 1496. Hen. 7.

Pro Cancellario Hiberniæ.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Pat. 11. H. 7. p. 2. m. 6.

REX universis & singulis Subditis nostris Terræ nostræ Hiberniæ ac aliis quibuscúmque, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Præcarissimum Filium nostrum Secundogenitum *Henricum Ducem Eborum*, Marescallum nostrum Angliæ ac Custodem Quinque Portuum nostrorum, certis de Causis & Considerationibus Nos specialiter moventibus, Nominaverimus & Deputaverimus Locum nostrum tenentem Dominii & totius Terræ nostræ Hiberniæ,

Plurimùm cupientes ut, eo Absente & ejus Juvenili Ætate durante, in dictâ Terrâ nostrâ Justitia recto tramite singulis Administretur,

De Fidelitate, Industriâ, Vitæ Integritate, sanâ Conscientiâ, Experientiâ, atque Doctrinâ Reverendi in Christo Patris *Walteri Archiepiscopi Dubliniæ* plurimùm confidentes,

Ordinavimus & Constituimus *ipsum Archiepiscopum* Cancellarium nostrum atque ejusdem Filii nostri *Henrici* Terræ nostræ Hiberniæ,

Habendum, Tenendum, & Occupandum dictum Officium, cum omnibus Feodis, Vadiis atque aliis Emolumentis eidem Officio ab antiquo debitis & consuetis, quamdiu Nobis placuerit;

Dantes & Concedentes *præfato Archiepiscopo* plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Magnum nostrum & *ejusdem Filii nostri* Sigillum, Officio Cancellarii Terræ nostræ prædictæ Deputatum & Assignatum, Custodiendi, & cum eodem Sigillo omnia Brevia Comunis Justitiæ, aliásque Cartas & Literas, pro Bono Pacis dictæ nostræ sive Administratione Justitiæ in eadem, seu Utilitate nostrâ, prout Juris dictæque Terræ nostræ consuetudinis & rationis fuerit, Sigillandi, Causásque Lites, coram eo in Cancellaria nostra infra eandem Terram nostram Hiberniæ motas seu movendas, omni cum circumspectione Examinandi, easque Fine debito & prout Merita Causarum exigerint Terminandi, cæteráque omnia & singula, quæ ad Officium Cancellarii Terræ nostræ prædictæ de Jure sive Consuetudine ipsius Terræ nostræ pertinent aut pertinere debeant, Faciendi & Exequendi.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

Ratificatio Pacis per Tres Status de Paris.

A. D. 1496. An. 11. H. 7. Ex Autogr.

A Tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, *Jaques d'Estouteville* Chevalier, Seigneur de Berne & de Blainuille Baron Duity & de Sainct Andry en la Marche, Conseiller Chambellan du Roy nôtre Sire, & Garde de la Prevoste de Paris, Salut.

Savoir faisons que, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevingtz & seize, le Jeudi unzeime Jour d'Aoust, en ensuyvant & acomplissant le Contenu es Lettres Patentes du Roy nôtre dit Seigneur, Donnees ou *Montilz* le Vingt Septiesme Jour de Feurier derrenier passe, a Nous adreceans, a este de nôtre ordonnance, par les Examinateurs du Roy nôtre dit Seigneur ou Chastelet de Paris, fait Commandement depar le dit Seigneur & Nous a Grant Nombre de Personnes, tant Gens d'Eglise, Nobles de Conseil, Bourgois, Marchans, que autres Citoiens de ceste Ville de Paris, de Venit & Comparoir le Jourduy en l'Auditoire Civil du dit Chastelet de Paris, pour Oyr le Traictie de Paix & Appoinctement fait entre *le Roy nôtre dit Seigneur* & *le Roy d'Angleterre*, & icelluy Ratiffier, Confermer & Approuver se ilz veoient que bon fust & que ce fust le Bien Prouffit & Utilite du Roy nôtre dit Seigneur & de son Royaume,

Ou quel Lieu & Auditoire sont Venuz & Comparus en grant Nombre Gens des ditz Estatz, en la presence des quelz & des Gens & Officiers du Roy nôtre dit Seigneur ou dit Chastelet a este fait Lecture par nôtre Greffier des dites Lettres du Roy nôtre dit Seigneur, ensemble des Articles faisans mencion des Traictie, Accord & Appoinctement faiz entre *le Roy nôtre dit Seigneur* & *le dit Roy d'Angleterre*, parmy les quelles ces presentes sont annexees soubz le Seel de la Prevoste de Paris,

Et, ce fait, leur a este par Nous Demande que leur en sembloit & estoit

A.D. 1496. Hen. 7. Avis? A quoy par eulx & chascun d'eulx a este dit Declaire & Respondu, que il leur sembloit & estoit avis que le Contenu es ditz Articles Estoit & est le Bien Prouffit & Utilite du Royanme de France & de la Chose publicque, & que a ceste Cause le Contenu en iceulx ilz avoient & ont pour bien Agreables, & les avoient & ont Louez, Grees, Ratiffiees, Confermees & Approuvees en tous leurs Poins & Articles & en tant que mestier est & faire le peuent, & tout ainsi & par la forme & maniere que le dit Seigneur le Veult & Mande par ses dites Lettres.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre a ces Presentes le Seel de la dite Prevostede Paris; ce fut fare les An & Jour dessusdites. A.D. 1496. Hen. 7.

Giouet.

Sub Sigillo Ceræ nigræ, papiro obducto, pendente a Caudâ Pergamenæ.

Philippus de Creveceur, &c.

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, au *Prevoste de Paris* ou a son Lieutenant, Salut.

Comme puis aucun temps *&c. mutatis mutandis.*

Sub Sigillo Magno Ceræ albæ pendente a Caudâ Pergamenæ.



De Pardonatione pro Hibernicis.

A.D. 1496. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. m. 9. REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Pardonavimus, Remisimus & Relaxavimus,

David Archiepiscopo de Kassell,

Thomæ Episcopo de Lysmore & Waterford,

Geraldo Episcopo de Corke & Clone,

Mauricio Comiti de Dessemond,

Edmundo Fitz Morys Baroni de Clannor,

Magistro *Thomæ de Dessemond,*

Magistro *Johanni de Dessemond,*

Magistro *Geraldo Fitz Gerard* de Dessemond,

Mauricio Geralte,

Et *Thomæ Fitz Gerot* de Dessemond,

Mauritio Domino Roche,

Jacobo Domino Courfy,

Jacobo Domina Barete,

Domino Mauritio le White Knight,

Domino Mauritio Militi de Kerye,

Domino Edmundo Militi de Waley,

Majori, Ballivis & Communitati de Yoghell,

Ac totæ Sequelæ suæ quibuscúmque aliis Nominibus iidem, *Archiepiscopus, Episcopi, Comes, Edmundus, Thomas, Johannes, Geraldus, Johannes, Mauricius, Jacobus, Jacobus, Mauricius, Mauricius, Edmundus, Major, Ballivi & Communitas*, seu eorum aliquis, aut aliquis de Sequela prædicta censeantur,

Omnimoda, Proditiones, Rebelliones, Insurrectiones, Conspirationes, Mesprisiones, Concelamenta, Felonias, Murdra, Raptus Mulierum, Transgressiones, Cambipartias, Confœderationes, Manutenentias, Riotas, Routas, Conventicula illicita, Congregationes, Coadunationes, falsas Alligantias, Offensas, & alia Malefacta quæcúmque, per ipsos *Archiepiscopum, Episcopos, Comitem, Edmundum, Thomam, Johannem, Geraldum, Johannem, Mauricium, Thomam, Mauricium, Jacobum, Jacobum, Mauricium, Mauricium, Edmundum, Majorem, Ballivos & Communitatem*, aut eorum aliquem, aut aliquem de Sequelâ prædictâ, ante hæc tempora facta sive perpetrata, quamquam iidem *Archiepiscopus, Episcopi, Comes, Edmundus, Thomas, Johannes, Johannes, Mauricius, Thomas, Mauricius, Jacobus, Jacobus, Mauricius, Mauricius. Edmundus, Major, Ballivi, Communitas*, & Sequela sua prædicta inde Indictati, Appellati, Rectati, Impetiti, Attincti, Convicti, vel Adjudicati, aut aliquis eorum Indictatus, Appellatus, Rectatus, Impetitus, Attinctus, Convictus, vel Adjudicatus, existant vel existat, aut non existant vel non existat, aut Indictari, Appellari, Rectari, Impetiri, Attingi, Convinci, vel Adjudicari contigerit sive contigerint in futurum, A.D. 1496.

Necnon omnia & omnimoda Judicia, Executiones & Pœnas Mortis super ipsos seu eorum aliquem, occasionibus prædictis seu eorum aliqua, redditas sive adjudicatas, aut reddendas sive adjudicandas,

Ac etiam Utlagarias, si quæ in ipsos *Archiepiscopum, Episcopos, Comitem, Edmundum, Thomam, Johannem, Geraldum, Johannem, Mauricium, Thomam, Mauricium, Jacobum, Jacobum, Mauricium, Mauricium, Edmundum, Majorem, Ballivos & Communitatem*, aut aliquem de Sequela prædicta, occasionibus

5 præ-

A.D. 1496. prædictis, seu earum aliqua, fuerint promulgatæ, & Firmam Pacem nostram eis & eorum cuilibet indè Concedimus; ita tamen quòd stent & eorum quilibet stet Recto in Curia nostra, si quis versus eos aut eorum aliquem loqui voluerit de Præmissis, vel aliquo Præmissorum;

Hen. 7.

Proviso semper quòd præsens Pardonatio nostra se non extendat ad *Dominum Barry*, & *Johannem Water*, nec eorum alterum, pro aliquibus hujusmodi Offensis per ipsos seu eorum alterum factis sive perpetratis. A.D. 1496. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Lewys* Vicesimo sexto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium.

A.D. 1496. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 1. m. 9.

REX Escaetori in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Alexander Summus Pontifex* nuper, Vacante Sede Episcopali Ecclesiæ Cathedralis Landavensis, per Obitum, bonæ memoriæ, *Johannis ejusdem Ecclesiæ ultimi Pastoris & Episcopi*, Personam Dilecti & Fidelis nostri *Johannis Ingleby*, ejusdem Ecclesiæ Electi, in ipsius Ecclesiæ Episcopum & Pastorem præfecerit, sicut per Literas Bullatas ipsius *Summi Pontificis*, nobis ostensas, plenius constare poterit,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* in omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se Submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem; A.D. 1496.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimile Breve dirigitur Escaetori subscripto, in Comitatu subscripto, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Salopiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Tractando cum Rege Scotorum super Matrimonio.

A.D. 1496. An. 12. H. 7. Scot. 12. H. 7. m. 25.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendorum in Christo Patrum, *Ricardi Dunolmensis* præfati Sigilli nostri Custodis, & *Willielmi Carliolensis*, Episcoporum, atque Carissimi Consanguinei nostri *Thomæ Comitis Surriæ*, necnon, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Radulphi Nevyll* Domini de Nevyll, *Thomæ Dacre* Domini Dacre Militis Locumtenentis nostri Westmerchiarum versus Scotiam, & *Willielmi Tyler* Militis Locumtenentis nostri Villæ nostræ Berewici, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Legatos, Deputatos & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus, Deputamus & Constituimus per Præsentes, A.D. 1496.

Dantes & Concedentes eisdem, Quinque, Quatuor, Tribus & Duobus eorum (quorum *præfatum Episcopum Dunolmensem* unum esse volumus) plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro atque Præcarissimæ Filiæ nostræ *Margaretæ*, cum Illustrissimo Principe *Jacobo Scotorum Rege* Consanguineo nostro Carissimo, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, Oratoribus sive Legatis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem *Consanguineo nostro* ad hoc habentibus, de & super Sponsalibus & Matrimonio, inter ipsum *Illustrissimum Principem* & *Filiam nostram* antedictam contra-

A. D. 1496. Hen. 7. contrahendis, & annnente Domino celebrandis,

Ac de & super Dote, seu Dotalitiis, & Donatione propter Nuptias, ex causa hujusmodi Matrimonii assignandâ, promittendâ, dandâ & solvendâ,

Necnon de & super tempore & forma Traditionis sive Traductionis & Deliberationis *ipsius Filiæ nostræ* eidem *Consanguineo nostro* fiendæ,

Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Conveniendi, Pacificendi, & finaliter Concludendi, Donationémq; propter Nuptias *prædicto Illustrissimo Principi*, pro Nobis & Nomine nostro, Concedendi, Assignandi & Promittendi, cæteráque Loca & Tempora pro *ipsius Filiæ nostræ* Traductione & Liberatione hujusmodique Dotis sive Donationis propter Nuptias Solutione Statuendi, Conveniendi & Limitandi,

Atque hujusmodi Dotem & Dotalitia seu Donationem propter Nuptias, ab *eodem Illustrissimo Principe* pro *prædicta Filia nostra*, Stipulandi, Petendi & Exigendi, Terrásque, Castra & Dominia, quæ in Dotem *præfatæ Filiæ nostræ* per *ipsum Consanguineum nostrum Scotorum Regem*, aut ejus Nomine & Auctoritate Assignanda, Promittenda & Danda fuerint, Supervidendi, Taxandi, Æstimandi, & Possessionem eorum Nomine *ejusdem Filiæ nostræ* Recipiendi, aut Supervideri, Taxari, Æstimari & Possessionem hujusmodi per alium vel alios Recipi, Appunctuandi & Committendi,

Necnon Cautiones, Securitates, Promissa, Obligationes, Literas & Scripturas sigillatas, pro Præmissorum complemento, Nomine nostro, Promittendi, Sigillandi, Tradendi & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram, si opus fuerit, Præstandi, consimiliáque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas ac Juramentum a *præfato Illustrissimo Principe* similiter Stipulandi, Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Novámque Dietam, in talibus Loco & Tempore, pront melius eis visum fuerit, Statnendi & Appunctuandi, & inibi Communicandi, Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi & Concludendi,

Cæteráque Faciendi & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opotmna, etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros & observaturos totum & quicquid per dictos Commissarios, Oratores, Procuratores, Deputatos, Legatos sive Nuncios nostros Nomine nostro Actum, Gestum sive Procuratum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud
Secundo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Consimilis Commissio dirigitur Dilecto Consiliario nostro Reverendo in Christo Patri *Ricardo Episcopo Dunelmensi* Custodi Privati Sigilli nostri *&c. ut supra mutatis mutandis.*

Per ipsum Regem.

De Matrimonio Primogeniti Regis cum Infante Castellæ.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Franc. 12. H. 7. m. 13. REX &c.

Quamquam cum omnibus Christianis Principibus Fœdus & Amicitiam libenter habere & volumus & optamus, ut omnes intenti ad Comunem Pacem Christiana Respublica augeretur, tamen id libentius agimus cum illis Principibus cum quibus mutuus Amor & Benevolentia Nobis est,

Igitur, pro Conservanda, Confirmanda Augendáque Amicitia & Affinitate, quæ est *inter Nos* & Serenissimos Principes *Ferdinandum & Elizabetham*, Dei gratiâ, *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineos nostros Carissimos, & quia scimus Ipsos idem velle & cupere,

Confidentes admodùm de Peritiâ, Prudentiâ, & Legalitate vestri Reverendi in Christo Patris *Thomæ Londoniensis Episcopi* Commissarii & Consiliarii nostri,

Tenore Præsentium, de nostra certa Scientia, deliberatè & consultò, omnibus melioribus viâ, modo & formâ quibus de Jure & aliis possumus & valemus, Facimus, Constituimus, Creamus & Ordinamus nostrum verum, certum, legitimum & indubitatum Procuratorem, Oratorem & Nuncium specialem & ad Infrascripta generalem, ita tamen quòd Specialitas Generalitati non deroget, nec e contra, vos *eundem Episcopum* Absentem tanquam præsentem;

Videlicet,

A. D. 1496. Hen. 7. Videlicet, ut pro Nobis & Nomine nostro possitis & valeatis Tractare, Concordare, Facere & Firmare cum *prædictis Rege & Regina* Consanguineis nostris Confœderationem, Amicitiam, Ligam & Intelligentiam Strictam vel minus Strictam, Perpetuam vel ad Tempus (scilicet) *inter Nos* Hæredésque & Successores nostros Reges Angliæ & Franciæ, Regnáque & Dominia nostra, ac Subditos nostros Parte ex una, &, eosdem Serenissimos Principes, *Ferdinandum & Elizabetham Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Hæredes & Successores suos, ac Regna & Dominia sua, & Subditos suos, Parte ex altera, cum expressa tamen Exceptione Sanctissimi *Domini nostri Papæ*, & Sanctæ Matris Ecclesiæ, &, Serenissimorum Principum, *Johannis Daciæ* & *Manuelis Portugaliæ* Regum Consanguineorum & Confratrum nostrorum Carissimorum, vel ipsis in eadem Confœderatione exprèssè inclusis si in ea includi voluerint,

Et possitis quæcúmque Capitula & Instrumenta & quoscúmque Contractus Confœderationis & Amicitiæ, pro Nobis & Nomine nostro, cum eisdem Serenissimus *Rege & Regina* facere, stipulare & firmare, fierique facere, petere & instare, cum illis Pactis, Vinculis, Conditionibus, Promissionibus, Obligationibus, Pœnis, Summissionibus, Renuntiationibus, Securitatibus, Juramentis, Clausulis & Cautelis, quibus volueritis & vobis benè visum fuerit, & pro eisdem firmiter tenendis, adimplendis & inviolabiliter observandis quæcúmque Juramenta in Animam nostram facere & præstare, & quascúmque Obligationes & Securitates Nomine nostro & pro Nobis facere & firmare, eisdem Serenissimis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.*

Et eadem Juramenta & similes Obligationes & Securitates ab eisdem Serenissimis *Rege & Regina* Petere, Recipere & Acceptare,

Et alia omnia & singula Facere & Firmare, quæ in Prædictis & circa ea requirantur & necessaria sint seu quomodolibet oportuna:

Et quoniam, pro majori Conservatione & Securitate prædictæ Confœderationis & Amicitiæ, inter Nos & dictos Serenissimos *Regem & Reginam*, ut prædicitur, faciendæ, & pro Augmento Affinitatis nostræ, fuit inter Nos & Ipsos Tractatum, Medio Oratorum nostrorum, quòd Præcarissimus *Arthurus Princeps de Gales* Filius legitimus Primogenitus & Hæres noster contrahat Matrimonium cum Illustrissima *Catherina Infante Castellæ & Aragonum* Filia sua Carissima, A. D. 1496 Hen. 7.

Et quia Mens & Voluntas nostra est, si eisdem *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum &c.* ita placuerit, quòd prædictum Matrimonium fiat & concludatur,

Propterea eodem Tenore Præsentis, Damus & Concedimus vobis *dicto Episcopo* Commissario & Procuratori nostro plenum posse nostrum, ut, pro Nobis & Nomine nostro, possitis Tractare, Concordare & Firmare cum dictis Serenissimis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineis nostris Sponsalia & Matrimonium prædicti Præcarissimi *Arthuri Principis* Filii nostri Primogeniti & Hæredis cum prædicta Illustrissima Infante *Catherina Filia eorumdem Regis & Reginæ* Consanguineorum nostrorum Carissima, & Promittere quòd Nos faciemus & curabimus dabimúsque operam cum effectu quòd prædictus Præcarissimus *Arthurus Princeps de Gales* Filius Primogenitus & Hæres noster, cùm ad legitimam pervenerit Ætatem ad faciendum, concedendum, & contrahendum prædicta Sponsalia & Matrimonium, illud faciet, concedet & contrahet, per Verba de præsenti, Matrimonium facientia, juxta ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum dicta Illustrissima Infante *Catherina Filia eorumdem Regis & Reginæ* cùm Ipsa quoque ad legitimam pervenerit Ætatem ad illud faciendum, concedendum & contrahendum, & quòd postea Celebrabit & Consummabit dictum Matrimonium cum dicta Illustrissima *Catherina* prout & quemadmodum legitimi Vir & Uxor id facere debent,

Possitisque Nomine nostro & dicti Præcarissimi *Arthuri Filii* nostri Primogeniti & Hæredis Petere & Recipere similem Promissionem & Obligationem a dictis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* pro seipsis & Nomine prædictæ Illustrissimæ *Katherinæ*, eorumdem Regis & Reginæ Filiæ (videlicet) quòd, cùm ipsa Illustrissima *Katerina* ad legitimam pervenerit Ætatem, ut præfertur, faciet Sponsalia & contrahet Matrimonium, per Verba de præsenti, juxta Ordinem Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, cum dicto Præcarissimo *Arthuro Principe* Filio nostro Primogenito & Hærede, & Consummabit & Celebrabit cum eo dictum Matrimonium prout & quemadmodum legitimi Vir & Uxor id facere debent,

A.D. 1496. Hen. 7.

Et possitis Concordare & Firmare quód prædicta fieri debeant & adimpleri Modis, Formis, Temporibus & Locis quibus vobis dicto Commissario & Procuratori nostro benè visum fuerit, & prout Vos ea concordabitis, concedetis, capitulabitis & firmabitis,

Damus etiam Potestatem & Facultatem Vobis, dicto Commissario & Procuratori nostro, ut possitis Petere, Concorcordare & Firmare cum dictis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineis nostris Dotem, quam ipsi dare teneantur cum dicta Illustrissima *Katerina* Filia sua, in Jocalibus Auri, Lapidibus preciosis & in Argento & Vestibus & Ornamentis Personæ & Domûs suæ & in Pecuniis, Summam (videlicet) & quantitatem quæ vobis benè visa fuerit, ac Terminis & Locis quibus illam dare & solvere teneantur, & Conditiones Pacta & Conventiones quæ in Solutione & in Restitutione ejusdem Dotis poni, concedi & firmari debeat,

Et nichilominus Damus Vobis Potestatem & Facultatem ut possitis Concordare Augmentum Dotis & Donationem propter Nuptias & Cameram, quæ debent dari & assignari dictæ Illustrissimæ *Catherinæ* Filiæ eorumdem Regis & Reginæ, & in quibus Civitatibus, Villis & Locis & Redditibus, prout vobis dicto Commissario & Procuratori nostro benè visum fuerit,

Et demùm possitis Facere & Firmare Omnia & Singula, quæ pro expeditione & complemento dicti Matrimonii necessaria convenientia & oportuna vobis videbuntur,

Et de Prædictis omnibus & singulis possitis Concordare, Facere & Firmare, Nomine nostro, cum præfatis Serenissimis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineis nostris, fierique Facere, Petere & Instare, quæcúmque Capitula & quoscúmque Contractus, cum illis Pactis, Conditionibus, Obligationibus, Juramentis, Securitatibus, Pœnis, Summissionibus, Renunciationibus & Promissionibus quibus volueritis,

Et generaliter omnia alia & singula Facere & Firmare, cujuscúmque Naturæ, Qualitatis & Importantiæ fuerint aut esse poterint in Prædictis & circa ea, quæ Nos facere possemus si in Præmissis personaliter adessemus, etiam si talia sint quæ ad ea conficienda Præceptum exigant magis speciale,

A.D. 1496. Hen. 7.

Damúsque etiam & Concedimus vobis dicto Commissario & Procuratori nostro plenum Posse, ut possit Jurare in Animam nostram quòd Tenebimus, Observabimus & Adimplebimus realiter, & cum effectu, Omnia & singula quæ in Prædictis & circa ea Nomine nostro concordabitis, capitulabitis, jurabitis, concedetis & firmabitis, omni Fraude cautela & dolo cessantibus,

Possitísque simile Juramentum Petere & Accipere ab eisdem Serenissimis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineis nostris,

Pro quibus & singulis Antedictis cum Incidentibus, Dependentibus & Emergentibus ex eisdem ac eis Annexis Damus & Concedimus Vobis plenum Posse cum libera & generali Administratione,

Promittimúsque, in Fide & Verbo nostro Regio, præfatis Serenissimis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* & Nos Obligamus Nos Tenere, Observare & Adimplere realiter & cum effectu Omnia & Singula quæ in Prædictis & circa ea, Nomine nostro, per Vos dictum Commissarium & Procuratorem nostrum fuerint Facta, Concordata, Capitulata, Assecurata, Promissa, Jurata & Firmata, eis modo & formâ quibus Vos ea concordabitis, capitulabitis, assecurabitis, promittetis, jurabitis & firmabitis, & nullo unquam tempore Revocare, nec contra ea aut eorum aliquod facere vel venire aliquo tempore nec modo aliquo, sub Obligatione omnium Bonorum nostrorum Patrimonialium & Fiscalium.

In quorum testimonium &c.

Dat. *in Castro nostro de Wyndesore* Die vicesimo secundo Mensis Septembris, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Sexto, & Regni nostri Duodecimo.

Per ipsum Regem.

Literæ, super Liga Italica, de Approbando & Ratificando.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Franc. 12. H. 7. m. 12.

REX Universis & singulis, ad quos &c. Salutem.

Cùm Sanctissimus Dominus noster *Alexander Sextus*, Serenissimúsque Dominus *Maximilianus Romanorum Rex*, ac Serenissimi Principes *Ferdinandus Rex* & *Elizabetha Regina Hispaniarum*, necnon Illustrissimus Dominus

A.D. 1496.

A. D. 1496. Hen. 7. nus *Augustinus Barbadico Venetiarum Dux*, & Illustrissimus Dominus *Ludovicus Maria Sforcia Anglus Dux Mediolani*, quandam Confœderationem, Colligationem, Unionem, Intelligentiam & Ligam, ad finem Pacis & pro conservanda Dignitate & Auctoritate præfati Sanctissimi Domini nostri *Papæ* atque Sedis Apostolicæ, necnon pro totius Christianæ Religionis Salute, sub Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto, Die ultimâ Mensis Martii, prout Nobis significârunt, invicem contraxerint, inierint atque firmaverint, & ut in eandem Confœderationem & Ligam intraremus sæpenumero Nos requisiverunt & invitârunt,

Undè Nos, summopere Deo complacere Sanctissimóque Domino nostro inservire, ac Dignitati, Auctoritatique suæ Sanctitatis ac Sacræ Sedis Apostolicæ conservandis, totique Christianæ Religioni pro viribus Prodesse studentes, necnon ad contemplationem Serenissimorum præfatorum Dominorum, atque tàm Salutaribus támque honestissimis eorum Votis & Desideriis, quantum eum Honore nostro valeamus, annuere cupientes, nostrum ad eandem Sanctitatem suam Oratorem sive Nuncium Dominum *Robertum Shirbourn*, cum quibusdam Instructionibus nostram super Præmissis Mentem continentibus, jam paulò ante transmisimus.

Qui quidem Orator sive Nuncius noster, in Urbe Romana cum *sua Sanctitate* cæterorúmque Serenissimorum Principum antedictorum Oratoribus constitutus, & ab *eodem Sanctissimo Domino nostro* Confœderatorúmque prædictorum Oratoribus ac Procuratoribus de novo requisitus & invitatus, dictam Ligam, Colligationem & Unionem, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, Die verò Decimâ octavâ Mensis Julii, Nomine nostro intravit,

Ipsúmque sic intrantem præfatus *Sanctissimus Dominus noster* & prædictorum Principum Oratores & Procuratores Nominibus suorum Dominiorum acceptârunt & admiserunt, ac de novo Ligam, Colligationem & Unionem prædictas, quoad Capitula subsequentia, ut præmittitur, Nominibus prædictis, inierunt & contraxerunt,

Quorum autem dictorum Ligæ ac Capitulorum, sic ut præfertur per ipsum Oratorem nostrum de novo conclusorum, Tenor sequitur, & est talis,

ET PRIMO, supranominati, Sanctissimus Dominus noster Dominus *Alexander Papa Sextus* pro Se & Successoribus suis canonicè intrantibus ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Adhærentibus Commendatis & Subditis, necnon Serenissimus Dominus *Maximilianus Romanorum Rex*, *Henricus Angliæ Rex* ejus Nominis Septimus, *Ferdinandus & Elizabetha Rex & Regina Hispaniarum*, & Illustrissimi Domini, *Augustinus Barbadico Dux Venetiarum*, & *Ludovicus Maria Sforcia Anglus Dux Medeolanensis*, pro se & Successoribus suis ac Adhærentibus Commendatis & Subditis & pro eis & quolibet eorum respectivè Procuratores & Oratores Supranominati nominibus quibus Supra ineunt & contrahunt bonam meram & puram Unionem, Confœderationem, Intelligentiam & Ligam, duraturam usque ad Annos Viginti quinque, & ultra usque ad illud totum tempus quòd ipsis Partibus placitum fuerit, ad mutuam, ut dictum est, Conservationem Statuum Partium prædictarum & uniuscujúsque earum, contra omnes & quoscúmque, quiqui illi fuerint, Dominos & Potentatus, in Italia impræsentiarùm Statum habentes & tenentes, & si, durante Liga hujusmodi, Statum habere in Italia desierint, qui de cætero non Provocati & non Lacessiti offenderent per Se vel alium Partes prædictas, vel ipsarum aliquam, seu Status Adhærentes Commendatos & Subditos uniuscujúsque Partium prædictarum.

ITEM, Convenerunt quòd præfatus *Sanctissimus Dominus noster* Juvare debeat Confœderatos prædictos cum *Armis Spiritualibus*, juxta rei exigentiam & quantum de Jure liceret suæ Sanctitati.

ITEM, si forte occurreret (quod Deus avertat) quòd ad Bellum deveniret, non possit quovis modo fieri Pax nisi cum scientia Sociorum, & cum Reservatione & sine præjudicio præsentis Confœderationis & Ligæ.

ITEM, Casu quo Offendens Offenso pro Offensione Satisfactionem exhiberet, Treugas & Inducias peteret a Bello aut Molestia desistere, & Se coram Confœderatis Juri subicere vellet, teneatur tunc Offensus acquiescere, & Partes illas oblatas Judicio & Consilio Confœderatorum acceptare & relinquere; & si talis Offensus nollet, possint Cæteri ex Liga Auxilium in eo Casu ab ipso Offenso amovere, & pro eo Bello de cætero denegare.

ITEM, Convenerunt quòd aliqua Pars prædictarum, factâ Conclusione præsentis Ligæ, non possit ad aliquam Intelligentiam seu Ligam devenire cum aliqua

A. D. 1496. Hen. 7. qua Potentia habente, ut Superius est expressum, in Italia Statum, nisi de Communi Consensu & Voluntate omnium Partium, & nisi fuerit sine Præjudicio & cum Reservatione Capitulorum præsentis Ligæ, quibus nullo modo liceat derogari.

Item, Reservetur unicuique Domino & Potentatui Locus ingrediendi hanc Ligam, secundùm uniuscujusvisque decentiam, cum illis Modis Conditionibus & Obligationibus quæ Partibus, contrahentibus hanc Ligam, visæ fuerint & placebunt.

Item, post Conclusionem præsentis Ligæ teneantur Partes & quælibet earum, infra Menses Tres, nominâsse invicem suos Adhærentes & Commendatos, cum hac Declaratione, pro majori Cautela, quòd nulla Partium nominare possit in hujusmodi Denominatione facienda aliquem Dominum aut Potentatum, qui Dignitate Titulo aut Potentiâ non sit inferior unicuique Partium Principalium hujus Confœderationis; & hoc quoniam si quis majoris gradûs Beneficio ipsius Confœderationis uti voluerit, æquum quoque est eum aliorum Confœderatorum Cognitionibus & Alligationibus pariter subjacere, prout Partibus contrahentibus visum fuerit conveniens.

Item, præsens Liga & Confœderatio per Partes contrahentes, infra Terminum Trium Mensium, a Die Stipulationis præsentis Unionis & Ligæ, hincinde in forma publica & autentica, per publica Instrumenta & Literas, debeat Approbari & Ratificari, Instrumentáque vel Literæ Ratificationis hujusmodi vicissim mitti & tradi debeant; firmis nichilominus remanentibus in omnem eventum aliis omnibus Capitulis hujus Confœderationis.

Item, convenerunt quòd præsens Liga per *Sanctissimum Dominum nostrum* & *Illustrissimos Duces præfatos* solempniter publicari debeat Die Dominicâ ultimâ præsentis Mensis Julii, qui erit in Terris & Dominiis cujuslibet eorum, cum Solempnitatibus & Processionibus Demonstrationibúsque & Signis Gaudii & Lætitiæ ut est consuetum; & hoc idem servetur a *Cæsaria Majestate*, Serenissimis *Regibus Hispaniarum* & *Angliæ*, faciántque similem Publicationem post habitam Notitiam, in una ex Festivitatibus pro Signis sequentibus ipsam Notitiam a Majestatibus suis habitam.

Item, nè magis Potentes minus Potentes opprimant, utque cuilibet quod sibi Jure competit reddatur, convenerunt Partes prædictæ quòd, si fortè occurreret ad Bellum devenire, in quo Bello caperentur a Copiis Confœderatorum Dominia, Castra, Loca aut Bona quæ essent aut fuissent alicujus ipsarum Partium sive earum Adhærentium & Commendatorum, similitérque illorum qui de Consensu & Voluntate Confœderatorum, post conclusionem Ligæ, Ligam intrabunt, in hoc Casu ipsa Dominia, Castra, Loca & Bona restitui debeant Spoliatis, cum illis Pactis & Conditionibus quæ Partibus contrahentibus hanc Ligam videbuntur.

Item, si aliqua Pars in Liga comprehensa, vel quæ post contractum Ligæ Ligam intrabit, aut Domini vel Comunitates pro Adhærentibus aut Commendatis dati, per aliquam Partium in Liga comprehensarum offenderet aliquem ex Partibus Principalibus, seu Adhærentes aut Commendatos alicujus ipsarum Partium, non intelligatur Liga violata quoad alias Partes Principales contra facientes, sed omnes aliæ Partes Principales in Liga comprehensæ teneantur, ad Requisitionem Offensi contra Offendentem Subsidia præstare Offenso pro ejus Defensione, bonâ fide, secundùm Casus exigentiam, quemadmodum facerent & facere deberent si talis Offendens esset in Liga tanquam Principalis aut Accessorius in Liga comprehensus.

Item, contingente Casu Belli (quod absit) cum aliquo ex Colligatis vel in Liga comprehensis, Partes aliæ non solùm teneantur non dare Transitum & Receptum, ac Victualia Gentibus ad Offensam alicujus Partium transeuntibus, sed illis Transitum interdicere, non solum denegando sibi prædicta, sed etiam Obsistendo nè transeant ad Offensam ut supra, bonâ fide & secundùm Casûs exigentiam.

Item, quòd aliqua Partium prædictarum non possit nec debeat accipere nec conducere ad Servitia & Stipendia sua aliquem Capitaneum Armorum, Ductorem, Conestabilem, vel alium Stipendiarium alicujus alterius Partis sine Scientia & consensu illius Partis cujus esset Stipendiarius; Et, si aliquis ex prædictis Capitaneis Armorum, Ductoribus, Armigeris, Conestabilibus, & Stipendiariis fugeret & se reciperet in Dominium alicujus ex eisdem Partibus, Pars illa, in cujus Dominium hujusmodi transfugerent, teneatur, ad omnem requisitionem & instantiam Partis a quâ aufugerent, eas realiter & personaliter detineri facere in quocúmque Loco Dominii sui, nec possint relaxari donec restituerint quicquid abstulerint, aut cum hiis a quibus aufugerint concordes fuerint.

A. D. 1496. Hen. 7. ITEM, cùm, ex laudabili Consuetudine & Sacrorum Canonum institutis, Serenissimus Dominus *Romanorum Rex*, ad Imperatorium Culmen Electus, pro Cæsareo Diademate accipiendo Romam sit profecturus, præfati *Sanctissimus Dominus noster* & Illustrissimi *Domini Duces* promiserunt & promittunt præfatæ Cæsariæ Majestati & omnibus Copiis suis Transitum liberum per omnes Civitates & quæcúmque Loca & Passus Ditionum suarum & cum exhibitione Commeatuum necessariorum, qui tamen solvi debeant ab ipsis Gentibus Pretio convenienti, nec aliqua Molestia, Injuria, Dampnum aut Offensio inferri debeant ab eisdem Copiis alicui Subditorum aut Locorum præfati *Sanctissimi Domini nostri* & Illustrissimorum *Dominorum Ducum*, qui similiter præstabunt omne Auxilium & Favorem oportunum pro habundantiori Copia Commeatuum prædictorum.

ITEM, pro Declarandâ universo Orbi summâ observantiâ, quâ Illustrissimi & Excellentissimi Domini *Venetiarum & Mediolani Duces* prosequuntur *Cæsaream Majestatem*, præfati Illustrissimi *Domini Duces* promiserunt *eidem Majestati*, proficiscenti Romam ad accipiendum Coronam Imperii sui, mittere ad eam Comitandum *Elmettos Quadringentos* pro quolibet ipsorum *Dominorum Ducum* propriis Stipendiis & Impensis; quæ quidem Copiæ comitari debeant Majestatem prænominatam Romam usque, & stare ad omnem ipsius Obedientiam & Mandatum: Et insuper supra nominatus *Dominus Robertus*, ut Principalis ac privata Persona, ac Vice & Nomine supranominati Serenissimi Domini *Regis Angliæ*, pro quo de rato & ratihabitione Promisit & Convenit simili solempni Stipulatione interveniente cum Confœderatis & Colligatis prædictis, & *Stephano* quondam Alexandri Civi Narvien. Publico Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus & Cameræ Apostolicæ Notario, tunc ut publicæ Personæ præsenti Stipulanti & Recipienti pro eis, quòd Serenissimus *Rex Angliæ* suus Principalis omnia & singula, in dictis Capitulis & præsenti Contractu contenta & expressa, per publicum Instrumentum, sive per ejus Literas Regias suæ Majestatis signatas, & solito Sigillo pro more Regni ejus sigillatas, in autenticâ formâ, liberè & absolutè, infra Tres Menses proximò futuros, a Die præsentis Stipulationis computandos, apud Dominos Confœderatos, Ratificabit, Acceptabit & Emologabit ut jacent; Promittentes supranominatus *Sanctissimus Dominus noster* ut supra, ac Oratores & Procuratores præfati & ipsorum quilibet Nomine suorum Principalium prædictorum respectivè, invicem inter se, solempni Stipulatione interveniente, & Notario suprascripto ut publicæ Personæ præsenti Stipulanti & Recipienti pro eis & eorum quolibet, Hæredibúsque & Successoribus suis, & omnibus quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet futurum, Præmissa omnia & singula, in præsenti Contractu & Capitulis suprascriptis contenta & expressa, prout jacent, Attendere, Observare & effectualiter Adimplere, & nullo modo contrafacere vel venire per se vel per alium seu alios, aliquâ ratione, occasione vel causâ, directè vel indirectè, tacitè vel expressè, publicè vel occultè, aut quovis quæsito colore, sub Pœna eadem, quæ in Contractu alterius Ligæ, de quâ supra, exposita & expressa fuit & est per Partem Contrafacientem ipso facto incurrenda, & Partibus Observantibus applicanda, quâ Pœnâ commissâ vel non, Solutâ vel non, exactâ vel non, nichilominus prædicta omnia & singula recta fint & firma perdurent, Obligantésque (videlicet) *Sanctissimus Dominus noster* sua & Romanæ Ecclesiæ, Procuratores verò præfati, eisdem Nominibus eorumdem suorum Principalium, Bona respectivè præsentia & futura, Statúsque & Dominia eorum pro Observatione & Impedimento prædictorum omnium & singulorum, Renunciantes Exceptioni non sic celebrati Contractûs, Rei non sic vel aliàs gestæ, Exceptioni Doli Mali, Metûs, Conditioni indebitæ sive Causâ vel ex injustâ Causâ, & omnibus aliis Exceptionibus eis & ipsorum cuilibet Nominibus prædictis adversus Præmissa & quodlibet Præmissorum quomodolibet competentibus & competituris,

Per hunc autem præsentis Ligæ Contractum, cum præfato Serenissimo Domino *Rege Angliæ* initæ, præfati Confœderati (videlicet) *Sanctissimus Dominus noster*, Serenissimi *Romanorum & Hispaniarum Reges & Regina*, necnon Illustrissimi Domini *Venetiarum & Mediolani Duces*, & pro eis Procuratores præfati, dictis nominibus, non intellexerunt nec intelligunt recedere aliquo modo a supradictâ Ligâ & Confœderatione inter eos initâ & celebratâ, Die ultimâ Mensis Martii, Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto, de qua supra in Principio fit mentio, neque intelligunt in aliquo ab eadem Liga Capitulis & Obligationibus cæterisque aliis in ea contentis esse Recessum, aliis-

A. D. 1496. Hen. 7. que Derogatum præjudicatum seu quomodolibet alteratum; sed in omnibus & per omnia illam Firmam, Ratam & Immutatam perdurare ac penitùs observare & implere, perinde ac si præsens Liga & Confœderatio cum prædicto *Serenissimo Domino Rege* facta minimè fuissent,

Et, pro majori omnium & singulorum prædictorum Robore & Firmitate, *Sanctissimus Dominus noster* IN VERBO PONTIFICIS affirmavit, Oratores verò & Procuratores præfati & quilibet ipsorum in Animas suorum Principalium prædictorum, in Pectoribus ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tacta scripturæ, respectivè Juràruot Præmissa omnia & singula vera esse & ea attendere & observare ut supra, sub Pœnâ & Obligatione prædictis,

Rogantes Notarium suprascriptum ut de prædictis omnibus & singulis publicum conficeret Instrumentuor unum vel plura conformia ad futuram rei memoriam.

Acta fuerunt hæc *Romæ* in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum in Aula Pontificum, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, Diéque Decimâ octavâ Mensis Julii supradicti.

Præsentibus ibidem,

Reverendis in Christo Patribus & Dominis,

Bartholomæo Archiepiscopo Cusenten.

L. Episcopo Caputaquen.

Sanctissimi Domini nostri Secretariis,

Jeronimo Episcopo Arebadien.

Felino Episcopo Pennen,

Johanne Electo Tullen.

Johanne Baptista Episcopo Mutinen. ipsius Sanctissimi Domini nostri Datario,

Francisco de Bogia Electo Thrauen.

Martino de Azpedia Apostolicæ Sedis Prothonotario,

Antonio de Monte Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditore, A. D. 1496. Hen. 7.

Johanne de Montey Oratore Serenissimi Domini *Regis Hungariæ*,

Johanne Copis Archidiacono Leodien.

Francisco de Parma in Majori Parco Abbreviatore,

Et *Antonio Fabregues* Cubiculario Sanctissimi Domini nostri Papæ,

Testibus ad Præmissa vocatis habitis & specialiter requisitis & rogatis.

QUÆ QUIDEM OMNIA ET SINGULA præfata Capitula sive Articulos, in hac nova Liga contenta, Laudamus, Approbamus, Confirmamus, Ratificamus & Emologamus.

In quorum &c.

Dat. in *Castro nostro de Wyndesore*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, Regni verò nostri Duodecimo, Mensique Septembris Die Vicesimo tertio.

Consimiles Literæ in omnibus erant per Dominum Regem eisdem Loco & Tempore signatæ, sigillatæ & expeditæ, præterquam quòd in Themate ista Clausula erat apposita & adjecta post verbum UNIONEM primitùs tamen contentis, in dictâ Ligâ, Die ultimâ Martii conclusa, mutuum (videlicet) Succursum sive Subsidium dictorum Confœderatorum concernentibus, propter nimiam Locorum distantiam, cæteràsque Causas, in dictis nostris Instructionibus palàm exhibitas & ostensas, specificatas, ex *Sanctissimi Domini nostri* ac aliorum Serenissimorum Principum præfatorum Oratorum & Procuratorum Consensu, penitùs omissis,

Et in Ratificatione ejusdem apponatur ista Clausula, Mutuum Succursum sive Subsidium minimè concernentia (videlicet) immediatè post hoc verbum CONTENTA, & immediatè ante hoc verbum LAUDAMUS.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. m. 5.

REX Escaetori suo in Comitatu Salopiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* nuper, vacante Ecclesiâ Cathedrali Bangorensi per Obitum, bonæ memoriæ, *Ricardi* ejusdem Ecclesiæ ultimi Pastoris & Episcopi, Personam Dilecti nobis in Christo, *Henrici* ejusdem Ecclesiæ Electi in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat, A. D. 1496.

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ

A. D. 1496. stræ humiliter se Submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Hen. 7. Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet. A. D. 1496.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Octobris. Hen. 7.

Per Breve de Privato Sigillo.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Bernardo Andreæ, Poeta Cæco.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Penes Cler. Pell.

HEnry, by the Grace of God, *King of England and of France*, *and Lord of Ireland*, to the Tresourer and Chamberlains of our Eschequier, Greting.

Where Wee, by our Lettres Patents under Our Great Seal, have Yeven and Granted unto *Bernard Andree* the Blind Poet an Annuity of *Tenn Marcs* by the Yeare, to be perceived by your Hands at the Receipt of our said Eschequier, whereof *v. Marcs* were payable at the Fest of Saint Michel th'Archaungell last past,

We, for divers Considerations Us moeving, be content that ye pay unto him, in hand, at this time, in redy Money, *Tenn Marcs* for the hool Yere to be ended at Ester next comyng, A. D. 1496.

And therefore We Wol and Charge you that without delaie ye content and pay unto the said *Bernard*, or to his Deputie bringer herof, the said *Tenn Marcs*, which shall be due unto him at Ester next comyng as is aforesaid, without Prest or other Charge to be sette upon him for the same;

And thies our Lettres shall be your sufficient Warrant and Discharge in that Partie.

Yeven under our Prive Seal at our *Mannor of Shene* the tenth Day of October the twelfth Yere of our Reigne.

Pro Prælatis Hyberniæ convocandis.

Registrata apud me L. PODOCATHARUM.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Ex Origin.

ALexander *Episcopus*, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, *Archiepiscopo Cantuariensi*, & *Dunelmensi*, ac *Bathoniensi & Wellensi*, necnon *Londoniensi* Episcopis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Inter Curas multiplices, quæ Nobis ex Apostolatûs Officio incumbere dinoscuntur, illam libenter amplectimur per quam Ecclesiarum omnium, præsertim Metropolitanarum & Cathedralium, Statui, & Indemnitati, ac prospero & felici Regimini salubriter consulatur, prout Catholicorum Regum & Principum exposcit Devotio, & id in Domino conspicimus salubriter expedire.

Sanè, pro Parte Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ Regis* Illustris Nobis nuper exhibita Petitio continebar, quòd in Insula Hiberniæ, præsertim in certa illius Parte quæ est Sylvestris, expedit de necessitate, pro directione ac bono & felici Regimine Ecclesiarum Metropolitanarum & Cathedralium dictæ Insulæ, ac Cleri & Populi illarum, de aliquo oportuno Remedio provideri,

Quare pro Parte *dicti Regis* Nobis fuit maximâ cum instantiâ humiliter Supplicatum, ut in Præmissis oportunè providere de Benignitate Apostolicâ dignaremur, A. D. 1496.

Nos igitur, qui Ecclesiarum omnium Statum in melius dirigi, nostris potissimè temporibus, supremis desideramus Affectibus, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Fraternitati vestræ, de qua in hiis & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, ac cuilibet vestrûm, hac vice duntaxat, aliquos Archiepiscopos, Episcopos sive Prælatos bonæ & timoratæ Conscientiæ, quos magis ydoneos esse noveritis, vel quilibet vestrûm noverit, ad Convocandum universos Archiepiscopos, & Episcopos, ac Clerum, & Populum dictæ Insulæ ad aliquem Locum, ad id aptum & ydoneum,

In qua quidem Convocatione per ipsos Archiepiscopos, Episcopos sive Prælatos de rebus Statum ac bonum prosperum & salubre Regimen Ecclesiarum, ac Cleri, & Populi prædictorum *concernentibus* agatur & tractetur, & desuper

A.D. 1496. Hen. 7.

juxta Sanctorum Patrum Decreta ac Canonicas Sanctiones debitè provideatur, & qui contra Contradictores quoslibet & Rebelles per Censuras Ecclesiasticas ac alia Juris oportuna Remedia Appellatione postposità, prout opus fuerit, procedere possint, Nominandi,

Apostolicis necnon, bonæ memoriæ, *Ottonis & Ottoboni* olim in dicto Regno Apostolicæ Sedis Legatorum, ac in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis Generalibus vel Specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, plenam & liberam Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, Concedimus Facultatem.

A.D. 1496. Hen. 7.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, quinto Kal. Novembris, Pontificatûs nostri Anno quinto.

L. Podocatharus.

Super Plicam,

P. Tuba.

Sub Filis Cannabeis.

De Indulgentia pro Regia Capella.

Registrata apud me L. Podocatharum.

A.D. 1496. An. 12. H. 7. Ex Autogr.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, universis Christi Fidelibus, præsentes Literas inspecturis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dùm præcelsa Meritorum insignia, quibus Cœlorum Regina Virgo Dei Genetrix gloriosa, Sedibus prælata Sidereis, quasi Stella matutina prærutilat, devotâ considerationis indagine perscrutamur; dùm etiam inter Pectoris archana revolvimus, quòd ipsa, utpotè Mater Misericordiæ, Mater Gratiæ, Pietatis Amica, Humani Generis Consolatrix, pro Salute Fidelium qui Delictorum onere prægravantur sedula Exoratrix & Pervigil ad Regem quem genuit intercedit, Dignum, quin potius Debitum reputamus ut Ecclesias in Honorem sui Nominis dedicatas gratiosis Remissionum prosequamur Impendiis & Indulgentiarum Muneribus Decoremus.

Cupientes igitur ut Capella Regia, sub Invocatione & in Honorem ejusdem Beatæ Mariæ in Ecclesia Sancti Georgii Opidi Windesoriæ Sarisbiriensis Diœcesis sita, ad quam ut accepimus Carissimus in Christo Filius noster *Henricus Rex Angliæ* Illustris singularem gerit Devotionis affectum, & in ea Sepulturam suam eligere, illámque de Bonis suis pro nonnullis Presbyteris, qui inibi Missas celebrent, dotare intendit, congruis frequentetur Honoribus, Christique Fideles eo libentiùs Devotionis causâ confluant ad eandem quo ex hoc ibidem Dono cœlestis Gratiæ uberiùs conspexerint se refectos,

A.D. 1496.

De Omnipotentis Dei Misericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus Auctoritate confisi omnibus & singulis, utriúsque Sexûs Christi fidelibus, verè Pœnitentibus & Confessis, qui Capellam prædictam, Quarta Feria Quatuor Temporum post Festum Pentecostes, a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas, devotè visitaverint annuatim, plenariam omnium Peccatorum suorum, de quibus Corde contriti & Ore confessi fuerint, Indulgentiam & Remissionem Auctoritate Apostolicâ Tenore Præsentium Elargimur; præsentibus perpetuò post Annum Jubilei valituris.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, quinto Kal. Novembris, Pontificatûs nostri Anno quinto.

L. Podocatharus.

P. Tuba.

Alexander Papa Sextus.

Sub Filis sericis flavi rubeique Colorum.

De

De Custodia Temporalium.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 1. m. 10.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, ac ex certis Considerationibus Nos moventibus, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus Prædilecto & Fideli Clerico & Consiliario nostro *Johanni Morgan* Custodiam Temporalium Episcopatûs Menevensis, cum Pertinentiis, omnia Exitus & Proficua eorumdem quæcúmque, necnon quascúmque Portiones & Pensiones, quæ Nobis, per Mortem, bonæ memoriæ, *Hugonis Pany Clerici ultimi Episcopi Loci prædicti*, ac ratione Vacatione Sedis ejusdem Episcopatûs aliquo modo pertinent seu pertinere poterunt aut debent,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Johanni* & Assignatis suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, ac cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Decanatuum, Capellarum, Cantariarum, & omnium aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, & omnibus aliis Temporalibus prædictis pertinentibus, a tempore Mortis præfati nuper Episcopi, quamdiu Temporalia illa in Manibus nostris contigerint remanere, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis reddendo, solvendo, seu Compoto inde faciendo, & absque Impetitione, Inquietatione, Molestatione, seu Perturbatione nostri aut Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo aut Certitudine Præmissorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Johanni* per Nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, sive Ordinatione, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Tertio Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. m. 3.

REX Escaetori suo in Comitatu Staffordiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacantibus Ecclesiis Coventriæ & Lichfeldiæ, per Translationem Venerabilis Patris *Willielmi Episcopi* ejusdem Episcopatûs Coventriæ & Lichfeldiæ, & ipsum a vinculo, quo dictis Coventriæ & Lichfeldiæ Ecclesiis, invicem unitis, quibus tunc præerat, tenebatur, Absolverit, Venerabilem in Christo Patrem *Johannem Arundell* in Episcopum Locorum illorum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se Submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem; A. D. 1496.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo octavo Die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Derb.
Escaetori Regis in Com. Warr.
Escaetori Regis in Com Salop.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Camerario Cestr.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Episcopo Menevensi.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Ibid.

REX Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper Vacante Sede Episcopali Ecclesiæ Cathedralis Menevensis, per Obitum, bonæ memoriæ, *Hugonis ejusdem Ecclesiæ ultimi Pastoris & Episcopi*, Personam Dilecti & Fidelis nostri Magistri *Johannis Morgan* ejusdem Ecclesiæ Electi, in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quod idem *Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

A. D. 1496.

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimile Breve dirigitur Dilecto & Fideli suo Johanni Tate *Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.*

Et Mandatum est Militibus &c.

Pro Episcopo Londoniensi.

A. D. 1496. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 1. m. 9.

REX Dilecto sibi *Johanni Tate* Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Cathedrali Londoniensi, per Obitum, bonæ memoriæ, *Ricardi nuper Episcopi* Ecclesiæ prædictæ, Venerabilem in Christo Patrem *Th. nuper Episcopum Roffensem* a vinculo, quo dictæ Ecclesiæ Roffensi, cui tunc præerat, tenebatur, de Apostolicæ plenitudinis Potestate Absolvens, ipsum ad dictam Ecclesiam Londoniensem Auctoritate Apostolicâ transtulerit, ipsúmque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Th.* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se Submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

A. D. 1496.

Cepimus Fidelitatem ipsius *Thomæ*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò vobis Mandamus quòd *eidem Thomæ* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva vestra, sine dilatione, Liberetis in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Contra

Contra Invasionem Scotorum, de Arraiatione facienda.

A.D. 1496. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 2. m. 27. dor.

REX Dilecto & Fideli suo *Thomæ Dacre* Militi Locumtenenti Westmarchiarum nostrarum versus Scotiam, Salutem.

Cùm jamdudùm Inimicus & Adversarius noster *Scotorum Rex*, cum maxima Armata Rebellium & Proditorum nostrorum, hoc Regnum nostrum Angliæ hostiliter invaserit, ac Subditos nostros ejusdem, nulli Ætati aut Sexui parcendo, Spoliaverit, Jugulaverit ac crudeliter Trucidaverit & Tractaverit, necnon Castra, Fortalitia atque Villas, omni semotâ Pietate, Combusserit, Prostraverit & Destruxerit, aliaque Mala, Injurias, Rapinas & Detestabilia Facta, quæ facere potuit, ibidem fecerit & perpetraverit, & Pejora Prioribus dicto Regno nostro & Subditis nostris prædictis inferre indies nititur & intendit, & ad hoc Se parat Viribus, in Nostri gravissimam Offensam & Populi nostri Terrorem ac Dampna & Deperdita irrecuperabilia,

Nos, prout convenit & decet hujusmodi Attempta & Detestabilia Facta vindicare, ac hujusmodi Injurias Nobis & Subditis nostris per ipsos Scotos illatas & inferendas propulsare, ac Regnum nostrum prædictum & Subditos nostros hujusmodi ejusdem ab ipsis Inimicis nostris tuere & defendere volentes,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitate, Industria & provida Circumspectione vestris quamplurimùm confidentes,

Assignavimus, Constituimus, Ordinavimus & Deputavimus vos Deputatum nostrum ac Capitaneum & Ductorem omnium & singulorum Subditorum nostrorum infra Comitatus nostros Cumbriæ & Westmerlandiæ, tàm infra Libertates quàm extra commorantes,

Dantes & Concedentes vobis, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ad omnes & singulos Homines & Subditos nostros Comitatuum prædictorum ad Laborandum Potentes, ac omnes Homines Armatos, Sagittarios, Hobelarios & alios quoscúmque Arma portare volentes, coram vobis ad certos Dies & Loca, quos ad hoc provideritis, Evocandum ac venire faciendum,

Eósque & eorum quemlibet juxta Gradus & Facultates suas Armari, Araiari & Triari faciendum & compellendum,

Et eos sic Arraiatos, Armatos & Triatos in Arraiatione hujusmodi continuè teneri & poni faciendum,

Atque eos ad quæcúmque Loca Merchiarum prædictarum, ubi & quotiens opus fuerit, & casus exigerit, & prout vobis visum fuerit, ad Inimicos, Rebelles & Proditores nostros Repugnandum & Fugatos Prosequendum, Partésq; Scotiæ cum eisdem Subditis nostris Intrandum, eosque de tempore in tempus quotiens opus fuerit diligenter Capiendum, Providendum, & Faciendum,

Et insuper ad Signa, *vocata Bekyns*, in Locis consuetis, per quæ Gentes Patriæ de Adventu Inimicorum Proditorum & Rebellium prædictorum congruis temporibus possint præmuniri, poni & supervideri ac reparari & emendari faciendum,

Atque etiam Proclamationes, pro bono & sano Regimine Subditorum nostrorum, de tempore in tempus, prout opus fuerit, faciendum & Proclamandum,

Ac quoscúmque Contravenientes Delinquentes seu Mandatis & Proclamationibus vestris Inobedientes seu parare Recusantes Castigandum, & juxta eorum Demerita, per Imprisonamentum Corporum suorum, seu aliàs prout vobis visum fuerit, Puniendum,

Cæteráque Faciendum & Perimplendum quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Fidelibus, Ligeis & Subditis nostris quibuscúmque, quorum interest in hac parte, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Assistentes & Auxiliantes in omnibus diligenter, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Februarii.

a

Philippi

A. D. 1497. Hen. 7. A. D. 1497. Hen. 7.

Philippi, Austriæ Archiducis, Commissio ad Tractandum.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Ex Autogr.

PHilipe, par la Grace de Dieu, Archiduc *d'Austriæ*, Duc *de Bourgoingne, de Lothrain, de Brabant, de Stiere, de Carinte, de Carniole, de Lembourg, de Lucembourg & de Gheldres*, Conte *de Habsbourg, de Flandres, de Tyrol, d'Artois, de Bourgoingne*, Palatin *de Haynnau*, Lantgrave *d'Elsacem*, Marquis *de Burgaves & du Saint Empire, de Hollande de Zeelande, de Farette, de Kiburg, de Namur, & de Zutland* Conte, Seigneur *de Frise sur la Marche, de Sclavonie, de Portenaubb, de Salins & de Malines*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme Nous aions n'agaires fair dire a Treshault & Trespuissant Prince Treshonnore Seigneur & Cousin *le Roy d'Angleterre*, par Maistre *Jehan Meautis* son Secretaire, qu'il avoit envoyé devers Nous, que envoierrons davers Luy pour la delivrance des seellez, que selon les Traictez derreinement faiz d'entre Luy & Nous se dovient delivrer d'une Part & d'autre, comme aussi pour Communiquer & Traicter tant sur le Fait de l'Estaple de Calais & de l'Entrecours & ce qui en dependra,

Par quoy soit Besoing deputer aucuns Notables Personnaiges, pour depar Nous aler devers nostre dit Cousin & Besoingner en ce que dit est,

Savoir faisons que Nous,

Confians a plain es Sens Loiaultez, Preudonnes & bonnes Diligences de, noz Amez & Feaulx Conseilliers, Maistre *Jehan Preters* Maistre des Reqnestes de nostre Hostel, & *Jehan de Courteville* nostre Escuier Trenchant Mareschal de noz Logis & Bailli de Lille,

Nous iceulx avons Commis & Ordonne, Commettons & Ordonnons en leur donnant plain Pouoir, Auctorite & Mandement especial, par ces Presentes, de pour & en nostre Nom, estre & comparoir devers nostre dit Cousin *le Roy d'Angleterre*, a Luy ou a ses Gens & Deputez qu'il vouldra a ce commectre delivrer les Seellez, que pour l'accomplessement des dites Traictez derreinement faiz d'entre Luy & Nous sommes tenuz de Bailler, de Recevoir ceulx qu'il est Tenu Nous Baillier, de Communiquer, Traicter, Besoingner & Conclure tant sur le Fait de l'Estaple du dit Calais comme aussi sur le Fait du dit Entrecours & ce qui en dependant, &c, au surplus, fere toutes & singulieres les Choses que bons & loyaulx Deputez dessusdits peuent & dovient fere & que Nous mesmes ferions ou fere pourrions se presens en nostre Personne y estions;

Promectans de bonne Foy avoir & tenir Agreable Ferme & Estable a tous jours tout ce que par nos dits Commis & Deputez ou l'un d'eulx sera Fait, Dit, Traicte & Besoingne & Conclu es Choses dessusdites, & celles qui en dependent, sans jamais se ou aler ne souffrir estre fait ou ale au contre en maniere quelconque, & de baillier noz Lettres de Confirmacion sur ce qui ainsi sera Traicte Promis & Conclu toutes les foiz que requis eu serons.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presentes.

Donne en nostre *Ville de Brucelles* le xxvi. Jour de Feutier, l'An de Grace Mille, Quattrecens, Quattrevins & Seze.

Par Monseigneur l'Archiduc.

Numan.

De Pardonatione pro Episcopo Wigorniensi.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 2. m. 17.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos &c. Salutem. Sciatis quòd Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ Scientiâ & mero Motu nostris, Pardonavimus, Remisimus & Relaxavimus, ac per Præsentes Pardonamus, Remittimus & Relaxamus Reverendo in Christo Patri *Roberto Episcopo Wigorniensi*, aliàs dicto *Roberto Episcopo Wigorniensi*, nuper dicto *Roberto Morton Clerico Custodi Rotulorum Cancellariæ nostræ*, aliàs dicto *Roberto Episcopo Wigorniensi*, nuper dicto *Roberto Clerico sive Custodi Rotulorum Cancellariæ nostræ*, aliàs dicto *Roberto Episcopo Wigorniensi*, nuper dicto *Roberto Morton Clerico Custodi Rotulorum Cancellariæ Domini E. nuper Regis Angliæ Quarti*, aliàs dicto *Roberto Episcopo Wigorn.* nuper dicto *Roberto*

A. D. 1497.

A. D. 1497. Hen. 7. *Roberto Morton Clerico sive Custodi Rotulorum Cancellariæ Domini E. nuper Regis Angliæ Quarti*, aliàs dicto *Roberto Episcopo Wigorn.* nuper *Roberto Morton Archidiacono Glouceſtriæ*, aliàs dicto *Roberto Episcopo Wigorn.* nuper dicto *Roberto Morton Clerico Wigorniensi Electo*, aliàs dicto *Roberto Morton Clerico Wigorn. Episcopo*, seu quocùmque alio Nomine censeatur, omnimodas Transgressiones, Offensas, Mesprisiones, Contemptus, Impetitiones, Detentiones, Elongationes, Negligentias, Extortiones, Ignorantias, Concelamenta & Deceptiones, per *ipsum Robertum Episcopum* ante Festum Sancti Andreæ Apostoli Anno Regni nostri Duodecimo qualitercùmque factas sive perpetratas,

Et insuper ex Scientia & Motu nostris prædictis PARDONAVIMUS, REMISIMUS & RELAXAVIMUS *eidem Roberto Episcopo* omnimodas Proditiones ac Sectam Pacis nostræ quæ ad nos versus *ipsum Robertum Episcopum* pertinet pro omnimodis Proditionibus, Rebellionibus, Insurrectionibus, Feloniis, Conspirationibus, Confœderationibus, Riotis, Routis, Conventiculis illicitis, Cambipartiis, Manutenentiis, Imbraciariis ac aliis Transgressionibus, Negligentiis, Extortionibus, Imaginationibus, Mesprisionibus, Ignorantiis, Contemptibus, Concelamentis, Forisfacturis, Deceptionibus, Attemptatis & Offensis quibuscùmque, per *ipsum Robertum Episcopum* ante prædictum Festum qualitercùmque factis sive perpetratis,

Ac etiam Utlagariis si quæ in ipsum *Robertum Episcopum* hiis occasionibus seu earum aliqua fuerint promulgatæ, & firmam Pacem nostram ei inde concedimus;

Ita tamen quòd stet recto in Curia nostra, si quis versus eum loqui voluerit de Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

PARDONAVIMUS etiam *eidem Roberto Episcopo* omnia & omnimoda Judicia, Executiones & Pœnas Mortis super ipsum redditas sive adjudicatas, aut reddendas sive adjudicandas, ac omnimodas Forisfacturas quorumcùmque Terrarum & Tenementorum, Bonorum & Catallorum suorum occasionibus prædictis seu earum aliquâ, & eadem Terras & Tenementa, Bona & Catalla *eidem Roberto Episcopo* Damus & Restituimus per Præsentes, Habenda & Gaudenda *eidem Roberto Episcopo* de Dono nostro absque Compoto seu aliquo alio Nobis inde reddendo seu faciendo, A. D. 1497.

Ac etiam PARDONAVIMUS, REMISIMUS & RELAXAVIMUS *eidem Roberto Episcopo* omnia & omnimoda Escapia & Evasiones quorumcùmque Felonum & Clericorum convictorum sive attinctorum ante dictum Festum qualitercùmque facta, necnon omnimodas Pœnas, Redemptiones, Forisfacturas, Securitates Pacis, & alias Recognitiones & Manucaptiones, & omnimodos Fines adjudicatos, Amerciamenta, Exitus, Forisfacturas, Relevia, Scutagia, ac omnimoda Debita, Compota, Præstita, Arreragia Firmarum & Compotorum, & alia Deperdita Nobis ante dictum Festum per *præfatum Robertum Episcopum* qualitercùmque forisfacta debita sive pertinentia, necnon omnimodas Demandas, Transgressiones, Offensas, Negligentias, Contemptus, Mesprisiones & Impetitiones, per *ipsum Robertum Episcopum*, contra formam tàm omnimodorum Statutorum, Ordinationum & Provisionum de Perquisitionibus, Acceptationibus, Lectionibus, Publicationibus, Notificationibus & Executionibus quibuscùmque quarumcùmque Literarum & Bullarum Apostolicarum & omnium aliorum Statutorum & Provisionum prætextu, quorum aliqua Secta versus *eundem Robertum Episcopum* per Billam vel per Breve de *Præmunire facias*, seu alio modo quocùmque, pro aliquâ Materiâ ante dictum Festum factâ, fieri valeat, quàm omnium & omnimodorum aliorum Statutorum quorumcùmque factorum sive editorum, per *ipsum Robertum Episcopum* ante eundem Diem qualitercùmq; factas sive perpetratas, & omnimodas Actiones, Sectas, Querelas, Impetitiones, Executiones & Demandas, quas Nos solus vel Nos conjunctim cum aliis Personis vel aliâ Personâ habemus seu habere poterimus quovis modo versus *ipsum Robertum Episcopum* pro Præmissis vel aliquo Præmissorum, aut pro aliquâ Re, Causâ vel Materia quacùmque; aliquibus Statutis, Ordinationibus, Provisionibus, Restrictionibus sive Actibus, in contrarium factis sive editis, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacùmque, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quinto Die Martii.

Per ipsum Regem.

De Dieta capienda, super Reformatione Attemptatorum Franciæ.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Franc. 12. H. 7. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm superioribus Diebus inter Nos & Carissimum Consanguineum nostrum *Carolum Francorum Regem*, super Reformatione Attemptatorum, Dampnorum, Injuriarum, Spoliationum, Navium Captionum, Interfectionum, Arestationum, ac injustarum Detentionum, & aliorum Gravaminum nostrorum ac dicti Consanguinei nostri Subditorum quorumcumque, *quædam Dieta*, per Dei gratiam, in initio Mensis Maii proximò futuri, in Villa nostra Calesii feliciter inchoanda, statuta sit,

Hinc est quòd Nos,

Volentes Cepta hujusmodi debitum sortiri effectum,

De Fidelitate, Circumspectione & Industria, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Magistrorum, *Roberti Middelton* Legum, & *Thomæ Routhall*, Decretorum Doctorum, *Johannis Turbervile* Militis Thesaurarii Villæ nostræ Calisiæ, & *Adriani Whetehill* Armigeri Contrarotulatoris dictæ Villæ nostræ Calisiæ, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores & Nuncios generales & speciales Constituimus, Deputavimus & Ordinavimus, ac Tenore Præsentium Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem, Tribus, & Duobus eorum plenam & liberam Potestatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis, Hæredibus & Successoribus nostris, Regnis, Terris & Dominiis, Subjectis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus & Subditis nostris quibuscúmque, cum Spectabilibus & Egregiis viris, dicti Consanguinei nostri Ambassiatoribus, Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis, Potestatem sufficientem habentibus in dicta Villa nostra Calesiæ aut alio loco apto & congruo quocúmque Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi & finaliter Concludendi de & super omnibus & singulis Dampnis, Injuriis, Spoliationibus, Deprædationibus, Navium captionibus, Interfectionibus, Arestationibus, Incarcerationibus, ac injustis Detentionibus nostrorum ac dicti Consanguinei nostri Subditorum aut alicujus eorumdem, necnon Displicenciis, Litibus, Quæstionibus, Discordiis, Gravaminibus & Attemptatis quibuscúmque *inter Nos* nostrosque Subditos ex una Parte, & *præfatum Consanguineum nostrum* ac Subditos Amicos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes suos quoscúmque, ex Parte altera, pendentibus Indiscussis, motis seu movendis, horum & omnium & singulorum Correctionem, Punitionem, Reparationem & Reformationem Faciendi, & eas fieri Petendi, Requirendi & cum effectu Optinendi, ac nostrorum dictique Carissimi Consanguinei nostri Subditorum Querelas ultrò citróque propositas & proponendas, cum suis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus atque Connexis, Audiendi, Examinandi & Fine debito Determinandi, & super eisdem Componendi & summariè simpliciter & de plano sine Strepitu & figura Judicii solâ Facti veritate inspectâ Pronunciandi & Sententiandi,

Neenon Nos Hæredes & Successores nostros Obligandi quòd, priusquam aliqua Navis aliquem Portum Regni nostri Terrarum, Locorum, Dominiorum nostrorum exierit, sufficientem Securitatem præstabit de non Molestando, Vexando, Injuriando aut Dampnificando Subditos dicti Carissimi *Consanguinei nostri* Violentiámve quamcúmque eisdem ubique locorum inferendo; &, si, post talem Securitatem sic præstitam, Subditi nostri in eadem Navi existentes, Spoliaverint aut Dampnificaverint Subditos dicti Carissimi *Consanguinei nostri*, quòd tunc ipsi Dampnificantes & eorum Fidejussores, constito de tali Spoliatione, teneantur ad Restitutionem & Satisfactionem hujusmodi Spoliati aut Spoliatorum, seclusâ Morâ, juxta qualitatem & quantitatem hujusmodi Dampni illati,

Consimilémque Obligationem Petendi & Exigendi a dicto *Consanguineo nostro* pro omnibus & singulis Navibus, a Portubus suis quovis pacto exituris,

Unámque insuper *aliam Dietam*, si ipsis visum fuerit, Appunctuandi, Concordandi pariter & Concludendi, sub Modo, Formâ & Conditionibus, de quibus inter dictos nostros Ambassiatores, Oratores, Procuratores, Commissarios, Depu-

5

A. D. 1497. Hen. 7. Deputatos & Nuncios, ac præfatos Spectabiles & Egregios Viros dicti Carissimi Consanguinei nostri Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios prædictos poterit concordari,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Exercendi & Expediendi quæ in Præmissis seu aliquo Præmissorum, seu circa ea conjunctim & divisim necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ Nosmetipsi faceremus seu facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia sint quæ de se Mandatum magis exigant speciale; A. D. 1497. Hen. 7.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros totum & quicquid prædicti Ambassiatores, Oratores, Commissarii, Procuratores & Nuncii nostri Nomine nostro fecerint in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Communicando cum Rectoribus Hanzæ.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Ibid. m. 8. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, superioribus Diebus, *inter Nos* & *Civitatum Hanzæ Rectores & Gubernatores*, super Reformatione Dampnorum, Injuriarum, Spoliationum, Deprædationum Navium, Captionum, Interfectionum, Arestationum, Incarcerationum, & Injustarum Detentionum Subditorum, Privilegiorum, Libertatum & Beneficiorum Violatione, Detractione, Derogatione & Contraventione, ac Novorum Statutorum & Legum, in dictorum Privilegiorum Libertatum & Beneficiorum prætensam Derogationem Diminutionem & Præjudicium, Editione, ac de eorum Valore pariter & Vigore, necnon aliorum Gravaminum & Attemptatorum quorumcúmque utriúsque Partis in alteram, *quædam Dieta*, per Dei Gratiam, in initio Mensis Junii proximò futuri, in *Opido Andewarpiæ* feliciter inchoanda, statuta sit,

Hinc est quòd Nos,

Volentes Cepta hujusmodi debitum sortiri effectum,

De Fidelitate, Circumspectione & Industriâ, Dilectorum & Fidelium Consiliatiorum nostrorum, Magistrorum, *Roberti Middelton* Legum, & *Thomæ Routhall* Decretorum Doctorum, *Johannis Turbervile* Militis Thesaurarii Villæ nostræ Calesii, & *Adriani Whetehill* Armigeti Contrarotulatoris dictæ Villæ nostræ Calesii, plenariè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios generales & speciales Constituimus, Deputavimus & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Deputamus, Constituimus & Ordinamus,

A. D. 1497. Dantes & Concedentes eisdem, Tribus, & Duobus eorum, plenam & liberam Potestatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis, Hæredibus & Successoribus nostris, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, Confœderatis, Faventibus & Adherentibus nostris quibuscúmque, cum, Spectabilibus & Egregiis Viris, *Gubernatoribus & Rectoribus Patriarum & Civitatum Hanzæ Theutonicæ*, seu eorum Ambassiatoribus, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis, Potestatem sufficientem habentibus, in *dicto Opido Antwarpiæ*, aut alio Loco apto & congruo quocúmque, Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi & finaliter Concludendi de & super omnibus & singulis Dampnis, Injuriis, Spoliationibus, Deprædationibus, Navium Captionibus, Interfectionibus, Arestationibus, Incarcerationibus, ac injustis Detentionibus Mercium & Mercatorum ac Subditorum alicujus Partium prædictarum,

Necnon Communicandi & Tractandi de & super quibuscúmque Privilegiis, Libertatibus & Beneficiis habitis sive prætensis, ac eorum Validitate pariter & Vigore, supérque eorumdem Violatione, Detractione, Derogatione & Contraventione, ac Novorum Statutorum sive Legum, in dictorum Privilegiorum, Libertatum, Beneficiorum, si quæ talia fuerint, Derogationem, Diminutionem & Præjudicium, Editione, ac etiam Displicentiis, Differentiis, Litibus, Quæstionibus, Discordiis, Gravaminibus & Attemptatis quibuscúmque, *inter Nos* nostrósque Subditos ex una Parte, & præfatos Honorabiles & Discretos Viros *Rectores & Gubernatores Patriarum & Civitatum Hanzæ Theutonicæ*, atque etiam Univer-

A. D. 1497. Hen. 7. Univerfitates, Societates, Dominos, Principes, Gubernatores & Rectores Terrarum, Civitatum, Opidorum, Villarum & Dominiorum quorumlibet *Terræ Almaniæ*, Terras, Civitates, Opida, Villas, Castra, Patrias & Dominia, Subjectos, Amicos, Confœderatos, Alligatos & Adhærentes suos quofcúmque ex Parte altera, pendentibus Indiscuffis, ac horum omnium & fingulorum Correctionem, Punitionem, Reparationem & Reformationem Faciendi, atque eas fieri Petendi, Requirendi, ac cum effectu Optinendi, ac utriúfque Partium hujufmodi Querelas ultrò citróque propofitas & proponendas, cum fuis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus & Connexis, Audiendi, Examinandi, & Fine debito Terminandi,

Et fuper eifdem fummariè fimpliciter & de plano, fine Strepitu & Figura Judicii, folâ Facti veritate infpectâ, Pronunciandi Sententiandi, necnon perpetuam & realem Pacem atque Comunicationem mutuam, & liberum Intercurfum Mercandifandi, fecurúmque Statum, pro Hominibus utriufque Partis præfentibus & futuris, tàm in Regnis, Patriis, Civitatibus, Dominiis & Locis unius vel alterius Partis prædictæ, quàm aliàs ubilibet, tàm per Terram quàm per Mare & Flumina atque Aquas dulces,

Infuper Ligas, Amicitias & Confœderationes quafcúmque *inter Nos* Hæredes & Succeffores noftros, ac Regna, Terras, Dominia noftra, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes & Adhærentes noftros quofcúmque ex una Parte, & præfatos Egregios & Spectabiles Viros *Gubernatores & Rectores Patriarum & Civitatum Hanzæ prædictæ*, ac etiam inter Univerfitates, A. D. 1497. Hen. 7. Societates, Principes, Dominos, Gubernatores & Rectores Terrarum, Civitatum, Opidorum, Villarum & Dominiorum quorumlibet *dictæ Terræ Almaniæ*, Terras, Civitates, Opida, Villas, Castra, Patrias & Dominia fua, Subditos, Amicos, Alligatos, Confœderatos, Faventes & Adhærentes fuos quofcúmque ex Parte altera, Contrahendi, Ineundi, Tractandi, Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi pariter & Concludendi,

Unámque infuper *aliam Dietam*, fi ipfis vifum fuerit, Appunctuandi pariter & Concludendi, fub Modis, Formâ & Conditionibus, de quibus inter dictos noftros Ambaffiatores, Procuratores, Deputatos & Nuncios, ac præfatos Spectabiles & Egregios Viros, ac inter Univerfitates, Societates, Principes, Dominos, Gubernatores & Rectores prædictos, feu ipforum Ambaffiatores, Commiffarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios prædictos poterit concordari,

Cæteráque omnia & fingula Faciendi, Excercendi & Expediendi, quæ in Præmiffis feu aliquo Præmifforum feu circa ea conjunctim & divifim neceffaria fuerint feu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujufmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ Nofmetipfi facere poffemus feu faceremus fi perfonaliter intereffemus, etiam fi talia forent quæ de fe Mandatum exigant magis fpeciale;

Promittentes &c.

In cujus &c.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* vicefimo octavo Die Aprilis.

Super Receptione Annuitatis Franciæ.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Ibid. m. 5.

REX univerfis & fingulis, ad quos præfentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos *Recepiffe & Habuiffe*, Die confectionis Præfentium, ab Illuftriffimo Cariffimóque Fratre & Confanguineo noftro *Karolo Gallorum Principe*, per Manus apud Villam noftram Calefii, *Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenfes, & unaquaque Corona Triginta & quinque Solidos Turonenfes, valentibus) Nobis Primo Die Menfis Maii, Anno Domini Millefimo, Quadringentefimo, Nonagefimo Septimo, folvi debitorum, quæ A. D. 1497. erat *Nonus Terminus* pro Parte Solutionis Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri*, Æftimationis prædictæ, per *ipfum Fratrem & Confanguineum noftrum* vel Hæredes fuos Nobis vel Hæredibus noftris folvendæ, prout in Literis *dicti Fratris & Confanguinei noftri*, fuperinde confectis, quarum Data eft *apud Stapulas fupra Mare*, Die Tertiâ Menfis Novembris, Anno Domini Millefimo, Quadringentefimo, Nonagefimo fecundo, pleniùs continetur,

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri*, & Æfti-

A. D. 1497. Hen. 7. Æstimationis prædictæ fatemur Nobis fideliter esse solutum, & *eundem Fratrem & Consanguineum nostrum* Hæredésque suos superinde fore Quietos & exinde plenè exoneratos.

In cujus &c. A. D. 1497. Hen. 7.
Teste Rege apud *Westmonasterium* Quarto Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Licentia ad Prioratum Sanctæ Radegundis Supprimendum & Collegium Fundandum.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 1. m. 14.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, tàm ex fidedigno Relatu Reverendi in Christo Patris *Johannis Episcopi Eliensis*, quàm ex publicáque Fama, accepimus quòd Domus sive Prioratus Religiosarum Mulierum Sanctæ Radegundis, de Fundatione & Patronatu Episcopi, ut in Jure Ecclesiæ suæ Eliensis, ac Terræ, Tenementa, Redditus, Possessiones, Ædificia, necnon Res, Bona, Jocalia & alia Ornamenta Ecclesiastica eidem Domui sive Prioratui piè & caritativè antiquitùs Data & Collata, per Negligentiam atque improvidam & dissolutam Dispositionem & Incontinentiam, occasione Viciniitatis Universitati Cantebrigiæ, Priorissarum & Religiosarum Mulierum Domûs antedictæ, in tantum Dilapidata, Destructa, Devastata, Alienata, Diminuta, & Subtracta existunt, ipsæque ad tantas Inopiam & Paupertatem sunt redactæ quòd Divina Obsequia, Hospitalitatem, aut alia Misericordiæ & Pietatis opera ibidem, juxta Primariam Fundationem & Ordinationem Fundatorum suorum usitata, manutenere & supportare, seu seipsas, quæ Duæ tantum Numero existunt (quarum una alibi professa alteráque Infans existit) aliqualiter Sustentare seu Relevare non valeant, set ipsos Domum sive Prioratum prædictas quasi desolatas relinquere oporteat,

Unde *idem Episcopus*, ob majorem Devotionem ac Divini Cultûs & Virtutis Augmentum, Nobis humillimè supplicavit ut sibi Licentiam nostram Regiam, quòd de Domo sive Prioratu prædicto Mulieres prædictas totaliter amovere & expellere, & inibi quoddam Collegium, perpetuis futuris temporibus duraturum, de novo Facere, Fundare, Erigere, Creare, & Stabilire possit & valeat concedere dignaremur gratiosè,

Nos igitur, Præmissa ac piam & devotam Intentionem *ipsius Episcopi* intimè considerantes, intuitu Dei & ob sinceram Devotionem quam ad Sanctam & Individuam Trinitatem Beatissimámque Virginem Dei Genitricem Mariam A. D. 1497. Sanctum Johannem Evangelistam atque Sanctam Virginem Radegundem & omnes Sanctos gerimus & habemus, de gratia nostra speciali, Concessimus & Licentiam Dedimus, prout per Præsentes Concedimus & Licentiam Damus, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, *eidem Reverendo Patri* & Successoribus suis quòd Ipse & Successores sui Episcopi Elienses, ac Executores, Deputati & Assignati sui, seu eorum aliquis vel aliqui de Domo sive Prioratu prædicto *quoddam Collegium de uno Magistro & Sex Sociis, & certo Numero Scolarium in Gramatica Erudiendorum*, & ad Exorandum, & Divina singulis Diebus infra Collegium prædictum pro prospero Statu nostro & *Elizabeth Reginæ Angliæ* Consortis nostræ Carissimæ, Carissimæque *Matris nostræ Margaretæ*, atque Præcarissimorum Filiorum nostrorum, *Arthuri Primogeniti Principis Walliæ*, & *Secundogeniti Ducis Eborum*, cæterorúmque Liberorum nostrorum dùm Vixerimus, ac pro bono Statu *ipsius Episcopi* similiter dùm vixerit, ac pro Animabus nostris cùm ab hac Luce migraverimus, ac etiam pro Anima Præcarissimi Patris nostri *Edmundi Richemondiæ*, ac pro Anima *ipsius Episcopi* cùm similiter ab hac Luce migraverit, necnon pro Animabus Priorum Fundatorum Domûs sive Prioratûs antedicti & omnium Fidelium Defunctorum imperpetuùm celebrandum, ac alia Misericordiæ & Pietatis Opera ibidem, juxta Ordinationem & Stabilimenta per *ipsum Episcopum* aut Executores seu Assignatos suos prædictos in hac parte Facienda, Ordinanda, & Statuenda, Facere, Fundare, Erigere, Creare, & Stabilire possint & possit, perpetuis futuris temporibus duratura,

Et quòd Collegium prædictum, cùm sic Factum, Fundatum, Erectum, Creatum, & Stabilitum fuerit, *Collegium beatissimæ Mariæ Virginis Sancti Johannis Evangelistæ & Gloriosæ Virginis Sanctæ Radegundis juxta Cantebrigiam in*

A. D. 1497. Hen. 7.

Comitatu Cantebrigiæ imperpetuum nuncupetur, vocetur & appelletur,

Quódque *Magister, Socii, & Scolares* Collegii prædicti & Successores sui, cum sic, ut præmittitur, Erectum, Creatum, Factum, Fundatum, & Stabilitum fuerit, *Magister, Socii, & Scolares Collegii Beatissimæ Mariæ Virginis Sancti Johannis Evangelistæ & Gloriosæ Virginis Sanctæ Radegundis juxta Cantebrigiam nominentur, nuncupentur, vocentur, & appellentur,*

Ita quòd per idem Nomen Placitare possint & Implacitari, ac Respondere & Responderi, atque Prosequi, Defendere, & Defendi in quibuscúmque Curiis & Locis, & coram quibuscúmque Judicibus sive Justiciariis Spiritualibus sive Temporalibus,

Et quòd sint unum Corpus & *una Communitas Corporata* in Re & Nomine, habeántque Successionem perpetuam ac Commune Sigillum pro Negotiis Collegii prædicti expediendis,

Et etiam quòd sint Personæ habiles & capaces in Lege ad Perquirendum & Recipiendum Terras, Tenementa, Redditus, Reversiones, Pensiones, Annuitates, & alias Possessiones quascúmque a quacúmque Persona seu quibuscúmque Personis ea eis Dare, Legare, seu Assignare volenti seu volentibus,

Et quòd ipsi Ordinationes, Statuta, & Stabilimenta pro bono & sano Regimine Collegii prædicti Concedere, Facere, Ordinare, & prout opus fuerit Stabilire possint & valeant,

Et ulterius, de uberiori Gratiâ nostrâ, Concessimus & Licentiam Dedimus *præfato Episcopo*, atque Successoribus suis, seu Executoribus & Assignatis suis prædictis, & eorum cuilibet, quòd ipsi, seu eorum aliquis, vel aliqui, postquam Collegium prædictum sic Factum, Fundatum, Erectum, Creatum, & Stabilitum fuerit, præfatos Magistros, Socios, & Scolares in Corporalem Possessionem Domûs sive Prioratûs prædicti ac omnium & singulorum Terrarum, Tenementorum, Redditnum, Servitiorum, Pensionum, Portionum, & aliarum Possessionum eidem Prioratui antiquitùs datorum & collatorum tàm Spiritualium quàm Temporalium ac Jocalium & Ornamentorum Ecclesiasticorum quorumcúmque eidem pertinentium & spectantium Instituere, Inducere, & Ponere, aut Institui, Induci, & Poni facere valeat & valeant, licitè & impunè,

Habenda & Tenenda præfatis *Magistro, Sociis, & Scolaribus* Collegii prædicti & Successoribus suis *Magistro, Sociis, & Scolaribus* ejusdem Collegii, ad Sustentationem suam, & ad alia Misericordiæ & Pietatis Opera, juxta Ordinationem *ipsius Episcopi* aut Successorum suorum vel Executorum sive Assignatorum suorum prædictorum vel eorum alicujus, in hac parte faciendam, in liberam, puram, & perpetuam Elemosinam, imperpetuùm,

Et eisdem *Magistro, Sociis, & Scolaribus* quòd ipsi Prioratum sive Domum prædictam, ac omnia & singula antedicta Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, Pensiones, Portiones, Annuitates, & alias Possessiones quascúmque, & cætera Præmissa, cum suis Pertinentiis, a *præfato Episcopo* seu Executoribus sive Assignatis suis prædictis Recipere, Acceptare, Habere, & Tenere Sibi & Successoribus suis *Magistro, Sociis, & Scolaribus* Collegii supradicti ad Sustentationem suam, ut prædictum est, possint & valeant similiter Licentiam Dedimus & Concessimus specialem, absque Impedimento, Impetitione, Arresto, seu Gravamine quocúmque Nostri aut Hæredum nostrorum Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Coronatorum Ballivorum, seu aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; Statuto de Terris & Tenementis, *ad Manum Mortuam* non ponendis, aut aliquo alio Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione, sive Restrictione, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Junii.

Per ipsum Regem.

Tractatus de Intercursu Burgundiæ.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Ex Autogr.

CUM paulo ante, per Commissarios Illustrissimorum Principum, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, ac *Philippi*, Dei gratiâ, ARCHIDUCIS *Austriæ*, DUCIS *Burgundiæ, Lotharingiæ, Lucemburgiæ, & Gheldriæ*, COMITIS *Habsburgensis, Flandriæ, Tyrolis, Arthesii, & Burgundiæ*, PALATINI *& Hanoniæ*, LANTGRAVII *Alsatiæ*, MAR-

A. D. 1497 Hen. 7. MARCHIONIS *Sacri Romanorum Imperii*; *& Burgoniæ*, *Hollandiæ*, *Zeellandiæ*, *Ferretis*, *Riburgii Namurci*, *& Zutphaniæ* COMITIS; & DOMINI *Friziæ*, *Marchiæ*, *Sclavoniæ*, *Portusnaonis*, *Salinarum*, *& Mechliniæ*, Auctoritate & Potestate sufficienti ab eisdem Principibus eis concessis, prout in eorum Litteris Commissionum pleniùs liquere poterit, quædam Fœdera erant inita, conventa, & conclusa,

In quibus quidem Fœderibus & Conventionibus nonnulla Pacis, Amicitiarum, Intercursûs Mercium, cæterarúmque Rerum, quædam Capitula, Conventa erant, & Conclusa, prout in Litteris prædictorum Fœdcrum & Conventionum (quarum Data est vicesimo quarto Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto) pleniùs continetur,

Nos,

Thomas London. Episcopus, *Thomas Comes Ormund*. Serenissimæ Dominæ Reginæ Angliæ Camerarius, necnon *Willielmus Warham* Legum Doctor Rotulorúmque Custos Illustrissimi Domini Regis Angliæ, unà cum *Johanne Meautis* uno Secretariorum prædicti Domini Regis, Commissarii & Deputati Potentissimi Principis *Henrici Septimi Regis Angliæ & Franciæ &c.* antedicti,

Atque Nos, *Johannes Petir* Magister Requestarum Hospitii dicti Domini Archiducis, & *Johannes de Courteville* Scutefer Trenchiator Marescallus Hospitiorum ejusdem Archiducis & Ballivus de Lille, Commissarii & Oratores præfati Illustrissimi Principis *Philippi Archiducis Austriæ, &c.*

Auctoritate, ut supra, sufficienti suffulti atque muniti, post varias Comunicationes & Tractatus, pro inviolabili dictorum Fœderum Observantia, inter Nos Commissarios prædictos, habitos, quibus quidem Fœderibus firmiter inhærentes & non ab eis aut ab eorum aliquo recedere volentes, & quæ hic pro expressis habemus, Nomine dictorum Principum pro eis Convenimus & Conclusimus ut sequitur,

INPRIMIS, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd Illustrissimus Dominus *Archidux antedictus* pro Se, Hæredibus & Successoribus suis, amodò & exnunc illam Floreni & quamcúmque aliam de Pannis Anglicanis & quolibet eorum novam Impositionem factam, Amovebit, Cassabit, & penitùs Extinguet; & quòd *idem Dominus Archidux* pro Se, Hæredibus & Successoribus suis, permittet exnunc præfatos Pannos Anglicanos & quemlibet eorum habere Cursum in Patriis, Terris, Aquis, & Dominiis suis Exceptâ Flandriâ, eo modo quo permiserunt & pariformiter sicut usi sunt Illustrissimi quondam Principes & Progenitores & Prædecessores sui, Promittendo pro Se, Hæredibus & Successoribus suis quòd, durante Cursu vel Intercursu Pannorum prædictorum, nec Florenus nec alia quæcúmque Nova Impositio levabitur cum effectu a Subditis *Domini Regis* aut super Pannos eorum,

A. D. 1497. Hen. 7.

Et, Casu quo aliquo tempore futuro continget dictum *Dominum Archiducem* vel suos Successores præfatum Cursum vel Intercursum Pannorum impedire, vel Impositionem novam Floreni vel aliam facere super præfatos Subditos *Domini Regis* vel super Pannos prædictos directè vel indirectè, quòd tunc sit in Arbitrio merâ Voluntate & Discretione *præfati Domini Regis* Hæredum & Successorum suorum omnia & singula Capitula tàm præsentis Tractatûs quàm omnium aliorum Tractatuum, Amicitiarum, & Mercium Intercursûs, sub quacúmque Verborum serie quandocúnque & per quoscúmq; inita, contracta & conclusa, Custodire & Observare vel penitùs Extinguere; Sigillorum dictorum Principum & Commissariorum suorum aut aliorum quorumcúmque mutuâ Deliberatione & Traditione aut alio vinculo quocúmque non obstantibus,

Et Nos, præfati Oratores veri & indubitati Commissarii *Domini Archiducis* antedicti, prædictos Subditos & Pannos eorum ab illa Floreni, & a quacúmque alia nova Impositione, præfato Cursu durante, exnunc penitùs Eximimus & Exoneramus.

ITEM, quoad Marcam, quæ levatur in Calesio super quolibet Sacco Lanarum, quam, tanquam Novitatem, Oratores Domini *Archiducis* petunt penitùs tolli de quocúmque genere & qualitate Lanarum & Stapularii Calesii expressè contradicunt; Concordatum est quòd, in Dieta Brugiis tenenda, de qua inferius articulabitur, comparebunt Deputati utriúsque Principis, cum plenè & amplissimo Mandato, Viri tractabilis & bonæ conscienciæ, qui, auditis Stapulariis ex una Parte & Mercatoribus Subditis Domini *Archiducis* prædicti ex altera Parte, post bonam & plenam Informationem ac Intellectum Negotii, postposito omni favore, solum Deum præ oculis habentes, illum Ordinem imponere

A.D. 1497. Hen. 7. ponere curabunt circa istam Amotionem Marcæ quam qualitas Negotii in rei veritate exigerit,

Et nichilominus Interim ante illam Dietam, & exnunc, ex Permissione sive Promissione Domini *Regis Angliæ*, sine præjudicio Juris alicujus ex Principibus vel suorum Subditorum, vendantur & distribuantur in Calesio Lanæ bonæ & mediocres; ita quòd Lanæ, quæ consueverunt pro Viginti pro Decem & Novem, & quæ pro Quatuordecim, pro Tresdecim Marcis vendantur, sub isto Ordine quod de Tribus Saccis vendantur Duo de Nova Lana sine Marca, & totus Saccus de Veteri Lana cum Marca.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, si in præfata Dieta Deputati *Domini Regis* non comparuerunt, extunc & statim penitùs & totaliter imposterùm præfata Marca Cessabit & Tolletur de Sacco cujuscunque generis Lanarum, nisi inter prædictos Principes vel eorum Commissarios fuerit aliter concordatum & dispositum: Et pariformiter, si Deputati dicti *Domini Archiducis* non comparuerint in præfata Dieta, maneat Marca prædicta firma sicut ante tempus hujus Conventionis manebat; nisi per Principes vel eorum Deputatos fuerit aliter provisum.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd omnes aliæ Difficultates, Querelæ, Quæstiones & Differentiæ, præsenti Tractatu minimè Conclusæ, tam Lanarum & pannorum Mercium & Rerum quarumcumq; ac aliorum Gravaminum quorumcumq; Subditos utriúsq; Principis tangentes, in Dietam, apud Brugis Tertio Die Mensis Februarii proximè futuro post Datam Præsentium, vel infra Quindecim Dies tunc proximè & immediatè Sequentes, tenendam differantur; & quòd ibidem, maturâ Deliberatione, omnia prædicta, ac alia ex hiis emergentia seu pendentia, atque noviter incidentia, per Commissarios cum pleno Mandato utriúsque Principis tractentur & concludentur: Et, si prædictis Commissariis expediens visum fuerit, ad aliam Dietam possint prædicta in toto vel in parte differri & prorogari:

Sequuntur Tenores Commissionum de quibus supra fit mentio,

Henry, par la grace de Dieu, *Roy d'Angleterre & de France, Seigneur d'Irland*, a tous ceulx qui ces presentes Lettres verront, Salut, A.D. 1497. Hen. 7.

Comme il soit ainsi que Treshalt & Puissant Prince, nostre Trescher & Tresame Cousin *l'Archiduc Phelipe d'Autriche Duc de Bourgoigne, &c.* Ait puis n'a guaires envoye pardevers Nous ses Amez & Feaulx Conseilliers & Ambassadeurs Maistre *Johan Piter* Maistre des Requestes de son Hostell, & *Jehan de Courteville* son Escuyer Trenchant & Mareschall de ses Logiez, de pour & en son Nome estre & comparoir pardevant Nous ou Nous Gens & Deputtes, telz qu'il Nous plaira ordonner & commeêtre, tant pur la Delivrance & entreschange des Scellez pur l'accomplissement des Traictes derrenierement faictz entre Luy & Nous, que sommes tenuz de bailler, que pur Communiquer, Traicter, Besoigner & Conclure, tant sur le Fait de nostre Estaple de Calais, comme aussi sur le Fait de l'Entrecours, & ce qui en deppende,

Pur quoy soit Besoing Depputter ancons Notables Personaiges pur depar Nos Besoigner en ce que dit est avecque ses dits Ambassadeurs & Comis,

Savoir faisons que Nos,

Confians a plain es Seens, Loiaultes, Prudonnes & Bonnes Diligences de, Nous Amez & Feaulx Conseilliers, le Reverendi Pier en Dieu *Thomas Evesque de Londres*, nostre Trescbier & Tresame Cousin *Thomas Conte d'Oremont* Chambrelan de nostre Treschier & Tresame Compaigne la Royne, *Guilleame Warebam* Doctour es Loix Maistre de nous Rolles, & Maistre *Johan Mautys* nostre Secretaire,

Nous Iceulx avons Commis & Ordonne Commectons & Ordonnons, en leur Donnant playn Auctorite & Maundement especiall par ces Presentes, de pour & en nostre Nome, estre & comparoir avec les ditz Gens & Deputtes de *nostre dit Cousyn*, de livrer les Scelx que pur l'accomplissement des dits Traittes derrenierement faites d'entre Leu & Nous Sommes tenuz de bailler, de receyvoir ceulx qu'il est tenu Nous bailler, de Communiquer, Traicter, Besoigner & Conclure tant sur le Fait de nostre dite Estaple de Calais, come aussi sur le Fait du dit Intrecours des Draps & autres Marchandices de nostre Realme, & tout ce qui en depende,

Et, au surplus, faire toutes & singuleres les Choses que bons & loialx Depuctes dessusdits peuent & dovient faire, & que Nous meismes ferions ou faire pourruons se present en nostre Personne y estions; Promet-

A. D. 1497. Hen. 7. Promettans, de bonne Foy, avoir & tenir Agreable Ferme & Estable a tous jours ront ce que par nos dits Commis & Deputes, les Quatre, Trois, ou Dues, sera Fait, Dit, Traictes, Besoigne & Conclu es Choses dessusdites, & celles qui eo deppendent, sans jamais faire ou ailler ne souffour estre fait ou alle a contraire en manere qoelconque,

Et de bailler nous Lettres de Confirmacione sur ce que ainsi sera Traicte, Promis & Conclu toutes les foiz que requis eo serons.

En Tesmoing de ce Nous avons faite tre nostre Scell a ses Presentes.

Donne *en nostre Manoir de Grenewiche* le Premier Jour de May, l'An de Grace Mille Quatrecens Quatrevins & dix Sept. Et de nostre Reigne le Douziesme.

A. D. 1497. Hen. 7. *Philip*, par la grace de Dieu, *Archiduc d'Austrice &c. ut supra in Commissione Dat. Bruxellis* le xxvi. Jour de Fevrier l'An de Grace Mille Quatrecens Quatrevins & Seze.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Testimonium Fidem & Approbationem Nos, Ambassiatores, Commissarii & Deputati prædicti Serenissimi *Archiducis* superius nominati, præsentes Litteras Sigillis ac Signis nostris Manualibus Sigillavimus & Subsignavimus.

Dat. *London*. Septimo Die Julii Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Septimo.

JOHANNES PIETERS.
J. DE COURTEVILLE.

De Custodia Temporalium Concessa.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 2. m. 11.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali ac certa scientia & mero motu nostris, Dedimus & Concessimus ac per Præsentes Damus & Concedimus prædilecto & Fideli Consiliario nostro Magistro *Johanni Gyglys*, in Curia Romana Procuratori nostro, Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Wygorniensis cum pertinentiis, ac omnia Exitus & Proficoa earumdem, necnon quascúmq; Portiones, Pensiones & omnia & singula alia quæ Nobis per Mortem bonæ memoriæ *Roberti ultimi Episcopi* Loci prædicti & ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs aliquo modo pertinent seu pertinere poterunt aut debent in futurum,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam *eidem Johanni* Assignatis & Executoribus suis, unà cum Exitibus & Proficuis prædictis, a tempore Mortis *præfati Roberti* nuper Episcopi, quamdiu Temporalia prædicta in Manibus nostris contigerit remanere, unà cum Feodis Militum Escaetis Terrarum & Tenementorum ac Bonorum & Catallorum quorumcúmque, necnon Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Præpositurarum, Capellarum, Cantuariarum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Hospitalium & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis reddendo seu solvendo, aut Compoto inde faciendo, A. D. 1497.

Et ulterius, Concessimus *præfato Johanni* plenariam Potestatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Capellas, Cantarias, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque, Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentes, cuicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum, Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi, ac etiam Auctoritatem & Potestatem Faciendi sive Donandi, omnimodos Senescallos, Receptores, Ballivos, Firmarios, & alios Officiarios sive Occupatores & Officia, quæcúmque Episcopatui prædicto pertinentia, cuicúmque sibi placuerit, & hujusmodi Officiarios sive Officia, ad libitum suum prædictum, Expellendi, Amovendi, & Revocandi, prout Nos faceremus si præsens Concessio nostra facta non fuisset, absque impedimento, molestatione, calumpnia, perturbatione seu gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum vel aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque;

A. D. 1497. Hen. 7. Eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo seu Certitudine Præmissorum seu alicujus eorum aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Johanni* per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione seu Restrictione, in contrarium facto, edito, ordinato sive proviso, aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materiâ quacúmque non obstante. A. D. 1497. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xviii. Die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Tractatus de Matrimonio Arthuri Primogeniti Regis cum Catherina Infante Ispaniæ Confirmatio.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Franc. 12. H. 7. m. 3. REX, &c. Universis & singulis evidenter INNOTESCAT quòd,

Cùm *inter Nos* & Serenissimos Dominos Dominum *Ferdinandum & Dominam Elizabetham Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ & Garnatæ, &c.* Consanguineos nostros Carissimos, per Reverendum in Christo Patrem *Thomam Episcopum Londoniensem* Consiliarium & Deputatum nostrum, Nomine Procuratorio, in vim Mandati suæ Procurationis a Nobis eidem concessæ, Necnon per Clarissimum Dominum Doctorem *Rodericum Gundisalvi de Puebla* Jurisconsultum Consiliarium & Oratorem præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ* Consanguineorum nostrorum, & vigore Mandati Procurationis a suis Majestatibus eidem *Doctori de Puebla* concessæ,

Tractatum, Compositum & Concordatum sit ut Illustrissimus Dominus *Arthurus* PRINCEPS *Walliæ*, DUX *Cornubiæ*, COMES *Cestriæ* Filius noster Primogenitus cum Illustrissima Infante Domina *Catherina* Filia Carissima & Amantissima præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Hispaniæ* matrimonialiter copuletur, prout hæc & alia in Compositione & Capitulatione prædictis pleniùs continetur,

Quorum Tenor sequitur & est talis,

Cùm, inter Potentissimos & Excellentissimos Principes Dominum *Henricum*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regem &c.* & *Ferdinandum & Elizabetham Castellæ, Legionis, Aragonum, &c. Regem & Reginam*, quædam amicabilis & mutua Conversatio jamdiu intercesserit, quâ utriúsque vicissim Amor correspondet, ac quasi quædam innata Benevolentia hactenus accrevit, & adeò in eorum Cordibus radicata consistit, ut maximum Amicitiæ vinculum inter eos conjecerit, quod nulla prorsus Adversitate disrumpi aut facile flecti speretur, A. D. 1497.

Prædicti Principes,

Animadvertentes hanc Amicitiam, Sanguinis necessitudine vallatam, firmiorem stabilioremque futuram, si Liberorum Conjunctione roboretur, ad Omnipotentis Dei Laudem, Gloriam & Honorem, & pro majore firmioréque Corroboratione Amicitiæ prædictæ, ac ut major Intelligentia Conjunctioque, per Affinitatem inter præfatos Illustrissimos Principes eorúmque Hæredes, Successores & Subditos, pro perpetuis temporibus intercedere valeat,

Fecerunt, Ordinârunt & Constituerunt eorum Commissarios, Procuratores & Nuncios speciales; videlicet,

Pro Parte præfati Domini *Regis Angliæ*, Reverendum in Christo Patrem *Thomam Londoniensem Episcopum*,

Et pro Parte præfatorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Insignem & Venerabilem Virum *Rodericum Gonzales de Puebla* Jurisconsultum,

Cum facultate Tractandi, Communicandi & Concludendi de & super Matrimonio contrahendo inter Illustrissimum ac Serenissimum Principem Dominum *Arthurum* prædicti *Regis Angliæ Filium Primogenitum* PRINCIPEM *Walliæ*, DUCEM *Cornubiæ*, COMITEM *Cestriæ, &c.* ac Serenissimam Principem Dominam *Catherinam* prædictorum *Regum Castellæ, Legionis, Aragonum, &c. Filiam Quartam*, prout ex eorum Commissionibus pleniùs liquere poterit,

Quarum Tenor sequitur & est talis,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ.*

Quamquam cum omnibus Christianis Principibus Fœdus & Amicitiam libenter habere & volumus & optamus, ut omnibus intentis ad Communem Pacem Christi-

A. D. 1496. Hen. 7. Christiana res publica augerentur, tamen id libentius agimus cum illis Principibus cum quibus mutuus Amor & Benevolentia Nobis est,

Igitur pro Conservanda & Confirmanda augeodáque Amicitia & Affinitate, quæ est inter Nos & Serenissimos Principes *Ferdinandum & Elizabetham*, Dei gratiâ, *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineos nostros Carissimos, & quia scimus ipsos idem velle & cupire, confideotes admodum de Peritia, Prudentia & Legalitate vestri Reverendi in Christo Patris *Thomæ Londoniensis Episcopi* Commissarii & Consiliarii nostri, Tenore Præsentis, de nostra certa Scientia deliberatè & consultò, cum omnibus Melioribus viâ modo & formâ quibus de jure & aliis possimus & valeamus, Facimus, Constituimus, Creamus & Ordinamus nostrum verum certum legittimum indubitatum Procuratorem, Oratorem & Nuncium specialem & ad infrascripta generalem, ita tamen quòd Specialitas Generalitati non deroget, nec è contra, vos *eundem Episcopum* Absentem tanquam Præsentem; videlicet, ut pro Nobis & Nomine nostro possitis & valeatis Tractare, Concordare, Facere & Firmare cum prædictis *Rege & Regina* Consanguineis nostris Confœderationem, Amicitiam, Ligam & Intelligentiam strictam vel minus strictam, perpetuam vel ad tempus, scilicet, *inter Nos* Hæredes & Successores nostros Reges Angliæ & Franciæ, Regnáque & Dominia nostra, ac Subditos nostros, Parte ex una, & eosdem Sereoissimos Principes *Ferdinandum & Elizabetham Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Hæredésque & Successores suos, ac Regna & Dominia sua, & Subditos suos, Parte ex altera,

Cùm expressa Exceptione *Sanctissimi Domini nostri Papæ*, & *Sanctæ Matris Ecclesiæ*, & Serenissimorum Principum *Johannis Daciæ* & *Manuelis Portugaliæ* Regum Consanguineorum & Coofœderatorum nostrorum Carissimorum, vel ipsis in eadem Confœderatione inclusis si in ea includi voluerint,

Et possitis quæcúmque Capitula & Instrumenta, ac quoscúmque Contractos, Confœderationis & Amicitiæ, pro Nobis & Nomioe nostro, cum eisdem Serenissimis *Rege & Regina* Facere, Stipulare & Firmare, fierique facere Petere & Instare, eum illis Pactis, Vinculis, Conditionibus, Promissionibus, Obligationibus, Pœnis, Sommissionibus, Renunciationibus, Securitatibus, Juramentis, Clausulis & Cautelis quibus volueritis & Vobis benè visum fuerit,

A. D. 1497. Hen. 7. Et, pro eisdem firmiter tenendis, adimplendis & inviolabiliter observandis, quæcúmque Juramenta in Animam nostram Facere & Præstare, & quascúmque Obligationes & Securitates Nomine nostro & pro Nobis Facere & Firmare eisdem Serenissimis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* & eadem Juramenta & similes Obligationes & Securitates ab eisdem Serenissimis *Rege & Regina* Petere, Recipere & Acceptare,

Et alia omnia & singula Facere & Firmare quæ in prædictis & circa ea requirantur & necessaria sint seu quomodolibet oportuna,

Et quoniam, pro majori Conservatione & Securitate prædictæ Confœderationis & Amicitiæ, *inter Nos* & dictos Serenissimos *Regem & Reginam*, ut præfertur, faciendæ, & pro augmento Affinitatis nostræ, fuit inter Nos & Ipsos, Medio Oratorum nostrorum, Tractatum quòd Præcarissimus *Arthurus Princeps de Gales* Filius noster Legittimus Primogenitus & Hæres noster contrahat Matrimonium cum Illustrissima *Catherina Infante Castellæ & Aragonum*. Filia sua Carissima,

Et quia Mens & Volontas nostra est, si eisdem *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* ita placuerit, quòd prædictum Matrimonium fiat & concludatur,

Propterea eodem Tenore Præsentium, Damus & Concedimus vobis *dicto Episcopo* Commissario & Procuratori nostro plenum Posse nostrum, ut pro Nobis & Nomine nostro possitis Tractare, Concordare, & Firmare cum dictis Serenissimis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineis nostris Sponsalia & Matrimonium prædicti Præcarissimi *Arthuri Principis* Filii nostri Primogeniti & Hæredis cum prædicta Illustrissima *Infante Catherina* Filia eorumdem *Regis & Reginæ* Consanguineorum nostrorum Carissima, & Promittere quòd Nos faciemus & curabimus, dabimúsque Operam cum effectu quòd prædictus Præcarissimus *Arthurus Princeps de Gales* Filius Primogenitus & Hæres noster, cùm ad Legittimam pervenerit Ætatem ad Faciendum, Concedendum, & Contrahendum prædicta Sponsalia & Matrimonium, illud faciet, concedet, & contrahet, per verba de præsenti, Matrimonium facienda juxta Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, eum dicta Illustrissima *Infante Catherina* Filia eorumdem Regis & Reginæ cùm ipsa quoque ad Legittimam pervenerit Ætatem illud faciendum, concedendum,

A. D. 1497. Hen. 7.

& contrahendum, & quòd posteà Celebrabit & Consommabit dictum Matrimonium cum *dicta Illustrissima Catherina*, prout & quemadmodum legittimi Vir & Uxor id facere debent,

Possitísqoe Nomine nostro & dicti Præcarissimi *Arthuri Filii nostri Primogeniti* & Hæredis Petere & Recipere similem Promissionem & Obligationem a dictis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* pro seipsis & Nomine prædictæ Illustrissimæ *Catherinæ* eorumdem Regis & Reginæ Filiæ; videlicet, quòd, còm ipsa Illustrissima *Catherina* ad Legittimam pervenerit Ætatem ut præfertur, faciet Sponsalia & contrahet Matrimonium, per verba de præseoti, juxta Ordinem Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, eum dicto Præcarissimo *Arthuro Principe* Filio nostro Primogenito & Hærede, & Consummabit & Celebrabit cum eo dictum Matrimonium prout & quemadmodum legittimi Vir & Uxor id facere debent,

Et possitis Concordare & Firmare quòd prædicta fieri debeant & adimpleri Modis, Formis, Temporibus & Locis quibus vobis dicto Commissario & Procuratori nostro benè visum fuerit, & prout vos ea concordabitis, concedetis, capitulabitis, & firmabitis,

Damus etiam Potestatem & Facultatem vobis Commissario & Procuratori nostro, ut possitis Petere, Concordare, & Firmare cum dictis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineis nostris Dotem, quam ipsi dare teneantur cum dicta Illustrissima *Catherina* Filia sua in Jocalibus Auri, Lapidibus preciosis, & in Argento & Vestibus, Ornamentis Personæ & Domûs suæ, & in Pecuniis, Summam, videlicet, & Quantitatem quæ vobis benè visa fuerit, ac Terminis & Locis quibus illam dare & solvere teneantur, & Conditiones, Pacta, & Cooventiones quæ io Solutione & Restitutione ejusdem Dotis poni, concedi, & firmari debeant,

Et oichilominus Damus vobis Potestatem & Facultatem ut possitis Concordare Aogmentum Doris & Donationem propter Nuptias & Cameram, quæ debeot dari & assignari dictæ Illustrissimæ *Catherinæ* Filiæ eorumdem Regis & Reginæ, & in quibus Civitatibus, Villis, & Locis, & Redditibus, prout vobis dicto Commissario & Procuratori nostro benè visum fuerit,

Et demùm possitis Firmare omnia & singula quæ pro Expeditione & Complemeoto Matrimonii prædicti necessaria convenientia & oportuna vobis videbuntur, & de prædictis omnibus & singulis possitis Concordare, Facere, & Firmare Nomine nostro cum præfatis Serenissimis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consanguineis nostris, Fieti facere, Petere, & Instare quæcúmque Capitula & qoóscúmque Contractus, cum illis Pactis, Conditionibus, Obligationibus, Juramentis, Securitatibus, Pœnis, Summissionibus, Renunciationibus, & Promissionibus quibus volueritis,

A. D. 1497. Hen. 7.

Et generaliter omnia alia & singula Facere, Firmare (cujuscúmque naturæ qualitaris & importantiæ fueriot aut esse poterint) in prædictis & circa ea quæ Nos facere possemus si in Præmissis personaliter adessemus, etiam si talia sint quæ ad ea coaficienda Præceptum exigant magis speciale,

Damusque etiam & Concedimus vobis dicto Commissario & Procuratori nostro plenam Posse ut possitis Jurare in Animam nostram quòd Tenebimus, Observabimus, & Adimplebimus realiter & cum effectu omnia & singula quæ in prædictis & circa ea Nomine nostro concordabitis, capitulabitis, jurabitis, concedetis, & firmabitis, omni fraude, cautelâ, & dolo cessantibus,

Possitísque simile Juramentum Petere & accipere ab eisdem Serenissimis *Rege & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Consaoguineis nostris,

Pro quibus omoibus & singulis antedictis, cum Incidentibus, Dependentibus, & Emergentibus ex eisdem ac eis aonexis, Damus & Concedimus vobis plenum Posse, cum libera & generali Administratione, Promittentésque, in Fide & Verbo nostro Regio, præfatis Serenissimis *Regi & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* & Nos Obligamus Nos Tenere, Observare, & Adimplere realiter & cum effectu omnia & singula quæ in prædictis & circa ea, Nomine nostro, per vos, dictum Commissarium & Procuratorem nostrum, fuerint Facta, Concordata, Capitulata, Assecurata, Promissa, Jurata, & Firmata, eis modo & formâ quibus vos ea concordabitis, capitulabitis, assecurabitis, promittetis, jurabitis, & firmabitis, & nullo unquam tempore Revocare nec contra ea aut eorum aliquod facere vel venire aliquo tempore nec aliquo modo, sub Obligatione omnium Bonorum nostrorum Patrimooialium.

In quorum Testimonium præsentem fieri jussimus, Manu nostrâ signatam, Sigillóque nostro sigillatam.

Data in *Castro nostro de Windesore* Die Vicesimo secundo Mensis Septembris,

Anno

A. D. 1497. Hen. 7. Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto, & Regni nostri Duodecimo.

Nos, *Ferdinandus & Elizabetha*, Dei gratiâ, *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, Toleti, Valenciæ, Galleciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algezira, Gibraltaris, & Insularum Canariæ*, COMES & COMITISSA *Barchinonæ*, DOMINI *Biscayæ & Molinæ*, DUCES *Athenarum & Neopatriæ*, COMITES *Rossilionis & Ceritaniæ*, MARCHIONES *Oristam. & Gociani*,

Quamquam cum omnibus Christianis Principibus Fœdus & Amicitiam libenter habere & volumus & optamus, ut omnibus intentis ad Comunem Pacem Christiana Respublica augeretur, tamen id libentius agimus cum illis Principibus cum quibus mutuus Amor & Benivolentia Nobis est,

Igitur, pro Conservanda, Confirmanda, Augendáque Amicitia & Affinitate, quæ est *inter Nos* & Serenissimum Principem *Henricum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ* Consanguineum nostrum Carissimum, & quia scimus ipsum idem velle & cupere, confidentes admodum de Peritiâ, Prudentiâ, & Legalitate vestri *Roderici Gonzales de Puebla* Jurisconsulti, Oratoris & Consiliarii nostri, Residentis in Curia præfati Serenissimi Regis Angliæ Consanguinei nostri, Tenore Præsentis, de nostra certa Scientia, deliberatè & consultò, eis omnibus melioribus viâ modo & formâ quibus de Jure & aliis possimus & valeamus, Facimus, Constituimus, Creamus, & Ordinamus nostrum verum, certum, legittimum, & indubitatum Procuratorem, Oratorem, & Nuncium specialem, & ad Infrascripta generalem, ita tamen quòd Specialitas Generalitati non deroget, nec è contra, vos *eundem Rodericum Gonzales de Puebla* Absentem tanquam Præsentem, videlicet, ut pro Nobis & Nomine nostro possitis & valeatis Tractare, Concordare, Facere, & Firmare cum prædicto Serenissimo *Rege Angliæ* Consanguineo nostro Confœderationem, Amicitiam, Ligam, & Intelligentiam strictam vel minus strictam perpetuam vel ad tempus, scilicet, inter Nos Hæredésque & Successores nostros *Reges Castellæ, Legionis, Aragonum, Granatæ, &c.* Regnáque & Dominia nostra, ac Subditos nostros, Parte ex una, & eundem Serenissimum Principem *Henricum Regem Angliæ*, Hæredésque & Successores suos, ac Regnum & Dominia sua, & Subditos suos, Parte ex alterâ,

A. D. 1497. Hen. 7.

Cum expressa tamen Exceptione *Sanctissimi Domini nostri Papæ*, & *Sanctæ Matris Ecclesiæ*, & Serenissimi Principis *Maximiliani Romanorum Regis* Fratris nostri Carissimi, ac etiam Illustrissimi Principis *Philippi Archiducis Austriæ* Ducis Burgundiæ Filii nostri Dilectissimi, vel ipsis in eadem Confœderatione expressè inclusis si in ea includi voluerint,

Et possitis quæcúmque Capitula & Instrumenta & quoscúmque Contractus Confœderationis & Amicitiæ, pro Nobis & Nomine nostro, cum eodem Serenissimo *Rege Angliæ* Facere, Stipulare, & Firmare, Fierique facere, Petere, & Instare, cum illis Pactis, Vinculis, Conditionibus, Promissionibus, Obligationibus, Pœnis, Summissionibus, Renunciationibus, Securitatibus, Juramentis, Clausulis, & Cautelis quibus volueritis & vobis benè visum fuerit,

Et, pro eisdem firmiter Tenendis, Adimplendis, & inviolabiliter Observandis, quæcúmque Juramenta in Animas nostras Facere & Præstare, & quascúmque Obligationes & Securitates, Nomine nostro & pro Nobis, Facere & Firmare eidem Serenissimo *Regi Angliæ*, & eadem Juramenta & similes Obligationes & Securitates ab *eodem Serenissimo Rege* Petere, Recipere, & Acceptare,

Et alia omnia & singula Facere & Firmare quæ in prædictis & circa ea requirantur & necessaria sint seu quomodolibet oportuna,

Et quoniam, pro majori Observatione & Securitate prædictæ Confœderationis & Amicitiæ, inter Nos & dictum Serenissimum *Regem Angliæ*, ut prædicitur, faciendæ, & pro Augmento Affinitatis nostræ, fuit inter Nos & ipsum Tractatum, Medio Oratorum nostrorum, quòd Illustrissima *Catherina Infans Castellæ & Aragonum* Filia nostra carissima contrahat Matrimonium cum Illustrissimo *Arthuro Principe de Gales* Filio Legittimo Primogenito & Hærede ejusdem Serenissimi *Regis Angliæ*,

Et quia Mens & Voluntas nostra est, si *eidem Regi* ita placuerit, quòd prædictum Matrimonium fiat & concludatur,

Propterea, eodem Tenore Præsentium, Damus & Concedimus vobis dicto *Roderico Gonzales de Puebla*, Oratori nostro & Procuratori nostro, plenum Posse nostrum, ut, pro Nobis & Nomine nostro, possitis Tractare, Concordare, & Firmare cum dicto Serenissimo *Rege Angliæ* Consanguineo nostro Spon-

A. D. 1497. Hen. 7.

Sponsalia & Matrimonium prædictæ Illustrissimæ *Infantis Catherinæ* Filiæ nostræ carissimæ cum illo Illustrissimo *Arthuro Principe de Gales* Filio Primogenito & Hærede dicti *Regis Angliæ* Consanguinei nostri, & Promittere quòd Nos faciemus & curabimus dabimusque operam cum effectu quòd dicta *Illustrissima Infans Catherina* Filia nostra, cùm ad Legitimam pervenerit Ætatem ad Faciendum, Concedendum, & Contrahendum prædicta Sponsalia & Matrimonium, illud faciet, concedet, & contrahet, per verba de præsenti, Matrimonium facientia, juxta Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum dicto Illustrissimo *Arthuro Principe de Gales* Filio Primogenito & Hærede prædicti *Regis Angliæ* Consanguinei nostri, cùm ipse quoque ad Legitimam pervenerit Ætatem ad illud faciendum, concedendum, & contrahendum, & quòd posteà Celebrabit & Consummabit dictum Matrimonium cum dicto *Principe de Gales* prout & quemadmodum legittimi Vir & Uxor id facere debent,

Possitisque, Nomine nostro & *dictæ Infantis Catherinæ* Filiæ nostræ, Petere & Recipere similem Promissionem & Obligationem a dicto *Rege Angliæ* pro Seipso & Nomine prædicti *Arthuri Principis de Gales* ejus Filii, videlicet, quòd, cùm *Ipse Princeps* ad Legittimam pervenerit Ætatem, ut præfertur, faciet Sponsalia & contrahet Matrimonium, per Verba de præsenti, juxta Ordinem Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, cum dicta Illustrissima *Infante Catherina* Filia nostra, & Consummabit & Celebrabit cum ea dictum Matrimonium prout & quemadmodum Legittimi Vir & Uxor id facere debent,

Et possitis Concordare & Firmare quòd prædicta fieri debeant & impleri Modis, Formis, Temporibus, & Locis quibus vobis dicto Oratori & Procuratori nostro benè visum fuerit, & prout vos ea concordabitis, concedetis, capitulabitis, & firmabitis,

Damus etiam Potestatem & Facultatem vobis, Oratori & Procuratori nostro, ut possitis Concordare & Firmare cum *dicto Rege Angliæ* Consanguineo nostro Dotem, quam Nos dare teneamur cum *dicta Infante Katerina* Filia nostra in Jocalibus Auri, Lapidibus Preciosis, & in Argento & Vestibus & Ornamentis Personæ & Domûs suæ, & in Pecuniis, Summam, videlicet, & Quantitatem quæ vobis benè visa fuerit, ac Terminis & Locis quibus illam dare & solvere teneamur, & Conditiones, Pacta, & Conventiones quæ in Solutione & Restitutione ejusdem Dotis poni, concedi, & firmari debent,

A. D. 1497. Hen. 7.

Et nichilominus Damus vobis Potestatem & Facultatem ut possitis Petere & Concordare Augmentum Dotis & Donationem propter Nuptias & Cameram, quæ debent dari & assignari *dictæ Infanti Catherinæ* Filiæ nostræ, & in quibus Civitatibus, Villis, & Locis & Redditibus, prout vobis dicto Oratori & Procuratori nostro benè visum fuerit,

Et demùm possitis facere & firmare omnia & singula quæ pro Expeditione & Complemento dicti Matrimonii necessaria, convenientia, & oportuna vobis videbuntur,

Et de prædictis omnibus & singulis possitis concordare, facere, & firmare, Nomine nostro, cum præfato Serenissimo *Rege Angliæ* Consanguineo nostro, fierique facere petere & instare, quæcumque Capitula & quoscumque Contractus, cum illis Pactis, Conditionibus, Obligationibus, Juramentis, Securitatibus, Pœnis, Summissionibus, Renunciationibus, & Promissionibus quibus volueritis,

Et generaliter omnia alia & singula facere & firmare (cujuscumque oaturæ qualitatis & importantiæ fuerint aut esse poterint) in prædictis & circa ea, quæ Nos facere possemus si in Præmissis personaliter adessemus, etiam si talia sint quæ ad ea conficienda Præceptum exigant magis speciale,

Damusque etiam & Concedimus vobis dicto Procuratori & Oratori nostro plenum Posse, ut possitis Jurare in Animas nostras quòd Tenebimus, Observabimus, & Adimplebimus realiter & cum effectu omnia & singula quæ in prædictis & circa ea Nomine nostro concordabitis, capitulabitis, jurabitis, concedetis, & firmabitis, omni fraude, cautelâ, & dolo cessantibus,

Possitisque simile Juramentum Petere & Accipere ab eodem Serenissimo Rege Angliæ Consanguineo nostro,

Pro quibus omnibus & singulis antedictis, cum Incidentibus, Dependentibus, & Emergentibus ex eisdem ac eis annexis, damus & concedimus vobis plenum Posse cum libera & generali Administratione, Promittentésque in Fide & Verbis nostris Regiis, præfato Serenissimo *Regi Angliæ*, & Nos Obligamus Nos Tenere & Adimplere realiter & cum effectu omnia & singula quæ in prædictis & circa ea, Nomine nostro, per vos, dictum Procuratorem & Oratorem nostrum, fuerint facta, concordata, capitulata, assecurata, & promissa, jurata & firmata eis modo & formâ quibus vos ea concordabitis,

A.D. 1497. Hen. 7. dabitis, capitulabitis, affecurabitis, promittetis, jurabitis & firmabitis, & nullo unquam tempore Revocare nec contra ea aut eorum aliquod facere vel venire aliquo tempore nec modo aliquo, fub Obligatione omnium Bonorum noftrorum Patrimonialium & fifcalium.

In quorum Teftimonium Præfentem fieri Juffimus Manibus noftris fignatam Sigilloque noftro figillatam.

Dat. in *Civitate Dertufe* Die Tricefimo Menfis Januarii, Anno a Nativitate Domini Millefimo, Quadringentefimo, Nonagefimo Sexto.

Qui quidem Commiffarii, vigore & virtute fuarum Commiffionum, fæpius fuper prædicto Matrimonio Communicantes & Conferentes, tandem in hos fequentes Articulos convenerunt & concluferunt; videlicet,

Ut Matrimonium inter Illuftriffimum *Principem Arthurum* memorati Domini *Regis Angliæ Filium Primogenitum* PRINCIPEM *Walliæ*, DUCEM *Cornubiæ*, COMITEM *Ceftriæ*, *&c.* atque Sereniffimam Principem *Dominam Catherinam* præfatorum *Regis & Reginæ Caftellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *&c. Filiam Quartam*, Dei gratiâ & adjutorio, Contrahetur, ritéque Celebrabitur, ac in facie Ecclefiæ legittimè Solemnizabitur,

Necnon quòd Dos & Donationes propter Nuptias ftatuentur præftabuntur atque perfolventur, prout in fequentibus Articulis pleniùs continetur.

ITEM, inter Oratores Memoratos Conventum & Concordatum & Conclufum eft quòd præfatus Dominus *Rex Angliæ & Franciæ &c.* pro prælibato Domino *Principe Arthuro* Filio fuo Primogenito, & prædicti Domini *Rex & Regina Caftellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *&c.* pro præfata *Domina Catherina* Filia fua Quarta, procurabunt omnémque diligentiam opem atque operam efficaciter præftabunt pro viribúfque efficient, ac eorum quilibet procurabit pro viribúfque laborabit & efficiet, ut dicti Principes *Arthurus* & *Catherina*, cùm idem Dominus *Arthurus* Quatuordecim Annos compleverit, per Seipfos vel per Procuratores feu Nuncios fpeciales ad hoc deputatos & conftitutos, cum Dei & Ecclefiæ Benedictione, per Verba de præfenti, invicem Matrimonium contrahent, atque hujufmodi Matrimonium fecundùm Morem & Confuetudinem Sacrofanctæ Romanæ Ecclefiæ Celebrari faciant, & quòd pofteà Matrimonium hujufmodi Confummabitur ficuti inter veros & legittimos Virum & Uxorem A.D. 1497. Hen. 7. fieri debeat, omni dolo, fimilatione, cavillatione, & fraude in ea parte ceffantibus.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclufum eft quod, fi propter aliquas urgentes Caufas Regibus antedictis & eorum cuilibet vifum fuerit hoc Matrimonium per verba de præfenti inter eorum Liberos prædictos Celebrari debere quamcitò prædictus *Arthurus* Duodecimum Annum compleverit, tunc prædicti Reges eorum Parentes omnem opem curam & diligentiam præftabunt & impendent ac quilibet eorum præftabit & impendet quòd talis Difpenfatio a Summo Pontifice impetretur, quâ impetratâ & optentâ prædicti eorum Parentes omnem operam curam & diligentiam pro viribus præftabunt & efficient, & quilibet eorum pro viribus præftabit & efficiet, ut Matrimonium per Verba de præfenti inter prædictos Liberos Contrahatur & Celebretur, quæ omnia ad prædictum Matrimonium Dependentia, quoad eorum Parentes, proinde valeant & habeantur ac fi prædictus *Arthurus* in Anno xiv. conftitutus contraxiffet.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclufum eft quòd, quamptimùm prædictus Illuftriffimus *Princeps Arthurus* peregerit Quartumdecimum fuæ Ætatis Annum vel Duodecimum Annum, fi tunc, ut præmittitur, ex Difpenfatione optenta vifum fuerit eorum Parentibus Matrimonium inter prædictos eorum Liberos perficere per Verba de præfenti, tunc præfata Princeps *Domina Catherina*, Expenfis fuorum Parentum Hæredum vel Succefforum fuorum, in Angliam (videlicet) in Portu Loudoniæ, Gravifende, Southampton, feu in aliquo prædictorum Portuum ubi commodiùs & convenientiùs applicari poterit, Traducetur.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclufum eft quòd memorati Principes *Caftellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *&c.* *Rex & Regina* dabunt, in Dotem, cum prædictâ *Dominâ Catherinâ* Filiâ fuâ Quartâ, *Ducenta Milia Scutorum Auri*; unoquoque Scuto Quatuor Solidos & Duos Denarios Sterlingorum Monetæ Angliæ valente,

Quæ quidem *Ducenta Milia Scutorum Auri* præfati Domini *Rex & Regina Caftellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *&c.* eorúmve Hæredes & Succeffores folvent feu folvi facient modo & formâ fequentibus; videlicet,

Prædicti *Rex & Regina Caftellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *&c.* eorúmve Hæredes

A. D. 1497. Hen. 7.

des & Successores, solvent seu solvi facient, in Pecunia Numerata, prælibato Domino *Regi Angliæ & Franciæ, &c.* vel ejus Executoribus aut Deputatis, in Civitate Londoniæ, aut in Villa Bristolliæ, seu alibi infra Regnum Angliæ, infra Decem Dies proximo ante vel post Solemnizationem prædicti Matrimonii sequentes, inter sæpedictos Principes *Arthurum* & *Catherinam* perficiendi, *Centum Milia Scutorum Auri* Valoris antedicti,

Et, infra unum & primum Annum dictam Solemnizationem ut supra expressum est proximò sequentem, in Pecunia Numerata, in Loco ut supra, alia *Quinquaginta Milia hujusmodi Scutorum Auri* Valoris antedicti,

Et postremùm infra Secundum Annum, prædictam Solemnizationem, ut supradictum est, proximò sequentem, in Loco ut supra alia *Quinquaginta Milia* modo & formâ sequentibus; videlicet,

Prædicti *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* solvent seu solvi facient, Loco & Tempore ut supra, præfato Domino *Regi Angliæ & Franciæ, &c.* ejúsve Executoribus aut Deputatis, ut dictum est, *Quindecim Milia Scutorum Auri* Valoris antedicti, ac *alia Quindecim Milia* eisdem Tempore & Loco *prædicti Rex & Regina* solvere seu solvi facere in Vasis seu Vasellis Auri Argenti seu Deauratis justo Pretio per illius Operis expertos Opifices Indigenas aut ad hoc Deputandos & Jurandos, in Civitate Londoniæ commorantes, existimandis vim Juramenti sui unamquamque Unciam Auri Argenti & Deaurati, juxta ejus verum Valorem prout Uncia valebit in eo Loco in quo fienda est Solutio, tempore Solutionis; quæ Vasa seu Vasella, per Unciam ut supra appreciata, prædictus *Rex Angliæ & Franciæ, &c.* ejúsve Executores seu Deputati in Partem Solutionis accipiet pro illo Precio Unciæ tantum ut illi Appreciatores illo tempore accipere voluerint aut eodem tempore Vendi poterint,

Similiter & eodem temporis contextu & loco, ut supra, præfati *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* solvent seu solvi facient *alia Viginti Milia*, in plenam atque perfectam Solutionem atque Contentationem totius Summæ Nomine Dotis promissæ, in Jocalibus Margaritarum & aliorum Lapidum Preciosorum justo Precio per illius Operis expertos Opifices Indigenas, Londoniæ commorantes, ad hoc deputandos & jurandos, existimandorum: quæ Jocalia, sic ut supra Appreciata, prædictus *Rex Angliæ & Franciæ, &c.* ejúsve Executores seu Deputati in Partem Solutionis accipiet pro illo Precio tantum ut illi Appreciatores eodem tempore accipere voluerint, vel aliis eodem tempore vendi poterint,

A. D. 1497. Hen. 7.

Ad quam quidem Solutionem dictorum *Ducentorum Milia Scutorum*, nomine Dotis seu Donationis propter Nuptias, *prædicto Regi Angliæ & Franciæ, &c.* ejúsve Executoribus seu Deputatis, in Civitate Londoniæ, aut in Villa Bristolliæ, seu alibi infra Regnum Angliæ, ut præfertur, fiendam, & ad inviolabilem illius Solutionis Observantiam, præfati Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* Obligant & Astringunt Sese, suósque Hæredes & Successores, ac Bona sua Patrimonialia & Fiscalia, necnon Bona Subditorum suorum in formâ Contractûs Garentitii paratam Executionem habentis; & promittunt, sub bonâ Fide & Verbis Regiis, prædictam Dotem realiter & cum effectu Solvere in Terminis & Locis supra expressis & contentis, taliter quòd, ob defectum Solutionis prædictæ vel alicujus Partis ejusdem, *dictus Rex Angliæ & Franciæ, &c.* ejúsve Executores seu Deputati poterint, Requisitione & Amonitione præmissis, ut inter tales Principes fieri decet, nedùm Bona ipsorum Regum Hæredúmque & Successorum suorum, verùm etiam Subditorum suorum Capere, & pro rata Debiti Distrahere & Vendere.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd *præfata Domina Catherina* Dotabitur, per prædictos *Regem Angliæ & Franciæ, &c.* & *Arthurum Principem Walliæ, &c.* in Tertiâ Parte Principatûs Walliæ, Ducatûs Cornubiæ, & Comitatûs Cestriæ, & quòd dicta Tertia Pars sibi assignabitur in Bonis, Villis, Terris, & Dominiis prædictorum Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs, cum Redditibus & Proventibus æquivalentibus Valori dictæ Tertiæ Partis; in qua quidem Tertia Parte Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs præfata *Domina Catherina* assignabitur atque realiter & cum effectu dotabitur infra Decem Dies proximò ante vel post Solemnizationem prædicti Matrimonii.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, si contingat *eandem Dominam Catherinam* forè Angliæ Reginam, constante dicto Matrimonio, quòd etiam tunc adeò amplè & ita honorificè, juxta Consuetudinem aliarum Reginarum ejusdem Regni, dotabitur sicut alia Regina Angliæ, habitis actis temporibus, Dotata existit;

Et

A. D. 1497. Hen. 7.

Et, ut hæc omnia fiant modo quo expressa sunt, *dictus Dominus Rex Angliæ & Franciæ, &c.* Obligat Se, Hæredes & Successores suos, & Bona sua Patrimonialia & Fiscalia, necnon Bona Subditorum suorum, in formâ Contractûs Garentitii paratam Executionem habentis, Promittitque, sub Fide & Verbo Regio, prædictam Dotationem realiter & cum effectu, modo & tempore ut supra, perficere & perimplere, taliter quòd, ob defectum Dotationis hujusmodi, dicti Domini *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* eorúmve Hæredes & Successores possint, Amonitione & Requisitione præmissis, ut inter tantos & tales Principes fieri decet, nedùm Bona ipsius *Domini Regis*, Hæredis & Successorum suorum, verùm etiam Bona Subditorum suorum Capere, & ea pro ratâ Debiti Distrahere & Vendere.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, si contingat pertinere *dictæ Dominæ Catherinæ* Successio dictorum Regnorum Castellæ, Legionis, Aragonum, &c. per Obitum suorum Fratrum & Sororum Eâ Majorum (quod Deus avertat) quòd tunc præfata *Domina Catherina* Succedat in eisdem Regnis & Dominiis, ac si ibidem Vitam ageret & Præsens personaliter fuisset.

ITEM, pro uberiori Dilectione nutrienda, & ad Honorem Complacentiam præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ* Consanguineorum nostrorum, Conventum & Concordatum est quòd, postquam *prædicta Domina Catherina* fuerit Regina Angliæ & Franciæ, quod, ultra prædictam Dotem Tertiæ Partis Principatûs, Ducatûs, & Comitatûs prædictorum, habebit in Dotalitio, quoad Valorem Tertiæ Partis, Redditum omnium Terrarum, Tenementorum, & Dominiorum Coronæ Angliæ & Franciæ pertinentium; quæ prædicta Dotalitia habebit durante ejus Vitâ.

Notum facimus quòd Nos, *Thomas Londoniensis Episcopus*, & *Rodericus Gonzales de Puebla* Jurisconsultus, Oratores supradicti, pro majori Robore & Firmitate omnium Articulorum supradictorum, in Animas Principalium Supremorum Dominorum nostrorum Juramus per Deum Omnipotentem, & per ejus Sacrosancta Evangelia per Nos realiter tacta, omnia & singula Capitula præcedentia & eorum quodlibet, Factum proprium Principum nostrorum concernentia, inviolabiliter per prædictos Principes Supremos Dominos nostros esse Observanda & Perimplenda,

Cætera autem Capitula, Factum aliorum tangentia, prædicti Principes procurabunt & solicitabunt, & quilibet eorum procurabit & solicitabit, ea perimpleri & perfici, omni dolo, similatione, fraudéque in ea parte cessantibus.

In cujus Rei Testimonium & Fidem has Scripturas Nos prædicti Oratores Manibus propriis signavimus & hiis Sigilla nostra apposuimus.

Datâ primâ Die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo sexto.

Sunt Rasuræ in Linea Septuagesima prima, quæ verba super Rasuram posita sunt ista, videlicet, *Gravisende, Southampton, seu in aliquo prædictorum Portuum*, non noceat nec Suspitionem Legentibus inferat prædicta Rasura, quoniam ex Consensu Partium Contrahentium hujusmodi Verba super Rasuram imponebantur,

Thomas Episcopus Lincolniensis Manu Propriâ.

Doctor de Puebla Manu propriâ,

Nos igitur *Rex Henricus antedictus*, Visis Perspectis & Examinatis per Nos Capitulis, Pactis, & Compositionibus præinsertis, quia justa & honesta sunt, Nobisque maximè placent & conducunt, Volentes & Decernentes ea omnia & singula nostris Patentibus Literis, Manibus propriis subscriptis, ac nostro Regio Sigillo munitis, Confirmare, Approbare, & Corroborare, ideircò prædicta Capitula, Pacta, Concordata, & Conclusa, prout supra inserta sunt, & omnia & singula in eis contenta, Tenore Præsentium, Laudamus, Approbamus, & Corroboramus, ac Rata, Grata, Firma, & Illibata habemus, & si necesse est ea omnia & singula de novo Concedimus & Firmamus,

Et insuper Promittimus & Affecuramus, bonâ Fide & Verbo Regio, Tenere, Complere, & realiter cum effectu Observare omnia & singula, in Præinsertis Capitulis, prout Nobis incumbunt, contenta & expressa, non unquam tempore in contrarium venturi. quemadmodùm prædictus Orator noster Nomine nostro pleniùs & copiosiùs Promisit, Obligavit, & Concessit, ac sub Pœnis & Vinculis & Obligationibus, per ipsum Oratorem in Præinserta Capitulatione & Compositione appositis & expressis,

Pro quibus omnibus & singulis firmiter & inviolabiliter Tenendis, Complendis, & Observandis Bona nostra omnia Patrimonialia & Fiscalia præsentia & futura Submittimus & Obligamus, & ad validiorem Præmissorum Firmitatem

A. D. 1497. Hen. 7. tem & Robur Fidem nostram & Verbum Regium Interpoimus & Obligamus, ac etiam per Immortalem Deum & Signum Sanctæ Crucis (+) & Sacrosancta Dei Evangelia, Manibus nostris propriis reverenter tacta, coram Secretario nostro & Notario infrascripto Jurejurando astringimur quòd omnia & singula Præinserta & eorum quodlibet, prout Nobis incumbunt, omni dolo, fraude, simulatione, & quacúmque aliâ falsâ machinatione cessantibus, Tenebimus, Complebimus, & firmiter ac inviolabiliter Observabimus, Absolutionem verò vel Relaxationem hujusmodi nostri Jurisjurandi nullo unquam tempore petituri a Summo Pontifice vel ejus & Sedis Apostolicæ Legato aut Delegato seu Ordinario, aut alio quocumque absolvere vel relaxare valente, nec si proprio Motu Nobis detur aut concordatur hujusmodi Concessione usuri.

In quorum omnium & singulorum Robur & Firmitatem Præsentem, propriis Manibus subscriptam ac nostro Regio Sigillo munitam, per Secretarium nostrum Notarium infrascriptum, coram Testibus, in publica forma signari & redigi jussimus. A. D. 1497. Hen. 7.

Data & Acta apud *Shene*, Decimo octavo Die Mensis Julii, sub Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, Regni verò nostri Duodecimo.

Præsentibus ibidem,

Reverendissimo in Christo Patre *Johanne Tituli Sanctæ Anastasiæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbitero Cardinali, Archiepiscopo Cantuariensi totius Angliæ Primate & Cancellario nostro*,

Carissimo Consanguineo nostro *Edwardo Stafford Duce Bukynghamiæ*,

Revereodóque in Christo Patre *Thoma Londoniensi Episcopo* sæpenominato,

Ac Carissimo Consanguineo nostro *Henrico Percy Comite Northumbriæ*,

Consiliariis,

Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

De Licentia Eligendi.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Pat. 12. H. 7. p. 2. m. 7.

REX Dilecto sibi in Christo *Priori Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Wygorniensis & ejusdem Loci Capitulo*, Salutem.

Ex parte vestra Nobis est humiliter Supplicatum quòd,

Cùm Ecclesia vestra prædicta, per Mortem recolendæ memoriæ *Roberti ultimi Episcopi Ecclesiæ prædictæ*, Pastoris solatio sit destituta,

Alium vobis Eligendi in Episcopum & Pastorem Licentiam vobis concedere dignaremur,

Nos, Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam; A. D. 1497.

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Episcopum & Pastorem, qui Deo Devotus, Ecclesiæ vestræ prædictæ Necessarius, Nobísq; & Regno nostro Utilis & Fidelis existat,

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo Die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Licentia Adducendi Jocalia.

A. D. 1497. An. 12. H. 7. Franc. 12. H. 7. m. 7.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis de causis & considerationibus Nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris, Concessimus & Licentiam dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, Dilecto Nobis *Antonio Salvaigo* Mercatori de Janua, aliàs dicto *Antonio Salvego* Mercatori de Janua, quòd Ipse, per Se, Factores, Servientes, sive Attornatos suos Indigenas vel Alienigenas, sive eorum aliquem, quoddam Jocale cum quodam Lapide Precioso vocato *a Spynella*, aut quovis alio Nomine nuncupatur, ligatum in Auro, unum alium Lapidem vocatum *a Peerle*, necnon alium Lapidem vocatum *a Tabled Diamont*, aut cujusvis alterius Factionis Generis vel Crescentiæ, Auro cepta vel non cepta, & alia Lapides Preciosos & Jocalia, cujúsvis Factionis Generis Crescentiæ Precii seu Valoris Jocale Lapides & Jocalia illa fuerint, a quibuscúmque Partibus Exteris & Transmarinis ad & in Regnum nostrum Angliæ, & in alia Loca & Dominia nostra quæcúmque sub Obedientia & infra Jurisdictiones nostras ubicúmque, tàm per Terram quàm per Mare A. D. 1497.

A. D. 1497. Hen. 7. re & Aquas dulces, in quemcúmque Portum, in quacúmque Navi vel alio Vase, tàm de Obedientia nostra quàm aliarum Partium quarumcúmque, ad eorum libitum, unâ vice tantùm, adducere & conferre, adduci conferrive facere, & ad Terram ibidem ponere & discarcare, & eadem Jocale Lapides & alia Jocalia & quamlibet indè Parcellam sic adducta in eodem Regno nostro aut alibi infra Dominia nostra prædicta vendere vel aliter ad ejus libitum disponere,

Aut eadem Jocale Lapides & alia Jocalia & eorum quodlibet, si ea ibidem vendi non contigerit, extra idem Regnum, Loca, & Dominia prædicta ad quascúmque Partes Exteras & Transmarinas, in quacúmque Navi vel Vase, abducere & abcariare, abduci & abcariari facere possit & valeat licitè & impunè, absque aliquibus Custumis, Subsidiis, aut aliis Deveriis Nobis proinde solvendis, aut aliquo alio Nobis indè reddendo vel faciendo, & absque Impedimento, Molestatione, Perturbatione, Exactione, seu Gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum, Custumariorum, Scrutatorum, aut aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, necnon absque aliqua Forisfactura sive Deperdito Nobis in ea parte forisfaciendo aut amittendo, ac omnimoda Custumas, Subsidia, & alia Deveria, Nobis pro Præmissis seu eorum aliquo in hac parte debita sive debenda, *eidem Antonio* Damus & Concedimus per Præsentes, habenda *eidem Antonio* de Dono nostro, absq; aliquo Nobis inde reddendo, eo quod expressa mentio de Certitudine veri Valoris Precii Numeri seu Qualitatis Lapidum & aliorum Præmissorum, aut aliquâ aliâ Certitudine Præmissorum, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Provisione, ante hæc tempora in contrarium edita sive provisa, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materia quacúmque, in aliquo non obstante. A. D. 1497. Hen. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Wodstok* vicesimo octavo Die Julii.

Per ipsum Regem.

¶ ¶ *Super Attemptatis Franciæ Reformandis.*

A. D. 1497. An. 13. H. 7. Franc. 13. H. 7. m. 6. HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Dilecto & Fideli Consiliario suo *Thomæ Routhawe* Clerico Decretorum Doctori ac Sedis Apostolici Prothonotario, Salutem.

Cùm, hiis transactis Diebus, quædam Pacis Amicitiarúmque Fœdera *inter Nos* & Illustrissimum Consanguineum nostrum *Regem Carolum Franciæ* tractata, conventa, & percussa fuerint,

Post quæ Fœdera, sic inter Nos conventa, nonnullæ Injuriæ, Dampna, Spolia, atque Homicidia, tàm per nostros quàm per suos Subditos, hincinde, contra dicta Pacis Fœdera commissa fuerunt,

Pro quorum quidem sic Attemptatorum Reformatione *quædam Dieta* erat per Nos dictúmque Consanguineum nostrum atque nostrâ suâq; Auctoritate Calisiæ & Boloniæ statuta,

In *qua Dieta* Oratores nostri & sui, post maturum & deliberatum Tractatum inter eos habitum, pro Reparatione & Satisfactione Injuriarum & Dampnorum, per suos & nostros Subditos hincinde illatorum & commissorum, necnon ut præcludatur & vitetur via & facultas Injuriarum & Dampnorum hujusmodi post hac inferendorum & committendorum, quædam Capitula prout eis videbitur valdè utilia & necessaria conceperunt, atque in formam redigi fecerunt, & per Nos Consanguineúmque nostrum antedictum Appunctuanda, Concordanda, atque super eisdem Capitolis sic formatis & conceptis Literas Recessûs, manibus ipsorum Oratorum subscriptas, hincinde tradiderunt, prout in eisdem Literis plenius liquet, A. D. 1497.

Nos, de tua provida Circumspectione Doctrinâ atque Fidelitate plurimùm confidentes, magnoperè cupientes Dampna illata resarciri, & inferenda, ut præmittitur, vitari, Te nostrum verum & indubitatum Procuratorem, Oratorem, Commissarium, Deputatum, & Nuncium generalem & specialem Facimus, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes Tibi, Tenore Præsentium, plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, Nomine nostro ac pro Nobis, super eisdem Capitulis & quolibet eorum Tractandi, Conveniendi, & Concludendi, atque eisdem Addendi, & ab eis Auferendi, eáque Diminuendi, necnon nova Capitula Tractandi, Componendi, & Concludendi,

Et,

A. D. 1497. Hen. 7.

Et, pro inviolabili Observantia hujusmodi Capitulorum sive Articulorum sic conclusorum & concludendorum, Juramenta, Obligationes, Securitates, debitasque Cautiones atque Instrumenta, necnon Literas sic conclusorum Confirmatorias per *præfatum Consanguineum nostrum*, sub Magno suo Sigillo præstandas, Nomine nostro & pro Nobis, a dicto Consanguineo nostro, ejúsve Commissario sive Deputato, aut ejus Commissariis sive Deputatis, Stipulandi, Exigendi, & Recipiendi, atque consimilia Juramenta, Obligationes, Securitates, debitásque Cautiones, hujusmodíque Literas Confirmatorias, pro Parte nostra ac Nomine nostro & pro Nobis, Præstandi, Promittendi, atque Deliberandi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, ita & eo modo prout Nos ea faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ nostrâ interessemus;

Promittentes, bonâ Fide & Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros & observaturos totum & quicquid, quod per Te Nomine nostro & pro Nobis Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Wodstok* vicesimo octavo Die Augusti, Anno Regni nostri Tertiodecimo.

De Appunctuando cum Rege Scotorum.

A. D. 1497. An. 13. H. 7. Scot. 13. H. 7. m. 19.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *W. Episcopi Carliolensis*, *Thomæ Dacre de Dacre* Militis, *Willielmi Warham* Custodis Rotulorum Cancellariæ nostræ, & *Henrici Wyot*, quamplurimùm confidentes,

Ipsos Tres & Duos eorum (quorum præfatum *Willielmum Warham* unum esse volumus) nostros veros & indubitatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Assignamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, Tribus & Duobus eorum (quorum præfatum *Willielmum Warham* unum esse volumus) plenam Potestatem & Auctoritem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe Consanguineo nostro *Jacobo Scotorum Rege*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Intelligentiis, & Confœderationibus, imperpetuùm, ad Vitam, seu ad minora Tempora, juxta eorum Discretiones, duraturis, ac de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum *inter Nos* & *dictum Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra atque sua, Subditos, Vassallos, Alligatos, Amicos, Confœderatos, & Adhærentes nostros atque suos quoscúmque, hincinde ineundis, percutiendis, pasciscendis, Componendis, & habendis, ac Securitates, Cautiones, Promissa, Juramenta, Obligationes, Literas, & Scripta sigillata, pro Præmissorum complemento, Nomine nostro, a præfato Illustrissimo Principe Stipulandi, Exigendi, & Recipiendi, atque eodem Nomine nostro Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, & Literas Promittendi, Tradendi, & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram Præstandi, necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Incidentibus, atque Connexis, quæ *inter Nos* & *præfatum Illustrissimum Principem*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos, hinc inde pendere dinoscuntur, Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Componendi, Concludendi, & Determinandi,

Novamque Dietam talibus Tempore & Loco, prout Eis, Tribus & Duobus eorum (quorum præfatum *Willielmum Warham* unum esse volumus) melius visum fuerit, & quatenus opus fuerit, Statuendi & Appunctandi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Tractandi, Communicandi,

Con-

A.D. 1497. Hen. 7. Conveniendi, Concordandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi & Determinandi, cum Prorogatione Dierum, Temporum, & Locorum, Præmissaque omnia & singula Firmandi, Roborandi, & Assecurandi, atque Juramentum in Animam nostram Præstandi, necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis, Præmissa qualitercumque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis antedictis, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces, pro Parte nostra, Tradendi & Deliberandi, Tradique per Nos nostróque Sigillo muniri & deliberari Promittendi, Literásque alias in hac parte validas & efficaces ex Parte altera fieri Requirendi, Exigendi, Petendi, & Recipiendi, A.D. 1497. Hen. 7.

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula atque ea qualitercúmque concernentia Faciendi & Excercendi, Exequendi & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ nostrâ interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Wodstok* Quinto Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Capitaneo de Guynes, de Cognoscendo.

A.D. 1497. An. 13. H. 7. Ex Autogr.

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, au Seneschal de Boulenoys, ou son Lieutenant, Salut.

De la Partie de *James Tirel* Cappitaine de Guynes Nous a este humblement Expose & Remonstre que *Walran Dynas* Bailly de Hesdin est Tenu & Oblige envers Luy en certaine Somme de Deniers, ainsi que peut apparoir par son Seelle ou Obligation,

Et, combien que les Termes du Payement soyent escheuz & passez des pieca, toutesvoyes il n'en a eu ne peut avoir la Raison ne Payement,

A la quelle Cause le dit Exposant Nous ait fait Requerir qu'il le puisse faire convenir par devant Vous, & vous commectre & depputer a Discuter & Determiner de ceste Matiere, & sur ce Luy impartir noz Lettres convenables,

Pourquoy Nous, les Choses dessusdites considerees, qui voulons subvenir en ceste Partie au dit Exposant, & favorablement le traicter en ses Afaires, vous avons Commis & Depputé, par ces Presentes, a Congnoistre, Juger, Decider, & Determiner du fait de la Debte & Obligation, appelle avec vous le Tresorier de Boulenoys ou autre que adviserez,

Et pour ce faire, s'il vous appert de la dite Obligation, faictes convenir & adjourner pardevant Vous *icelluy Bailly* de Hesdin, pour Respondre a *icelluy Tirel* touchant la dit Debte & Depeudances d'icelle, & le faictes Proceder en ceste Matiere pardevant Vous comme de Raison, & a ce faicte le Contraignez, ou faictes Contraindre, tout ainsi que s'il estoit vôtre Ressort & Juridicion, A.D. 1497

En faisant au surplus aux Parties oyes bon & brief Droit, & acomplissant de Justice, de ce faire Vous avons Donne & Donnons Pouoir, Auctorite, & Commission; non obstant quelzconques Ordonnances & Lettres subreptices, Impetrees ou a Impetrer a ce contraires.

Donne a *Amboise* le x. Jour d'Octobre, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Quatrevingts dixsept, & de nôtre Regne le Quinziesme.

PAR LE ROY.
Le Sire de Graville Admiral de France & autres Presens.

ROBERTET.

Sub Sigillo Magno Ceræ albæ a cauda Pergamenæ pendente.

Pro Archiepiscopo Sancti Andreæ.

A. D. 1497. An. 13. H. 7. Scot. 13. H. 7. m. 23.

REX universis & singulis Admirallis, &c. ad quos &c. Salutem.

Cùm Reverendissimus in Christo Pater ac Præcarissimus Consanguineus noster, Permissione divinâ, *Archiepiscopus Sancti Andreæ* in Scotiâ, hoc Regnum nostrum Angliæ, certas ob Causas se moventes, nostrâ prius habitâ Licentiâ, ingredi pertransiréque, & ab illinc ad alia Loca se divertere concupiscit,

Nos, nobiscum considerantes ipsius Consanguinei nostri Dignitatem quâ præest, Vitæ Sinceritatem atque Morum Honestatem quibus floret, cæterásque plurimas Virtutes quibus cæteris præstat, necnon propinquum Sanguinis Gradum quo Nobis attingit, suscepimus ipsum Consanguineum nostrum in salvum & securum Conductum A. D. 1497. nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales; ita quòd benè liceat eidem Consanguineo nostro in hoc Regnum nostrum Angliæ ac alia Loca Nobis subjecta quæcúmque, *cum Centum Personis in Comitiva sua vel infra*, & totidem Equis, ac Bonis, Rebus, Hernesiis, Jocalibus, Auro & Argento monetato, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus &c. per Biennium duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Primo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Liberatione Temporalium.

A. D. 1497. An. 13. H. 7. Pat. 13. H. 7. m. 11.

REX Escaetori suo in Comitatu Wigorniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* nuper, vacante Ecclesiâ Cathedrali Wigorniensi, per Obitum, bonæ Memoriæ, *Roberti* ejusdem Ecclesiæ *ultimi Pastoris & Episcopi*, Personam Fidelis Clerici ac Consiliarii nostri Magistri *Johannis Gigles* nostri in Curia Romana Procuratoris, ejusdem Ecclesiæ Electi, in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus*, per suum Procuratorem sufficientem, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Eidem Electo (cujus Fidelitatem per Procuratorem suum prædictum Cepimus) Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus; A. D. 1497.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Quinto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.
Escaetori Regis in Com. Warr.
Escaetori Regis in Com. Midd.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

De Tractando cum Rege Scotorum.

A.D. 1497. An. 13. H. 7. Scot. 13. H. 7. m. 20.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos, A. D. 1497.

De Fidelitate, Industriâ, & providâ Circumspectione Prædilecti & Fidelis Consiliarii nostri *Roberti Middleton* Clerici

A. D. 1497. Hen. 7. rici Legum Doctoris Decani Leycestriæ quamplurimùm confidentes,

Ipsum nostrum verum & indubitatum Commissarium, Legatum, Procuratorem, Deputatum & Nuncium specialem Assignamus, Facimus, Ordinamus, Constituimus & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eidem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe *Jacobo Scotorum Rege* Consanguineo nostro Carissimo, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nunciis, sive ejus Commissario, Procuratore, Legato, Deputato & Nuncio sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habente vel habentibus, tàm de & super vera, firma, perpetua & reali Pace atque Concordia, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, mutuóque & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum, necnon Intelligentiis, Affinitatibus, Alligantiis & Confœderationibus quibuscúmque, *inter Nos* & *ipsum Consanguineum nostrum*, Hæredésque & Successores nostros & ipsius Consanguinei nostri, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias & Loca, ac Subditos, Vassallos, Confœderatos, Faventes & Adhærentes utriúsque nostrûm quoscúmque hincinde, ineundis, capiendis, celebrandis, & habendis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Componendi, Paciscendi ac finaliter & integrè Determinandi, A. D. 1497. Hen. 7.

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis Literas validas & efficaces, pro Parte nostra, Tradendi & Deliberandi, consimilesque Literas *ab eodem Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Legatis, Deputatis & Nunciis, Commissario, Procuratore, Legato, Deputato & Nuncio suo, Exigendi, Petendi, Requirendi & Recipiendi,

Cæteraque Faciendi, Exequendi, & Expediendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros totum & quicquid per dictum *Commissarium nostrum* Actum, Gestum seu Procuratum fuerit in Præmissis seu aliquo Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Duodecimo Die Decembris Anno Regni nostri Tertiodecimo.

Per ipsum Regem.

De Attemptatis Scotiæ, Arbitrio Regis & Reginæ Hispaniarum, Commissis.

A. D. 1497. An. 13. H. 7. Ibid.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, in Tractatu Pacis & Treugarum, superioribus hiis Diebus, *apud Ayton* in Regno Scotiæ, inter nostros ex una, & carissimi Consanguinei nostri *Jacobi Scotorum Regis* Commissarios Partibus ex altera inito & concordato, inter alia, fuerit Conventum & Conclusum quòd tàm *Nos* quàm *præfatus Consanguineus noster* Cognitionem & Causam Violationis, Ruptionis & Dissolutionis Treugarum ultimarum, inter Nos & Eundem Consanguineum nostrum, Judicio & Arbitrio Illustrissimorum Principum *Regis & Reginæ Hispaniarum* Consanguineorum & Confœderatorum nostrorum Carissimorum Committeremus, Nos,

Quæ nostrâ Auctoritate gesta sunt debitum sortiri volentes effectum,

Contenti sumus prædictam Violationis Ruptionis & Dissolutionis Causam ejúsque Cognitionem Arbitrio Judicio & finali Determinationi præfatorum Principum *Regis & Reginæ Hispaniarum* Committere, & per præsentes Committimus, atque in eorum Manus irrevocabiliter Deponimus; A. D. 1497.

Promittentes, per has Literas nostras & in Verbo Regio, Nos Ratum Firmum & Stabile perpetuò habituros quicquid penes dictæ Violationis Ruptionis & Dissolutionis Treugarum Controversiam & Causam præfatique *Rex & Regina Hispaniarum* Determinaverint Ordinaverint & Concluserint.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De

A. D. 1497. Hen. 7. A. D. 1497. Hen. 7.

De Indulgentia Scalæ Cœli, pro Capella regia Windesore.

Registrata apud me L. Podocatharum.

A. D. 1497. An. 13. H. 7. Ex Origine.

ALexander Episcopus, Servus Servorum Dei, Universis Christi Fidelibus, præsentes Litteras inspecturis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Licet is, de cujus Munere venit ut sibi a Fidelibus suis dignè & laudabiliter serviatur, de abundantiâ suæ Pietatis., quæ Merita Supplicum excedit, & Vota, benè Servientibus sibi multò majora retribuat quàm valeant promereri; nichilominus, desiderantes Domino Populum reddere acceptabilem & bonorum Operum sectatorem, Fideles ipsos ad complacendum ei, quasi quibusdam allectivis Muneribus, Indulgentiis (videlicet) & Remissionibus, invitamus.

Cùm itaque, sicut accepimus, Carissimus in Christo Filius noster *Henricus Angliæ Rex* Illustris, fervore Devotionis accensus, cupiens Terrena in Cœlestia & Transitoria in Æterna felici Commercio commutare, proponat unam Capellam sub Invocatione beatæ Mariæ Virginis in Ecclesiâ sancti Georgii Opidi Windesore, Saresburiensis Diocœsis, in quâ Sepulturam suam eligere intendit, ac infra Limites dicti Opidi, Unum Hospitale, pro Pauperibus & aliis Miserabilibus Personis inibi recipiendis & confovendis, Opere quidem Sumptuoso, de propriis Bonis suis Fundare & Construere, ac Capellam & Hospitale hujusmodi sufficienter Dotare, ipsámque Capellam Libris, Calicibus, & aliis Ornamentis Ecclesiasticis, ad Divinum Cultum necessariis, decenter Decorare,

Nos, cupientes ut Capella prædicta, in quâ etiam *præfatus Rex* Septem Presbyteros pro Missis celebrandis qualibet Die deputari & institui facere intendit, congruis frequentetur Honoribus, ipsique & alii Presbyteri ad Missas hujusmodi celebrandum, & alii Christi Fideles ad dictam Capellam Visitandum eo libentiùs inducantur, quo ex hoc ibidem Dono cœlestis Gratiæ uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei Misericordiâ, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus Auctoritate Confisi, tàm Septem Presbyteris prædictis, quàm aliis, qui inibi pro tempore celebraverint, & pro Statu *præfati Regis*, dùm Vitam duxerit in humanis, &, postquam ab hac Luce migraverit, pro Animæ suæ ac Animarum, pro quibus idem Presbyteri inibi celebraverint, ac Deum oraverint, salute, illam Indulgentiam, quam Celebrantes pro Defunctis in Capellâ Scalæ Cœli nuncupatâ in Ecclesia Monasterii Triumfontium extra Muros Urbis, Cisterciensis Ordinis, & Animæ, pro quibus inibi celebratur & oratur, consequuntur, Auctoritate Apostolicâ, Tenore præsentium, elargimur.

A. D. 1497.

Et insuper omnibus & singulis, utriúsque Sexûs, verè Pœnitentibus & Confessis, qui Capellam prædictam, singulis Diebus Dominicis Quadragesimæ, a Primis Vesperis usque ad Secundas Vesperas inclusivè, devotè visitaverint Annuatim, & ut præfertur oraverint, Septem Annos & totidem Quadragenas de Injunctis eis Pœnitentiis misericorditer in Domino Relaxamus.

Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Septimo, Duodecimo Kal. Februarii, Pontificatûs nostri Anno Sexto.

L. Poducatharus.

Super Plicam,

P. Tuba.

Sub Filis Sericis flavi rubeique Coloris.

5

Tractatus

A. D. 1498. Hen. 7.

A. D. 1498. H. n. 7.

Tractatus facti apud Aytoun per Regem Scotorum Ratificatio.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Ex Autogr.

JAcobus, Dei Gratiâ, *Rex Scotorum*, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS quædam Appunctuamenta, Conventiones, Concordias, & Conclusiones bonæ realis sinceræ veræ integræ & firmæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, per Terram, Mare, Aquas dulces & ubique Locorum, inter Illustrem Dominum *Petrum de Ayala* Prothonotarium Apostolicum Serenissimorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* Ambassiatorem, nostrûmque Commissarium specialem, pro Nobis, Regno, Terris, Patriis, Subditis & Vassallis sufficientem Auctoritatem a Nobis habentem, ex una Parte, & Circumspectum Virum Dominum *Willielmum Warham* Legum Doctorem Rotulorum Illustrissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri Carissimi *Henrici Regis Angliæ* in sua Cancellaria Custodem suûmque Commissarium & Oratorem specialem, pro se, suisque Regnis, Terris, Patriis, Subditis & Vassallis, Auctoritate sufficienti ab eodem nostro Consanguineo munitum, ex Parte altera, hincinde Appunctuata, Conventa, Concordata & Conclusa, sub eo qui sequitur Tenore Verborum,

Universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Nos,

Willielmus Warham Legum Doctor Serenissimi *Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ* in Cancellaria sua Rotulorum Custos & ejusdem Serenissimi Regis Commissarius & ab eodem Domino Rege in hac parte sufficientem Commissionem habens,

Cujus quidem Commissionis Tenor inferius inseritur,

Et *Petrus de Ayala* Prothonotarius Serenissimorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* in Regnum Scotiæ Ambassiator ac Serenissimi *Scotorum Regis* Commissarius specialis & ab eodem Rege Scotorum sufficientem ad Infrascripta Commissionem habens,

Cujus quidem Commissionis Tenor inferius inseritur,

Salutem.

Cùm nonnulla Capitula Treugarum & Guerrarum Abstinentiæ inter Ambassiatores, Commissarios & Procuratores præfati Serenissimi *Regis Angliæ*, ac inter Ambassiatores, Commissarios & Procuratores præfati Illustrissimi *Regis Scotiæ*, inita concordata & conclusa sint sub eo qui sequitur Tenore Verborum,

A. D. 1498.

HÆC INDENTURA,

FACTA *apud Aytoun*, ultimo Die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Septimo, inter Nos *Ricardum Episcopum Dunolmensem* Custodem Privati Sigilli Illustrissimi Domini Henrici *Regis Angliæ*, *Willielmum Warham* Legum Doctorem Magistrum sive Custodem Rotulorum in Anglia, & *Johannem Cartington* Armigerum, Oratores, Ambassiatores & Commissarios Serenissimi Excellentissimique Principis *Henrici Regis Angliæ*, &c. ex Parte una, & Reverendum in Christo Patrem *Willielmum Episcopum Abirdonensem* Custodem Secreti Sigilli Serenissimi Illustrissimique Principis *Jacobi Regis Scotorum*, *Andream Forman* Prothonotarium Apostolicum ac Priorem de Mayo, *Patricium Hume* de Fastcastell Militem, & Magistrum *Ricardum Lawsonn* Clericum Generalem Justiciarium, Oratores, Ambassiatores & Commissarios præfati *Regis Scotiæ*, ex Parte altera,

Inter quos, tanquam Media Persona, pro bono Pacis, interfuit illustris Dominus *Petrus Ayala* Prothonotarius Apostolicus ac Illustrissimorum Principum *Regis & Reginæ Hispaniarum Orator*,

TESTATUR quòd Nos, Commissarii dicti Serenissimi *Regis Angliæ*, cum præfatis Commissariis *Regis Scotiæ*, ac ipsi Nobiscum, virtute & auctoritate Commissionum nostrarum, hincinde per Literas Patentes dictorum Regum Nobis atque Ipsis divisim factas (Quarum Tenores de verbo ad verbum inferiùs inferuntur) Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus & Conclusimus, Appunctuamus, Convenimus, Concordamus & Concludimus, Nos cum Ipsis, & Ipsi Nobiscum, Nominibus Principum prædictorum, in omnibus & per omnia, prout in sequentibus Articulis continetur,

INPRIMIS, inter Nos Commissarios prædictos Nominibus quibus supra Appunctuatum, Concordatum & Conclusum est quòd, inter Serenissimos *Reges Angliæ* & *Scotiæ* supradictos, eorum Hæ-

 redes

A. D. 1497. Hen. 7. redes & Successores, Regna, Patrias & Dominia Terras & Loca quæcúnque eorumdem, Necnon Vassallos, Ligeos, Homines Subditósque suos quoscúmque præsentes & futuros tàm Ecclesiasticos quàm in Seculares, cujuscúnque Gradûs, Præeminentiæ, Statûs aut Conditionis existant, sit Bona, Realis, Sincera, Vera & Firma Treuga & Guerrarum Abstinentia, per Terram, Mare, Aquas dulces & ubique Locorum, *Inceptura ab Ortu Solis dicti ultimi Diei Mensis Septembris Anno Nonagesimo Septimo supradicto, Duratura per Septem Annos proximò & immediatè sequentes a Data Præsentium inclusivè numerandos, & usque ad Occasum Solis ultimi Diei dicti Anni Septimi plenariè complendi.*

ITEM, Conventum, & Conclusum est quod, durantibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis antedictis, Nullus dictorum Principum movebit, per Se, aut Subditos suos, aut per alios quoscúnque moveri permittet, Guerram per Terram, Mare neque Aquas dulces adversus alium dictorum Principum Subditos aut Ligeos suos, nec dabit Auxilium, Consilium vel favorem ut hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur.

ITEM, Conventum, & Conclusum est quòd Naves, Nautæ, Mercatores & alii Subditi utriúsque Principum prædictorum, per Terram, Mare & Aquas dulces Euntes, Conversantes, Navigantes, Naufragium passuri, & Permanentes, Tractentur, & Recipiantur prout melius Tractari & Recepi consueverunt in Temporibus aliarum Treugarum, priùs inter *Angliæ & Scotiæ Reges* & eorum Regna initarum & conclusarum; & præcipuè quòd Recipiantur & Tractentur, juxta vim, formam & effectum Tractatûs Treugarum conclusarum inter Illustrissimum Regem *Edwardum Quartum nuper Angliæ Regem & Jacobum Tertium Scotiæ Regem*, de Data Primo Die Mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo quarto.

ITEM, Conventum, & Conclusum est quòd omnes & singuli Malefactores, Deprædatores modo & formâ subsequentibus puniantur; viz. Notorii & Manifesti Homicidæ per spatium viginti Dierum, proximò & immediatè sequentium Diem Homicidii commissi, per Gardianos Marchiarum Carceribus mancipentur, in eisdemque per totum Tempus prædictum salvò & securè custodiantur: infra quod Tempus si dicti Homicidæ vel eorum Amici, cum illo vel illis qui sunt veri Proximi de Sanguine occisi, super Morte dicti occisi non concordaverint, nec finalem Compositionem fecerint, tunc dicti Homicidæ pro hujusmodi Homicidio ultimo Supplitio, post lapsum dictorum viginti Dierum, per Gardianos demandentur: si Fures famosi Latrones aut alii Malefactores, cum Furtis & aliis Maleficiis suis, recenter Capiantur & Deprehendantur, tunc Fragranti Facinore sic Deprehensi per Gardianos Marchiarum, ubi hujusmodi Furta ac Maleficia commissa sunt, sine ulteriore Juris Processu, Ultimo Supplicio, sive infra Regnum ubi Crimen commissum est, sive in aliquo Regno ubi Deprehendantur, dummodo fiat Recens prosecutio post hujusmodi Malefactores, sine Dilatione quacúnque demandentur; & cæteri Homines, præsentium Treugarum Violatores, puniantur asperiùs eisdem formâ & modis quibus antiquitùs puniri consueverunt.

ITEM, Conventum, & Conclusum est quòd, si aliquis ex Subditis alterius Principum prædictorum quicquid Deprædatus fuerit seu Attemptaverit infra Marchiam aut Terram alterius Partis, & post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum fugiendo revertatur ad Marchiam & Terram illius Partis cujus est Subditus, Licebit illi, contra quem sic attemptaverit, in recenti vel infra sex Dies computandos a tempore Delicti sic attemptati vel commissi, auctoritate præsentis Ordinationis, absque aliis Literis vel Salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias & Terram in quam idem Malefactor se contulerit; dummodo, quamcitò hujusmodi Marchiam sive Terram hac de Causa intraverit, adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæsæ, habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui (viz.) ad Prosequendum Deprædationem suam, describat & specificet quibus Bonis Catallis vel Rebus deprædatus vel spoliatus fuerit, ac insuper requirer eundem quòd, quamdiu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit, secum eat ut super Factis suis, tempore dictæ Prosecutionis, possit, cùm Requisitus fuerit super hoc, Testimonium perhibere veritati.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliqui Traditores, Rebelles, Homicidæ, Fures, Famosi Latrones, aut alii Malefactores, pro aliquo Crimine commisso aut committendo, pro aliquo Favore vel Auxilio, ad aliqua Regna, Patrias, Terras aut Dominia ali-

A. D. 1498. Hen. 7. alicujus Principis Principum Prædictorum fugerint aut convolaverint, neuter eorumdem Principum, Hæredum aut Successorum suorum hujusmodi Traditores, Homicidas, Fures, famosos Latrones aut alios Malefactores in sua Regna, Patrias, Terras & Dominia quovismodo Receptabit nec ab aliis receptari permittet, sed eos & eorum quemlibet a suis Regnis, Patriis, Terris & Dominiis prædictis, infra Viginti Dies proximo & immediatè sequentes postquam per Literas Principis vel ejus Custodis Marchiarum aut ipsius Locumtenentis eum vel eos Traditores, Rebelles, Homicidas, Fures, famosos Latrones aut alios Malefactores esse constiterit, Tradet & Deliberabit aut perpetuò Bannier & Expellet, aut Tradi & Deliberari aut Banniri & Expelli effectualiter mandabit, & neuter Principum prædictorum Consilium, Auxilium vel Favorem dabit quovismodo notoriis Rebellibus, Hostibus & Inimicis alterius ad nocendum alteri eorumdem, vel ipsorum Regnis, Dominiis, Terris aut Subditis; salvis Conductibus, per Principes prædictos aut eorum aliquem de præterito concessis, virtute præsentis Articuli minimè revocatis, sed in suo Robore & effectu permanentibus.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, durantibus præsentibus Treugis, ut præmissum est, Castrum & Villa Berwici, cum antiquis Limitibus, & Inhabitantes & Incolæ eorumdem sub eisdem Treugis & Guerrarum Abstinentia ac Bellorum Induciis stabunt & permanebunt toto tempore prædicto, ita quòd neque Serenissimus *Rex Scotiæ* per se aut alios Subditorum Ligeorum aut Vasallorum suorum Guerram Insultum aut Obsidionem ipsis Locis aut Incolis eorumdem, neque Excellentissimus *Rex Angliæ* per Se aut suos Inhabitantes Villam seu Castrum hujusmodi Guerram Insultum aut Obsidionem dicto Serenissimo *Regi Scotiæ* suisve Ligeis Vasallis facere quovis modo pendente tempore Guerrarum prædictarum.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Ligeorum unius vel alterius Principum prædictorum reparaverit, ædificaverit, seu, ut vulgariter dicitur, imposuerit dictum *le Fishgarth*, aut rumpat vel destruat, pro non Attemptato reputabitur, & nichilominus alia Attemptata quæcúnque reparabuntur, sic quòd Reparatio seu Destructio dicti *le Fishgarth* non impediet Reformationem aliorum Attemptatorum, nec introducet Ruptionem præsentium Treugarum.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd Fugitivi Angliæ, qui devenerunt Ligei *Regi Scotiæ*, debent ligari ex Parte Scotorum ad observandum Articulos præsentium Treugarum, & quòd Attemptata per eos super Subditos *Regis Angliæ* debent eodem modo reformari quo reformabuntur Attemptata per originarios Subditos Regis Scotiæ; idem per omnia observandum ex Parte *Regis Angliæ*, si qui Scoti ante hæc Tempora Ligei *Regis Angliæ* devenerint quovismodo. A. D. 1498. Hen. 7.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Subditus alicujus Principis Principum prædictorum, qui passus fuerit Rapinam vel Spolium a Subdito alterius eorumdem, propriâ Auctoritate suâ propter hoc Spoliationem Prisas vel Districtiones Personarum vel Bonorum fecerit, eo Ipso cadat a Causa sua, & nichilominus secundùm Delicti exigentiam puniatur.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, quamquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sint modis & formâ ut supra, attamen non dicentur nec reputabuntur omnino generales, nec Se extendunt ad Dominium de Lorne in Regno Scotiæ, nec ad Insulam de Londey in Regno Angliæ, sed Dominium & Insula prædicta intelligentur nullo modo in hiis Guerrarum Abstinentiis comprehensa.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd in præsentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis comprehendantur Amici, Confœderati & Alligati utriúsque Principis si comprehendi voluerint, & eorum Regna ac Dominia, & super hoc Animos suos declaraverint & idem desideraverint infra Sex Menses proximò ex nunc sequentes.

Et specialiter, pro Parte *Regis Angliæ*,

Imperator,
Rex Romanorum,
Rex Karolus Franciæ,
Reges Hispaniarum Portugaliæ & Neapolis,
Austriæ, Burgundiæ, Venetiarum, Mediolani, Ferrariæ, Sabaudi, Duces,
Necnon *Societas Mercatorum Hanzæ Theutonicæ*.

Et pro parte *Regis Scotiæ*,
Karolus Rex Franciæ,
Johannes Rex Daciæ,
Rex Hispaniarum,
Rex Neapolis,
Rex Romanorum,
Archidux Austriæ & Burgundiæ,
Gildriæ & Mediolani & de Cleif Duces,

Quibus

A. D. 1498. Hen. 7. Quibus Mensibus lapsis, si nulla Notificatio hujusmodi facta fuerit Regibus prædictis, dicti Confœderati non intelliguntur in hiis Treugis comprehensi.

Et si dicti Reges dictos Confœderatos, comprehendi volentes, ut prædicitur, sub dictis Treugis, comprehendere noluerunt, ex tunc dictæ Treugæ nullius Roboris censeantur vel Momenti.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, si, eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliquid contra easdem vel aliquam Partem earumdem per Terram sive per Mare fieri vel attemptari contingat, per hoc tamen Guerrarum præsentes Abstinentiæ non erunt nec censebuntur Ruptæ Infirmatæ vel Adnullatæ, sed nichilominus in suo Robore permanebunt, & Attemptata hujusmodi debitè Reformabuntur.

Item, Conventum & Conclusum est quòd utráque Partium prædictarum Publicari & Notificari faciet dictarum Guerrarum Abstinentias Subditis suis, in omnibus & singulis insignioribus Locis Marchiarum suarum, infra Octo Dies proximò sequentes post Datam Præsentium.

Et omnia alia, quæ inter Nos, Nomine Principum prædictorum, fuerunt Communicata, super quibus concordari non potuimus, Nos prædicti Commissarii differemus ad Serenissimos *Hispaniarum Regem & Reginam* Determinanda, secundùm formam Compromissi Principum prædictorum supradicto Oratori & Ambassiatori dati & dandi.

Item, ad majorem & efficaciorem præsentium Articulorum Observationem, Conventum & Conclusum est quòd Venerabiles & Discreti Viri præsentis Tractatûs Conservatores nominentur & deputentur; viz.

Pro Parte Illustrissimi *Regis Angliæ*,
Reverendi Patres,
Ricardus Dunolm.
Willielmus Carliolen.
Episcopi,
Ricardus Dominus de Nevill Miles,
Johannes Baro de Graystock,
Cristoforus Moresby Miles,
Et *Johannes Cartington* Armiger,
Pro Parte *Regis Scotorum*,
Reverendi Patres,
Willielmus Episcopus Abirdonensis,
Georgius Candedæ Casæ Episcopus,
Willielmus Dominus Borthvik,
Georgius Dominus Seyton,
Patricius Hume de Fastcastel Miles,
Et *Magister Ricardus Lauson*,
Qui quidem Deputati, ex utraque Parte supranominati, vel duo eorum, virtute præsentis Articuli, habeant plenam Potestatem ac omnimodam Jurisdictionem ad Reparandum Reformandum & Emendandum, ac Reparari Reformari & Emendari cogendum & compellendum omnia & singula Dampna & Attemptata Excessúsque facta & perpetrata, facienda, perpetranda, sive per Capitaneos aut Locumtenentes, eorumdémque Deputatos Marchiarum prædictarum, sive per Subditos utriúsque Principum prædictorum, si contra Tenorem præsentium Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum aliquid Actum, Gestum vel Attemptatum erit, nec non ad Multandum & Puniendum Capitaneos ac Locatenentes, & eorum Deputatos prædictos, ac etiam ad Incarcerandum & ultimo Supplicio Demandandum omnes & singulos Malefactores secundùm Casûs & Delictorum Exigentias,

Qui quidem Deputati, vel duo eorum, per Principes prædictos aut eorum aliquem, sive per Marchiarum Gardianos, aut eorum Locatenentes, Jussi vel Requisiti, sine quacúnque dilatione frustratoria, ad ea Loca se conferent in quibus melius & faciliùs hujusmodi Attemptationis Reparatio & Reformatio fieri possit.

Item, Conventum & Concordatum est quòd præsentes Conventiones & Conclusiones infra Duos Menses proximò sequentes post Datam Præsentium, per Literas Patentes utriúsque Regum prædictorum, magnis Sigillis suis sigillatas, Confirmabuntur & Ratificabuntur; quas quidem Literas Ratificatorias & Confirmatorias, ut præmittitur sigillatas, Uterque Principum prædictorum, infra dictos Duos Menses, hincinde tradet & deliberabit, aut tradi & deliberari faciet & procurabit.

Sequuntur Tenores Commissionum.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Dunolmensis* Custodis Privati sigilli nostri, *Willielmi Warham* Legum Doctoris ac Magistri sive Custodis Rotulorum nostrorum, & *Johannis Cartington* Armigeri, quamplurimùm confidentes,

Ipsos

A. D. 1498. Hen. 7. Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos, Legatos, & Nuncios speciales Fecimus, Assignavimus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe Consanguineo nostro *Jacobo Scotorum Rege*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, tàm de & super vera, firma, reali, & perpetua Pace atque Concordia, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, & Intelligentiis, & Confœderationibus imperpetuum, ad Vitam, seu ad minora Tempora, juxta eorum Discretiones, duraturis, ac de & super mutuo & amicabili Intercursu Mercium & Mercandisarum *inter Nos* & *dictum Consanguineum nostrum*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra atque sua, Subditos, Alligatos, Vassallos, Amicos, Confœderatos, & Adhærentes nostros atque suos quoscúmque, hincinde ineundis, percutiendis, pasciscendis, componendis, & habendis, ac Securitates, Cautiones, Promissa, Juramenta, Obligationes, & Literas Promittendi, Tradendi, & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram Præstandi, necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus Guerrarum, Querelis, Litibus, Attemptatis, & Demandis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, atque Connexis, quæ *inter Nos* & *præfatum Illustrissimum Principem*, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, & Adhærentes nostros & suos prædictos, hinc inde pendere dinoscuntur, Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Componendi, Concludendi, & Determinandi,

Novamque Dietam talibus Tempore & Loco, prout eis melius visum fuerit, & quatinus opus fuerit, Statuendi, Appunctuandi, & inibi de & super omnibus & singulis Præmissis & ab eis qualitercúmque dependentibus Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Concordandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi & Determinandi, cum Prorogatione Temporum, Dierum, & Locorum,

Præmissáque omnia & singula Firmandi, Roborandi, & Assecurandi, atque Juramentum in Animam nostram Præstandi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis, Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ cum *præfato Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, Legatis, & Nunciis antedictis, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces, pro Parte nostra, Tradendi & Deliberandi, Tradique per Nos nostróque Sigillo muniri & deliberari Promittendi, Literásque alias in hac parte validas & efficaces ex Parte nostra fieri Requirendi, Exigendi, Petendi, & Recipiendi, A. D. 1498. Hen. 7.

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula eaque qualitercúmque concernentia Faciendi, Exercendi, Exequendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula quæ per præfatos Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios nostros prædictos Appunctuata, Promissa, Conventa, Concordata, & Conclusa fuerint in hac Parte Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Novas aut Confirmatorias, Ratificatorias, & Approbatorias in forma debita & auctentica, prout opus fuerit daturos.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Quarto Die Mensis Julii, Anno Regni nostri Duodecimo.

Per ipsum Regem.

Jacobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum (viz.) Reverendi & Venerabilis in Christo Patris *Willielmi Abirdonensis Episcopi* nostri Secreti Sigilli Custodis, *Andreæ Forman* Prothonotarii Apostolici ac Prioris de Mayo, *Patricii Hume* de Fastcastell Militis, Magistri *Ricardi Lanson* Clerici

rici Generalis nostræ Justiciariæ quamplurimùm confidentes,

Ipsos & Duos eorum conjunctim nostros Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, ex avisamento & deliberatione nostri Concilii Fecimus, Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem nostris Commissariis, Deputatis, & Nunciis; & Duobus eorum conjunctim, nostram plenariam Potestatem & Mandatum speciale Conveniendi cum Commissariis, Deputatis, & Nunciis Excellentissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri *Henrici Regis Angliæ*, sufficientem Potestatem ab eodem habentibus, apud aliquem Locum aptum & congruum, prout nostris & suis Commissariis expedire videbitur,

Ac de & super Trengis Induciis & Guerrarum Abstinentiis, tàm per Terram quàm per Mare, ad Tempus longum vel breve, & super Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus, inter Nos & dictum Excellentissimum Principem Nostrique & ipsius Regna, Terras, Dominia, Ligeos, & Subditos hincinde Capiendis, Statuendis, & Firmandis, sub modis, formâ, & conditionibus, de quibus inter nostros & suos Commissarios conveniri & concordari poterit, Ineundis, Communicandi, Tractandi, & Appunctuandi,

Et super hujusmodi ac aliis & singulis, bonum Treugarum & Amicitiarum ac Confœderationum prædictarum & Observationem earumdem nostriq; Regni Rempublicam concernentibus, prout dictis nostris Commissariis meliùs expedire videbitur, Concordandi & finaliter Concludendi & Determinandi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Gerendi, & Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi Mandatum exigant magis speciale quàm Præsentibus est expressum;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum ac Stabile habituros totum & quicquid per dictos nostros Commissarios aut Duos eorum conjunctim, Actum, Factum, Tractatum, Appunctuatum, Concordatum, Conclusumve fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras sub Magno Sigillo nostro fieri fecimus Patentes, apud *Edinburgh*, Decimo septimo Die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, & Regni nostri Decimo.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Testimonium huic Parti INDENTURÆ, penes præfatum Illustrissimum *Scotiæ Regem* REMANSURÆ, Nos præfati, *Ricardus*, *Willielmus*, & *Johannes*, Commissarii dicti Principis Illustrissimi *Henrici Angliæ Regis* Domini nostri Metuendissimi superiùs memorati, Sigilla nostra apposuimus in Ecclesia Parochiali de Aytonn Sancti Andreæ Diœcesis, ultimo Die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, Regnique dicti Metuendissimi Regis nostri Duodecimo.

SCIATIS Nos *Willielmum* & *Petrum*, pro præfatis Potentissimis *Angliæ & Scotiæ Regibus* & eorum Nominibus, Convenisse, Concordâsse, & Conclusisse, & per Præsentes Convenire, Concordare, & Concludere ut sequitur.

INPRIMIS, Convenimus, Concordamus, & Concludimus quòd Capitulum, in prædicto Tractatu Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum, *per Septem Annos* inter dictos Serenissimos Principes dumtaxat duraturarum, per Commissarios præfatorum Principum, ut præmittitur, initum & conclusum, *ad Vitam utriusque Principis Principum prædictorum & eorum alterius diutius Viventis & ad unum Annum proximò post Obitum ultimi eorum Decedentis* continuetur, extendatur, & prorogetur,

Et Nos Commissarii prædicti præfatam Treugam Septennalem ac præfatum Terminum Septem Annorum ad Terminum Vitæ utriúsque Principis Principum prædictorum & eorum alterius diutius Viventis, & ad unum Annum post Obitum ultimi eorum Decedentis Continuamus, Extendimus, & Prorogamus.

Ita quòd ab hac Die inter dictos Principes, eorum Hæredes & Successores, Subditósque & Vasallos quoscúnque, Regna, Patrias, Terras, & Dominia, tàm per Terram, quàm per Mare & Aquas dulces, in omnibus & per omnia, sicut in prædicto Tractatu continetur, sit bona, vera, integra, & sincera Pax, Liga, & Amicitia duratura ad Terminum Vitæ utriusque Principis Principum prædictorum, & eorum alterius diutius Viventis, & ad unum Annum post Obitum ultimi eorum Decedentis.

ITEM, Nos Commissarii Principum prædictorum omnia & singula Capitula in dicto Tractatu Treugarum & Guerrarum

A. D. 1498. Hen. 7. rum Abstinentiarum & singula in eisdem, prout superius inseruntur, ad Terminum Vitæ Principum prædictorum & eorum alterius diutiùs Viventis, & ad unum Annum post Obitum ultimi eorum Decedentis Continuamus, Extendimus, & Prorogamus, omniáque & singula Capitula Præmissa ad Terminum *vitæ* utriusq; Principis Principum prædictorum & ad unum Annum post Mortem ultimi Decedentis plenum perfectum ac integrum Robur ac Efficaciam in omnibus & per omnia habere & fortiri per Præsentes Volumus, Convenimus, & Concludimus.

ITEM, Convenimus, Concordamus, & Concludimus quòd utérque Princeps Principum prædictorum tàm præsenrem Tractatum quàm etiam Tractatum de Data dicti ultimi Diei Mensis Septembris, & omnia & singula in eisdem superiùs, ut præmittitur, contenta, infra Tres Menses, proximò sequentes post Datam Præsentium, per Literas suas Patentes, Magnis Sigillis suis sigillatas, & propriis Manibus suis signatas, de novo Inibit, Innovabit, Roborabit, Confirmabit, & Ratificabit; Quas quidem Literas Innovatorias, Roboratorias, Confirmatorias, & Ratificatorias, ut præmittitur, sigillatas & signatas, utérque Principum prædictorum infra dictos Tres Menses hincinde Trader & Deliberabit, aut Tradi & Deliberari faciet & procurabit.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd Hæredes & Successores illius Principis Principum prædictorum, quem primum obire contigerit, post Mortem Principis sic, ut præmittitur, primò Decedentis, infra Tres Menses proximò & immediatè sequentes Obitum dicti Decedentis, Literas suas tàm Præsentium quàm omnium & singulorum Capitulorum in Tractatu prædicto & de Data prædicta comprehensorum conclusorum Ratificatorias ac Confirmatorias ac Magno Sigillo suo sigillatas alteri eorumdem Principum Hæredibus & Successoribus suis Tradent & Deliberabunt, Tradíve & Deliberari facient.

Sequuntur Tenores Commissionum,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Industriâ, & providâ Circumspectione, Dilecti & Fidelis Consiliarii nostri Magistri *Willielmi Warham* Legum Doctoris sive Clerici Rotulorum in Cancellaria nostra pleniùs confidentes,

Ipsum nostrum verum & indubitatum in hac parte Commissarium specialem Facimus & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eidem Potestatem & Auctoritatem, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustri Domino & Domino *Petro de Ayala*, Prothonotario Apostolico, Sereuissimorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* in Regnum Scotiæ Ambassiatore, ac *Jacobi Serenissimi Regis Scotorum* Carissimi Consanguinei nostri in hac Parte Commissario, & ab eodem Serenissimo Scotorum Rege sufficiens Mandatum ac Potestatem habente, de & super omnibus & singulis Capitulis Treugarum & Guerrarum Abstinentiis, per Commissarios nostros & Commissarios dicti Consanguinei nostri *inter Nos & dictum Consanguineum nostrum*, de Data apud Aytonn, ultimo Die Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, initis & conclusis, Communicandi & Tractandi, necnon illum Articulum, in Treugis prædictis, de Data prædicta, ad Septem Annos proximò & Immediatè sequentes se duntaxat extendentem, ac etiam omnia alia & singula Capitula dicti Tractatûs, pro Nobis & Nomine nostro, cum dicto *Domino nostro* ad Vitam nostram & præfati Consanguinei nostri ac alterius nostrûm diutiùs Viventis, & ad unum Annum post Obitum ultimi Decedentis Continuandi, Extendendi, & Prorogandi,

Promittentes Nos, Ratum, Gratum, & Firmum, & Stabile habituros totum & quicquid quod per prædictum Magistrum *Willielmum* Commissarium in Præmissis, & circa ea facta ac gesta erunt.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Primo Die Decembris, Anno Regni nostri Tertio decimo.

Jacobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm dudùm, contemplatione, favore, & intuitu Altissimorum Principum *Regis & Reginæ Hispaniarum*, mediantibusque ingenti Diligentiâ, Sedulitate, Laboribus, & providâ Circumspectione & Industriâ Magnifici & Nobilis Viri *Domini Petri de Ayala* Prothonotarii Apostolici eorum Ambassiatoris, Treugæ Guerrarum Abstinentiæ inter Nos & Excellentissimum Principem Fratrem & Consan-

A. D. 1498. Hen. 7. Consanguineum nostrum *Henricum Angliæ Regem* per nostros & suos Commissarios & dictum *Dominum Petrum*, easdem ad effectum Solicitantem, & Se utrique Parte fideliter & æquè gerentem, initæ, tractatæ, & conclusæ existunt,

In quarum Treugarum Tractatu & Conclusione nonnulla, super quibus *Nostri* & dicti Excellentissimi *Regis Angliæ Commissarii* concordari non potuerunt, prætatis Serenissimis *Hispaniarum Regi & Reginæ*, per Eos ad eorum Libitum & Voluntatem Declaranda & Determinanda, & nonnulla etiam alia dicto *Domino Prothonotario* & Ambassiatori eorum Nomine, per eum etiam Declaranda & Determinanda, prædicti Commissarii hinc inde remiserunt,

Quæ, ut intelligimus, non omnia dicti Serenissimi Principes nec dictus Prothonotarius Declarârunt nec Determinârunt, ad quorum igitur Determinationem, Declarationem per Præsentes Nos contentos esse, ut ea omnia, quæ *Nostri* & dicti Excellentissimi *Regis Angliæ Commissarii* in Manibus Serenissimorum Principum *Regis & Reginæ Hispaniarum*, & ad eorum Determinationem remiseruut, per suas Majestates & ad eorum Voluntatem & Arbitrium Determinentur,

Necnon, quia altâ mente conspeximus præfatum *Dominum Prothonotarium* & Ambassiatorem circa Præmissa & alia, ad Pacem & Concordiam *inter Nos* & dictum Excellentissimum *Angliæ Regem* habendas, quàm accuratè laborâsse & continuè laborare, declaramus ob id per Præsentes Nobis placere & Nos contentos esse, ut, cùm ipse apud eundem Excellentissimum Principem *Angliæ Regem* deveneri, si sibi ad *Nostri* & ipsius *Angliæ Regis* aut utriúsque nostrûm Regnorum Bonum & Utilitatem oportere & expedire videbitur, contemplatione & intuitu prædictorum Principum *Regis & Reginæ Hispaniarum*, possit & valeat declarare & determinare nonnullas Differentias ad eosdem Serenissimos Principes per Nostros & dicti Excellentissimi Principis Angliæ Regis Commissarios remissas,

Et similiter prorogare Terminum Treugarum initarum ad plures Annos aut ad Vitam, sicuti sibi *Domino Prothonotario* & Ambassiatori meliùs expedire videbitur,

Et Reliqua, quæ per eum Determinata non fuerint, ad Arbitrium & Determinationem prædictorum Principum *Regis & Reginæ Hispaniarum* remaneant; A. D. 1498. Hen. 7.

Promittentes Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile habituros totum & quicquid dicti Altissimi *Hispaniarum Rex & Regina* aut eorum Ambassiator prædictus in Præmissis & circa ea duxerint seu duxerit faciendum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras sub Magno Sigillo nostro prædicto *Domino Petro* Ambassiatori Principum prædictorum fieri jussimus Patentes, apud *Opidum nostrum Edinburgi*, Quarto Die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, & Regni nostri Decimo.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium ego prædictus *Willielmus Warham* Serenissimi *Angliæ Regis*, ut præmittitur, Commissarius Præsentibus Sigillum meum apposui ac Signo meo Manuali subsignavi.

Dat. *London. in Hospitio vocato la Horne in Gracious Strete*, Quinto Die Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, & Anno Regni dicti Serenissimi Regis Angliæ Tertio decimo.

Nos autem *Jacobus Scotorum Rex* antedictus omnia supradicta Capitula, Appunctuamenta, Conventiones, Concordias, & Conclusiones Ore Regio Inimus, Innovamus, Roboramus, Ratificamus, necnon Tenore Præsentium Confirmamus;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, quòd Nos ea omnia & singula, quantum ad Nos attinet, realiter & cum effectu observabimus & exequemur, ac exequi & observari faciemus, juxta vim, formam, & effectum eorumdem.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium has Literas nostras Patentes, Manu nostrâ subscriptas, Magni Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Datum apud *Sanctum Andream*, Decimo Die Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, & Regni nostri Decimo.

James Rex.

Sub Sigillo Magno Ceræ albæ a duplici cauda Pergamenæ pendente.

De

De Conventionibus, cum nuper *Carolo Franciæ* Appunctuatis, cum *Ludovico*, Principe moderno, Renovandis.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Franc. 13. H. 7. m. 2.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm inter Nostros & Illustrissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri, recolendæ memoriæ, *Regis Karoli Franciæ* Defuncti Ambassiatores & Oratores quædam Pax, Unio, Confœderatio, & Amicitia, pro Nobis & Nominibus nostris, atque pro Regnis, Terris, Dominiis, Patriis, Subditis, & Vassallis nostris & suis, *apud Stapulas supra Mare*, Die Tertiâ Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, sub certis modo & forma, advisata, facta fuerit, & conclusa,

Ac depost, eodem Anno supradicto, per Nos antedictos Principes, per Literas nostras Patentes, Magnis Sigillis nostris ac Manuum nostrarum Subscriptionibus hincinde munitas, ac Juramentis in Animas nostras utrimque præstitis Ratificatas, Approbatas, & Confirmatas,

Cúmque etiam prædicti Ambassiatores & Oratores ipsius nuper *Regis Karoli*, ob certas, imminentes, rationabiles, & probabiles Causas, per quoddam Scriptum Obligatorium, Sigillo & Manu suis signatum & munitum, Datum apud prædictas Stapulas supra Mare, dicto Tertio Die Novembris, & per ipsum *Regem Karolum* Die Sextadecimâ prædicti Mensis Novembris Anno supradicto per Literas suas Patentes, Manu suâ propriâ signatas, ac Magno Sigillo suo munitas, similiter Ratificatas, Confirmatas, & Approbatas, obligârunt præfatorum nuper *Regem Karolum*, Hæredes & Successores suos, ad certos Terminos & Locum, in ipsis Literis specificatos, solvere Nobis Hæredibus nostris certam Pecuniarum Summam in ipso Scripto Obligatorio designatam,

Cúmque præterea, pro securiori Firmitate & Observatione Pacis seu Amicitiæ, *inter Nos* & antedictum Consanguineum nostrum nuper *Regem Karolum*, nostros atque suos Hæredes & Successores, factæ & conclusæ, ultra Articulos in Tractatu dictæ Pacis specificatos, Conventum fuerit & Concordatum quòd, dictis Amicitiis durantibus, neuter Nostrûm dictorum Regum seu Hæredum nostrorum aliquibus Rebellibus sive Proditoribus, seu Rebelli sive Proditori alterius Nostrûm, qui in aliquem Locum Obedientiæ alterius Nostrûm declinarent sive declinaret, quoquo modo daret seu præstaret Auxilium, Consilium, Favorem, Subsidium, aut Assistentiam adversus alterum Nostrûm prædictorum Regum,

Quódque Successor Regis Præmorientis dictam Amicitiam & Pacem infra certum Terminum a Die Obitûs sui Prædecessoris tenebitur per suas Literas, Magno Sigillo suo sigillatas, Ratificare & Confirmare, dictámque Ratificationem & Confirmationem Regi Superstiti Notificare Transmittere & Deliberare, sicuti in Literis Patentibus nostrûm præfatorum Regum, Manibus & Sigillis nostris consignatis & subscriptis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, plenius liquet & continetur,

Insuper, ad obviandum Latrociniis Piraticis, inter Subditos utriúsque Nostrûm, in Fœdetum Præjudicium, retroactis temporibus, per Mare & Terram hincinde perpetratis, atque ad prospiciendum futuris & debitam Ablatorum Restitutionem consequendam, quædam alia Capitula Provisiones & Articuli inter nostros & præfati Consanguinei nostri, recolendæ memoriæ, *Regis Karoli* Ambassiatores sive Oratores *Boloniæ*, Vicesimâ quartâ Die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, advisata, concepta, & concordata fuerunt, quæ etiam postea per Literas Patentes utriúsque Nostrûm Confirmationis Robur acceperunt,

Et quia Illustrissimus & Serenissimus Frater & Consanguineus noster *Rex Lodowicus*, *Franciæ Princeps modernus*, ad hujusmodi Pacem, Unionem, sive Amicitiam, inter Nos, ac Regna, Terras, Patrias, Dominia, Subditos, & Vassallos utriúsque Nostrûm, Continuandam, Intertenendam, Observandam, & Confirmandam suos jampridem ad nos miserit Oratores & Ambassiatores,

Nos igitur,

Qui Pacis Vires novimus & quantum vera Pax & Amicitia Regnis, Civitatibus, ac Patriis profuerit,

Ea pro viribus cogitare & facere decrevimus, quæ ad Pacem cum Vicinis, & præsertim Christianæ Religionis Principibus, fovendam attinere videntur, maximè cum ipso prædicto Consanguineo

A. D. 1498. Hen. 7.

neo nostro *Lodowico*, cum quo proximiori Cognationis necessitudine conjuncti sumus,

De Fidelitatibus & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Caroli Somerseth* unius Militum & Confratrum Ordinis nostri Garterii Camerarii nostri, & *Thomæ Routhale* Decretorum Doctoris Sedis Apostolicæ Prothonotarii Capellani nostri, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Legatos, Procuratores, Oratores, Nuncios, Commissarios, & Deputatos speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum præfato Illustrissimo *Principe Fratre & Consanguineo nostro*, seu ejus Legato, Oratore, Procuratore, Deputato, & Nuncio, Legatis, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Deputatis, aut Nunciis, sufficientem Potestatem, Auctoritatem, ac Mandatum a præfato Illustrissimo Principe *Lodowico* ad hoc habenti vel habentibus, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, & ab eisdem Petendi, Exigendi, Requirendi, & Recipiendi Literas Approbatorias & Confirmatorias, Magno Sigillo ac Manu ipsius nunc Regis Consanguinei nostri Franciæ sigillatas & munitas, tàm de & super prædictâ Pace, Unione, Confœderatione, sive Amicitiâ *inter Nos* & prædictum nuper *Regem Karolum* advisatâ, factâ, & conclusâ, ac Juramentum ipsius Consanguinei nostri, pro firma & inviolabili Conservatione & Observantia Pacis, Unionis, Confœderationis, sive Amicitiæ antedictæ, ac omnium & singulorum Dependentium ab eadem, juxta vim, formam, & effectum Literarum *inter Nos* & *dictum Karolum* Consanguineum nostrum superinde factarum, Novas insuper atque consimilis Tenoris Literas Obligatorias super hujusmodi Pecuniarum Summis, Nobis Hæredibus & Successoribus nostris per ipsum nuper *Regem Karolum* Consanguineum nostrum debitis & modò a retro existentibus & nondum solutis, cum omnibus & singulis Cautionibus, Securitatibus, ac Submissionibus, in forma Obligationis Cameræ Apostolicæ, nobis per eundem *Consanguineum Karolum*, pro Complemento & fideli Observantia earumdem, factis, traditis, & deliberatis, quàm etiam alias Literas Confirmatorias prædicti Articuli de Rebellibus & Proditoribus ab alterutro nostrûm dictorum Principum non Recipiendis, unà cum aliis Clausulis & Provisionibus, prout eisdem Commissariis nostris & suis oportunum visum fuerit, addendis, necnon quòd omnia & singula Articuli & Capitula, pro Reformatione Piratarum, Spoliationum, Deprædationum, & aliarum Enormitatum supra Mare factarum, *apud Boloniam* novissimè concepta & conclusa, de novo Confirmentur ac debitè Executioni demandentur, quódque alia Nova Capitula & Articuli, prout eis visum fuerit oportunum, pro ulteriori & meliori Reformatione Præmissorum, de Novo superinde Conveniendi, Componendi, & Concludendi,

Universáque & singula, quæ inter Nos Principes prædictos nostrósque & dicti Fratris nostri & Consanguinei Regis Moderni Commissarios, Procuratores, & Oratores conventa, conclusa, concordata, pacta, sive transacta fuerint, per Fidei interpositionem & Juramenti in Animam nostram præstationem, ac aliis Viis, Modis, & Mediis prout eis meliùs visum fuerit Roborandi & Assecurandi,

Ac etiam a præfato Principe *Lodowico*, ejúsve Legatis, Procuratoribus, Oratoribus, Nunciis, sive Deputatis sufficienti Auctoritate fulsitis, quodcúmque Juramentum licitum, in Animam ejusdem Principis præstandum, Nomine nostro Exigendi, Petendi, & Recipiendi,

Ac de & super omnibus & singulis Præmissis & Dependentiis ab eisdem omnes & omnimodas Securitates, Cautiones, Promissa, ac Literas sigillatas Nomine nostro, Hæredum & Successorum nostrorum, Concedendi, Faciendi, Liberandi, & Tradendi, consimiliáque Cautiones, Promissa, Obligationes, ac Literas validas & efficaces a b *eodem Consanguineo nostro*, seu ejus Legatis, Procuratoribus, Oratoribus, Nunciis, sive Deputatis, Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Cæteráque omnia & singula, quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendi, Expediendi, & Perimplendi, ac debitè Executioni Demandandi, etiam si majora sint & Mandatum de se magis exigant speciale, & quæ Nosmetipsi faceremus seu facere possemus si personaliter interessemus;

Promittentes, bonâ Fide &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Junii.

Pro

a

A.D. 1498. Hen. 7. A.D. 1498. Hen. 7.

Pro Ludovico Franciæ, super Solutionibus faciendis, de Recipiendo & Acquietando.

A.D. 1498. An. 13. H. 7. Franc. 13. H. 7. m. 1.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, *inter Nos* &, perhennis memoriæ, *Regis Karoli, dudùm Gallorum Principis*, Commissarios, Procuratores, Oratores, Deputatos, & Nuncios, inter cætera, Conventum, Concordatum, Appunctuatum, & Conclusum fuerat quòd idem nuper *Rex Karolus* solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, Nobis & Hæredibus nostris, seu nostris Deputatis vel dictorum Hæredum nostrorum Deputato vel Deputatis, Summam *Septingentarum Quadraginta & quinque Milium Coronarum Auri*,

Quam quidem Summam *Septingentarum Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri* præfatus nuper *Rex Karolus* Confessus fuerit & Declaraverit, Seque & Hæredes atque Successores suos per Literas suas Nomine suo signatas Obligaverit, & pro Se & dictis Hæredibus atque Successoribus suis Consentiit & Promisit solvere & deliberare, solvive & deliberari facere, Nobis & Hæredibus nostris, seu nostris Deputatis, seu dictorum Hæredum nostrorum Deputato seu Deputatis, sub modo & formâ sequentibus; videlicet,

Quod idem nuper *Rex Karolus* solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, suique Hæredes & Successores solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Hæredibus nostrisve Deputatis seu dictorum Hæredum nostrorum Deputato vel Deputatis, in Villa nostra Calesii, Die Primo Mensis Maii extunc proximò sequente, *Viginti & Quinque Milia Francorum in Coronis Auri*, unoquóque *Franco valente Viginti Solidos Turonenses secundum Cursum & Æstimationem quam tunc habuerunt*,

Et Primo Die Mensis Novembris tunc proximò futuro *consimilia Viginti Quinque Milia Francorum in Coronis Auri*, in prædicta Villa nostra Calesii,

Et sic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, idem nuper *Rex Karolus* solveret & deliberaret, Solvive & Deliberari faceret, suique Hæredes & Successores Solverent & Deliberarent, Solvive & Deliberari facerent, Nobis & dictis Hæredibus nostris, aut nostris seu dictorum Hæredum nostrorum Deputato vel Deputatis, Loco & Terminis antedictis, donec & quousque dicta Summa *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* per ipsum nuper *Regem Karolum Gallorum Principem*, Hæredes & Successores suos, Nobis & Hæredibus nostris, ut prædictum est, plenè & integrè Soluta & Contenta foret,

Et quia Prima Dies Mensis Maii ultimò præterita fuit *Undecimus Terminus Solutionis antedictæ* (videlicet) Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Octavo, in qua Summa *Viginti & quinque Millium Francorum in Coronis Auri*, in prædicta Villa nostra Calesii, ut præmittitur, solvi debuisset & adhuc remanet Nobis non numerata neque soluta,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Ricardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis Villæ nostræ Calesii, *Anthonii Broun* Militis Constabularii Castri nostri Calesii, *Nicholai Boughton* Thesaurarii Guerrarum Villæ nostræ Calesii, & *Radulphi Lathom*, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes Eisdem, Tribus, & Duobus, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis Illustrissimi Principis Regis Fratris & Consanguinei nostri *Regis Lodowici Franciæ*, apud dictam Villam nostram Calesii, Nomine nostro, Tractandi & Communicandi, & ab ipsis dictam Summam *Viginti & quinque Millium Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses, ut præmittitur, valente) Nobis dicto Primo Die Mensis Maii per ipsum *Gallorum Principem* debitam & solvendam, Recipiendi, & eorum Solutiones Acceptandi, ipsúmque

A. D. 1498. Hen. 7. ipsúmq; Sereniffimum *Lodovicum* Consanguineum nostrum & dictam Summam Solventes de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, atque Literas suas Acquietantiæ & Exonerationis eorumdem Conficiendi, ipsásque Literas atque nostras Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi, Magno Sigillo nostro sigillatas, præfatis Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis prædicti Fratris & Consanguinei nostri Nomine nostro ac suo Tradendi & Deliberandi,

Cæteraque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna; A. D. 1498. Hen. 7.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros totum & quicquid præfati Commissarii, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputati Nomine nostro fecerint in Præmissis, seu eorum aliquo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Julii.

Per ipsum Regem.

Confirmatio Pacis & Amicitiæ per Ludovicum Franciæ.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Ex Autogr.

LUdovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Cùm *Die Tertiâ Novembris*, *Anno Domini Millesimo*, *Quadringentesimo*, *Nonagesimo secundo*, APUD STAPULAS SUPRA MARE, inter Inclitæ Recordationis Deffuncti *Caroli Regis* Domini Fratris & Prædecessoris nostri Carissimi, ac Serenissimi *Angliæ Regis Henrici* Carissimi etiam Fratris & Consanguinei nostri Oratores, Procuratores, Ambassiatores, & Commissos fuerint contracta, conventa, tractata, & conclusa nonnulla Cappitula, Bonum Pacis, & Concordiæ utriúsque Regis & Regni concernentia,

Quorum Tenor sequitur, & est talis,

INPRIMIS, bonæ, sinceræ, firmæ, & perfectæ sint & inviolabiliter &c.

Quæ quidem Cappitula præinserta, omniaque & singula in eisdem contenta, per utrumque dictorum Dominorum Fratrum & Consanguineorum nostrorum Regnum fuere postea Ratifficata, Confirmata, & Approbata juxta eorum Formam & Tenorem,

Et quia per eadem Cappitula expressè Cavetur, quòd Successor Regis Præmorientis Amicitiam, Pacem, & omnia in dictis Cappitulis contenta, infra Annum a Die Obitûs dicti Regis Præmorientis computandum, teneretur per suas Patentes Litteras, Magno Sigillo suo sigillatas, Ratifficare & Confirmare, dictámque Ratifficationem & Confirmationem Regi Superstiti Notifficare, Transmittere, & Deliberare, A. D. 1498.

Hine est quòd Nos, qui ejusdem Fratris Domini & Prædecessoris nostri *Caroli Francorum Regis* Successores sumus, prædicta Cappitula, omniáque & singula in eisdem contenta, Laudavimus, Ratifficavimus, Confirmavimus, & Approbavimus, Tenóréque Præsentium de nostræ Regiæ Potestatis plenitudine Laudamus, Ratifficamus, Confirmamus, & Approbamus, inviolabilitérq; Observare, & à Subditis nostris Observari facere Promisimus & Promittimus.

In cujus Rei Testimonium Sigillum nostrum præsentibus Litteris duximus apponendum.

Datum *Parisius* Die Decimâ quartâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, & Regni nostri Primo.

Sigillo avulso.

Super Plicam,
PER REGEM, Vobis, *Archiepiscopo Rothomagensi*, *Domino de Gye* Marescallo Franciæ, & aliis Præsentibus.

AHERUOET.

Instru-

A. D. 1498. Hen. 7. A. D. 1498. Hen. 7.

Instrumentum super Forma Juramenti, per Ludovicum Franciæ præstiti, de observatione Pacis & Amicitiæ.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Ex Autogr.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Per hoc præsens Publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter & sit notum quòd, Anno ejusdem Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Indictione primâ, Mensis verò Julii Die Quartâ decimâ, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Alexandri*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Sexti* Anno sexto, Serenissimus & Illustrissimus Princeps & Dominus noster Dominus *Ludovicus*, Dei gratiâ, *Francorum Rex* Christianissimus, existens in Venerabili Ecclesiâ Parisiensi juxta Majus Altare ejusdem Ecclesiæ, Præsentibus ibidem, Reverendissimis in Christo Patribus & Dominis, Dominis, *Guillermo Archiepiscopo Remensi* Primo Franciæ Pari & Legato nato, & *Raymundo Episcopo Gureensi*, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Illustri Domino Domino *Duce de Nemours*, & Magnifico Domino Domino *Cancellario Franciæ*, ac Reverendissimis in Christo Patribus & Dominis Dominis *Rothomagensi Bituricensi* & *Aquensi* Archiepiscopis, necnon, Nobilibus & Potentibus Dominis Dominis *de Ligny*, *de Nevers*, *de Dunoys*, *de Ravestaing*, & *de Guyse*, Comitibus, Nobisque etiam subscriptis Notariis Publicis & Testibus superiùs & inferiùs scriptis ad infrascripta specialiter vocatis & rogatis, habens & tenens suis in Manibus quandam Pargameni Cedulam, inferiùs incorporatam, formam Juramenti in se continentem, tunc & ibidem publicè, distinctè, & apertè lectam, suâ sponte & liberâ voluntate Pacem & Amicitiam dudùm inter Serenissimum Principem & Dominum Dominum *Henricum Regem Angliæ* &, Recolendæ Memoriæ, Illustrissimum Principem & Dominum nostrum Dominum *Carolum Francorum Regem* Novissimum, pro se suisque Regnis, Dominiis, & Subditis, per Ambassiatores utriusque Regum apud Stapulas juxta Mare, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Secundo, Die Tertiâ Mensis Novembris factas & initas, Approbando, Laudando, & Confirmando; Eandem Pacem & Amicitiam inter Se & dictum *Regem Henricum* firmiter & inviolabiliter observandam juravit, ad Sancta Dei Evangelia super Canone Missæ, Scripturis Sacrosanctis corporaliter per eum manu tactis, etiam per Osculum & Tactum Sacratissimæ Crucis, & hoc in præsentiâ Nobilis & Potentis Domini Domini *Caroli de Sombreset* Militis Consiliarii & Cambellani ac Capitanei Guardiæ dicti *Henrici Angliæ Regis*, & Eminentis Scientiæ Viri Domini *Thomæ de Ratwthall* Decretorum Doctoris, sæpedicti Regis Angliæ Oratorum & Ambassiatorum, in formâ Juramenti sequentis,

A. D. 1498.

Nous Promettons sur nostre Honneur en Parolle de Roy, & Jurons sur le Canon de la Messe es Sanctes Evangilles par Nous presentement touchees, & sur le fast de la Vraye Craix, que touchans parellement, que Nous Entretiendrons & ferons Entretenir par noz Royaume, Paiis, Seigneuries, & Subgectz fermement & invialablement, le Traictie de Paix, Union, & Amitie, fait & conclud en la Ville d'Estaples, *le Tiers Jour de Navembre, l'An Mil, Quatre Cens, Quatre Vings & Dauze, par les Ambassadeurs & Orateurs Commis de Treshault & Trespuissant Prince nostre Trescher Frere & Cousin* le Roy Henry d'Engleterre, *& les Ambassadeurs de feu nostre Trescher Seigneur & Frere* le Roy Charles de France, *que Dieu absoille, dernier Decede, & oultre Ratiffions, Approvons, & avons Aggreables taus & chacuns les Poinctz & Articles, en tout leur effect & contenu qui sont plus a plain declairez en tous & chascuns les Traictez, Appendances, & Deppendances d'iceulx, faiz au dit Lieu d'Estaples, entre les diz Ambassadeurs, Datees du Date sus-dite; & Jurons comme devant iceulx & chascun d'eulx Garder, & inviolablement Tenir de Point en Point, sans a iceulx ne l'un d'eulx contre venir, ne aller a l'encontre en aucune maniere; & d'abondant Jurons, que de ce Jour en avant, Nous ferons bon Frere & Amy a nostre* dit Cousin d'Engleterre, *& Luy Aiderons & Assisterons a nostre loyal Povoir en tout ce que concernera le bien Estat & Seurete de sa Personne.*

De & super quibus Præmissis omnibus & singulis, Dominus *Carolus de Sombreset*, & Dominus *Thomas de Ratwthall*, Oratores & Ambassiatores prædicti, Vice & Nomine supradicti *Henrici Angliæ*

8 M Regis,

A. D. 1498. Hen. 7. *Regis* petiêrunt a oobis Notariis Publicis subscriptis, eis fieri atque tradi Publicum Instrumeotum, seu Publica Iostrumenta, unum vel plura.

Acta fuerunt hæc in jam dictâ Ecclesiâ Parisiensi, sub Aono, Iodictione, Mense, Die, & Pontificatu quibus supra.

Præsentibus,

Unà cum Revereodissimis *Dominis Cardinalibus*,
Duce de Nemours,
Archiepiscopis & *Comitibus* suprascriptis,
Reverendis in Christo Patribus & Dominis Dominis *Parisiensi*, *Andegavensi*, *Cabilonensi*, & *Constantiensi* Episcopis,
Ac Nobili & Potente Domino Domioo *Petro de Rohan* Marescallo Fraociæ de Gye vulgariter appellato,
Et *Rigaldo Doreilhe* dicti Domioi nostri Regis Magistro Domûs & suo Baillivo Carnotensi,
Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Johannes Rougeault *Subdiaconus de Paris*, *in Artibus Magister*, & *in Decretis Bacealarius*, *Publicus Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus Curiæque Vituricensis Notarius Juratus*, *Reverendissimique in Christo Patris & Domini Domini* Bituriceosis Archiepiscopi *prædicti Notarius & Secretarius*, *quia dùm Præmissa omnia & singula dicerentur & fierent*, *cum Notario subscripto*, & *Testibus suprascriptis præsens extiti*, *idcirco hic me subscripsi & signavi requisitus & rogatus*. A. D. 1498. Hen. 7.

J. Rougeault.

Et ego Reginaldus Sohier *Presbiter Aurelianensis Diœcesis in Decretis Baccalarius*, *Publicus Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus*, *ac Venerabili Curiæ Parisiensis Notarius*, *quia in præstatione Juramenti*, *cæterisque Præmissis omnibus & singulis*, *dùm sic*, *ut suprascribuntur*, *dicerentur*, *promitterentur*, *agerentur*, & *fierent*, *unà cum Notario Publico*, & *Testibus suprascriptis præsens interfui*, *eaque omnia & singula sic fieri vidi*, *scivi*, & *audivi*, *ac in Notam sumpsi*: *Ideo hoc præsens Publicum Instrumentum*, *Manu meâ scriptum*, *Signo & Subscriptione meis solitis & consuetis signavi*, *in Præmissorum omnium & singulorum Robur & Testimonium requisitus atque rogatus*.

R. Sohier.

Appunctuamenta super Solutionibus faciendis.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Franc. 13. H. 7. m. 2.

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm dudùm, claræ Memoriæ, Carissimus Dominus Frater & Prædecessor noster *Rex Carolus* (quem Deus absolvat) voleos Adimplere & Executioni debitæ Demaodari ea quæ Promissa & Cooclusa fueraot per Tractatom Pacis & Amicitiarum, inter certos Ambassiatores & Commissarios suos, Parte ex una, & Ambassiatores & Commissarios Carissimi Fratris & Consanguinei oostri *Henrici Angliæ Regis*, Parte ex altera, *apud Stapulas prope Mare*, factum & Conclusum in hac forma; videlicet,

Quod,

Pro Acquietameoto & Redemptione Obligationum, quas ipse Consanguineus noster habebat & tenebat de Carissima & Dilectissima Consanguinea nostra *Anna de Britannia*, tunc Consorte, nunc verò Relictâ dicti Fratris nostri *Regis Caroli*, ante Matrimonium inter eos contractum, quibus Obligatioaibus dicta Consanguinea nostra promiserat solvere & restituere eidem *Angliæ Regi* & suis Hæredibus omnes & singulas Expensas ac Pecuniarum Summas, quas ipse *Rex Angliæ* exposuerat & exinde expositurus esset pro Stipendiis Armatorum & aliis Oneribus & Sumptibus, factis & fiendis pro Excercitibus Succursu & Subsedio, per dictum Fratrem nostrum *Angliæ Regem* diversis Vicibus antedictæ Consorti suæ ac Subditis de Britannia, tuoc suam Partem tenentibus, missis & traditis, A. D. 1498.

Et etiam pro Acquietamento seu Redemptione Obligationum, quas Defunctus *Edwardus Rex Angliæ* habuerat per Tractatum *Picquigni* a quondam *Ludovico Rege* Progenitore dicti Fratris nostri *Regis Caroli* etiam Prædecessore nostro, & pro Arreragiis Quinque Terminorum, ad Sommam *Centum & Vigin-*

5 ti

A. D. 1498. Hen. 7. *ti Quinque Milium Coronarum Auri* ascendentibus,

Ipse Frater noster *Rex Carolus*, suique Hæredes, Solverent aut Solvi facerent dicto Carissimo Fratri & Consanguineo nostro *Henrico Regi Angliæ*, & ejus Hæredibus, *Septingenta & Quadraginta Quinque Milia Coranarum Auri* (unaquaque Corona valente Triginta Quinque Solidos Turonenses) in Terminis Modo & Formâ in Literis dictorum Suorum Ambassiatorum latiùs contentis & expressis, per suas Patentes Literas, Manu suâ Signatas, Datas *Ambasiæ* xiii. Die Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Secundo, & Regni sui Decimo, Confessus fuerit, Declaraverit, Seque & Hæredes suos Nomine suo Obligaverit, ac pro Se & eisdem suis Hæredibus Concluserit & Promiserit, solvere & deliberare seu solvi & deliberari facere, dicto Carissimo Fratri & Consanguineo nostro *Henrico Regi Angliæ*, & ejus Hæredibus, seu ipsius aut ipsorum Deputatoaut Deputatis, dictam Summam *Septingentarum & Quadraginta Quinque Milium Coronarum* prædicti valoris Monetæ in Regno Franciæ tunc Cursum habentis, sub modo & formâ sequentibus; videlicet,

In Villa Calesiæ, Die Primo Mensis Maii tunc proximò futuro, *Viginti Quinque Millia Francorum in Coronis Auri* valoris supradicti, unoquoque Franco valente Viginti Solidos Turonenses,

Et Primo Die Mensis Novembris extunc etiam proximò sequente *Viginti Quinque Milia Francorum in Coronis Auri* valoris antedicti,

Et sic, de Anno in Annum & de Termino in Terminum, ipse Dominus Fraterque *Rex Carolus* & sui Hæredes solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, dicto Consanguineo nostro Carissimo *Regi Angliæ*, & ejus Hæredibus, aut ejus seu eorum Deputato seu Deputatis, Loco & Terminis prædictis, donec & quousque dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta Quinque Milium Coronarum Auri* plenè & integrè soluta & contenta foret, prout in dictis Literis pleniùs continetur,

Et deinde dictus Dominus & Frater noster *Rex Carolus*, ad Executionem Præmissorum supradictorum ritè procedens, solvi & deliberari fecerit Annuatim prædicto Fratri & Consanguineo nostro *Regi Angliæ* seu Deputato ab eo Summam *Quinquaginta Milium Francorum in Coronis Auri* valoris antedicti, ac in Terminis & Locis ut supra præfixis, prout per Quietantias ac Recognitiones de super habitas latiùs apparet,

A. D. 1498. Hen. 7.

NOTUM FACIMUS quòd Nos,

Qui, post Obitum dicti Domini & Fratris Prædecessorisque nostri *Caroli Regis*, ad Regnum & Coronam Franciæ hæreditariâ Successione venimus,

Cupientes, tanquam Hæres suus, Debitis suis satisfacere, Promissáque per eum, ut prædicitur, ad unguem complere,

Ob Causas antedictas & alias Considerationes in hac parte nos moventes,

Deductis priùs & defalcatis de prædicta *Summa Septingentarum Milium Coronarum Auri* omnibus & singulis Summis & Solutionibus, per eundem Fratrem & Prædecessorem nostrum *Regem Carolum* antedicto Fratri & Consanguineo nostro Carissimo *Regi Angliæ* seu ejus Deputatis quolibet Anno factis & solutis, de quibus constat ut prædicitur,

Confitemur & declaramus, Nosque & Hæredes nostros, per Literas Patentes, Nomine nostro subsignatas, Obligamus, & pro Nobis ac dictis nostris Hæredibus Consentimus & Promittimus, Persolvere & Deliberare seu Persolvi & Deliberari facere Carissimo Fratri & Consaguineo nostro prædicto *Henrico Regi Angliæ*, & ejus Hæredibus, seu ipsius aut ipsorum Deputato aut Deputatis, totum Residuum & Restum dictæ Summæ *Septingentarum & Quadraginta Quinque Milium Coronarum* (unaquaque corona valoris Triginta quinque Solidorum Turonensium monetæ nunc in Regno nostro cursum habentis) secundùm quod inter præfatos Fratres nostros Conventum fuit, ipsúmque Residuum & Restum dictæ Summæ *Septemcentum & Quadraginta Quinque Mille Caronarum Auri* Nos & Hæredes nostros Solvemus & Deliberabimus, Solvive & Deliberari faciemus, eidem *Angliæ Regi*, & ejus Hæredibus, aut ejus seu eorum Deputato vel Deputatis, in Villa Calesiæ,

Die Primo Mensis Novembris proximò futuro, *Viginti Quinque Milia Francorum in Caronis Auri* valoris supradicti, unoquoque Franco valente viginti Solidos Turonenses,

Et Primo Die Mensis Maii extunc proximò sequente *Viginti quinque Milia Coronarum in Coronis Auri* valoris supradicti, in Villa Calisiæ,

Et sic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, Nos & Hæredes nostri solvemus & deliberabimus, solvive & deliberari faciemus, *dicto Consanguineo nostro*, & ejus Hæredibus, aut ejus

A. D. 1498. Hen. 7. ejus seu eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Terminis prædictis, donec & quousque dicta Summa *Septingentarum & quadraginta quinque Milium Coronarum Auri*, Æstimationis prædictæ, per Nos & Hæredes nostros præfato *Regi Angliæ* & Hæredibus suis, ut prædictum est, plenè & integrè soluta & contentata fuerit,

Ad quam quidem Solutionem, fideliter & firmiter sic, ut præmittitur, faciendam, Promittimus, Assignamus, & Obligamus, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos & Hæredes nostros, Regnum, Patrias, & Dominia, & Bona nostra præsentia & futura, singulos Subditos dictos nostros ac eorum Bona ubicúmque fuerint reperta,

Renunciantes, in hac parte, omni Privilegio, Cautelæ, Juris Beneficio, Exceptioni non Numeratæ Pecuniæ, & aliis Exceptionibus atque Defensionibus quibuscúmque,

Et ad omnium & singulorum Præmissorum securiorem Observantiam Obligamus Nos sub Pœnis Cameræ Apostolicæ, & per Obligationem de Nisi, & ultra ac citra Præmissa Rescriptum Apostolicum Sigillo Plumbeo munitum Sumptu & Expensis nostris impetrabimus & obtinebimus, ipsique Serenissimo *Regi Angliæ* vel ejus Hæredibus infra Decem & octo Menses Datam Præsentium proximò sequentes Deliberabimus Deliberarive realiter faciemus, A. D. 1498. Hen. 7.

Quæ omnia & singula Præmissa Sedis Apostolicæ Auctoritate Confirmabuntur, appositis Pœnis Interdicti in Regnum, Patrias, & Dominia nostra antedicta, atque Excommunicationis in Personam nostram, si & quatenos omnia & singola Præmissa, quantum Nos concernunt, ut præfertur, minimè conservaverimus & impleverimus.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium his præsentibus Literis nostris Patentibus Manu nostrâ subscriptis Sigillum nostrum Magnum fecimus apponi.

Datum *Parisius* Die Decimâ quartâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, & Regni nostri Primo.

Per Regem,
Dominis Cardinalibus, *Garciæ* ac *Remensi*,
Duce de Nemours,
Vobis Archiepiscopis,
Rothomagensi & *Bituriensi*,
Comite *de Liney*,
Episcopis,
Pariensi ac *Trecensi*,
Dominis,
De Gye Marescalio Franciæ,
De Bouthage,
Et aliis Præsentibus.

Instrumentum Submissionis pro Solutionibus prædictis.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Ibid. m. 3. Johannes, Miseratione Divinâ, *Episcopus Parisiensis* univerfis & singulis, præsentes Literas sive præsens Publicum Instrumentum inspecturis, Salutem in Domino.

Notum facimus quòd, Anno ejusdem Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Indictione Primâ, Mensis Julii Die Quartadecimâ, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Alexandri*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Sexti* Anno Sexto, in nostra & Notariorum Publicorum subscriptorum & Testium infrascriptorum ad hæc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia, Serenissimus & Illustrissimus Princeps & Dominus noster Dominus *Lodovicus*, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, in Ecclesia Parisiensi, juxta Majus Altare ejusdem, personaliter existens, ex sua Benignitate & spontanea Voluntate supposuit & submisit se, quoad Infrascripta, Nobis, *Johanni Episcopo Parisiensi*, nostrique ac Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Jurisdictioni Cohertioni & mero Examini, A. D. 1498. ipsámque nostram & Cameræ nostræ Apostolicæ prædictæ Jurisdictionem in eum quoad Infrascripta prorogavit adtunc & ibidem, coram nobis *Johanne Parisiensi Episcopo* Judice sic in ea parte competente ac pro Tribunali sedente, dictus Serenissimus Princeps *Ludovicus Francorum Rex* gratis sponte & ex ejus certa Scientia Recognovit & Confessus fuit, palàm & publicè, Se Hæredésque suos Teneri & per Pactum validum & solempne justè Obligari Illustrissimo Principi *Henrico*, eadem gratiâ, *Angliæ Regi* & ejus Hæredibus, ad Solvendum Eidem & ejus Hæredibus prædictis aut ejus seu eorum Deputato vel Deputatis, formâ loco & tempore infrascriptis, id quod restat Insolutum de Summa *Centum & Viginti quinque Milium Coronarum Auri* (unaquaque Corona valente Triginta quinque Solidos Turonenses Monetæ jam currentis in Francia) pro

a Arre-

A. D. 1498. Hen. 7. Arreragiis debitis, Inclitæ Recordationis, *Edwardo* nuper *Angliæ Regi* ratione Obligationis sibi factæ per, Inclitæ Recordationis, Dominum *Ludovicum nuper Francorum Regem*,

Et insuper ad Solvendum *eidem Regi Henrico* & Hæredibus suis, aut ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, pro Expensis, per *eundem Regem Henricum* factis, pro Defensione *Dominæ Annæ de Britannia*, Relictæ, Inclitæ Recordationis, *Domini Caroli* nuper & novissimi *Franciæ Regis*, & Patriæ Britanniæ, id quod restat Insolutum de Summa *Sexcentarum & Viginti Millium Coronarum Auri* modo & formâ sequentibus; videlicet,

Dictus Dominus noster *Rex Ludovicus Francorum Rex*, pro Causis supradictis & aliis Considerationibus ipsum moventibus, promittit Se suósque Hæredes Solvere & Deliberare, Solvive & Deliberari facere *Regi Angliæ supradicto*, & ejus Hæredibus aut ejus seu eorum Deputato vel Deputatis, in Opido Calesii, Primo Die Mensis Novembris proximò futuro, *Viginti quinque Milia Francorum in Coronis Auri* Valoris supradicti, unoquoque Franco valente Viginti Solidos Turonenses,

Et Primo Die Mensis Maii extunc proximò sequente *Viginti quinque Milia Francorum in Coronis Auri*, Valoris supradicti, in loco supradicto,

Et sic de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, Solvet & Deliberabit, Solvive & Deliberari faciet *eidem Regi Angliæ* & ejus Hæredibus prædictis, seu ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus antedictis, donec & quousque integra Summa *Septingentarum & quadraginta quinque Milium Coronarum Auri*, ex Causis supradictis dicto Consanguineo suo *Henrico Regi Angliæ* debita, eidem & suis Hæredibus, aut ejus seu eorum Deputato vel Deputatis per Ipsum seu Hæredes suos prædictos plenè & integrè persoluta & contentata fuerit, sub omnibus Pœnis Ecclesiasticis & Obligationis Cameræ Apostolicæ, formam cujus hic habere vult pro inserta,

Renunciando in ea parte omni Privilegio Cautelæ ac Juris Beneficio sibi competenti aut competituro, omnibúsque aliis & singulis Exceptionibus, Cavilationibus, & Cautelis, quibus mediantibus contra Præmissa vel eorum aliqua ipse *Ludovicus Rex* facere, dicere, venire, aut Se quovis modo tueri possit,

Insuper, Requisivit Nos *Johannem Episcopum Parisiensem* antedictum tunc & ibidem in Eum Sententiam Excommunicationis Fulminare exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, nisi annuatim sic, ut prædicitur, *ipsi Regi Angliæ* ejúsve Hæredibus, seu ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus antedictis, Solverit Solvive faceret Summam *Quinquaginta Millium Francorum in Coronis Auri*, Valoris supradicti, donec & quousque ex Causis prædictis dicta Summa *Septingentarum & quadraginta quinque Millium Coronarum Auri* Valoris supradicti per Ipsum & Hæredes suos *præfato Regi Angliæ* & Hæredibus suis plenè & integrè persoluta fuerit, A. D. 1498. Hen. 7.

Nos igitur *Johannes Episcopus* antedictus, Deum præ oculis habentes, & pro Tribunali sedentes, visis & auditis prædictis Confessatis, præfatum Dominum nostrum *Regem Ludovicum* & eidem injunximus, Tenore Præsentium, monemus & injungimus quatenus annuatim & singulis Annis Solvat solvive faciat in Coronis Auri eidem *Regi Angliæ*, & ejus Hæredibus, seu ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus antedictis, in Coronis Auri Æstimationis prædictæ, Summam *Quinquaginta Milium Francorum* Valoris supradicti, donec & quousque dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri*, Valoris supradicti, ex Causis supradictis, eidem *Regi Angliæ* debita, Eidem, & ejus Hæredibus, per præfatum Dominum nostrum *Regem Ludovicum* & ejus Hæredes plenè & integrè persoluta & contenta fuerit, juxta & secundùm Conventiones inter Inclitæ Recordationis, *Carolum Regem Francorum* & præfatum *Regem Angliæ* conclusas; Et hoc sub Pœna Excommunicationis,

Quam quidem Sententiam Excommunicationis Nos *Johannes Episcopus* in eundem Dominum nostrum *Regem Francorum* exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc Ferimus & Promulgamus in hiis Scriptis, nisi præfato *Regi Angliæ* aut ejus Hæredibus seu ejus vel eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Temporibus antedictis, ut præmittitur, solverit solvive fecerit annuatim in Coronis Auri *Quinquaginta Milia Francorum Monetæ jam Currentis in Francia*, Valoris supradicti, ac donec & quousque id quod de dicta *Septingentarum Quadraginta quinque Milium Coronarum Auri* Summa adhuc restat Insolutum ex Causis prædictis, ut præmittitur, eidem *Henrico Angliæ Regi*, aut ejus Hæredibus, vel ejus seu eorum Deputato vel Deputatis, per præfatum Dominum nostrum *Regem Ludovicum* plenè & integrè perso-

A. D. 1498. Hen. 7.

persoluta fuerit, ipsúmque sic Excommunicatum publicè Nunciari volumus, sicque fieri faciemus & mandabimus.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium Nos *Johannes Episcopus antedictus* præsentes Literas sive præsens Publicum Instrumentum fieri, & per Notarios Publicos subscribi mandavimus, Sigillique Jurisdictionis nostræ Episcopalis Parisiensis jussimus appensione communiri.

Dat. & Actum in *dicta Ecclesia Parisiensi*, sub Anno, Indictione, Mense, Die, & Pontificatu quibus supra; Præsentibus ad hæc, Reverendissimis in Christo Patribus & Dominis, Domino Domino *Guillermo Archiepiscopo & Duce Remensi* Primo Franciæ Pari & Legato Nato, *Raymundo Episcopo Gurcensi*, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Illustri Domino *Duce de Nemors*, Magnificóque Viro Domino *Cancellario Franciæ*, ac Reverendissimis in Christo Patribus & Dominis, Domino *Rothomagensi, Bituricensi, & Aquensi* Archiepiscopis, necnon Nobilibus & Potentibus Dominis *de Nevers*, *de Lign*, & *Dunoys*, *de Ravestang* & *de Guyse* Comitibus, Testibus ad Præmissa vocatis & rogatis, Præsentibus etiam Nobili & Potenti Domino Domino *Carolo de Sombreset* Milite Consiliario & Cambellano ac Capitaneo Guardiæ sæpedicti *Angliæ Regis*, ac Eminentis Scientiæ Viro Domino *Thoma de Routhall* Decretorum Doctore, Regis Angliæ Ambassiatoribus, & id quod supra dicitur fieri petentibus.

A. D. 1498. Hen. 7.

Et ego Johannes Rogeauls *Subdiaconus de Parisius in Artibus Magister & in Decretis Bacalarius Publicus Apostolicâ & Imperiali Auctoritatibus Curiæque Bituricensis Notarius Juratus ac Reverendissimi in Christo Patris Domini* Bituricensis Archiepiscopi prænominati *Secretarius, quia, dum Præmissa omnia & singula Promitterentur, Dicerentur, & Fierent, cum Notario subscripto & Testibus prænominatis, præsens interfui, idcircò hic me subscripsi & signavi requisitus & rogatus.*

Et ego Reginaldus Sohier Phr. *Aurelianensis Diœcesis in Decretis Bacallarius Publicus Apostolica & Imperiali Auctoritatibus ac Venerabilis Curiæ Parisiensis Notarius, quia in Præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut Suprascribuntur, Dicerentur, Agerentur, & Fierent atque Promitterentur, unà cum Notario Publico suprascripto & Testibus infrascriptis, præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi scivi, ac in Notam sumpsi, ex qua hoc præsens Publicum Instrumentum Manu meâ scriptum confeci, ideo dictum Publicum Instrumentum Signo & Subscriptione meis solitis, unà cum præfati Reverendi in Christo Patris* Domini Episcopi Parisiensis *Curiæ Episcopalis Sigilli appensione Signavi, in Fidem, Robur, & Testimonium omnium & singulorum supradictorum, requisitus atque rogatus.*

Confirmatio Tractatus contra Spolia Maritima & pro Deprædatoribus Cohercendis.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Ex Autogr.

LUdovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Cum, inter, Inclitæ Recordationis, *Caroli Regis* Domini Fratris & Prædecessoris nostri Carissimi, ac Serenissimi *Angliæ Regis Henrici* Dilectissimi etiam Fratris & Consanguinei nostri Oratores, nonnulla Capitula, pro Justitia eorum Subditis supra Mare ac Portus maritimos administrandâ & Piratarum Cohercendâ Sævitiâ tractata conclusáq;, postmodùm per eosdem Reges suis Litteris Patentibus (videlicet) per eundem Dominum & Fratrem nostrum *Carolum Regem* & præfatum *Angliæ Regem* Fratrem & Consanguineum nostrum Serenissimum, Approbata, Ratificatáque fuerint,

A. D. 1498.

Quorum forma sequitur,

Inprimis, ut dispendiosa Litium prorogatio Æquitatis compendio coartetur, & Judicia absque cujusvis Suspitionis scrupulo sincerè procedant, pro Pacificandis, Componendis, & Terminandis Controversiis & Querelis præteritis & jam natis, super quibus Lis nondum mota est coram aliquibus Judicibus, subest tamen actu materia & lis movenda speratur, in Relevamen Subditorum taliter Provisum, Conclusum, & Concordatum est,

Quòd per utriúsque Regni Principes deputabuntur in utróque Regno Judices in Civitatibus aut Oppidis utriúsque Regni, Locorum, Terrarum, & Domi-

A. D. 1498. Hen. 7.

niorum eorumdem Portubus propioribus, aut in Locis Maritimis Damnificatis commodioribus; in quibus tamen Spoliatores Piratæ aut Turba Navalis non dominentur: Qui quidem Judices Lites super quibuscunque Querelis jam natis coram eis proponendas & ventilandas summariè & de plano absque strepitu & figurâ Judicii intra certum & competentem Terminum pro Causarum & Negotiorum qualitate brevem, Annale tempus nullo modo excedentem, finali Sententiâ Decident atque Diffinient, tàm super Damnis & Spoliationibus, quàm Interesse Partium: Quorum Judicum Decreta Jussus & Sententiæ tàm Interlocutoriæ quàm Diffinitivæ incontinenti & indilatè per dictorum Principum Officiarios, etiam si opus fuerit Manum Militarem, Executioni demandabuntur, omni penitùs Appellationis Remedio sublato: Licebit tamen Partibus, per Sententias dictorum Judicum Se Gravatas prætendentibus, ad Suprema Concilia dictorum Principum aut alterius eorumdem pro Reformatione hujusmodi Gravaminis recurrere, præstitâ tamen per eum Cautione, qui illius Sententiæ petit Executionem, de eo Restituendo quòd per Sententiam obtinuit in eventum contrariæ Sententiæ: In quibus quidem Consiliis seu altero eorumdem dictæ Causæ infra Sex Menses, postea quàm Processus primorum Judicum ibidem fuerint introducti & recepti, finali Sententiâ terminabuntur.

Et quia difficile, aut prope impossibile erit, Spoliatorum Personas apprehenre aut Domicilia eorumdem Cognoscere, satis erit Illos citari sive adjornari in Portubus aut Oppidis suo Principi subjectis Loco ubi Damnum illatum est propioribus per Proclamationem generalem Præconis voce, personante Tubâ, & affixione Querelæ, aut aliter secundùm modum & formam Publici Edicti, in utroque Regno, Locis, Terris, & Dominiis eisdem Principibus subditis & subjectis fieri soliti & consueti; quæ quidem præconisatio Geminata competenti intervallo non minus Quindecim Dierum vim perhemptorii habebit, tenebuntúrque Judices Locorum Damnificatis seu eorum Procuratoribus postulantibus illam facere fieri ydoneè & dare factæ Præconizationis certificationem, quæ erit per omnia paris Auctoritatis Roboris & Effectûs, ac si Reus Ter super hoc personaliter Citatus fuisset.

Item, pro maturiore Decisione Causarum per Appellationes coram Judicibus suppremarum Curiarum pendentium, taliter Ordinatum & Conclusum est, quòd dicti Judices Lites hujusmodi, coram eis pendentes, si in ipsis fuerit in Causa conclusum, infra Semestre tempus Partibus instantibus finali Sententiâ determinent atque decident, quod si in ipsis minimè sit Conclusum ordinabuntur ad Partis Requisitionem Duo vel Tres Suppremarum Curiarum Consiliarii, qui Partes audient, Lites discutient, & instrui facient donec in Causa sit Conclusum: Cui Rei etiam certus Terminus (videlicet) Semestre tempus præfixum statutum & designatum est, & exinde infra alios Sex Menses per Judices ipsarum Suppremarum Curiarum finali Marte terminabuntur; Quod si factum non erit, extunc Causæ illæ ad Concilia dictorum Principum advocabuntur illic infra Sex Menses finaliter Terminandæ.

Item, pro Abreviatione Litium, coram Judicibus Inferioribus super Spoliationibus, Damnis, Injuriis, & Interesse pendentium, quas Damnificati conqueruntur supra modum in suum Dispendium protelatas, desperantes etiam ullum unquam Finem imponi, propter Appellationum & aliorum Incidentium multiplicitates, Ordinatum, Conclusum, & Concordatum est, quòd omnes hujusmodi Causæ, coram dictis Judicibus pendentes, ab eisdem exnunc prout extunc advocentur, & cum Processibus ad Judices, in Locis Maritimis constituendos, si hoc Actores maluerint, devolvantur & remittantur: Qui quidem Judices easdem Causas, modo & formâ in Primo Articulo expressis, & infra idem tempus decidere & determinare habent:

Et, nè inferiores Judices se difficiles reddant in transmittendo Processus coram eis habitos ad dictos Commissarios, Ordinatum est quòd præfati Judices, recusantes infra decem Dies, a tempore Requisitionis sibi per alterutrum Partium factæ numerandos, hujusmodi Processus, dictis Commissariis transmittendos, tradere, eo ipso Pœnam Triginta Marcarum Argenti Fisco Regio applicandarum incurrant: Et nichilominus, si forte in hiis Causis ipsi Judices posteà procedant, eorum invalidus & Irritus sit Processus, nisi expresso Consensu Partium, illic ubi cœptum est Judicium terminari optantium, dictorum Judicum Jurisdictio Prorogata fuerit:

Et quia opus est utriúsque Principis Subditos alteri Preces & Libellos supplicatorios porrigere, ut inde Rescripta Principalia obtineant, provisum est pro Commoditate Subditorum in utriusque Regis Consilio certos Consiliarios debere

A. D. 1498. Hen. 7. bere deputari, ad quos utriusque Regis Subditi sciant se in promptu aditum habere posse, & a quibus Sollicitatores de beneplacito Principis possunt certiores reddi.

Item, quoniam Damnificati conqueruntur in alterius Principis Regno, Locis, Terris, & Dominiis se parùm tutos fore dùm Jus suum prosequuntur, Provisum & Ordinatum est quòd Litigatoribus per ipsos Judices, in Locis Maritimis deputandos Auctoritate Regiâ, plena dabitur Securitas:

Et quia diversæ porrectæ sunt Querelæ super Spoliationibus, Damnis, & Injuriis in Præjudicium Fœderum antehac per Terram perpetratis & commissis, providebitur per Commissiones, Commissariis in Locis Maritimis deputandis destinandas, quòd ipsi Judices peræquè pari modo & infra idem tempus super hiis decidere & determinare poterint, quemadmodùm super Deprædationibus & Spoliationibus antehac in Mari commissis Cognoscere & Sententiare valeant.

Et, ut inposterùm Latrociniis Piraticis obvietur, ac sincera Pax firma inviolatáque Amicitia inter eosdem Principes eorúmque Subditos jugiter perseveret, Cautum prospectúmque est per utriúsque Principis Oratores ut sequitur,

Inprimis, quandocúnque aliqua Navis indigena exitura est ab aliquo Portu Regnorum Franciæ sive Angliæ, Terrarum, Locorum, aut Dominiorum eisdem Subditorum, Admiraldus, Viceadmiraldus, seu eorum Vices gerentes talis Portûs, Opidi, Villæ, aut Civitatis unde exitura est capient ydoneam Cautionem a Dominis, Cappitaneis, Excercitatoribus, Præfectis, Magistris, seu Bursariis Navis hujusmodi, ad Valorem Navis Apparatûs & Victualium ejusdem, quòd Excercitator, Magister, Marinarii, & Nautæ, ac omnes in ea Navi existentes servabunt Pacem erga quoscúnque Subditos alterius Principis, & nullam eisdem Injuriam, Damnum, seu Violentiam in Terrâ, Mari, Aquisve dulcibus, aut in Portu aliquo facient, inferent, aut inferri procurabunt.

Præterea, Præfecti, Magistri, Excercitores, & cæteri Præheminentiam in Navi habentes non suscipient aliquos Vectores, Nautas, aut Viros Militares, nisi priùs illos sisterint & exhibuerint coram Admiraldo, Viceadmiraldo, aut eorum Vices seu Officia gerentibus, qui illorum Nomina in Publico Registro super eo conficiendo scribi facient: Et, antequam Navis hujusmodi Portum egredi permittatur, omnes ibi Exeuntes & qui profecturi in ea sunt jurabunt solenniter coram dicto Domino Admiraldo, Viceadmiraldo, aut eorum Vices gerentibus se in Expeditinne illa, in quam profecturi sunt, Navigando, Eundo, Stando, aut Redeundo, nullum Damnum, Vim, Injuriam Facient, Inferent, aut Inferri procurabunt alterius Regis Subditis, Terris, & Dominiis sive per Terram, Mare, aut Aquas dulces: Simili quoque Juramento solenniter præstando promittent quòd de qualibet Prædâ Capturâ Manubiis sive Spoliis adducent Duos aut Tres Viros in captâ Navi præcipuum Locum obtinentes (ut Magistrum, Submagistrum, Patronum, aut hujusmodi condirionis) quos Admiraldo, Viceadmiraldo, aut eorum Officiariis exhibebunt, ut per eosdem aut eorum alterum debitè examinetur ubi super quibus & qualiter Navis sive Bona capta sint, nec facient aut fieri permittent aliquas Prædarum, Spoliorum, Mercium, aut Bonorum, per eos capiendorum, Divisiones, Partitiones, Traditiones, Permutationes, Alienationésve, priusquam Se, Viros captos, Bona & Merces integrè Dominis Admiraldo, Viceadmiraldo, aut eorum Vices gerentibus repræsentaverint, qui de illis disponi, si æquum putabunt, permitent, aliàs nichil hujusmodi permissuri. A. D. 1498. Hen. 7.

Item, jurabunt quòd, postquam reversi fuerint sive appulerint aliquem Portum dicti Regni unde exierint, cum suis Navibus Apparatibus & Spoliis, si quæ capturi sint, incontinenti & indilatè iidem reddent certiores Admiraldum, Viceadmiraldum, seu eorum Officiarios illius Portûs, a quo egressi sunt, de eorum Prædâ, Spoliis, Mercibus, & Bonis, sine quorum vel alterius eorum Officiariorum Decreto & Permissione non permittentur aliquid ex Mercibus Transferre, Permutare, Vendere, vel Alienare; ad quæ implenda & integrè observanda dictus Capitaneus, Magister, Submagister, Bursarii, Socii, & alii Præheminentiam in Navi habentes se Obligabunt, Satisdabunt, & Fidejubebunt per Corpora & Bona, unus pro aliis omnibus, qui unà profecturi in Navi sunt, de quibus Securitatibus & Cautionibus confici facient publicum Instrumentum, quod Admiraldo, Viceadmiraldo, aut eorum Officiariis tradent, ac simile ab eis capient, ut quocúnque delati fuerint inde abire liberè permittantur.

Item, tenebuntur dicti Capitanei, Magistri, Excercitatores, Socii, Bursarii, & alii Præheminentiam in Navi haben-

res

1498 tes [illegible] de [illegible] Conventionem ydoneam [illegible] inviolabiliter observandis, usque ad extirpationem [illegible] & Victualium [illegible] Praemissa [illegible] Quod [illegible] Admiraldus [illegible] qui Praeerit illi Loco & [illegible], unde aliqua Navis egressa fuerit, Cautionem & Juramentum praedicta [illegible] exigere [illegible] Casu suo [illegible] Nomine tenebitur Damnis [illegible] de omnibus D[illegible] & [illegible] per dictam Navem & [illegible] fuerint [illegible].

[illegible] Edicto Publico interdicetur sub [illegible] Incarcerationis Corporum & Confiscationis Bonorum, Mercatoribus aut [illegible] cujuscumque Status [illegible] Conditionisve existant, [illegible] emant Dono, Permutatione aut alio quovis Titulo seu Colore [illegible] Celent, Occultent, Teneant, Recipient aut hujusmodi fieri [illegible] aut permittant Merces aut [illegible] depraedatas, quaecúmque abducta Mari, antequam [illegible] Admiraldus, Viceadmiraldus aut eorum Vices gerentes [illegible] claraverint [illegible] & Capturam justas justi & legitimi [illegible].

ITEM, [illegible] Viceadmiraldus, & [illegible] Vices gerentes [illegible] infra Quadraginta Dies a Die Requisitionis [illegible] per Partem [illegible] computandos, exequi praedictam [illegible] de hujusmodi Spolio [illegible], contra Dominum, Possessorem, Magistrum, Exercitorem [illegible] Navis & eorum Fidejussores qui [illegible] Dominum intulerint: Quod si compertum sit Praedam ab aliquibus Regis Subditis, Terris, Regni, sive Dominiis [illegible] & ablatam [illegible] & sine [illegible] & figura Judicii Discutietur [illegible] Bona capta Damna & Interesse [illegible] Spoliatis jubebuntur, atque Sententia quae per Admiraldum, Viceadmiraldum, seu eorum Vices gerentes tàm contra Cappitaneos [illegible] Magistros, Socios, Bursarios, & alios [illegible] in Navi habentes [illegible], quam etiam contra Fidejussores juxta Tenorem Obligationum [illegible] praestitarum, & per Admiraldum, Viceadmiraldum vel eorum Officiarios [illegible] tinenti per eosdem Judices sive eorum alterum Executioni demandabitur; omni penitùs Appellationis Remedio sublato: [illegible], quamquam de facto Appellatum fuerit, tamen [illegible] Supremarum [illegible] neque per Inhibitiones seu [illegible] quovis quaesito colore se in hiis Causis impedient sive intromittent quod si secus per eos factum fuerit Irritum sit & Inane: Et, si per Interlocutorias di[illegible]

ctorum J[illegible] partes se gravatas prae- A. D. 1498. te[illegible], Judices nihilominus super Principali [illegible] que ad Sententiam diffinitivam [illegible] procedere poterunt; sed, si Sententia super Bonorum Restitutione se [illegible] Principali [illegible], illa Executioni demandabitur, Tractatum Pacis insequendo: Licebit tamen Parti, Praetendenti se praetextu hujusmodi Sententiae Gravatum, ad Suprema Concilia pro Reformatione hujusmodi Gravaminis recurrere; praestitâ tamen ab utraque parte Cautione, ab ea (videlicet) qui Sententiae Executionem obtinuit de Rebus obtentis per Sententiam restituendis in eventum contrariae Sententiae, a Supplicante verò de restituendis Expensis, Damnis, & Interesse si in Causa succubuerit; qui quidem Consilia infra Sex Menses postquam Processus Primorum Judicum illic introducuntur, finali Sententiâ terminabunt.

ITEM, Auctoritate Regiâ per Admiraldum, Viceadmiraldum, seu eorum Vices gerentes Litigatoribus, dùm Jus suum prosequuntur, plena dabitur Securitas.

ITEM, providebitur, per Literas Regias ad Admiraldum, Viceadmiraldum, & eorum Vices gerentes, taliter quod ipsi omnia & singula Praemissa Observabunt [illegible] Observari facient publicabunt [illegible] super his [illegible] Decreta [illegible] & Locis [illegible] utriusque Regni.

Nos [illegible] Praedecessoris nostri tamquam [illegible] Pacis & Amicitiae Vincula inter Nos & [illegible] Serenissimum Fratrem nostrum *Angliae Regem* non modo Confirmare sed [illegible] Roborare [illegible] habito Tractatu & Conclusione [illegible] Oratoribus [illegible] Potestatem habentibus, illa eadem Capitula Approbavimus, Ratificavimus, eaque pro Conclusis habuimus & habemus, & illa inviolabiliter necnon a Subditis nostris facere Observari Promisimus, cum Duobus aliis Capitulis illis [illegible] quae sequuntur.

ITEM, [illegible] Admiraldus & qui suas Vices ger[illegible] Semestre a tempore [illegible] Semestria [illegible]; quod si non fecerit praefato tempore ipso Causa, In eo Statu in quo erit, si [illegible] Actori placuerit, ad Concilium Majus [illegible] Principis evocabitur.

ITEM, quòd si contigerit a Sententia Admiraldi aut ejus Vicegerentis appellari, Appellatio ad praefatum Concilium Majus devolvetur, ubi praefata Causa Appellationis & etiam illa quae per negligentiam [illegible] evocaretur, ut in Casu praecedenti, [illegible] aliud Semestre terminabitur:

A. D. 1498. Hen. 7. bitur: Inhibebitque uterque Regum nè aliqua Curiarum Parlamenti de hujusmodi Causis & Negotiis Cognitionem ullo modo suscipiat.

In quorum Fidem & Testimonium Sigillum nostrum præsentibus Literis duximus apponendum.

Datum *Parisius* Die decimâ quartâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Regni verò nostri Primo. A. D. 1498 Hen. 7

Per Regem, Vobis, *Archiepiscopo Rothomagensi*, *Domino de Gye* Marescallo Franciæ, & aliis Præsentibus.

H[illegible]et.

Sub Sigillo Magno albo pendente a Cauda Pergamenæ.

Articulus de Rebellibus non Recipiendis.

A. D. 1498. An. 13. H. 7. Ex Autogr.

LUdovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis & singulis, præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Notum facimus quòd, pro securiore Firmitate & Observatione Pacis seu Amicitiæ nuper *inter Nos* & Carissimum Fratrem & Consanguineum nostrum *Henricum Angliæ Regem* factæ & conclusæ, Nos, ultra Articulos in Tractatu dictæ Pacis specificatos & per Nos ratificatos, Concordavimus & Conclusimus, ac per Præsentes Concordamus & Concludimus Articulum subsequentem; videlicet,

Quòd, dictis Amicitiis durantibus, neuter nostrûm Regum quovismodo Receptabit nec a Subditis suis eorum alter Receptari permittet aliquos Rebelles sive Proditores de Crimine Læsæ Majestatis suspectos & Transfugas ex Subditis alterius Nostrûm scelestam Factionem contra alterum Nostrûm machinantes, nec hujusmodi Rebellibus sive Proditoribus, Rebelli sive Proditori, qui in aliquem Locum Obedientiæ nostræ seu alterius Nostrûm declinaverint seu declinaverit, quoquomodo dabit seu præstabit Consilium, Auxilium, Favorem, Subsidium, aut Assistentiam, sed eum aut eos, infra Viginti Dies posteà quàm per Litteras alterius Nostrûm, cujus hujusmodi Rebelles aut Rebellis Subditi aut Subditus extiterint sive extiterit, alter ex Nobis requisitus fuerit, eum vel eos Litterarum hujusmodi Requisitionis Latori aut alii ad hoc in hujusmodi Litteris Nominato sive Deputato Tradet, Restituet, & Deliberabit, Tradive, Restitui, & Deliberari faciet; ita tamen quòd hujusmodi nostra Præscripta Declaratio sive Ordinatio non priùs Nos aut alterum Nostrûm astringet aut obliget quàm in Portubus & aliis Locis Maritimis utriúsque Regni publicata fuerit: quam Publicationem Nos & utérque Nostrûm intra Quadraginta Dies post Datam Præsentium faciemus & cum effectu utérque Nostrûm faciet. A. D. 1498

In cujus Rei Testimonium Litteris præsentibus, Manu nostrâ subscriptis, Sigillum nostrum Magnum fecimus apponi.

Datum *Parisius* Die Decimâ octavâ Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, & Regni nostri Primo.

Loys.

Per Regem vobis *Archiepiscopo Rothomagensi*, & aliis Præsentibus.

Notereau.

Sub Magno Sigillo pendente a Caudâ Pergamenæ.

Tractatus, contra Spolia Maritima, Confirmatio.

¶ ¶

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 29.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm, inter nostros & Inclytæ Recordationis *Regis Caroli nuper Franciæ* Oratores, [illegible] Capitula, pro Justitiâ Subditis [illegible] & suis [illegible] Mare ac Portus Maritimos [illegible] & Piratarum coercendâ sævitiâ, tractata nostrisque ac [illegible] Literis Patentibus approbata ratificatáque fuerint, A. D. 1498.

Ipsáque etiam Capitula jamdudúm per Oratores nostros sufficienti Auctoritate fulsitos, cum Serenissimo *Rege Lodowico Franciæ* moderno [illegible] Fratre & Consanguineo nostro de novo tractata & concordata fuerint,

Quorum Sententia sequitur & est talis,

IN-

A.D. 1498. An. 14. Hen. 7. INPRIMIS, ut dispendiosa Litium Prorogatio æq[illegible]is compendio coarcetur, & Judicia absque ci[illegible]jusvis suspicionis scrupulo sincerè procedant, pro pacifi[illegible]ndis, componendis, & terminandis Controversiis & Querelis præteritis & jam natis, super quibus Lis nondum mota est coram aliqu[illegible]bus Judicibus, subest tamen actu materia & Lis movenda spectatur, in relevamen Subditorum taliter provisum, conclusu[illegible], & concordatum est quòd,

Per utriusque Regni Principes deputabuntur, in utroque Regno, Judices in Civitatibus aut Opidis utriusq; Regni, Locorum Terrarum, & Dominiorum eo[illegible]ndem Portubus prioribus, aut in L[illegible] maritimis d[illegible]ificatis commodioribus,

In quibus tamen Spoliatores Piratæ aut Turba navalis &c. *prout supra (in Literis Ludovici) de An. 13. & 14. Die Julii.*

IN [illegible]ORUM FIDEM ET TESTIMONIUM Magnum Sigillum nostrum præsentibus Literis duximus apponendum.

Dat. apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, & Regni nostri Anno Quartodecimo.

Confirmatio Articuli de Rebellibus non Recipiendis.

A.D. 1498. An. 14. H. 7. Ibid.

REX, universis & sin[illegible]lis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

NOT[illegible]M FACIMU[illegible] quòd,

Pr[illegible] [illegible]ore Fi[illegible]itate & Observatione Pacis seu Amicitiæ [illegible]r inter Nos & carissimum Fratrem & C[illegible]sanguineum nostrum *Regem Lodowicum Franciæ* factæ & conclu[illegible]

Nos, ultra Artic[illegible] [illegible] Tractatu dictæ Pacis specificatos & per Nos ratificatos, Concordavimus & Conclusimus, ac per Præsentes Concordamus & Concludimus Articulum subsequentem; videlicet,

Quòd dictis Amicitiis durantibus, neuter nostrûm Regum quovis modo receptabit, &c. *prout supra de An. 13. 18. Die Julii.*

De Tractando cum Duce Burgundiæ.

A.D. 1498. An. 14. H. 7. Ibid. m. 17.

REX om[illegible]ibus, [illegible]d quos &c. Salutem.

S[illegible]iatis [illegible] N[illegible]s,

De Fidelitatibus, I[illegible]is, & providis Circumspe[illegible]s, D[illegible]orum & Fidelium Con[illegible]m no[illegible]m, Reverendi in C[illegible] Pa[illegible]is *Ricardi Roffensis Episcopi*, ne[illegible]n Di[illegible]ctorum ac Fidel[illegible] Con[illegible]ariorum n[illegible]rum, *Willielmi Warham* L[illegible] Doctoris Magi[illegible]ri sive C[illegible]torum Cancellariæ n[illegible]træ, *J[illegible]hannis [illegible]* M[illegible]itis, ac Magi[illegible]ri *Ricardi [illegible]* Juris Doct[illegible]is, [illegible] confidentes,

I[illegible] [illegible]os [illegible] indubitatos Co[illegible]ar[illegible]s, [illegible] Procuratores, & [illegible] A[illegible]mus Facimus, Constit[illegible]ous, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eis Quatuor, Tribus, aut [illegible] eorum plenariam Potestatem & A[illegible]ctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, Nomine nostro & pro Nobis, Regnis, Patriis, Terris, Dominiis, Subditis, & Vassallis nostris quibuscùmque, cum Carissimo Consanguineo nostro *Philippo Archiduce Austriæ Duce Burgundiæ, &c.* seu ejus Ambassiatoribus, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nun[illegible]is, Potestatem sufficientem ab eodem Consanguineo nostro habentibus, de & super quibuscúmque Commerciis, Exc[illegible]ne Comme[illegible]ium, ac mutuo & a[illegible]icabi[illegible] Intercursu Mercaudisarum, inter Nos Hæredes & Successores nostros, a[illegible]que Regna, Patrias, Terras, Dominia, & Loca nostra quæcúmque, Subditos, Vassallos, Confœderatos, Amicos, Alligatos, Faventes, & Adhærentes no[illegible]os & suos quoscúmque, Conveniendi, Appunctua[illegible]di, Cel[illegible]brandi, Componendi, Concordandi, & finaliter Concludendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, Dampni, Injuriis, Gravaminibus, & Demandis, ac injustis Detentionibus Mercium & Mercatorum alicujus Partium prædictarum, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, quæ *inter Nos* & præfatum *Consanguineum nostrum*, ac

A.D. 1498. Hen. 7. ac Regna, Patrias, Terras, Dominia, Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, Amicos, Faventes, & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde pendere dinosceuntur,

Necnon de & super omnibus & singulis Differentiis, Querelis, seu Quæstionibus quibuscúmque in Capitulis Amicitiarum & Mercium Intercursûs, inter Nos & dictum Consanguineum nostrum vel Commissarios nostros & Commissarios ipsius Consanguinei nostri ante hæc tempora initis & conclusis,

Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Exponendi, Interpretandi, Declarandi, & Concordandi, atque ea omnia & singula Componendi, Pacificandi, Appunctuandi, Reparandi, Reformandi, & plenariè ac integrè Determinandi & finaliter Concludendi, vel ad *aliam Dietam*, prout eis expediens visum fuerit & oportunum, Prorogandi & Continuandi,

Ac de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis Præmissa concernentibus, quæ cum præfatis Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, & Nunciis dicti Consanguinei nostri, Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Deliberandi, Literasque alias consimilis vigoris & effectûs ex altera Parte Petendi, Exigendi, & Recipiendi, A.D. 1498. Hen. 7.

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula qualitercúmque concernentia Faciendi, Exercendi, & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus si in Personâ nostrâ interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale,

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, & Deputatos nostros Appunctuata, Promissa, Concordata, Conventa, & Conclusa fuerint in hac Parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Confirmatorias daturos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quinto Die Augusti.

Pro Adhærentibus Michaeli Joseph & cuidam Idolo, Nomine Petro Warbek, de Gratia Regis.

A.D. 1498. An. 14. H. 7. Pat. 14. H. 7. p. 1. m. 18.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, Magistro *Thomæ Harrys* Clerico Capellano nostro, *Willielmo Hatclyff* Armigero Compotorum Hospitii nostri Clerico, & *Rogero Holand* Armigero, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus vestris quamplurimùm confidentes,

Assignavimus & Constituimus vos Commissarios & Deputatos nostros in Comitatibus nostris Devoniæ & Cornubiæ & singulis Partibus earumdem,

Dantes & Concedentes vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ad omnes & singulos Subditos nostros Comitatuum prædictorum, qui *Michaeli Joseph* Rebelli & Proditori nostro, aut *cuidam Idolo sive Simulacro Nomine* PETRO WARBEK, Infimi Statûs Viro, adhæserint, aut Consilium, Favorem, Auxilium, sive Assistentiam eis seu eorum alteri aliquo modo adhibuerint, & coram vobis sive aliis Commissariis in Partibus illis nuperrimè assignatis non comparuerint, & Se Gratiæ nostræ non submiserint, & superinde Gratiam & Pardonationem nostras non optinuerint, neque Fines suos pro rata & qualitate Delictorum suorum nobiscum Commissariisve nostris fecerint, aut alios quoscúmque qui fugerint & se retraxerint, & in eorum Malitia perstiterint & adhuc existunt, A.D. 1498.

Necnon omnes & singulas Personas, quæ aliqua Bona seu Catalla dictorum Subditorum nostrorum Delinquentium sive non Delinquentium ceperint, abduxerint, & detinuerint,

Coram vobis per publicas Proclamationes, infra Comitatus prædictos & in singulis Locis eorumdem faciendas, aut aliàs prout vobis melius visum fuerit, ad certos Dies & Loca, quos ad hoc provideritis, Evocandum & venire faciendum,

Ac ipsos & eorum quemlibet super hujusmodi Criminibus & Delictis suis diligenter Examinandum,

Ac eos omnes & singulos, qui se Gratiæ nostræ submittere & se Nobis dare voluerint, ad Gratiam nostram Accepiandum & Admittendum,

Ipsósque ad Fines & Redemptiones, Nobis pro Delictis suis solvendos, considerata

A. D. 1498. Hen. 7. siderata qualitate & quantitate Delictorum suorum, juxta sanas discretiones vestras, Limitandum & Assidendum,

Ac quascúmque Recognitiones, Securitates, Cautiones, Promissa, & Obligationes, tàm pro Solutione hujusmodi Finium Nobis fiendorum, quàm de Se versùs Nos benè Gerendo, ab ipsis & eorum quolibet Petendum & Exigendum, ac hujusmodi Recognitiones, Securitates, Cautiones, & Obligationes, cùm sic captæ fuerint, in Cancellariam nostram Mittendum & debitè Retornandum,

Necnon Fines & Redemptiones hujusmodi Requirendum, Levandum, & Recipiendum, ac ipsos & eorum quemlibet super omnibus & singulis Solutionibus debitè Acquietandum, ac Literas vestras Acquietantiæ superinde Deliberandum, quas tanquam nostras validas habere volumus:

Et insuper vobis, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus quibuscúmque Parochiis, Villatis, Constabulariatibus, Hamelettis, ac aliis quibuscúmque, qui vobis pro Pardonatione & Abolitione nostris habendis prosequi voluerint, hujusmodi Pardonationem & Abolitionem, pro rationabilibus Finibus suis Nobis solvendis, pro Nobis & Nomine nostro, Concedendi, & hujusmodi Pardonationis sive Abolitionis Literas, eis & eorum cuilibet, qui eas petere velint, per Nos sub Magno Sigillo nostro Dandas & Deliberandas, pro Nobis & Nomine nostro Promittendi,

Necnon omnes & singulos, quos in hac parte Disobedientes & coram vobis comparere, aut Fines suos pro Delictis suis facere recusantes inveneritis, ut Rebelles & Proditores nostros in singulis Locis infra Comitatus prædictos & eorum alterum publicè Proclamandi, Publicandi, & Declarandi, publicéve Proclamari & Declarari faciendi,

Ac Terras, Tenementa, Redditus, & Possessiones suas quascúmque, ac Bona & Catalla sua quæcúmque, ubicúmque, & in quorumcúmque Manibus fuerint, per Vicecomites, Escaetores, & alios Officiarios nostros Comitatuum prædictorum, aut alios pro Nobis & Nomine nostro Arestari, & in Manus nostras Seisiri faciendi,

Ac Corpora ipsorum Rebellium, sic Delinquentium, ubicúmque inveniri poterunt, Arestandi, & Prisonis nostris Committendi, ibidem, absque Cautione sive aliquâ aliâ Securitate, moraturos quousque pro ipsorum Deliberatione duxerimus aliter fore Ordinandum,

Et ideò vobis & cuilibet vestrûm Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta: A.D. 1498. Hen. 7.

Damus autem universis & singulis Dominis, Militibus, Proceribus, Majoribus, Vicecomitibus, Ballivis, Senescallis, Constabulariis, cæterisque Officiariis, Ministris, Fidelibus, Ligeis, & Subditis nostris quibuscúmque, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis & vestrûm cuilibet, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Faventes, & Auxiliantes in omnibus, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Maydeston* decimo tertio Die Septembris.

REX Dilecto & Fideli suo *Willielmo Hatclyff* Armigero Compotorum Hospitii nostri Clerico, Salutem.

Cùm Nos nuper, per Literas nostras Patentes, Assignaverimus & Constituerimus, Dilectos & Fideles nostros, *Thomam Darcy* Militem, Magistrum *Thomam Harys* Clericum Capellanum nostrum, & *Vos*, Deputatos & Commissarios nostros infra Comitatus nostros Devoniæ & Cornubiæ, ac in singulis Partibus eorumdem,

Dantes & Concedentes eisdem & vobis Potestatem & Auctoritatem omnes & singulos Subditos nostros Comitatuum prædictorum, qui *Michaeli Joseph* Proditori nostro, sive cuidam *Pet. Warbek* adhæserint, aut Consilium sive Assistentiam eis seu eorum alteri aliquo modo adhibuerint, & coram Nobis sive aliis Commissariis in Partibus illis nuperimè assignatis non comparuerint, & se Gratiæ nostræ non submiserint, ad certos Dies & Loca, coram vobis ac *Thoma* & *Thoma* antedictis evocandum & venire faciendum,

Ac ipsos de & super Criminibus & Excessibus suis Examinandum,

Ipsósque ad Fines suos Recipiendum,

Hujusmodíque Fines, consideratâ qualitate Delictorum suorum, eis Limitandum, Assignandum, & Assidendum,

Et ad cætera alia, in dictis Literis nostris Patentibus specificata, Faciendum & Exequendum, prout in eisdem Literis latiùs apparet,

Hinc est quòd Nos,

Omnes & singulos Fines & Redemptiones, per dictos nuper Commissarios & vos ex causa prædicta Assessos sive Limitatos, ac jam quovis modo Nobis debitos seu imposterùm debendos, per

A. D. 1498. Hen. 7.

vos levari & nobis inde fideliter responderi volentes,

De Fidelitate & Circumspectione vestrâ quamplurimùm confidentes,

Assignavimus & Deputavimus vos Commissarium & Receptorem nostrum in hac Parte infra Comitatus prædictos,

Ac vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Damus & Committimus, tàm omnes & singulas Denariorum Summas, Nobis pro Finibus & Redemptionibus dictorum Subditorum nostrorum, ut præmittitur, Delinquentium, Assessas sive Limitatas, ac jam Nobis debitas ac imposterùm debendas & solvendas, quàm omnia & singula Bona, Exitus, Reventiones, & Proficua, nobis provenientia & crescentia, aut provenire & crescere debentia de quibuscúmque Terris, Tenementis, Redditibus, Possessionibus, Bonis, & Catallis, Nobis per nonnullos Rebelles & Proditores nostros, qui contra Nos in *Plano Campo* Interfecti fuerunt, vel qui coram Justiciariis nostris ad hoc assignatis Morti fuerunt adjudicati, necnon per alios Rebelles qui Fugerunt, & Se Gratiæ nostræ adhuc non submiserunt, set impræsentiarum in eorum Malitia persteterint, Forisfactis, pro Nobis & Nomine nostro, de tempore in tempus, Petendi, Levandi, Colligendi, & Recipiendi,

Ac Indenturas, super hujusmodi per vos Receptis, inter vos & singulas Personas, dictas Summas, pro dictis Finibus ac pro Exitibus, Reventionibus, & Proficuis prædictis, vobis solventes, Mentionem de singulis suis Solutionibus facientes & testificantes, Conficiendi,

Mandamus insuper vobis quòd fidelem Compotum de omnibus & singulis hujusmodi Receptis nobis, de tempore in tempus, factatis, & ulterius de toto Facto vestro in hac parte Nobis certificetis, cæteráque faciatis & perimpleatis quæ in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Et ideò vobis Mandamus &c.

Teste ut supra.

Pro Ludovico Franciæ, de Recipiendo & Acquietando.

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 27.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, inter Nos & Perhennis Memoriæ *Regis Karoli* dudùm Gallorum Principis Commissarios, Procuratores, Oratores, Deputatos, & Nuncios, inter cætera, Conventum, Concordatum, Appunctuatum, & Conclusum fuerit,

Quòd idem nuper Rex Karolus *Solveret & Deliberaret, Solvive & Deliberari faceret Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis vel dictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, Summam* Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri,

Quam quidem Summam Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri *præfatus nuper* Rex Karolus *Confessus fuerit & declaraverit, Seque Heredes atque Successores suos, per Literas suas Nomine suo subsignatas, Obligaverit, & pro se & dictis Heredibus atque Successoribus suis Consensuit & Promisit, solvere & deliberare, solvive & deliberari facere Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis seu dictorum Heredum nostrorum Deputato seu Deputatis, sub modo & formâ sequentibus; videlicet,*

Quòd idem nuper Rex Karolus *solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, suique Heredes & Successores solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Heredibus nostris, nostrisve Deputatis seu dictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, in Villa nostra Calesii, Die Primo Mensis Maii extunc proximò sequente,* Viginti & Quinque Millia Francorum in Coronis Auri, *unoquoque Franco valente Viginti Solidos Turonenses, secundùm Cursum & Æstimationem quam tunc habuerunt:*

Et Primo Die Mensis Novembris tunc proximo sequente consimilia Viginti Quinque Millia Francorum in Coronis Auri *in prædicta Villa nostra Calesii,*

Et sic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, idem nuper Rex Karolus *solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, suique Heredes & Successores solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Heredibus nostris, aut nostris seu dictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, Loco & Terminis antedictis, donec & quousque dicta*

A. D. 1498. Hen. 7. *dictæ Summæ* Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri *per ipsum nuper* Regem Karolum *Heredes & Successores suos, Nobis & Heredibus nostris, ut prædictum est, plenè & integrè Soluta & Contenta foret,*

Prout in Literis Commissariorum dicti Illustrissimi Principis *Regis Caroli*, plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare*, Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo *apud Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon suis Literis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboys* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secondo, plenissimè liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula Contenta in eisdem Illustrissimus Princeps Carissimus Frater & Consanguineus noster *Rex Lodowicus Franciæ*, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit,

Atquè ad fidelem & debitam Solutionem & Residui & Restiti dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo munitas, & Manu suâ subscriptas, *Datas Parisius* quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Se de Novo Hæredesque & Successores suos Astrinxit & Obligavit, prout in Literis suis desuper confectis pleniùs continetur,

Et quia Prima Dies Mensis Novembris, quæ erit *Duodecimus Terminus Solutionis antedictæ*, in qua Summa *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri*, in prædictâ Villâ nostrâ Calesii, ut præmittitur, solvi debeat (videlicet) Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, propediem est ventura,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Ricardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis Villæ nostræ Calesii, *Johannis Turbervile* Militis Thesaurarii ejusdem Villæ, *Antonii Broun* Militis Constabularii Castri nostri ibidem, *Adriani Whetehill* Contrarotulatoris dictæ Villæ, *Radulphi Latham*, & *Francisci Marzen*, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes Eisdem Quinque, Quatuor, aut Tribus eorumdem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis dicti Illustrissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri *Regis Lodowici Franciæ*, apud dictam Villam nostram Calesii, Nomine nostro, Tractandi & Communicandi, & ab ipsis dictam Summam *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses, ut præmittitur, valente) Nobis dicto Primo Die Novembris per ipsum Consanguineum nostrum *Lodowicum Regem Franciæ* debitam & solvendam, Recipiendi, & eorum Solutiones Acceptandi, ipsúmque Serenissimum Principem *Lodowicum* Consanguineum nostrum & dictam Summam Solventes de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, atque Literas suas Acquietantiæ & Exonerationis eorumdem Conficiendi, ipsásque Literas atque nostras Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi, Magno Sigillo nostro sigillatas, præfatis Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis prædicti Fratris & Consanguinei nostri, Nomine nostro atque suo, Tradendi & Deliberandi,

Cæteraque Faciendi &c.

Promittentes &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro

Pro dicto Ludovico Acquietantia.

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 26.

REX universis & singulis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Carissimóque Fratre & Consanguineo nostro *Rege Lodowico Gallorum Principe*, per Manus apud Villam nostram Calesii, *Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses valente) Nobis Primâ Die Mensis Novembris Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo solvi debitorum, quæ erat *Duodecimus Terminus* pro Parte Solutionis *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* per, Perhennis Memoriæ, *Regem Carolum* novissimè Defunctum Nobis debitarum & solvendarum, prout in Literis Commissariorum ejusdem Illustrissimi Principis *Regis Caroli* plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare* Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo apud *Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon Literis suis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboyse* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, plenissimè liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula contenta in eisdem Illustrissimus Princeps *Rex Lodowicus* Consanguineus noster antedictus, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit, A. D. 1498.

Atque ad fidelem & debitam Solutionem & Satisfactionem Residui & Restitii dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo munitas & Manu suâ subscriptas, Datas *Parisius* Quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Se de novo Hæredésque & Successores suos Astrinxit & Obligavit,

Prout in Literis suis desuper confectis pleniùs continetur,

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* Fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Fratrem & Consanguineum nostrum *Regem Lodowicum* Hæredésq; suos superinde fore Quietos, & exinde plenè Exoneratos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Concordia, cum Civitate Riga, ineunda.

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Ibid. m. 25.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, pro Concordia & Pace decenti & honestâ concipiendâ, pertractandâ, & ineundâ,

De & super Differentiis, Litibus, & Dissensionibus, occasione quorumdam prætensarum Ablationum & Deprædationum certarum Navium necnon Rerum & Personarum diversarúmque Bonorum ad Civitatem Rigensem Nationis Theotonicæ & ipsius Civitatis Cives, Mercatores, & Socios, ut prætenditur, pertinentium,

Inter Nobiles Progenitores nostros, Ligeos & Subditos hujus Regni nostri Angliæ, & circumspectos commendabiles & providos Viros *ejusdem Civitatis Archiepiscopum*, *Proconsules*, *Consules*, *Seniores*, & *Communitates*, longè ante hæc tempora exortis & adhuc pendentibus Indecisis, A. D. 1498.

De Fidelitatibus, providisque Circumspectionibus & Industriis, Prædilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Thomæ Londoniensis Episcopi*, & Magistri *Willielmi Warham Legum Doctoris* Custodis Rotulorum Cancellariæ nostræ pleniùs confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Ambassiatores, & Nuncios speciales Facimus, Constituimus, Deputamus, Creamus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale,

A. D. 1498. Hen. 7. speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum praefatis *Archipraefecto*, *Proconsulibus*, *Consulibus*, & *Senioribus dictae Civitatis Rigensis*, ac *Communitate* ejusdem, eorumve Procuratore vel Procuratoribus, Actorum, Factorum, & Negotiorum suorum Gestore aut Gestoribus, & Nuncio sive Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eisdem *Archipraefecto*, *Proconsulibus*, *Consulibus*, *Senioribus*, & *Communitate* ad hoc habente vel habentibus, de & super Praemissorum Navium Rerum & Bonorum praetensis Ablationibus & Depraedationibus, necnon de & super Excessibus, Litibus, Contraversiis, Discensionibus, Injuriis, & Dampnis, Praemissorum occasionibus, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Pasciscendi, & Transigendi,

Concordiam, Pactum, sive Transactionem Vallandi & Roborandi, & ex adverso Roborati videndi, & ad effectum Concordiae & Pacis intervenient, & non aliter Dicendi, Gerendi, Excercendi, & Procurandi,

Ac etiam ab eisdem *Archipraefecto*, *Proconsulibus*, *Consulibus*, *Senioribus*, & *Communitate*, eorumve Procuratore sive Procuratoribus, Actorum, Factorum, & Negotiorum suorum Gestore seu Gestoribus, ac Nuncio vel Nunciis praedictis, Literas Acquietantiae sive Acquietatorias ac alias Liberationes quascumque quarumcumq; Pecuniarum Summarum, *Magistro Generali Prusiae*, ac *Archipraefecto*, *Proconsulibus*, *Consulibus*, *Senioribus*, & *Communitati praedictae Civitatis Rigensis*, Civibusve aut Mercatoribus ejusdem, aut eorum alicui, per Nos aut Progenitores nostros praedictos praetensarum quovis modo debitarum, Nobis, Haeredibus, & Successoribus nostris fiendas & deliberandas, Nomine nostro, Petendi, Stipulandi, & Recipiendi, A. D. 1498. Hen. 7.

Caeteraque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quae in Praemissis vel eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiam si talia fuerint quae de se Mandatum exigant magis speciale, & quae Nosmetipsi faceremus vel facere possemus si praesentes personaliter interessemus;

Promittentes, bona Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per dictos Oratores, Commissarios, Procuratores, Ambassiatores, & Nuncios nostros Communicatum, Tractatum, Concordatum, Pactum, Transactum, & Procuratum fuerit in Praemissis, seu aliquo Praemissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Novembris.

Per ipsum Regem.

Appunctuamentorum, super Amicitia perpetua, cum Archipraefecto & Civibus Rigensibus, Confirmatio.

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 21. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

INSPEXIMUS quaedam Appunctuamenta, Conventiones, Concordias, & Conclusiones Pacis, Amicitiarum, ac Mercium Intercursus, per Terram, Mare, & Aquas dulces & ubique Locorum,

Inter Reverendum in Christo Patrem Dominum *Thomam Londoniensem Episcopum*, & Magistrum *Willielmum Warham* Legum Doctorem Magistrum sive Custodem Rotulorum Cancellariae nostrae, nostros Commissarios speciales, pro Nobis, Regno, Terris, Patriis, Subditis, & Vassallis nostris, Auctoritate sufficienter a Nobis munitos, ex Parte una, & Venerabilem Virum Magistrum *Johannem Prange* in Decretis Bacularium, Commissarium, Oratorem, Procuratorem, ac Nuncium specialem *Archipraefecti*, *Proconsulum*, *Consulum*, *Burgimagistrorum*, & *Seniorum totius Communitatis Civitatis Rigensis in Livonia*, ac Communitatum, Civium, Mercatorum, & Sociorum ejusdem Civitatis, necnon aliorum Locorum eidem Civitati subjectorum & cohaerentium, & pro ipsis *Archipraefecto*, *Proconsulibus*, *Consulibus*, *Burgomagistris*, *Magistris*, & *Senioribus* totius Communitatis Civitatis praedictae, ac Communitatum, Civium, Mercatorum, & Sociorum ejusdem Civitatis & Locorum supradictorum, ex Parte altera, hincinde Appunctuata, Conventa, Concordata, & Conclusa, *sub eo qui sequitur Tenore Verborum*, A. D. 1498.

UNIVERSIS ET SINGULIS, praesentes Literas visuris, auditaris, & inspecturis, Venerabilis Vir Magister *Johannes Prange* in Decretis Bacularius, Commissarius, Orator,

A. D. 1498. Hen. 7. Orator, Procurator ac Nuncius specia-les *Archipræfecti*, *Proconsulum*, *Consulum*, *Burgimagistrorum & Seniorum totius Communitatis Civitatis Rigensis in Livonia*, ac Civitatum, Civium, Mercatorum & Sociorum ejusdem Civitatis, necnon aliorum Locorum eidem Civitati Subjectorum & Cohærentium Salutem.

NOTUM FACIO per Præsentes, quòd ego *Johannes Prange* antèdictus, pro Bono Pacis & Utilitate dictorum *Archipræfecti*, *Burgimagistrorum*, *Proconsulum & Consulum*, Civitatum, Mercatorum, Civium, Sociorum & Incholarum præfatæ Civitatis Rigensis ac aliorum Locorum supradictorum, necnon Subditorum, Ligeorum, Mercatorum Serenissimi ac Metuendissimi Principis & Domini *Henrici Septimi Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ* & ejus Regni, pro dictis Archipræfecto, Proconsulibus, Consulibus, Burgimagistris, Communitatibus, Mercatoribus, Civibus, Sociis & Incolis præfatæ Civitatis ac aliis Locis prædictis, & pro ipsis Hæredibus & Successoribus suis, atque eorum Nominibus, & ab eisdem sufficienter in hac parte Procuratorium & Commissionem habens (quod quidem Procuratorium sive Commissio Præsentibus est annexum), cum Reverendo in Christo Patre Domino *Thoma Londoniensi Episcopo*, & Magistro *Willielmo Warham* Legum Doctore Magistro sive Custode Rotulorum Cancellariæ dicti Domini Regis, Commissariis, Oratoribus, Ambassiatoribus, Procuratoribus & Nunciis specialibus ejusdem *Illustrissimi Domini Regis* & ab eodem Domino Rege sufficientem Potestatem habentibus, omnia & singula Capitula, modo & formâ subscriptis, Conveni, Contraxhi & Conclusi, ac per Præsentes Convenio, Contraho & Concludo, & Ipsi Mecum Convenerunt, Contraxerunt & Concluserunt, ac per Præsentes Conveniunt, Contrahunt & Concludunt,

IN PRIMIS, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, de cætero, inter Subditos, Ligeos & Vassallos dicti Serenissimi *Regis Angliæ*, & omnes & singulos Homines Incholas & Mercatores dictæ *Civitatis Rigensis*, ac aliorum Locorum eidem civitati Subjectorum sive Cohærentium, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces ac ubique Locorum, sit bona vera integra & perfecta Pax & Amicitia, perpetuis futuris temporibus duratura.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est quod, durante Pace & Amicitiâ antedictis, licebit omnibus & singulis Subjectis ac Mercatoribus dicti Serenissimi *Regis Angliæ* ad dictam *Civitatem Rigensem*, ac ad omnia alia Loca eidem Civitati subjecta aut Cohærentia, cum & sine Bonis, Rebus, Mercibus ac aliis Commoditatibus de & in Terris Dominiis ac Patriis Regni Angliæ provenientibus & crescentibus, liberè, quietè ac sine Molestatione quacúmque cum & sine Navibus suis venire, morari, ibidémque cum omnibus & singulis Mercatoribus ejusdem Civitatis ac aliis quibuscúmque in eâdem Civitate, aut in aliis Locis eidem Civitati subjectis, aut cohærentibus Emere & Vendere, ac Bona sic Empta ac alia sua Bona quæcúmque ad quæcúmque alia Loca, tàm per Terram, quàm per Mare & Aquas dulces, liberè & impunè Traducere & Exportare:

Et dicti Mercatores Angliæ, pro Bonis Rebus & Mercibus prædictis, per eos in dictam Civitatem ac alia Loca eidem Civitati subjecta sive cohærentia ac in aliquos Portus ejusdem Civitatis aut eorum Locorum Trahiciendis & Inducendis ac Exportandis Evehendis & Traducendis, a Solutione omnium & singulorum Vectigalium Pedagii Augariagiæ aut Custumarum præstatione quacúmque perpetuis futuris temporibus Liberi erunt & Quieti:

Et è contra licebit omnibus & singulis Mercatoribus dictæ Civitatis Rigensis ad dictum Regnum Angliæ, cum Bonis Rebus & Mercibus ac aliis Commoditatibus, de & in Terris Dominiis ac Patriis ejusdem Civitatis ac aliorum Locorum eidem Civitati subjectorum provenientibus & crescentibus, & non aliis, liberè quietè & sine molestatione quacúmque, cum & sine Navibus suis, Venire, Morari, ibidémque cum omnibus & singulis Mercatoribus Regni Angliæ Emere & Vendere, ac Bona sic Empta ac alia Bona sua quæcúmque ad quæcúmque alia Loca, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, libere & impunè Traducere & Exportare; Solvendo tamen pro hujusmodi Bonis, Rebus & Mercibus dictæ Civitatis ac aliorum Locorum prædictorum, in aliquos Portus Regni Angliæ Trahiciendis & inducendis, Vectigalia, Pedagia, Augariagias ac Custumas qualia Mercatores Hanzæ Thetonicæ solvere tenentur; pro aliis verò Bonis, Rebus & Mercibus suis quibuscúmque, secundùm Jura, Consuetudines & Statuta Regni Angliæ in idem Regnum Inducendis, & ab eodem Regno Exportandis, Vectigalia, Pedagia, Augarias & Custumas solvent,

A. D. 1498. Hen. 7. solvent, qualia alii Mercatores Extranei & Alienigenæ solvunt & solvere tenentur.

Item, Conventum Concordatum & Conclusum est quòd omnis Literarum Obligatio aut alia publica aut privata Scriptura quarumcúmq; Pecuniarum summarum, & præsertim quædam prætensa Obligatio de Dicta Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo nono, Decimo Die Mensis Octobris, Anno verò Regni nostri Uudecimo, & extendit se ad Summam *Decem Millium Nobilium, Sexcenta, Triginta & Septem Nobilia, puri Auri & justi Ponderis, Monetæ nostræ Anglicanæ*, ac *Duorum Solidorum & Denariorum Sterlingorum*, ac omnes aliæ similes Scripturæ cujuscúmque sint Tenoris & Effectûs, ac Promissa & Pollicitationes, quibus Serenissimus *Rex Angliæ* antedictus aut sui Nobilissimi Progenitores, aut alii Mercatores vel Subditi Regni Angliæ per Magistros generales Pruciæ aut Cruciferos sive Rutenos aut Communitatem vel Mercatores quoscúmque Civitatis aut aliorum Locorum prædictorum, seu eorum Hæredes, Successores aut Assignatos vel alios quoscúmque Onerari aut quovis modo Gravari possint, Tenore Præsentium pro Cassis Nullis & Irritis perpetuis futuris temporibus habeantur & censeantur; & ego *Johannes Prange*, Orator antedictus, Tenore Præsentium, pro perpetuo Casso Irrito & Adnichillo, & omni Beneficio ejusdem, Nominibus quibus supra, in vim Pacti, in hiis Scriptis Renuncio.

Item, Magister *Johannes Prange* Orator antedictus, Nomine *Archipræfecti, Proconsulum, Consulum* ac aliorum Communitatis ac Mercatorum ejusdem Civitatis & Locorum prædictorum & eorum Nominibus, Nobis, Oratoribus *dicti Domini Regis* & pro eodem Rege & ejus Nomine Stipulantibus, Promisit & Tenore Præsentium Promittit quòd dictam Obligationem Originalem de Data ac Summa prædicta *Johanni Wilshire* Magistro Societatis Mercatorum Angliæ, in Opido Andewarpensi aut Burgensi, aut cæteris Locis infra Terras, Patrias & Dominia *Archiducis Austriæ* Residentium, aut alteri ejus in loco interim surrogando in hac parte sufficienti Auctoritate, infra Quatuor Menses proximò & immediatè sequentes post Datam Præsentium, in dicto opido Andewarpensi, Tradet & Deliberabit seu Tradi aut Deliberari faciet; quod si non fecerit, omnia singula Capitula præsentis Tractatûs, quatenus dictos Mercatores Incholas & Subjectos Civitatis & Locorum prædictorum concernunt, pro non Conclusis ipso facto habeantur & censeantur.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd *dictus Serenissimus Rex*, pro Se Hæredibus & Successoribus suis, omnia & singula Capitula præsentis Tractatûs, quatenus Se Hæredes & Successores suos concernunt aut concernent, Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo sigillatas, infra Quinque Menses proximò & immediatè sequentes post Datam Præsentium, Commissario, Oratori, Procuratori dictæ Civitatis Rigensis ac aliorum Locorum prædictorum, in hac parte sufficienter auctorizato, in Villa sua Calesii Tradet & Deliberabit aut Tradi & Deliberari faciet & Mandabit:

Et dicti *Archipræfectus, Proconsules, Consules & Burgimagistri* Literas suas, sub Sigillo Communi dictæ Civitatis Rigensis omnium & singulorum Capitulorum præsentis Tractatûs Ratificatorias & Confirmatorias, quatenus Se aut dictam Civitatem & Loca prædicta ac Communitatem Incholas Mercatores eorumdem Civitatis & Locorum eorum Hæredes aut Successores universales aut singulares concernunt aut concernent, infra Quinque Menses proximò & immediate sequentes post Datam præsentium, Commissario aut Commissariis *dicti Serenissimi Regis*, in hac Parte sufficienter Auctorizatis, in dicta Villa Calesii, cum effectu Tradent & Deliberabunt aut Tradi & Deliberari facient.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Testimonium, atque Fidem Præsentibus ego præfatus *Johannes Prange* Orator antedictus Sigillum meum apposui, ac Nomen & Cognomen meum Manu meâ propriâ scripsi.

Dat. *apud Westm.* vicesimo Sexto Die Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo.

Nos autem *Henricus Rex* antedictus, omnia suprascripta Capitula, Appunctuamenta, Conventiones, Concordiam & Conclusiones Ore Rego Roboramus & Ratificamus ac Tenore Præsentium Confirmamus;

Promittentes bonâ Fide & in verbo Regio quòd Nos ea omnia & singula, quantum ad Nos attinet, realiter & cum effectu Observabimus & Exequemur,

A. D. 1498. Hen. 7.

mur, ac Exequi & Observari faciemus, juxta vim, formam & effectum eorumdem.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium has Literas nostras Patentes Manu nostrâ subscriptas Magni Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Dat. *apud Palatium nostrum Westm.* Anno Domini secundùm Computationem Ecclesiæ Anglicanæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, & Regni nostri Quartodecimo.

Pro Silvestro de Giglys, de Custodia Temporalium.

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Pat. 14. H. 7. p. 1. m. 17.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis de Causis nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali ac ex certa scientia & mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus ac per Præsentes Damus & Concedimus Prædilecto & Fideli Consiliario nostro *Silvestro de Giglys* Archipresbitero Lucensi Causarum nostrarum in Curia Romana Solicitatori Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Wygorniensis cum pertinentiis, ac omnimodos Exitus Proficuorum, Reddituum, Firmarum, Reventionum & Emolumentorum omnium & singulorum Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Hundredorum, Redditunm, Possessionum Temporalium, quorumcúmque, Feodorum, Militum ac Wardorum Maritagiorum, Releviorum, Heriettorum, Escaetorum, Serviitiorum, Feriarum, Mercatorum, Tolnetarum, Custumarum, Curiarum Læt. Vis. Franciplegiorum, Advocationum Ecclesiarum, Capellarum, Cantariarum, Abbatiarum, Prioratuum, Ecclesiarum Collegiatarum, Decanatuum, Archidiaconatuum, Præbendarum, Præpositurarum, Hospitalium ac aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, & cum omnibus aliis Juribus, Commoditatibus & Emolumentis quibuscúmque infra Regnum nostrum Angliæ aut Walliæ & Marchias Walliæ Episcopatui Wygorniensi quoquo modo pertinentibus sive spectantibus, quæ ad Manus nostras ratione ultimæ Vacationis ejusdem per & post Mortem bonæ Memoriæ *Johannis ultimi Episcopi* Loci prædicti devenerunt aut devenire debuerunt aut in Manibus nostris existunt,

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam, acetiam Retinendo & Percipiendo omnia Exitus, Proficua, Redditus, Firmas, Reventiones & Emolumenta prædicta, ac cætera Præmissa eidem *Silvestro* Assignatis & Executoribus suis a tempore Mortis *præfati Johannis nuper Episcopi* huncusque & extunc, quamdiu Temporalia illa ac cætera Præmissa in Manibus nostris contigerint remanere, tàm per Manus suas & Ministrorum suorum proprias, quàm per Manus omnium & singulorum Escaetorum seu Ministrorum nostrorum, in Comitatibus & Marchiis illis ubi Præmissa seu aliquod Præmissorum separatim existunt vel existit, liberè & quietè, absque Compoto, Responso seu aliquo alio Nobis pro Præmissis seu aliquo Præmissorum reddendo, solvendo seu faciendo quovis modo,

Et ulterius Concedimus *præfato Silvestro* plenariam Potestatem, Tenore Præsentium, omnia hujusmodi Ecclesias, Collegiatas, Cantarias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præpositurs, Decanatus, Archidiaconatus, Præbendas, Hospitalia & alia Beneficia Ecclesiastica quæcúmque Nobis ratione Vacationis prædictæ pertinentia cuicúmque sibi placuerit, cùm & quotiens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum, Concedendi, Conferendi, Præsentandi sive Donandi, ac etiam Auctoritatem & Potestatem faciendi sive Donandi omnimodos Seneschallos, Receptores, Ballivos, Firmarios & alios Officiarios, Ministros sive Occupatores, & Officia quæcúmque Episcopatui prædicto pertinentia cuicúmque sibi placuerit, & hujusmodi Officiarios sive Officia ad libitum suum prædictum Expellendi & Amovendi ac Revocandi, prout Nos faceremus si præsens Concessio nostra facta non fuisset, absque impedimento, molestatione, calumpnia, perturbatione seu gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum Justiciariorum, Escaetorum, Ballivorum, Vicecomitum vel aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque; eo quòd expressa mentio de vero Valore Annuo seu aliquo alio valore sive Certitudine Præmissorum sive alicujus Præmissorum aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Silvestro*, per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo

A.D. 1498. Hen. 7. quo Statuto, Actu, Ordinatione sive Restrictione in contrarium ante hæc tempor facto, edito, ordinato sive proviso aut aliquâ aliâ Re Causâ vel Materia quacumque in aliquo non obstante.

In cujus &c. A.D. 1498. Hen. 7.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Primo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Tractando cum Rege Romanorum.

A.D. 1498. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 27. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Fidelitate Industria providâque Circumspectione, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Jacobi Tyrell* Militis Capitanei nostri de Guisnes, & *Roberti Middleton* Legum Doctoris Capellani nostri Decani Ecclesiæ Collegiatæ Leycestriæ, plenissimè confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios speciales Assignamus, Ordinamus, Constituimus & Deputamus per præsentes,

Dantes & Concedentes eis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem atque Mandatum generale & speciale cum Sacratissimo Illustrissimóque Principe Fratre atque Consanguineo nostro Carissimo *Maximiliano Romanorum Rege*, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis sive Nunciis, Oratore, Procuratore, Deputato sive Nuncio sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Sacratissimo Principe ad hoc habente vel habentibus, de & super omnibus & singulis Capitulis & Articulis, Honorem, Utilitatem, Pacem mutuámque amicitiam utriúsque nostrûm prædictorum Principum, atque Regnorum, Dominiorum, Terrarum & Patriarum, necnon Subditorum nostrorum hincinde concernentibus, Tractandi, Conveniendi, Communicandi, Concordandi, Appunctuandi ac plenè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, prout eis melius visum fuerit & oportunum, A.D. 1498.

Omniáque & singula, quæ inter eos Tractata, Conventa, Concordata, Appunctuata & Conclusa fuerint, Roborandi, Firmandi, Componendi & Assecurandi,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis, Capitula & Articulos prædicta qualitercúmque Concernentibus, quæ cum præfato Sacratissimo Principe, seu ejus Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis sive Nunciis antedictis Conventa, Appunctuata, Concordata & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Deliberandi, Literásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula eaque qualitercúmque Concernentia Faciendi, Exequendi, Excercendi & Expediendi, ita & eodem modo sicut Nosipsi faceremus seu facere possemus si in propria Persona nostra interessemus, etiam si talia sint quæ de sui natura Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes bonâ Fide, &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Appunctuamentum cum dicto Rege de non Receptando Rebelles.

A.D. 1498. An. 14. H. 7. Ibid. REX, universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Sciatis quòd *inter Nos* & Sacratissimum Illustrissimúmque Principem Fratrem & Consanguineum nostrum Carissimum *Maximilianum Romanorum Regem* Conventum, Concordatum, Appunctuatum & Conclusum est, quòd

Neuter nostrûm prædictorum Regum quovismodo Receptabit, nec a Subditis suis eorum alter Receptari permittet, aliquos Rebelles sive Proditores de Crimine Læsæ Magestatis suspectos, aut transfugas ex Subditis alterius Nostrûm, scelestam Factionem contra alterum Nostrûm machinantes, A.D. 1498.

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Nec hujusmodi Rebellibus sive Proditoribus, Rebelli sive Proditori, qui in aliquem Locum Obedientiæ nostræ seu alterius Nostrûm declinaverint seu declinaverit, quoquo modo dabit seu præstabit Consilium, Auxilium, Favorem, Subsidium, aut Assistentiam, set Eum aut Eos, infra Viginti Dies posteaquam per Literas alterius Nostrûm, cujus hujusmodi Rebelles aut Rebellis, Subditi aut Subditus extiterint sive extiterit, alter ex Nobis requisitus fuerit, Eum vel Eos Literarum hujusmodi Requisitionis Latori, aut alii in hujusmodi Literis Nominato sive Deputato, Tradet, Restituet, & Deliberabit Tradive, Restitui, & Deliberari faciet. A. D. 1498. An. 14. H. 7.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1498. An. 14. H. 7. Pat. 14. H. 7. p. 3. m. 17. REX Escaetori suo in Comitatu Suthamptoniæ, Salutem.

Cùm Reverendissimus in Christo Pater *J.* eadem gratiâ, *Cardinalis Archiepiscopus Cantuariensis* totius Angliæ Primas & Apostolicæ Sedis Legatus,

Ad quem omnis & omnimoda Jurisdictio Spiritualis & Ecclesiastica, quæ ad *Episcopum Wigorniensem* pertinuit, Sede plenâ, ipsâ Sede jam Vacante, notoriè dinoscitur pertinere,

Electionem, nuper factam in Ecclesia sive Monasterio Sancti Petri Gloucestriæ, Ordinis Sancti Benedicti, dicti Wigorniensis Diœcesis, de Religioso Viro Dompno *Johanne Malverne* Commonacho & Confratre ejusdem Monasterii in Abbatem & Pastorem Loci illius (cui prius Regium Assensum adhibuimus & Favorem) confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius Reverendissimi Patris, Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos, Confirmationem illam acceptantes Cepimus Fidelitatem ipsius *Abbatis*, & Temporalia Abbatiæ illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Abbati* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivia tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet. A. D. 1498.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.

Ac Dilecto sibi Majori Villæ suæ Glouccestriæ *ac Escaetori suo in eadem Villa.*

Escaetori Regis in Com. Hereford. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.

Escaetori Regis in Com. Salop. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.

Escaetori Regis in Com. Wiltes.

Escaetori Regis in Com. Warr.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

Pacis, apud Stapulas, Ratificatio, per Proceres Regni Franciæ.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Ex Autogr. CUNCTIS PATEAT EVIDENTER ET SIT NOTUM quòd,

Cùm, juxta seriem & tenorem Capitulorum Pacis, Confœderationis, & Amicitiæ inter Christianissimum & Serenissimum *Regem Franciæ Karolum Octavum*, Memoriæ Recolendæ, ex unâ Parte, & Serenissimum & Excelsum Principem *Henricum Angliæ Regem* Parte ex alterâ, Tertiâ Die Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, *apud Stapulas supra Mare prope Boloniam* Factarum, Contractarum, & Firmatarum, inter alia ut inque Conventum & Promissum extiterit *quòd per Tres Status dictorum Regnorum præfata Pacis Capitula Ratificarentur & Confirmarentur*, A. D. 1499.

Quæ quidem Capitula per Christianissimum & Serenissimum Dominum nostrum *Regem Franciæ Ludovicum Duodecimum*, impræsentiarùm Regnantem, postquam Regium Solium adeptus est, etiam Confirmata fuere,

Idcircò

A.D. 1499. Hen. 7.

Idcircò Nos,

Georgius de Ambasia, Dei & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ, [illegible] Sancti Sixti Presbiter Cardinalis, *Archiepiscopus Rothomagensis*,

Ludovicus de Ambasia, Divinâ Miseratione, *Episcopus Albiensis* in Linguæ Occitanæ Provincia;

Petrus, eadem Miseratione, *Episcopus Lucionensis* in Pictavensi Provincia;

Renatus, eadêmque Miseratione, *Episcopus Baiocensis* in Provincia Normandiæ;

Anthonius & *Radulphus*, ipsâ Dei Miseratione, *Episcopi Leonensis Corisopitensis*, in Ducatu & Provincia Britanniæ;

Johannes de Cambilone Princeps Auraicæ;

Ludovicus de Armeniaco Guysiæ Comes;

Philippus Cleves Dominus de Ravestaing;

Ludovicus de Luxembourg Comes de Ligny;

Johan de Rohan Miles de Ordine Regio Sancti Michaelis Dominus de Rohan & de Leon;

Franciscus de Britannia ejusdem Ordinis Miles, Dominus Davangours;

Philippus de Hocqueberg Miles Ordinis memorati, Dominus de Rothelin, Comes de Novo Castro & Marquio de Hocqueberg;

Ludovicus Dominus de la Tremoille ipsius Regii Ordinis Miles, Vicecomes de Touhars;

Petrus de Rohan Dominus de Gie, & *Johannes Dominus de Baudricourt* Ambo Milites Ordinis præfati & Franciæ Marescalqui;

Johannes Dominus de Rieux Miles ejusdem Regii Ordinis, Comes Aracutiarum, Britaniæ Marescalus;

Franciscus de la Val Dominus de Chasteaubriant & de Derval;

Guillermus de Poytiers sæpe memorati Ordinis Miles, Dominus de Clerien;

Frater *Guido de Blanckafort* Miles atque Magnus Prior Ordinis Sancti Johannis Jherosolimitani in Averniæ Provincia;

Johannes de Ambasia Dominus de Bussy;

Petrus de la Val Miles Dominus de Love;

Jacobus de Tournon Miles Dominus dicti Loci;

Johannes de Poliniero Dominus de Bellomonte;

Imbertus de Bastarnay Miles Dominus de Bolchaige;

Renatus de la Jumeliere Miles, Dominus de Martigne le Briant;

Johannes du Narbonna Miles, Dominus de Thalerano;

Jacobus de Dinteville Miles, Dominus deChesnay;

Hector de Montenart Miles, Gubernator Astensis Provinciæ;

Johannes de Pontville Miles, Vicecomes de Rupecavardo Senescalus Provinciæ Xanronensis;

Radulphus de Launay Miles, Dominus de Morvillier, Capitaneus Civitatis & Ballivus Territorii Ambienensis in Picardiæ Provincia;

Anthonius de Bassay Miles, Dominus Castri & Dominationis Tricastriensis Ballivus Provinciæ Divionensis;

Johannes de la Vieuville Miles, Dominus dicti Loci, Ballivus Territorii de Gisors in Normandiæ Provincia;

Johannes du Vey Dominus du Coudray Miles Ballivus Territorii Constantiensis in eadem Normandiæ Provincia;

Jacobus de Chembray Dominus de Taveray Ballivus Ebroicensis in ipsa Normandiæ Provincia;

Valerius de Saius Dominus de Marigny Ballivus Provinciæ Silvanectensis;

Gilibertus Bertrand Ballivus Provinciæ Bituricensis;

Et,

Jacobus de Beaune Generalis Financiarum Provinciæ Linguæ Occitanæ,

Insimul unaque Congregati in Aula Palatii Regii Castri Civitatis Nanetensis in Ducatu Britanniæ, Repræsentantes Tres Status Regni Franciæ, in Præsentia ipsius Christianissimi & Serenissimi Domini nostri Regis, ejúsquè Voluntati quam super ea Re nobis patefecit annuentes, ipsum Tractatum & Capitula Pacis, Confœderationis, & Amicitiæ præfatarum, necnon omnia & singula in eis contenta, per Præsentes, quas nostris Sigillis muniri & roborari fecimus, scienter & consultò Ratificamus, Confirmamus, & Approbamus, & pro Ratificatis, Confirmatis, & Approbatis haberi volumus.

Datas in eodem *Castro Civitatis Nanetensis*, Quintadecimâ Die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo.

Sub propriis dictorum Dominorum Sigillis (quorum 38 adsunt) pendentibus a Filis sericis rubei coloris; quatuor autem desunt.

Super

A. D. 1499. Hen. 7. A. D. 1499. Hen. 7.

Super Capitulis, cum Civibus Rigensibus, de Literis hinc inde Confirmatoriis.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 20.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm in quodam Tractatu, De Data Vicesimo sexto Die Novembris ultimò præterito,

Inter Reverendum in Christo Patrem Dominum *Thomam Londoniensem Episcopum*, & Magistrum *Willielmum Warham* Legum Doctorem, Commissarios, Oratores, ac Nuncios nostros speciales, ex unâ, & Magistrum *Johannem Prange* in Decretis Bacularium, Commissarium, Oratorem, Procuratorem, & Nuncium specialem *Archipræfecti*, *Proconsulum*, *Consulum*, *Burgimagistrorum*, & *Seniorum totius Communitatis Civitatis Rigensis in Livonia*, ac Communitatum, Civium, Mercatorum, & Sociorum ejusdem Civitatis, necnon aliorum Locorum eidem Civitati subjectorum & cohærentium, Parte ex altera,

Nonnulla Capitula Pacis, Amicitiarum, ac Mercium Intercursûs, pro Nobis, Subditis, Ligeis, & Vassallis nostris, ac omnibus & singulis Hominibus, Incolis, & Mercatoribus Civitatis Rigensis in Livonia, ac aliorum Locorum eidem Civitati subjectorum sive cohærentium, sub certis modo & forma, prout in eodem Tractatu pleniùs liquet, Concordata fuerint & Conclusa,

Ac, inter cætera, in dicto Tractatu Concordatum & Conclusum existit,

Quòd Nos, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, omnium & singulorum Capitulorum prædictorum, quatenus Nos Hæredes & Successores nostros concernunt aut concernent, Literas nostras prædicti Tractatûs Ratificatorias & Confirmatorias, Magno Sigillo nostro sigillatas, infra Quinque Menses proximò post dictum Vicesimum sextum Diem Novembris sequentes, Commissariis, Oratoribus, ac Procuratoribus dictæ Civitatis Rigensis, ac aliorum Locorum prædictorum in ea parte sufficienter auctorizatis in Villa nostra Calesii Traderemus, ac Tradi & Deliberari faceremus,

Ac etiam quòd Archipræfectus, Proconsules, & Burgimagistri *Literas suas sub Sigillo Communi dictæ Civitatis Rigensis omnium & singulorum Capitulorum dicti Tractatûs Ratificatorias & Confirmatorias, quatenus se aut dictam Civitatem & Loca prædicta ac Securitatem Incolas & Mercatores eorumdem Civitatis & Locorum Hæredes aut Successores universales vel singulares concernent, infra dictos Quinque Menses Commissario aut Commissariis nostris, in ea parte sufficienter auctorizatis, in dicta Villa Calesii Traderent & Deliberarent, aut Tradi & Deliberari facerent*, prout in dicto Tractatu pleniùs continetur,

Nos,

Præmissa considerantes, & quæ per dictos Commissarios nostros in hac parte Facta, Gesta, aut Promissa sunt debitam Executioni habere volentes,

Ac de Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium nostrorum Consiliariorum, *Ricardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis nostri Villæ nostræ Calesii, *Johannis Turbervyle* Militis Thesaurarii nostri Villæ prædictæ, *Antonii Broun* Militis Constabularii Castri nostri Calesii, & *Adriani Whetehill* Contrarotulatoris nostri ejusdem Villæ, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Constituimus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eis, Tribus & Duobus eorum plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum præfatis *Archipræfecto*, *Proconsulibus*, *Consulibus*, & *Burgimagistris*, seu eorum Oratore, Procuratore, Deputato, sive Nuncio sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eis ad hoc habente, Conveniendi, Communicandi, & Tractandi, & ab eisdem Literas suas Ratificatorias omnium & singulorum Capitulorum prædictorum, juxta vim, formam, & effectum Tractatûs prædicti, Communi Sigillo dictæ Civitatis Rigensis sigillatas, pro Nobis & Nomine nostro Petendi, Exigendi, Requirendi, & Recipiendi; necnon consimilis Tenoris Literas nostras, Magno Sigillo nostro sigillatas, eis aut eorum Commissario, Oratori, Procuratori, Deputato, sive Nuncio prædicto, pro Nobis & Nomine nostro, Tradendi & Deliberandi,

Cæteráque omnia & singula Faciendi, Expediendi, & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promit-

A.D. 1499. Ann. 7.

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid quod per dictos Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros, Tres vel Duos eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Tractando, cum Civibus prædictis, super Obligationibus deliberandis.

A.D. 1499. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 20.

REX Dilecto sibi *Johanni Wilshire* Magistro Societatis Mercatorum Angliæ in Partibus Opidi Andewerpensis sive Brigges sub Obedientia *Archiducis Austriæ*, Salutem.

Cùm, Vicesimo sexto Die Novembris ultimò præterito, inter Reverendum in Christo Patrem *Thomam Londoniensem Episcopum*, ac Magistrum *Willielmum Warham* Legum Doctorem, Commissarios, Oratores, ac Nuncios nostros speciales ex una, & Magistrum *Johannem Prange* in Decretis Bacularium, Commissarium, Oratorem, Procuratorem, ac Nuncium specialem *Archipræfecti, Proconsulum, Burgimagistrorum. & Seniorum totius Civitatis Rigensis in Livonia*, ac Communitatum, Civium, Mercatorum, & Sociorum ejusdem Civitatis, necnon aliorum Locorum eidem Civitati subjectorum & cohærentium Parte ex altera, inter cætera, conventum, concordatum, & conclusum fuerat,

Quòd dictus Magister Johannes Prange, *Nomine præfatorum* Archipræfecti, Proconsulum, Consulum, *ac aliorum Communitatis ac Mercatorum ejusdem Civitatis & Locorum prædictorum. quandam Obligationem, de Data Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Nono, decimo Die Octobris, & extendentem se ad Summam* Decem Millium Nobilium Sexcenta Triginta & septem Nobilium puri Auri & justi Ponderis Monetæ Angliæ ac Duorum Solidorum & Duorum Denariorum Sterlingorum, *Tibi, in hac parte a Nobis sufficienter auctorizato, infra Quatuor Menses proximò & immediatè sequentes post dictum Vicesimum sextum Diem Novembris, in Opido Andewerpensi Traderet & Deliberaret, aut Tradi & Deliberari faceret,*

Nos, de tuâ providâ Circumspectione ac Fidelitate plurimùm confidentes, te nostrum verum & indubitatum Procuratorem, Oratorem, Commissarium, Deputatum, & Nuncium specialem Facimus & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes Tibi, Tenore Præsentium, plenam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale, Nomine nostro & pro Nobis, dictam Obligationem & alia Scripta Publica & Privata quæcúmque quarumcúmque Pecuniarum Summarum, necnon alias similes Scripturas cujuscúmque sint Tenoris & effectûs, quibus Nos aut Illustrissimi Progenitores nostri aut alii Mercatores vel Subditi Regni Angliæ per Magistros Generales Pruciæ aut Cruciferos sive Rutenos aut Communitatem vel Mercatores quoscúmque Civitatis aut aliorum Locorum prædictorum, seu eorum Hæredes, Successores, aut Assignatos, vel alios quoscúmque onerari possint, ab eisdem aut eorum Commissario, Procuratore, Deputato, sive Nuncio speciali, ab eis in hac parte sufficienter Auctorizato, Petendi, Requirendi, Exigendi, & Recipiendi,

Ipsósque *Archipræfectum, Praeconsules, Consules,* & *Burgimagistros*, & dictam prætensam Obligationem ac alias Scripturas & Obligationes prædictas liberantes, de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, Literásq; Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi præfatis *Archipræfecto, Proconsulibus, Consulibus*, & *Burgimagistris*, aut eorum dicto Commissario, Procuratori, sive Deputato Nomine nostro Faciendi, Tradendi, sive Deliberandi,

Cæteráque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodòlibet oportuna;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbó Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid quod per Te Nomine nostro & pro Nobis Actum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Vicesimo octavo Die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Pat. 14 H. 7. p. 3. m. 14.

REX Escaetori suo in Comitatu Gloucestriæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* nuper, vacante Ecclesiâ Cathedrali Wigorniensi per Obitum, bonæ Memoriæ, *Johannis ejusdem Ecclesiæ ultimi Pastoris & Episcopi*, Personam Dilecti & Fidelis nostri *Silvestri ejusdem Ecclesiæ Electi* in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quod *idem Electus*, per suum Procuratorem sufficientem, omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Eidem Electo (cujus Fidelitatem per dictum Procuratorem suum cepimus) Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus; A. D. 1499.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo septimo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori suo in Com. Warr.
Escaetori suo in Com. Midd.
Escaetori suo in Com. Wigorn.

Et Mandatum est *&c.*

Sæpememoratæ, apud Stapulas, Pacis per Tres Status Regni Angliæ Confirmatio.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 12.

REX universis & singulis, præsentes Literas inspecturis visuris pariter & audituris, Salutem.

NOTUM FACIMUS quòd, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto, Mensis verò Octobris Die vicesimo septimo, convocatis & congregatis ritè & debitè de Mandato & Ordinatione nostris, ut moris est, in Palatio nostro Regio Westmonasteriensi prope Civitatem nostram Londoniæ, Gentibus Trium Statuum totius Regni nostri Angliæ,

In quibus convenerunt & præsentes fuerunt; videlicet,

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Cantuariæ *Archiepiscopus Cantuariensis*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem *Dominus de Bergevenny* Baro, *Ricardus Guldeford* Miles, *Willielmus Scot* Miles, & quamplures alii.

[illegible] Statu Eccle[illegible]o & Clericali Civitat[illegible] & Dio[illegible] *Archiepiscopus Eborum*, [illegible] *a Mariæ Eborum*, *Abbas de Selby*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Comes Surriæ*, *Dominus Scrop* de Bolton Baro, *Dominus de Latymer* Baro, *Dominus de Barnesse* Baro, *Willielmus Gascoign* Miles, & *Marmaducus Constable* Miles, & quamplures alii. A. D. 1499.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Londoniensis *Episcopus Londoniæ*, *Abbas Colcestriæ*, & *Prior Sancti Johannis Jerusalem*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Comes Oxoniæ*, *Comes Essexiæ*, *Dominus Ormond* Baro, *Robertus Sheffeld* Miles, *Thomas Tirrell* Miles, *Johannes Risley* Miles, & *Willielmus Say* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Wintoniensis *Episcopus Wintoniensis* & *Abbas de Hida*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Johannes Norbury* Miles, *Mathews Broun* Miles, & *Willielmus Uvedale* Miles, & quamplures alii.

Pro

A.D. 1499. Reg. 7.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Cicestrensis *Episcopus Cicestrensis* & *Abbas de Bello*; Pro Statu vero Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Comes de Arundella*, *Dominus de Dacre* de la South Baro, *Dominus Dudley* Armiger, & *Ricardus Sakefeld* Armiger, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Herefordensis *Episcopus Herefordensis*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Comes Salopiæ*, *Ricardus Pole*, & *Ricardus de Laver* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Eliensis *Episcopus Eliensis*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Gilbertus Talbot* Miles & *Willielmus Fyndern* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Norwicensis *Episcopus Norwicensis* & *Abbas de Bury*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Comes Suffolciæ*, *Thomas Lovell* Miles, & *Robertus Clere* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Lincolniæ Episcopus nullus quia Sedes vacabat, *Abbas Sancti Albani* & *Abbas de Burgo Sancti Petri*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Marchio Dorsetiæ*, *Comes Kantiæ*, *Comes Wiltesiæ*, *Vicecomes de Welles*, *Dominus de Hastynges* Baro, *Dominus Grey de Wilton* Baro, *Dominus Grey de Codnore* Baro, *Edwardus Burgh* Miles, & *Radulphus Shirley* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Wigorniæ Episcopus in Remotis agens, videlicet, in Curiâ Romanâ, *Abbas Glocestriæ*, *Abbas de Evesham*, *Abbas Cirencestriæ*, & *Abbas de Wynchecombe*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Dux Bedfordiæ*, *Dominus de Beauchamp* Baro, *Johannes Hudleston* Miles, & *Johannes Mortymer* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Bathon. & Wellen. Episcopus nullus quia Sedes vacabat, *Abbas Glaston*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Dominus de Daubney* Baro, & *Amisius Paulet* Miles, & quamplures alii.

A.D. 1499. Reg. 7.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Dunolmensis *Episcopus Dunolmensis*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis ejusdem Diœcesis *Thomas Lumley* Armiger & *Georgius Mauers* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Coventriæ & Lichfeldiæ *Episcopus Coventrensis & Lichfeldensis*, *Abbas Salopiæ*, & *Prior de Coventria*; pro Statu verò Temporalium & Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Comes Derbiæ*, *Dominus le Straunge* Baro, *Dominus de Dudley* Baro, *Petrus Lee* Miles, & *Humfridus Stanley* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Exoniæ *Episcopus Exoniensis*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Comes Devoniæ*, *Dominus Dynham* Baro, *Dominus de Broke* Baro, *Walterus Courtney* Miles, & *Johannes Halywell* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Roffensis *Episcopus Roffensis*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Willielmus Page* Armiger & *Thomas Shemyng* & quamplures alii.

Pro Statu Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Sarum *Episcopus Sarum*, *Abbas de Abbendon*, *Abbas de Redding*, & *Abbas de Malmesbury*; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Dominus de Seyntmond* Baro, *Cristoforus Wroughton* Miles, & *Johannes Turberuyle* Miles, & quamplures alii.

Pro Statu verò Ecclesiastico & Clericali Civitatis & Diœcesis Karliolensis Episcopus absens quia Ægrotus; pro Statu verò Temporalium tàm Nobilium quàm Communitatis earumdem Civitatis & Diœcesis *Dominus de Clifford* Baro, *Edwardus Redmayn* Miles, & *Willielmus Knyvet* Miles, & quamplures alii.

QUIBUS OMNIBUS, unà cum aliis in magno numero, illic insimul convocatis & congregatis, ipsosq; Tres Status totius Regni nostri Angliæ Repræsentantibus, Nobisque in illa Congregatione in Regio nostro Solio ut moris est Sedentibus, de eisdem nostris Ordinatione & Mandato Lecta, Audita, Declarata, atque Intellecta fuere Capitula quædam Pacis, Confœderationis, & Amicitiæ, inter

Nos

A. D. 1499. Hen. 7. *Nos* ex una Parte, & cariſſimum Fratrem & Conſanguineum noſtrum, bonæ Memoriæ, *Regem Karolum Franciæ* Illuſtriſſimum, Parte ex altera, *apud Stapulas ſupra Mare prope Boloniam*, Tertiâ Die Menſis Novembris Anno Domini Milleſimo, Quadringentefimo, Nonageſimo ſecundo factarum, initarum, & contractarum, necnon per cariſſimum Fratrem & Conſanguineum noſtrum *Regem Ludowicum Franciæ* Illuſtriſſimum impræſentiarùm Regnantem, poſtquam Solium Regium adeptus eſt, de novo confirmatarum & a Nobis acceptarum,

Quorum quidem Capitulorum Tenor ſequitur in hiis verbis,

INPRIMIS, quòd bonæ, ſinceræ, firmæ, & perfectæ ſint & inviolabiliter habeantur & obſerventur Pax, Amicitiæ, & Fœdera inter Potentiſſimos *Angliæ & Franciæ Reges* antedictos, eorumdem Patrias & Dominia ſua quæcúmque, Hæredes, Succeſſores, Vaſſallos, atque Subditos ſuos præſentes & futuros, ac quoſcúmque Alligatos & Confœderatos utriúſque Principis qui in iſta Pace comprehendi voluerint, & ſe comprehendi velle infra Tempora & ſub forma inferiùs limitata declaraverint, necnon inter Illuſtriſſima *Franciæ & Angliæ* Regna, per Mare, Portus Maris, & Aquas dulces *&c.*

Quibus quidem Capitulis ſic Lectis, Auditis, Declaratis, & Intellectis, quia in uno ipſorum Capitulorum expreſſum & memoratum eſt quòd ambo Nos ipſi Reges tenebamur & promiſimus per Tres Status utriuſque Regnorum noſtrorum illa Capitula confirmari, ratificari, & approbari facere, eam ob rem Nos tunc & ibidem exprimi & declarari fecimus omnibus illic in ipſa Trium Statuum Congregatione exiſtentibus ac audientibus quatenus, habitâ inter ipſos Conſultatione ſufficienti, deliberarent ſi eadem Capitula Pacis, Confœderationis, & Amicitiæ, tanquam Bona, Rationabilia, Honeſta, atque Utilia, ratificare & confirmare deber[illegible]nt atque vellent juxta Tenorem ipſorum Capitulor[illegible]m, A. D. 1499. Hen. 7.

Quâ quidem Declaratione de Mandato noſtro ita factâ, necnon per eoſdem Tres Status pleniſſimè intellectâ, Gentes Ipſorum Tri[illegible]m Statuum, animadvertentes nichil eſſe tàm congru[illegible] Humanæ Fidei quàm quæ Pacta ſunt ſervari, & propterea ſuppremis affectibus cupientes ea quæ in prædicto Pacis Capitulo & in aliis Capitulis præinſertis Pr[illegible]a & Conventa fuere compleri, poſt [illegible]turam inter ipſos & conſultam Deliberationem, de eorum certa Scientia, m[illegible]ra, ſpontanea, & gratuita Voluntate, ne[illegible]non de Mandato, Conſenſu, & Volun[illegible]ate [illegible]oſtris, ipſas Pacem, Confœd[illegible]tionem, & Amicitiam, & ipſar[illegible]m Pacis, Confœderationis, & Amicitiæ Capitul[illegible] præinſerta ac omnia & ſingula in eis contenta, tanquam Rationabilia, Honeſta, Utilia, atque Commoda laudaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, atque ratificaverunt, necnon pro laudatis, approbatis, confirmatis, & ratificatis haberi voluerunt & declarârunt.

In quorum omnium & ſingulorum Robur, Fidem, & Teſtimonium, quia, ſecundùm Morem, Conſuetudinem, & Statuta Regni noſtri Angliæ, de omnibus Decretis & Actubus, qui tractantur fiunt & concluduntur in Congregatione Trium Statuum ipſius Regni noſtri Angliæ, non ſolent neque d[illegible]bent emanare aliquæ Literæ vel Inſtrumenta publica & autentica niſi cum Atteſtatione & Sigillo Regiis, idcircò Nos hiis præſentibus Literis, Manu noſtrâ ſignatis, noſtrum Magnum Sigillum appo[illegible] fecimus.

Dat. apud *Weſtmonaſterium* Septimo Die Aprilis, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, Quadringenteſimo, Nonageſimo nono, & Regni noſtri Quartodecimo.

Acquietantia pro Annuo Cenſu.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Franc. 14. H. 7. m. 9. REX univerſis & ſingulis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos *Recepiſſe* & *Habuiſſe*, Die Confectionis Præſentium, ab Illuſtriſſimo Cariſſimóque Fratre & Conſanguineo noſtro *Rege Lodowico Gallorum Principe*, per Manus apud Villam noſtram Caleſii, *Viginti & quinque Millia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenſes valente) Nobis Primo Die Menſis Maii Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Nonageſimo Nono ſolvi debitorum, qui erit *Tertiuſdecimus Terminus* pro Parte Solutionis *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* per, Perhennis Memoriæ, *Regem Carolum* noviſſimè Defunctum Nobis debitarum & ſolvendarum, A. D. 1499.

A. D. 1499. An. 7. Hen. 7. Prout in Literis Commissariorum dicti Illustrissimi Principis *Regis Caroli* plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare* Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo apud *Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon Literis suis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboyse* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, plenissimè liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula contenta in eisdem Illustrissimus Princeps *Rex Lodowicus* Consanguineus noster antedictus, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit,

Atque ad fidelem & debitam Solutionem atq; Satisfactionem Residui & Resti dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo munitas & Manu suâ subscriptas, Datas *Parisius* Quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Se de novo Hæredésque & Successores suos Astrinxit & Obligavit, A. D. 1499. Hen. 7.

Prout in Literis suis desuper confectis pleniùs continetur,

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* Fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Fratrem & Consanguineum nostrum *Regem Lodowicum* Hæredésq; suos superinde fore Quietos, & exinde plenè Exoneratos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* quinto Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Intercursu Mercium inter Subditos Angliæ & Ducis Burgundiæ Confirmatio Regis.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. REX universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Franc. 14. H. 7. m. 16. INSPEXIMUS QUÆDAM CAPITULA Mercimoniorum ac Mercium Intercursûs inter Commissarios & Oratores nostros ex una, & Commissarios & Oratores Serenissimi Principis & Consanguinei nostri carissimi *Philippi Archiducis Austriæ & Ducis Burgundiæ &c.* Partibus ex altera, apud Villam Calesii nuper Communicata, Conventa, Tractata, Appunctuata, Inita, Concordata, & Conclusa, sicuti in Literis desuper confectis pleniùs apparet & continetur,

Quarum Literarum Tenor sequitur, & est talis,

UNIVERSIS ET SINGULIS, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, *Ricardus*, Permissione Divinâ, *Roffensis Episcopus*, *Willielmus Warham* Legum Doctor Magister sive Custos Rotulorum Cancellariæ in Anglia, *Ricardus Nanfan* Miles Deputatus Locumtenentis Villæ Calesii, Magister *Ricardus Hatton* utriúsque Juris Doctor, *Johannes Turberuyle* Miles Thesaurarius Villæ prædictæ, *Sampson Nortan* Miles Janitor ejusdem Villæ, & *Adrianus Whetbill* ejusdem Villæ Contrarotulator, Ambassiatores, Oratores, Procuratores, & Commissarii Potentissimi ac Metuendissimi Principis Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, Salutem. A. D. 1499.

NOTUM FACIMUS quòd Nos, Ambassiatores, Oratores, Procuratores, & Commissarii supranominati, pro Excellentissimo Principe nostro *Rege antedicto* atque ejus Nomine, sufficienti Auctoritate nobis in hac parte ab eodem Principe per Literas suas Patentes commissâ (quarum Tenor inferius sequitur) cum Reverendo in Christo Patre Domino *Henrico de Bergis Episcopo Cameracensi* & *Comite Cameracensi* Ordinis Velleris Aurei Cancellario, Magistro *Johanne Sauvage* Flaundrensium Præsidente, Domino *Daniele de Praet* Milite Ballivo superiore Flandriæ Domino de Merouwez, & Magistro *Thoma de le Papoire* Domino de Pipoy Magistro Requestarum Hospitii Illustrissimi Principis Domini *Archiducis Austriæ & Ducis Burgundiæ, &c.* Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, & Commissariis præfati Serenissimi Principis *Philippi Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, &c.* & ab eodem Principe in hac parte sufficientem Auctoritatem per Literas suas Patentes habentibus (quarum etiam Tenor inferiùs sequitur) Convenimus, Contraximus, & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus, Contrahimus, & Concludimus omnes

A. D. 1499. Hen. 7.

& singulos Articulos in forma sequente,

In primis, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd, immediatè post Datam & Conclusionem præsentis Tractatûs, de quolibet Sacco cujuslibet generis Lanarum, ad Stapulam Calesii traductarum & traducendarum, durante Termino Duodecim Annorum proximò sequentium post Datam Præsentium, una Medietas Marcæ deponetur & defalcabitur, nisi fortè magna & notoria Ovium Mortalitas in Regno Angliæ interim contigerit; quæ quidem Ovium Mortalitas per bonos & indifferentes Viros, in hac parte coram Thesaurario Angliæ juratos, omni fraude & dolo in ea parte cessante, æstimabitur: de qua quidem Mortalitate Thesaurarius Angliæ qui pro tempore erit Illustrissimum *Dominum Archiducem* aut ejus Commissarios per Literas sub Sigillo suo certiorabit, quo Casu licebit Mercatoribus Stapulæ prædictæ, præsenti Articulo non obstante, dictos Saccos præfatarum Lanarum & eorum quemlibet, dictâ Peste & ejus effectu durante, sine Diminutione aut Defalcatione quacúmque liberè & impunè Vendere.

Item, Conventum est quòd nullus Paccator de Partibus Australibus Angliæ de cætero excercebit Officium Paccaturæ, antequam ad hoc admittatur & abilitetur coram Majore & Constabulariis Stapulæ Westmonasteriensis, & quòd ejus Scientia approbetur coram quibusdam Mercatoribus discretis & Paccatoribus juratis, per dictos Majorem & Constabularios juxta Consuetudines ab antiquo usitatos deputandis & assignandis: Idémque Paccator, modo & formâ prædictis, Admissus Approbatus, coram eisdem Majore & Constabulariis ac aliis, prout Regiæ Majestati placuerit, præstabit Juramentum Corporale quòd absque Fraude, dolo, collusione aut deceptione quacúmque faciet Paccaturam Lanarum indifferenter & sufficienter; ita quòd in Velleribus Lanarum Terram, Perras, Fimum, Zabulum, Arenas, & Pilos minime Paccent aut Involvent vel Involvi & Paccari consentient:

Eodem modo Ordinatum est quòd nullus Paccator, de Partibus Borialibus Angliæ, de cætero excercebit Officium Paccaturæ, antequam ad hoc admittatur & abilitetur coram Majore & Constabulariis Stapulæ Boston. ibidémque similis Modus & forma Approbandi Scientiam & præstandi Juramentum ut præmittitur observabuntur: & quod quisque Paccator, ita per omnia Admissus, Approbatus & Juratus, fideliter nominabit quascúmque Lanas, per eum Paccatas, pro Patriis suis, secundùm naturam ipsarum Lanarum, & non pro alia Patria quovismodo:

Et super quamlibet Serpleriam Poke vel Pokette bonarum Lanarum de Lanis Merchiæ magnis & apertis Literis scribet aut scribi faciet, Good Marche,

Et super Serplerias Mediocrum Lanarum Marchiæ scribet aut scribi faciet, Middle Marche:

Et super omnes Serplerias Bonarum Lanarum de Cottiswold scribet aut scribi faciet, Goode Cottiswold:

Et idem observabitur de omnibus Lanis quarumcúmque Patriarum in Anglia crescentibus, & ad Stapulam Calesii in futurum traducendis:

Necnon idem Paccator super omnes & singulas Serplerias prædictas Cognomen suum scriber aut scribi faciet; Ita quòd nec Nomen Lanarum prædictarum, nec Cognomen Paccatoris sine Ruptura Serpleriæ Poke vel Pokette facile evelli possit:

Et, si aliquis Paccator contra formam præsentis Ordinationis aliquas Lanas Paccare præsumpserit, ab Officio Paccandi ipso facto deponatur, & propter Perjurium suum juxta Arbitrium Regiæ Celsitudinis tàm in Bonis quàm in Persona Puniatur:

Et, si prædictæ Lanæ, dolo, fraude, scientia aut Consensu Mercatoris Stapulæ, ipsas Lanas Ementis, contra Tenorem hujus Ordinationis aliquo modo Paccatæ fuerint, si de hujusmodi Dolo, Fraude, Scientia vel Consensu coram Domino Thesaurario Angliæ qui pro tempore fuerit per veros bonos & indifferentes Viros Convincantur aut aliquis eorum Convincatur, pro hujusmodi Dolo, Fraude, Scientia vel Consensu pro quolibet Sacco Lanarum ut præmittitur fraudulenter Paccato, totiens quotiens de Dolo, Fraude, Scientia vel Consensu prædictis Convictus fuerit, *Viginti Libras Sterlingorum* Amittet; quarum *Viginti Librarum Quindecim Libræ* debebuntur *Domino Regi*, & *Quinque Libræ* Solventur *Illi qui hujusmodi falsas Paccaturas Detexerit*; præsenti Ordinatione post Primum Diem Junii proximò futurum post Datam præsentis Tractatûs & non antea suum Robur & Effectum habiturâ.

Item, quòd si Subditi *Domini Archiducis* Lanas in Calesio Ementes, & infra Tres Menses Diem dictæ Emptionis proximò & immediatè sequentes eas Lanas in Calesio reductas negligentiâ Venditoris

A. D. 1499. Hen. 7. ris Madefactas, Putridas, Vermibus corrosas, Corruptas, aut aliter Vitiatas in Calesio minimè probaverint, si in Termino Solutionis post lapsum dictorum Trium Mensium dictas Lanas ut præmittitur Vitiosas esse allegaverunt, nullatenus audientur; set, hujusmodi Exceptione in nullo obstante, ad Solutionem Summæ petitæ & in Scripto Obligatorio contentæ realiter & cum effectu compellantur & quilibet eorum compellatur, nisi inter Partes Contrahentes aliter conventum fit:

Et, si infra tempus dictotum Trium Mensium, Lanæ per Emptores reducantur Calesio tanquam Viciosæ, Stapularii aut Officiarii Stapulæ ad hoc deputati eas visitabunt, & Parti debitè Instanti & Justitiam sibi fieri Postulanti infra Viginti Dies post hujusmodi Requisitionem ministrabunt, nisi Lanæ sint Madefactæ, vel tempora fuerint Feriarum, vel alia justa Causa Dilationis extiterit:

Et, si infra dictos Viginti Dies Officiarii Stapulæ Justitiam ut præmittitur suâ negligentiâ ministrare distulerint, & Mercator Stapulæ qui hujusmodi Lanas vendiderit interim cum Parte Dampnificata non composuerit, tunc Tractatus erit dissolutus, & compelletur Venditor suas Lanas recipere & Precium vel Scriptum Obligatorium Emptori restituere unà cum omnibus Dampnis & interesse:

Quod si infra dictos Viginti Dies contra Subditos *Domini Archiducis*, Allegantes hujusmodi Lanas Madefactas, Putridas, Vermibus corrosas, Corruptas, aut aliter ut præmittitur Vitiatas, Decretum sive Sententia per Officiarios Stapulæ feratur, nunquam super illa Querela seu Allegatione contra Mercatorem Venditorem coram quocúmque alio Judice, quàm coram Illustrissimo Domino *Rege Angliæ* aut ejus in hac Parte Deputatis, postea judicialiter vel extra judicialiter ad Agendum vel Querelandum admittentur, vel aliquis eorum admittetur.

ITEM, quod de cætero Mercatoribus Stapulæ eorúmque Factoribus & Negotiorum Gestoribus ac aliis Subditis *Domini Regis* per Subditos *Domini Archiducis* fiant bonæ & perfectæ Solutiones, videlicet, in bonis Pecuniis & ad Valorem Sterlingorum juxta Ratam Tabulæ jam factæ & ad præsens in Aula Stapulæ prædictæ existentis, nisi inter Partes Contrahentes aliter sit Conventum, ac etiam quòd licebit dictis Mercatoribus eorúmque Factoribus ac Subditis prædictis omnia Genera Pecuniarum, tàm Aurearum quàm Argentarum, in Terris & Dominiis *Domini Archiducis* cursum habentium vel habiturarum, a suis Debitoribus impunè Recipere, & licebit *eisdem Debitoribus* dicta Genera Pecuniarum dictis Mercatoribus Angliæ aut eorum Factoribus impunè Solvere, necnon licebit dictis Mercatoribus Stapulæ aut aliis Subditis *Domini Regis* hujusmodi Genera Pecuniarum, ac etiam Vasorum Aureorum vel Argentorum & Jocalium quorumcúmque, per Manus Artificis ad aliquam certam & perfectam Formam redactorum, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces, infra & extra Patrias & Dominia dicti *Domini Archiducis*, sine Inquietatione aut Molestatione alicujus Subditorum aut Officiariorum quorumcúmque & sine metu Confiscationis prædictarum Pecuniarum & Rerum secum ad Calesium ad Regnum Angliæ aut ad alia Loca quæcúmque Exportare & Traducere vel Exportari & Traduci facere, non obstante quacúmque Prohibitione jam facta aut imposterùm facienda, salvo etiam semper omnibus & singulis Subditis *Domini Regis* Beneficio Articuli in hac parte editi in Tractatu, *inter Dominum de Bures* & alios Commissarios dicti *Domini Archiducis* & Commissarios Illustrissimi Domini *Regis Angliæ*, concordato & concluso, de Data *apud London.* Vicesimo quarto Die Februarii Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo quinto.

ITEM, quòd *Dominus Archidux* ex nunc illam Floreni & cujuslibet Partis ejusdem, & quamcúmque aliam Impositionem super quoscúmque Pannos Anglicanos factam, Amovebit Cassabit & penitùs Extinguet, & nec prædictam Impositionem, nec aliam quamcúmque super Pannis in Regno Angliæ confectis aut aliquo eorum, aut super Mercatores Anglicanos Venditores eorundem Pannorum, nec super Emptores Pannorum Anglicanorum cujuscúmque Nationis iidem Emptores erunt imposterum imponet aut imponi permittet, & Nos Commissarii præfati *Domini Archiducis* Illam, & quamcúmque aliam Impositionem sic ut præmittitur factam sive faciendam, Tenore Præsentium, Amovemus Cassamus & penitùs Extinguimus, ita qòd prædicti Mercatores, Emptores & Venditores dictorum Pannorum aut alicujus eorumdem a Solutione dicti Floreni & cujuslibet Partis ejusdem, & a quacúmque aliâ Impositione ut præmittitur factâ seu imposterum

A. D. 1499. Hen. 7. rum faciendâ, omnino Liberi & Quieti erunt.

ITEM, quòd omnia & singula Statuta, Provisiones, Ordinationes & Proclamationes ante hæc tempora, quacúmque Auctoritate ac sub quacúmque verborum serie, facta, statuta aut provisa, ordinata & proclamata quòd Panni Anglicani apud Opidum Audewerpensem & Bergensem duntaxat, & non apud alia Loca Terrarum & Dominiorum *Domini Archiducis*, Duci, Poni & Stapulari deberent, & ibidem novo quodam Sigillo signari, futuris temporibus pro Cassis Nullis & Irritis habeantur, & Nos Commissarii *Domini Archiducis* omnia & singula prædicta Statuta, Provisiones, Ordinationes ac Proclamationes, ac omnia alia in ea parte contra effectum præsentis Articuli Attemptata, Tenore Præsentium, Cassamus, Irritamus & Extinguimus, Ita quòd de cætero licebit omnibus & singulis Mercatoribus Angliæ & eorum Factoribus per Terram, Mare & Aquas dulces ad quæcúmque Loca & Opida infra Terras & Dominia præfati *Domini Archiducis* (Flandriâ dumtaxat exceptâ) quoscúmq; pannos Anglicanos, sine Molestatione Impedimento & Inquietatione quacúmque Traducere, Vendere & Traduci facere, & ab eisdem, cum & sine suis Mercibus, ad quæcúmque alia Loca absque Impedimento aliquo se divertere, necnon licebit omnibus & singulis Subditis *Domini Archiducis* Pannis Anglicanis uti, eisdem modo & formâ quibus, temporibus Nobilium Progenitorum *Domini Archiducis*, Usi sunt & gavisi.

ITEM, quòd nulla Brevia & Scripta vulgariter vocata KYNKERNELLYS seu alia quæcúmque Scripta sive Brevia consimilis Naturæ & Effectûs, in Fraudem & Jacturam Mercatorum Angliæ, per *Dominum Archiducem* Opidis & Opidanis eorumdem aut particularibus Personis, sub quacúmque verborum serie de cætero per *Dominum Archiducem* concedantur; &, si in futurum concedantur, pro non Concessis, immò pro Cassis & Irritis ipso Facto censeantur, & quantum ad Concessionem Revocandum, Commissarii *Domini Archiducis* diligentissimè apud eundem *Dominum Archiducem* instabunt, ut si non in toto Cassentur saltim ad minora tempora reducantur, ut faciliùs ac citiùs Creditores Debita sua consequantur; & idem observabitur erga Subditos *Domini Archiducis* in Anglia.

ITEM, quòd si Mercatores Stapulæ eorum Factores, aut alii Subditi *Domini Regis*, aliquem Subditum *Domini Archiducis*, pro Debitis suis judicialiter conveniunt per aliqua Brevia vulgariter vocata SKEPYN BREFF, seu alias Literas quascúmque, a sua Prosecutione aut ab Exemptione Sententiæ, in Bona mobilia vel immobilia Debitorum suorum pro eis latâ, nullatinus impediantur, & quòd de cætero si fiunt hujusmodi Brevia sive Literæ aliæ quæcúmque in fraudem Creditorum & ad impediendum Executionem prædictam exhibeantur, quòd nullius Effectûs aut Virtutis set pro Cassis & Irritis ipso Facto habeantur; & idem observabitur Subditis *Domini Archiducis* in Regno Angliæ,

ITEM, quòd quotienscúmque contigerit Mercatores Partium Angliæ venire ad Nundinas Andwerpensem, Bergensem, vel aliarum Patriarum *Domini Archiducis* prædicti, ac etiam extra Nundinas, eis ibidem licebit emere tales Mercansias quales voluerint, & pro tali Precio in quo simul cum venditoribus convenire poterunt, absque eo quod Superior ipsorum Mercatorum Angliæ, vulgariter Nomine COURT MAISTER nuncupatus, per Se, seu cum aliquibus ejusdem Anglicanæ Nationis, possit Mercibus per Anglicos emendis Precium constituere limitatum, seu aliquam Pœnam in Transgredientes illud certum Precium ordinare (Salvis tamen Privilegiis ac Libertatibus dictis Mercatoribus, Anglicanis, Indultis & Concessis) Idem etiam observabitur ex Parte Subditorum *Domini Archiducis* in Nundinis prædictis.

ITEM, quòd de cætero non licebit Nationi Anglicanæ Statuta seu Ordinationes facere contra aliqua Opida sive Personas Patriarum *Domini Archiducis*, Ordinando quòd Merces vel Bona talis Villæ vel Personæ Nullus emat Anglorum, nisi fortè per dictos Opidanos aut præfatas Personas Mercatores Angliæ aut eorum Factores malè tractati, Fraudati aut aliter Dampnificati fuerint (salvis etiam Privilegiis ac Libertatibus dictis Mercatoribus Anglicanis Indultis & Concessis) & idem observabitur ex parte Subditorum *Domini Archiducis*.

ITEM, quòd si aliqui Subditi *Domini Regis* Vendentes aliqua Merces vel Mercimonia alicui Subditorum *Domini Archiducis*, & propter Defectum Solutionis & non Observantiam Contractûs inter eos initi & conclusi, dictum Subditum vel Subditos dicti *Domini Archiducis* Judicialiter conveniunt, constito de contractu per Confessionem Emptoris, aut per solam exhibitionem alicujus Scripti Obligatorii, coram Majore Stapulæ ejúsve Locumtenente aut Con-

5 stabulario

A. D. 1499. ſtabulario ejuſdem, per Emptorem & Venditorem Recogniti & Sigillo Stapulæ ſignati, vel Signo Privato Debitoris per eundem Recognito, aut alio modo privatum Debitoris Signum fuiſſe & eſſe legittimè probato, ſtatim & ſine quacúmque Dilatione Debitor, ad Solutionem Summæ petitæ per Judicem coram quo agetur diffinitivè Condempnabitur, niſi eidem Creditori, ſuo vel alteri ejus Nomine ſufficientem Poteſtatem in ea parte vel in toto de hujuſmodi Debito Satisfactum fuiſſe, vel Pactum de non Petendo ſibi factum eſſe, aut aliter legittimè Excipiat;

Item. 7.

Quibus tamen omnibus & ſingulis Caſubus, totam Summam ab eo petitam, dictis Literis publicis vel privatis contentam, apud Judicem coram quo contendetur debitè conſignatam ſive warantizatam, ſine ulteriori dilatione quacúmque deponet, & Judex, Pecuniarum ſic depoſitarum Creditori, aut ejus Factori ſufficientem Cautionem reſtituendi hujuſmodi Pecuniam exhibenti, Caſu quo Debitor ſuas Exceptiones veras eſſe probaverit, & Sententiam Diffinitivam optinuerit, ſine Dilatione fruſtratoria quacúmque cum effectu Tradet aut Tradi mandabit, & omnes & ſingulæ Cauſæ nondùm coram Judice judicialiter motæ aut ventilatæ, quas Subditi *Domini Regis* habent vel habebunt adverſus Subditos *Domini Archiducis*, & Beneficio Inſtrumentorum Publicorum aut Privatorum in Proceſſu uti velint, tunc, infra Sex Menſes proximò & immediatè ſequentes Diem Submonitionis Partis Adverſæ, plenè perfectè & diffinitivè Diſcutientur & Terminabuntur, & ſi Beneficio Teſtium & non Scriptorum in Proceſſu uti velint præſtito Jurejurando quòd hoc in fraudem non faciunt, tunc infra Novem Menſes proximò & immediatè ſequentes Diem Submonitionis Partis Adverſæ plenè, perfectè & diffinitivè Diſcutientur & Terminabuntur, & omnes Cauſæ, coram Judicibus motæ & ventilatæ & adhuc pendentes indeciſæ, quas Subditi *Domini Regis* habeant adverſus Subditos *Domini Archiducis*, infra Novem Menſes proximò & immediatè ſequentes Datam præſentis Tractatûs, Partibus debitè Inſtantibus, & Juſticiam ſibi miniſtrari poſtulantibus, plenè, perfectè & diffinitivè Finientur & Terminabuntur, cauſæ tamen coram Judicibus jam motæ, quas uſque ad medium Litis vel plenè ad Sententiam Partes proſecutæ fuerint, quamcitò Juris ordine fieri poſſit Finientur & Terminabuntur; & idem obſervabitur erga Subditos *Domini Archiducis* in Anglia.

A. D. 1499.

Item. 7.

ITEM, quòd ſi contingat Mercatores Stapulæ, eorum Factores, aut aliòs Subditos quoſcúmque *Domini Regis*, in Terris aut Dominiis *Domini Archiducis* aliquod Crimen committere, non propterea Bona dictorum Mercatorum quorum Factor erat, aut aliorum quorum Bona tempore commiſſi Delicti apud eum reperientur, in Confiſcationem cadunt, conſtito quòd Bona apud Delinquentem reperta alteri pertineant, ſet ſolum Bona Delinquentis de cætero Confiſcabuntur, & etiam iidem Mercatores Stapulæ eorúmque Factores ſolum pro ſuis Contractibus & Delictis, & nullo modo pro alienis, Convenientur, Multentur aut Punientur, niſi in caſu Repriſaliarum concedendarum juxta formam Tractatûs concluſi inter Commiſſarios utriuſque Principis, *de Data viceſimo quarto Die Februarii, Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Nonageſimo quinto*, proviſo etiam quòd virtute præſentis Articuli in nullo Mercatoribus Stapulæ præjudicetur, quantum ad Beneficium quæ ratione Obligationum habent aut poſtea habebunt verſus Opida & Opidanos Terrarum & Dominiorum *Domini Archiducis*; idem etiam obſervabitur in Anglia Caleſio & Marchiis ejuſdem Subditis *Domini Archiducis*.

ITEM, quòd Mercatores & alii Subditi Sereniſſimi *Regis Angliæ* & eorum Factores, in quibuſcúmque Terris Locis aut Dominiis *Domini Archiducis* Morientes, & in eiſdem Locis tàm Merces & Bona ſua quàm aliena habentes, pro Baſtardis vel & Illegitimè Natis de cætero nullo modo habeantur & reputentur, ſet Merces & Bona præfati ſic Morientis, ſine quacúmque Diminutione, eorumdem Hæredibus, Executoribus aut Proximis Agnatis, aut aliis de Sanguine vel non de Sanguine dùm Anglici ſint & ex Teſtamento vel alio legitimo modo Intereſſe habeant, & Literas Certificatorias de Loco Originis & Nomine utriúſque Parentis dicti Mortui exhibuerit, & quòd pro Legittimè Nato in Terris Nativitatis ſuæ in Regno Angliæ habitus & reputatus fuerit, ſine dilatione ulteriori cum effectu Recipiantur, cui quidem Certificatorio autentico, ſine ulteriori in ea parte Probatione quacúmque facienda, Standum erit: & quantum attinet ad Mercatores Stapulæ aut eorum Factores, in Terris *Domini Archiducis* Morituros Standum erit ſolî Certificatorio Stapulæ eo quod nulli Baſtardi admittuntur in Mercatores Sta-

A. D. 1499. Hen. 7. pulæ; & nec propria Bona Anglici Sacerdotis in Terris & Dominiis *Domini Archiducis* Morientis, nec Aliena apud eum deposita & apud eum tempore suæ Mortis inventa & reperta, de cætero Confiscabuntur, set sua Bona suis Agnatis aut quibus Ille Relinquerit, Aliena Bona Proprietariis docentibus de Proprietate, sine quacúmque Exhibitione Certificatoriâ plenè & integrè Restituantur; idem etiam observabitur de Subditis *Domini Archiducis* Morituris in Anglia.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd omnia & singula Capitula præmissa (Capitulo de Defalcatione Medietatis Mercæ dumtaxat Excepto, quod ad Duodecim Annos, nisi alter Principum quod absit interim Decesserit, solum durabit) suum Robur & Effectum habeant & habebunt durante vitâ utriúsque Principis, & per Annum integrum proximò & immediatè sequentem Obitum Principis primò Decedentis.

Item, Conventum, Concordatum & Conclusum est, quòd Illustrissimus Dominus *Rex Angliæ*, infra Duos Menses proximò & immediatè sequentes Datam Præsentis Tractatûs, Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo sigillatas & propriâ Manu suâ subscriptas, Confirmatorias & Ratificatorias omnium & singulorum Capitulorum præsentis Tractatûs, quatenus ipsum *Dominum Regem* aut ejus Subditos concernunt aut concernent, Commissariis dicti *Domini Archiducis* in Villa Calesii sufficienter in ea parte Auctorizatis Tradet & Deliberabit aut Tradi & Deliberari mandabit & faciet, & simili modo *Dominus Archidux*, infra Duos Menses proximò & immediatè sequentes Datam præsentis Tractatûs, Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo sigillatas & propriâ Manu suâ subscriptas, Confirmatorias & Ratificatorias omnium & singulorum Capitulorum præsentis Tractatûs, quatenus ipsum *Dominum Archiducem* aut ejus Subditos concernunt aut concernent, Commissariis dicti Serenissimi *Domini Regis* in Villa Calesii sufficienter in ea parte Auctorizatis Tradet & Deliberabit aut Tradi & Deliberari mandabit & faciet.

Sequuntur Tenores Commissionum,

Henricus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus Dilecti & Fidelis Consiliarii nostri, Reverendi in Christo Patris, *Ricardi Roffensis Episcopi*, necnon, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Willielmi Warbam* Legum Doctoris Magistri sive Custodis Rotulorum Cancellariæ, *Ricardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis nostri Villæ nostræ Calesii, Magistri *Ricardi Hatton* utriúsque Juris Doctoris, *Johannis Turbevile* Militis Thesaurarii nostri villæ prædictæ, *Sampsonis Norton* Militis Janitoris villæ nostræ prædictæ, & *Adriani Whetehill* Contrarotulatoris nostri ejusdem Villæ, quamplurimùm confidentes, A. D. 1499. Hen. 7.

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores & Deputatos Assignamus, Facimus & Constituimus & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes Eis, Sex, Quinque, Quatuor aut Tribus eorum plenariam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale Nomine nostro, pro Nobis, Regnis, Patriis, Terris, Dominiis Subditis & Vassallis nostris quibuscúmque, cum Carissimo Consanguineo nostro *Philippo Archiduce Austriæ, Duce Burgundiæ, &c.* seu ejus Ambassiatoribus, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis Potestatem sufficientem ab eodem Consanguineo nostro habentibus, de & super quibuscúmque Commerciis Exercitioque Commerciorum, ac mutuo & amicabili Intercursu Mercandisarum, *inter Nos*, Hæredes & Successores nostros, atque Regna, Patrias, Terras, Dominia & Loca nostra quæcumque, & dictum *Consanguineum nostrum* Hæredes atq; Successores suos, atq; Patrias, Terras, Dominia & Loca sua quæcúmq; Subditos, Vassallos, Confœderatos, Amicos, Alligatos, Faventes & Adhærentes nostros & suos quoscumque, Conveniendi, Appunctuandi, Celebrandi, Componendi & finaliter Concludendi,

Necnon de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis, Dampnis, Injuriis, Gravaminibus & Demandis, ac injustis Detentionibus Mercium & Mercatorum alicujus Partium prædictarum, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus & Connexis, quæ *inter Nos & præfatum Consanguineum nostrum* ac Regna, Patrias, Terras, Dominia, Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos, Amicos, Faventes & Adhærentes nostros & suos prædictos hincinde pendere dinoscuntur,

Necnon

A. D. 1499. Hen. 7. Necnon de & super omnibus & singulis Differentiis, Querelis, seu Quæstionibus quibuscúmque in Capitulis Amicitiarum & Mercium Intercursûs, *inter Nos* & *dictum Consanguineum nostrum* vel Commissarios nostros & Commissarios ipsius Consanguinei nostri ante hæc tempora initis & conclusis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Exponendi, Impetrandi, Declarandi, & Concordandi, atque ea omnia & singula Componendi, Pacificendi, Appunctuandi, Reparandi, Reformandi, & plenariè ac integrè Determinandi & finaliter Concludendi,

Ac de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Præmissa concernentibus, quæ, cum præfatis Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Legatis, Deputatis, & Nunciis dicti *Consanguinei nostri* Appunctuata, Concordata, & Conclusa fuerint, Literas validas & efficaces pro Parte nostra Tradendi & Deliberandi, Literásque alias consimilis vigoris & effectûs ex altera Parte Petendi, Exigendi, & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula qualitercúmque concernentia Faciendi, Excercendi, & Expediendi ita & eodem modo sicut Nos ipsi faceremus si in Persona nostra interessemus, ac etiam si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, & Deputatos nostros Appunctuata, Promissa, Concordata, Conventa, & Conclusa fuerint in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos, & superinde Literas nostras Patentes Confirmatorias daturos.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* decimo nono Die Februarii, Anno Regni nostri Quartodecimo.

Philippus, Dei gratiâ, ARCHIDUX *Austriæ*, DUX *Burgundiæ*, *Lotharingæ*, *Brabantiæ*, *Stiriæ*, *Carinthiæ*, *Carniolæ*, *Lumburgiæ*, *Lucemburgiæ*, & *Gheldriæ*, COMES *Hasburgiæ*, *Flandriæ*, *Thirolis*, *Artesii*, *Burgundiæ*, PALATINUS *Hannoniæ*, LANTGRAVUS *Alsatiæ*, MARCHIO *Burgoniæ & Sacri Romani Imperii*, *Holandiæ*, *Zelandiæ*, *Ferretis*, *Kiburgiæ*, *Mamurmicii*, & *Zutphaniæ* COMES, DOMINUS *Frisiæ*, *Sclavonicæ*, *Portusnaonis*, *Salinarum*, & *Mescheleine*, universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem & Dilectionem. A. D. 1499. Hen. 7.

NOTUM FACIMUS quòd Nos, de Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Reverendi in Christo Patris, Domini *Henrici de Bergys Episcopi Cameracensis* Cancellarii Ordinis nostri & Superioris sive Capitis nostri Supremi Concilii in absentia Cancellarii nostri, necnon, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Magistri *Johannis Sauvage* nostræ Cameræ Consilii Flandrensis Præsidentis, & Domini *Danielis de Praet* Militis & Camerarii nostri Domini de Meruwez Patriæ nostræ Flandriæ Superioris, ac Magistri *Thomæ de la Papoire* Domini de Pypay Magistri Requestarum Hospitii nostri, plurimùm confidentes,

Ipsos & eorum quemlibet nostros veros, legittimos, & indubitatos Procuratores, Commissarios, Oratores, Deputatos & Nuncios Eligimus, Facimus, Constituimus, Deputamus, Nominamus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes ipsis omnibus aut Tribus aut saltem Duobus eorumdem Potestatem & Auctoritatem plenariam, ac Mandatum speciale & generale Nomine nostro, & pro Nobis, próque Terris, Dominiis, Vassallis, & Subditis nostris quibuscúmque, in certâ Dietâ seu Concione in Oppido Calesii aut alio in loco, prout Serenissimo ac Excellentissimo Principi *Henrico Anglorum Regi* Domino & Consanguineo meo carissimo placuerit, proximò celebrandâ, Comparendi, & ibidem cum ejusdem Domini Regis Ambassiatoribus, Commissariis, Oratoribus, Nunciis, Procuratoribus, & Deputatis ad hoc ab ipso Domino Rege sufficientem Potestatem & Facultatem habentibus, de & super Confirmatione & Corroboratione Amicitiarum, Confœderationum, & Intelligentiarum, *inter eumdem Dominum Regem & Nos*, jampridem initarum, pactarum, & conclusarum, earumdémque Ampliatione, Extensione, & firmiori stabiliorique Colligatione ac Vinculo,

Necnon de & super quibuscúmque Commerciis Commerciorúmque Excercitio, ac mutuo & amicabili Mercimoniorum Intercursu inter prælibatum *Dominum Regem*, ac ejus Hæredes & Successores, ac Regna, Dominia, Patrias, Terras, ac Loca alia quæcúmque suæ Ditioni subjecta, *& Nos*, Hæredésque ac Successores nostros atque Terras, Dominia, Patrias, & Loca nostra quæcúmque, Vassallos, Subditos, Confœderatos, Amicos, Alligatos, eorumdémque

A. D. 1499. Hen. 7. quæ Fautores & Nostros quoscúmque Conveniendi, Amicitias, Confœderationes, & Intelligentias ipsas Confirmandi, Roborandi, & Stabiliendi, &, si necesse fuerit, easdem Ampliandi, Augendi, & Protendendi,

Præterea de & super omnibus & singulis Contentionibus, Controversiis, Quæstionibus, Causis, Litibus, & Querelis, necnon Attemptatis, Dampnis, Injuriis, Gravaminibus, & Demandis, ac injustis Mercium & Mercatorum utrinque Detentionibus, unà cum eorum Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, Annexis & Connexis quæ, inter prætatum *Dominum Regem & Nos*, suósque ac nostros Vassallos, Alligatos, Confœderatos Fautores, & Amicos, ac Loca, Regna, Terras, & Dominia suæ & nostræ Ditioni subjecta, hincinde dependere dinoscuntur,

Necnon de & super omnibus & singulis Differentiis, Querelis, seu Quæstionibus quibuscúmque In Capitulis Amicitiarum, & Mercimoniorum Intercursu inter ipsum *Dominum Regem* & *Nos*, vel inter suos & nostros Commissarios antehac initis & conclusis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Exponendi, Interpretandi, Declarandi, Concordandi, Pacificendi, Componendi, Appunctuandi, Reparandi, Reformandi, ac plenariè & integrè Determinandi & finaliter Concludendi, vel ad *aliam Dietam* prout eis expediens vel oportunum visum fuerit Prorogandi & Continuandi,

Ac de & super omnibus Appunctuatis, Pactis, Initis & Conclusis hujusmodi Literas validas & efficaces Nomine nostro Tradendi & Deliberandi, Literas quoque consimilis effectûs & vigoris Parte ex altera Petendi, Requirendi, & Recipiendi, & generaliter omnia & singula Faciendi, Dicendi, Gerendi, Exercendi, & Procurandi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomolibet oportuna, & quæ Nos ipsi facere mus seu facere possemus si præsentes personaliter interessemus, etiam si Mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus est expressum,

Promittimúsq; bonâ Fide & in Verbo Principis omnia & singula quæ, per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Nuncios, & Deputatos nostros, quantum ad Amicitias, Confœderationes, & Intelligentias prædictas attinet, Confirmata, Roborata, seu Ampliata, necnon circa alias Res & Negotia Pacta, Inita, Appunctuata, Promissa, Concordata, Conventa, & Conclusa fuerint, Nos ea omnia Rata, Firma, & Grata, & Stabilia perpetuò habituros, ac Literas nostras Patentes horum omnium Confirmatorias desuper concessuros.

In cujus Rei Testimonium Sigillum nostrum duximus Præsentibus apponendum.

Datum in *Oppido nostro Bruxellensi* Die nonâ Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo.

Nos autem omnia & singula supra-scripta Capitula, Appunctuamenta, Conventiones, & Conclusiones, ac omnia & singula superinde confecta, & in eisdem contenta & specificata, Rata & Firma habemus, & ea omnia & singula pro Nobis & quantum ad Nos pertinet Ore Regio Acceptamus, Approbamus, & Ratificamus, necnon, Tenore Præsentium, Corroboramus & Confirmamus, eáque omnia & singula firmiter & inconcussè Tenere ac Observare Promittimus.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis Præsentibus, Manu nostrâ propriâ subscriptis, Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Dat. apud *Westmonasterium* Decimo octavo Die Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, & Anno Regni nostri Quartodecimo.

Ratificatio per Fredericum Siciliæ & Jerusalem Regem.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Ex Autogr. Serenissimo Principi & Illustrissimo Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Angliæ &c. Regi*, ac *Domino Hiberniæ*, Consanguineo & Confratri nostro Carissimo, *Fredericus*, eadem gratiâ, *Rex Siciliæ*, *Hierusalem*, *&c.* Salutem & Prosperorum Successuum Incrementum.

Cùm nuper, initâ & firmatâ Pace, Confœderatione, & Ligâ inter Serenissimam Majestatem vestram, & Christianissimum Dominum *Ludovicum Francorum Regem* Inclytum, Majestas ipsa vestra Nosipsos inter Socios & Confœderatos suos ascripserit & nominaverit, prout

A. D. 1499. Hen. 7. prout ex Tenore Capitulorum ipsius Pacis & Confœderationis apparet, spectare ad Nos putavimus, & Nominationem ipsam tanquam Rem Nobis gratam, & a Majestate vestra amicè fraternéque factam, nostris Litteris comprobaremus,

Ea propter pro Re ipsâ Majestati vestræ ingentes agentes atque habentes Gratias, cujus quidem fraternum erga Nos Animum & ingentem Benivolentiam, cùm aliàs sæpe re ipsâ experti simus, cúmque quotidiè magis ac magis impensiúsque cognoscimus,

His ipsis Litteris nostris scienter, consultò, & expressè, Nominationem de Nobis, ut præmittitur, per Majestatem vestram factam, utpotè ipsis Nobis acceptam & gratam, & omnia & singula in Capitulis Pacis & Confœderationis jam dictæ contenta, atque ad Nos spectantia, libenti Animo, Motúque proprio, & spontaneâ nostrâ & liberâ Voluntate Comprobamus, Acceptamus, comprobatéq; & acceptare ratificamus; A. D. 1499. Hen. 7.

Pollicentes inviolabiliter Nos observaturos quicquid ad Nos spectare per Capitula ipsa dinoscetur plenè & futuro quocúnque tempore.

Et in horum Fidem & Testimonium præsentes nostras Acceptationis, Ratificationis, & Comprobationis Litteras, Manu nostrâ subscriptas, & pendenti Magno nostro Sigillo signatas, fieri jussimus.

Dat. in *Castello novo Civitatis nostræ Neapolis* Die vicesimo Junii Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo.

R. FREDERIC.

Dominus Rex mandavit mihi VITO PISANILLO.

De Conductu pro Ambassiatoribus Regis Scotorum.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Pat. 14. H. 7. m. 10. REX universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, certis Considerationibus Nos specialiter moventibus, de advisamento & assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Reverendissimum in Christo Patrem *Robertum Archiepiscopum de Glasgu, Patricium Comitem de Bothwile*, Reverendum in Christo Patrem *Andream Forman* Prothonotarium Scotiæ, *Robertum Lundy* Militem Thesaurarium Scotiæ, Ambassiatores, Oratores, Procuratores, Commissarios, Deputatos, Legatos, & Nuncios Illustrissimi Principis Consanguinei nostri carissimi *Jacobi Scotorum Regis*, ita quòd benè licebit eisdem, & eorum cuilibet, in hoc Regnum nostrum Angliæ, ac alia Loca, Jurisdictiones, & Territoria nostra quæcúmque, *cum Centum Personis in Comitiva sua vel infra*, & totidem Equis ac Bonis, Jocalibus, &c. per Sex Menses duraturas. A. D. 1499.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Julii.

Per ipsum Regem.

De Appunctuando cum Rege Scotorum.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm nuper, *inter Nos* & Illustrissimum Principem Fratrem & Consanguineum nostrum Carissimum *Jacobum Scotorum Regem*, pro Regnis, Terris, Dominiis, Patriis, ac Subditis nostris & suis, hincinde certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, ad Terminum Vitæ utriúsq; nostrûm ac nostrûm alterius diutius Viventis, & per unum Annum integrum proximò post Obitum ultimi eorum Decedentis duraturæ, factæ, captæ, initæ, celebratæque fuerint & conclusæ, prout in Litteris nostris & suis superinde confectis plenissimè liquet,

Nos, Ipsas Treugas & Guerrarum Abstinentias inviolabiliter observari, ac omnia & singula contra vim, formam, & effectum earumdem attemptata & perpetrata debitè Reparari & Reformari volentes, A. D. 1499.

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris *Willielmi Episcopi Carliolensis, Ricardi Hatton* Clerici utriúsque Juris Doctoris, *Thomæ Darcy*, & *Ricardi Cholmely*, Militum, & *Johannis Cartyngton* Armigeri quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Depu-

A. D. 1499. Hen. 7.

Deputatos, & Nuncios speciales Fecimus, Deputavimus, Constituimus, & Ordinavimus prout, Tenore Præsentium, Facimus, Deputamus, Constituimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eis, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (quorum præfatum *Ricardum Hatton* aut prædictum *Ricardum Cholmley* unum esse volumus) plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Vassallis nostris quibuscúmque, cum præfato Carissimo Fratre & Consanguineo nostro, ejúsve Commissariis, Oratoribus, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis sufficientem Potestatem, Mandatum, & Auctoritatem ad hoc habentibus, de & super quibuscúmque Contentionibus, Quæstionibus, Causis, Querelis, Litibus, Gravaminibus, Offensis, Damnis, Attemptatis, & Injuriis, unà cum suis Circumstantiis, Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Annexis, per Subditos & Ligeos utriúsque Partis in Marchiis utriúsque Nostrûm & Regnorum nostrorum, seu alibi per Terram aut Mare Aquásve dulces, contra vim, formam, & effectum Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum prædictarum hincinde factis habitis motis sive pendentibus, Tractandi & Communicandi, hujusmodique Contentiones, Quæstiones, Causas, Lites, Querelas, Gravamina, Offensas, Dampna, & Attemptata Audiendi, Discutiendi, Appunctuandi, & Componendi, Concordandi, & Fine debito Terminandi, ac debitam Reformationem & Reparationem Causarum, Litium, Querelarum, & Gravaminum, Offensarum, Dampnorum, & Attemptatorum prædictorum fieri Petendi ac fieri Promittendi & Faciendi, & super Præmissis & eorum Dependentiis Appunctuandi & Concludendi, Contradictores verò Contumaces & Rebelles quoscúmque Capiendi, Compescendi, Molestandi, & Puniendi, juxta formam & effectum Capitulorum Pacis, Amicitiæ, & Treugarum, *inter Nos* & dictum Fratrem & *Consanguineum nostrum* aut Commissarios nostros & suos, initorum & conclusorum, ac juxta Leges & Consuetudines laudabiles & præscriptas Marchiarum prædictarum,

A. D. 1499. Hen. 7.

Necnon de & super omnibus & singulis Differentiis, Querelis, seu Quæstionibus quibuscumque in Capitulis Amicitiarum & Treugarum prædictarum, inter *Nos* & *dictum Consanguineum nostrum* vel Commissarios nostros & Commissarios ipsius Consanguinei nostri ante hæc tempora initis & conclusis, Communicandi & Tractandi, ac alias Vias & Remedia Concipiendi & Referendi & Excogitandi quæ, ad firmiorem & perfectiorem Pacem, Amicitiam, & Guerrarum Abstinentiam, congrua & necessaria videbuntur,

Universáque alia & singula quæ, pro Reparatione & Reformatione Præmissorum, necessaria fuerint & oportuna, ac qualitercúmque debita & requisita, Componendi, Pacificendi, Appunctuandi, Faciendi, Exercendi, & Exequendi, Excecutionique Demandandi & plenariè ac integrè Determinandi, vel ad aliam Communicationem & Dietam, prout eis expediens visum fuerit & oportunum, Prorogandi & Continuandi,

Promittentes &c.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Julii.

Ratificatio Tractatus facti apud Stryveling.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Ex Autogr.

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum Notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

SCIATIS NOS INSPEXISSE QUAMDAM INDENTURAM,

FACTAM *apud Stryveling*, inter Reverendum in Christo Patrem *Andream Forman* Prothonotarium Apostolicum ac Priorem de Mayo, & Magistrum *Ricardum Lawsonn* Clericum Generalem nostræ Justitiariæ, nostros Consiliarios, Oratores, & Commissarios ex Parte unâ, & Magistrum *Robertum Rydon* Consiliarium & Concilii Clericum Illustrissimi Principis *Henrici Regis Angliæ* Fratris & Consanguinei nostri carissimi suíque Regni Viceadmirallum, ac suum Oratorem Ambassiatorem & Commissarium, sufficienti Auctoritate ab eodem nostro Consanguineo munitum, ex Parte alterâ,

A. D. 1499.

De & super bonâ, reali, sincerâ, verâ, integrâ, & firmâ Pace, Amicitiâ, Ligâ, Confœderatione, Treugâ, & Guerrarum Abstinentiâ, per Terram, Mare, Aquas dulces, & ubique Locorum, inter *Nos* & præfatum *nostrum Consanguineum*, ac utriúsque Nostrûm Regna, Terras, Patrias, Dominia, Vassallos, Ligeos, & Subditos, per prædictos Commissarios hincinde Ap-

5 pun-

A.D. 1499. Hen. 7. punctuatâ, Conventâ, Concordatâ, & Conclusâ,

Sub hac quæ sequitur verborum forma.

HÆC INDENTURA,

FACTA *apud Striveling* Duodecimò Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, inter Nos Reverendum in Christo Patrem *Andream Forman* Prothonotarium Apostolicum ac Priorem de Mayo, & Magistrum *Ricardum Lawsonn* Clericum Generalem Justitiariæ Serenissimi Principis Domini *Jacobi Scotorum Regis*, suos Consiliarios, Oratores, Ambassiatores, & Commissarios, ex Parte una, & Magistrum *Robertum Rydon* Illustrissimi Principis Domini *Henrici Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ* Consiliarium ac Concilii sui Clericum Regnique sui Viceadmirallum, Oratorem, Ambassiatorem, & Commissarium prædicti Serenissimi Principis *Henrici Regis Angliæ*, ex Parte alterâ,

TESTATUR quòd Nos Commissarii dicti Serenissimi *Regis Scotorum*, cum præfato Commissario Serenissimi *Regis Angliæ* ac ipse Nobiscum, virtute & auctoritate nostrarum Commissionum hinc inde per Litteras Patentes dictorum Regum Nobis ac sibi divisim factas (quarum Tenores inferius inseruntur) Appunctuavimus, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, Appunctuamus, Convenimus, Concordamus, & Concludimus, Nos cum Eo & Ipse Nobiscum, Nominibus Principum prædictorum, in omnibus & per omnia prout in sequentibus Articulis continetur.

INPRIMIS, inter Nos Oratores, Ambassiatores, & Commissarios prædictos, Nominibus quibus supra, Appunctuatum, Concordatum, & Conclusum est quòd, inter Serenissimos *Reges Scotiæ* & *Angliæ* supradictos, eorum Hæredes & Successores, Regna, Patrias, & Dominia, Terras & Loca quæcúnque eorumdem, necnon Vasallos, Ligeos, Homines, Subditósque suos quoscúnque præsentes & futuros, tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúnque Gradûs, Præeminentiæ, Statûs, & Conditionis existant, sit bona, realis, sincera, vera, integra, & firma Pax, Amicitia, Liga, Confœderatio, & Treuga, Guerrarúmque Abstinentia per Terram, Mare, Aquas dulces, & ubique Locorum, *a Data præsentis Tractatûs ad Terminum Vitæ utriusque Principis Principum prædictorum & eorum alterius diutiùs Viventis, necnon ad unum Annum post Obitum ultimi eorum Decedentis, duratura.*

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, durantibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis antedictis, nullus dictorum Principum movebit per Se aut Subditos suos, aut per alios quoscúnque moveri permittet, Guerram per Terram, Mare, neque Aquas dulces adversus alterum dictorum Principum, Subditos aut Ligeos suos, nec dabit Auxilium vel Favorem ut hujusmodi Guerra moveatur vel excitetur quovis modo. A.D. 1499. Hen. 7.

ITEM, pro securiore Firmitate & Observatione Pacis, Amicitiæ, Confœderationis, & Intelligentiæ prædictarum, Concordatum & Conclusum est, Tenore Præsentium, quòd, dictis Amicitiis durantibus, neuter Regum prædictorum quovismodo receptabit, nec a Subditis suis eorum alter receptari permittet, aliquos Rebelles sive Proditores de Crimine Læsæ Majestatis suspectos, nec hujusmodi Rebellibus sive Proditoribus, qui in aliquem Locum Obedientiæ Principum prædictorum seu alterius eorum declinaverint, quoquo modo dabit seu præstabit Consilium, Auxilium, Favorem, Subsidium, aut Assistentiam, sed, infra Viginti Dies postquam, per Literas illius Principum prædictorum, cujus hujusmodi Rebelles sive Proditores extiterint, alter ex Principibus hujusmodi requisitus fuerit, eos omnes & singulos Litterarum hujusmodi Requisitionis Latori, aut Alii ad hoc in hujusmodi Litteris Nominato sive Deputato Tradet, Restituet, & Deliberabit, Tradive, Restitui, & Deliberari faciet.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, dictis Amicitiis durantibus, neuter Regum prædictorum quovismodo receptabit, nec a Subditis suis eorum alter receptari permittet aliquos Homicidas, Fures, Latrones, aut Transfugas, nec alios Malefactores quoscúnque ex Subditis alterius eorum, nec hujusmodi Furibus, Latronibus, Homicidis, aut Transfugis, aut aliis Malefactoribus quibuscúnque, qui in aliquem Locum Obedientiæ Principum prædictorum declinaverint, quoquo modo dabit seu præstabit Consilium, Auxilium, Favorem, Subsidium, aut Assistentiam, sed, infra Decem Dies proximò & immediatè sequentes postquam per Litteras Principum prædictorum, cujus hujusmodi Homicida, Fur, Latro, Transfugus, aut Malefactor Subditus extiterit, aut ipsius Gardiani, Locumtenentis, seu Deputati, alter ex Principibus hujusmodi requisitus fuerit, Literarum hujusmodi Requisitionis Latori, aut Alii in eisdem Literis Nominato seu Deputato prædicto, Tradet & Deliberabit, Tradive & Deliberari faciet.

ITEM,

A. D. 1499. Hen. 7.

Item, Concordatum & Conclusum est per Oratores antedictos quòd, omnes & singulæ Litteræ salvi Conductûs, per alterutrum dictorum Principum hincinde, quibuscúnque eorum utriúsque Rebellibus, Gentibus Guerrarum, Mercatoribus, Artificibus, aliisve eorum Subditis, cujuscúnque Statûs, Gradûs, aut Conditionis existant, ante hæc tempora, sub quibuscúnq; Datis, Verbis, Tenoribus, sive Formis, sive sub eorum Magnis Privatis aut Signetorum Sigillis, vivisve eorum utriusque Vocum Oraculis, aut aliter qualitercúnque & quandocúnque, pro Terrâ sive pro Mari, ad certum tempus vel terminum Vitæ alicujus sive aliquorum duraturæ, concessæ fuerint, præsentem per Tractatum sive Conclusionem revocentur, cassentur, irritentur, & annullentur, ac pro revocatis, cassatis, irritis, & annullatis a præsenti Die inantea expressè habeantur & reputentur.

Et quòd consimiles Litteræ hujusmodi Salvi Conductûs per neutrum dictorum Principum qualitercúnq; eorum alterutrius Rebellibus, Gentibus Guerrarum, Mercatoribus, Artificibus, aut aliis eorum utriúsque Subditis quibuscúnque, cujuscúnque Statûs, Dignitatis, Gradûs, aut Conditionis existant, sub utriúsque aut alterius eorum Magnis Privatis aut Signetorum Sigillis, nec Vivis Vocum eorum Oraculis, aut aliter qualitercúnque pro Terra sive pro Mari, durante præsentis Tractatûs Termino, de cætero minimè concedentur aut quoquo modo annuentur per eorum aliquem, nisi ad id alter eorum per alterum eorumdem congruè in Scriptis requirarur expressè;

Et Casu quo de cætero quandocúnq; alter alterum dictorum Principum pro hujusmodi Litterâ Salvi Conductûs, cuicúnque Subdito suo quibuscunqueve Subditis suis indulgendo, in Scriptis & de Facto interpellaverit aut requisiêrit, stabitur nichilominus Arbitrio & Voluntati Principis sic interpellati, an hujusmodi Interpellationi acquiescere Litterásve hujusmodi Conductûs concedere voluerit, an non, secundùm quod eidem Principi sic requisito meliùs expedire videbitur: Ita tamen quòd hujusmodi Litteræ Salvi Conductûs ultra unum Annum duraturæ minimè concedantur.

Item, Conventum & Conclusum est quòd dictæ Homicidæ, Fures, Latrones, & alii Malefactores quicunq;, durantibus dictis Treugis, modo & formâ sequentibus punientur, videlicet;

Si contingat de cætero aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *R. Angl.* aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *R. Scotiæ*, infra Marchias Angliæ vel Limites Marchiarum Scotiæ, violenter interficere, Gardianus Marchiarum prædictarum Angliæ, vel ejus Deputatus vel Deputati cum omni Curâ & Diligentiâ, omni Favore postposito, ac Dolo, Fraude, ac sinistrâ Machinatione quibuscunq; in hac parte cessantibus, prosequentur, & quilibet eorum prosequetur, ut talis Interfector seu Interfectores capiantur & ducantur ad Dietam per Gardianos utriusque Marchiæ vel per eorum Deputatos appunctuandam; ubi si per Leges Marchiarum legitimæ convineantur, vel aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Marchiæ Angliæ, talem Interfectorem vel Interfectores ut supra Convictum vel Convictos, Gardiano Marchiæ Scotiæ liberabit seu liberari faciet; qui Gardianus Marchiæ Scotiæ ipsum Homicidam vel Homicidas, sic ut supra Convictum vel Convictos & sibi Consignatum vel Consignatos, pro hujusmodi Homicidio ultimo Supplicio demandabit;

Et simili modo si contingat de cætero, aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis Scotiæ* aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis Angliæ*, infra Marchias Scotiæ vel Limites Marchiarum Angliæ, violenter interficere, Gardianus prædictæ Marchiæ Scotiæ vel ejus Deputatus vel Deputati, cum omni Curâ & Diligentiâ, omni Favore postposito, ac Dolo, Fraude, & sinistrâ Machinatione quibuscunque in hac parte cessantibus, prosequentur & quiliber eorum prosequetur, ut talis Interfector seu Interfectores capiantur & ducantur ad Dietam per Gardianos utriusq; Marchiæ vel per eorum Deputatos appunctuandam; ubi, si per Leges Marchiarum legitimè convincantur vel aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Marchiæ Scotiæ talem Interfectorem vel Interfectores, sic ut supra Convictum vel Convictos, Gardiano Marchiæ Angliæ liberabit seu liberari faciet; qui Gardianus Marchiæ Angliæ ipsum Homicidam vel Homicidas, sic ut supra Convictum vel Convictos & sibi Consignatum vel Consignatos, pro hujusmodi Homicidio ultimo Supplicio demandabit.

Item, Conventum & Conclusum est quòd Naves, Nautæ, Mercatores, & alii Subditi utriusque Principum prædictorum per Terram, Mare, & Aquas dulces Euntes, Conversantes, Navigantes, Naufragium passuri, & Permanentes tractentur & recipiantur prout meliùs tractari & recipi consueverunt in temporibus aliarum Treugarum, priùs inter *Scotiæ* & *Angliæ Reges* & eorum Regna initarum & conclusarum; & præcipuè quòd recipiantur & tractentur juxta vim, formam, & ef-

A. D. 1499. Hen. 7. & effectum Tractatûs Treugarum conclusarum, inter Illustrissimos *Jacobum Tertium Scotorum Regem* & *Edwardum Quartum nuper Angliæ Regem*, de Datâ Primi Diei Mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo quarto.

Item, Conventum & Conclusum est, quòd si si aliquis ex Subditis alterius Principum prædictorum quicquid Deprædatus fuerit seu Attemptaverit infra Marchiam aut Terram illius Partis Partium prædictarum, & post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum Fugiendo revertatur ad Marchiam vel Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi, contra quem sic Attemptatum fuerit, in Recenti vel infra Sex Dies computandos a Tempore Delicti sic attemptati vel commissi, Auctoritate præsentis Ordinationis & Tractatûs, absque aliis Litteris vel Salvo Conductu, prosequi illum Malefactorem, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchiam & Terram in quam idem Malefactor se contulerit; dummodò, quamcitò hujusmodi Marchiam sive Terram hâc de Causâ intraverit, adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæsæ habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui, viz. ad prosequendum Deprædationem suam, discribâtq; & specificet quibus Bonis & Catallis vel Rebus Deprædatus seu Spoliatus fuerit; ac insuper requirat eundem quòd, quamdiu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit, secum eat, ut super Factis suis tempore dictæ Prosecutionis possit, cùm requisitus fuerit super hoc, Testimonium perhibere veritati.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, durantibus præsentibus Treugis, ut præmissum est, Castrum & Villa Berwici cum antiquis Limitibus, & Inhabitantes & Incolæ eorumdem, sub eisdem Pace, Amicitiâ, & Confœderatione Treugâq; & Guerrarum Abstinentiâ ac Bellorum Induciis stabunt & permanebunt toto tempore prædicto, ita, quòd neque Serenissimus *Rex Scotiæ* per Se, aut alios Subditorum, Ligeorum, aut Vassallorum suorum Guerram, Insultum, aut Obsidionem ipsis Locis aut Incolis eorumdem, neque Excellentissimus *Rex Angliæ* per Se, aut suos Inhabitantes Villam seu Castrum hujusmodi Guerram, Insultum, aut Obsidionem dicto Serenissimo *Regi Scotiæ* suisve Ligeis Vassallis faciet quovismodo pendente tempore Treugarum prædictarum.

Item, Conventum & Conclusum est, quòd si aliquis Ligeorum unius vel alterius Principum prædictorum reparaverit, ædificaverit, seu ut vulgariter dicitur A. D. 1499. impœsuerit *le Fissbgarth de Esk*, aut Rumpat vel Distruat eundem, pro non Hen. 7. attemptato reputabitur, & nichilominus alia Attemptata quæcunque repatabuntur, sic quod Reparatio seu Distructio *dicti le Fissh Garth* non impediet Reformationem aliorum Attemptatorum nec introducet Ruptionem præsentium Treugarum.

Item, Conventum & Conclusum est, quòd Fugitivi Scotiæ qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ* debent ligari ex Parte Anglicorum ad Observandum Articulos præsentium Treugarum, & quòd Attemptata per eos super Subditos *Regis Scotiæ* debent eodem modo reformari quo reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*; idem per omnia observando ex Parte *Regis Scotiæ*, si qui Anglici ante hæc tempora Ligei *Regis Scotorum* devenerunt quovismodo.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Subditus alicujus Principis Principum prædictorum, qui passus fuerit Rapinam vel Spolium a Subdito alterius eorumdem, propriâ Auctoritate suâ propter hoc Spoliationem, Prisas, vel Districtiones Personarum vel Bonorum fecerit, eo ipso cadat a Causâ suâ, & nichilominus secundùm Delicti exigentiam puniatur.

Item, Conventum & Conclusum est, quòd quamquam præsentes Guerrarum Abstinentiæ captæ & initæ sint modis & formis ut supra, attamen non dicentur nec reputabuntur omninò generales, nec se extendunt ad Dominium de Lorne in Regno Scotiæ, nec ad Insulam de Lundey in Regno Angliæ, sed Dominium & Insula prædicta intelligentur nullo modo in hiis Guerrarum Abstinentiis comprehensa.

Item, Conventum & Conclusum est, quòd in præsentibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis comprehendantur Amici, Confœderati, & Alligati utriusque Principis, si comprehendi voluerint, & eorum Regna ac Dominia, & super hoc Animos suos declaraverint, & idem desideraverint infra Sex Menses proximò exnunc sequentes;

Et specialiter pro Parte *Regis Scotiæ*;
Ludovicus Rex Franciæ,
Johannes Rex Daciæ,
Rex Hispanniæ,
Rex Neapolis,
Rex Romanorum,
Archidux Austriæ,
Et *Burgundiæ*,
Gildriæ,
Holstatiæ,

A. D. 1499. Hen. 7.

Et *de Clief*,
Duces,
Et *Merchio Brondiburgensis*;

Et pro Parte *Regis Angliæ*,
Rex Romanorum,
Rex Ludovicus Franciæ,
Reges Hispaniæ,
Portugaliæ,
Neapolis,
Austriæ,
Burgundiæ,
Venitiarum,
Mediolani,
Ferrariæ,
Sabaudiæ;
Duces,
Necnon *Societas Mercatorum Hanzæ Theutonicæ*:

Quibus Mensibus Lapsis, si nulla Notificatio hujusmodi facta fuerit Regibus prædictis, dicti Confœderati non intelligentur in hiis Treugis comprehensi, & si dicti Reges dictos Confœderatos comprehendi volentes, ut prædicitur, sub dictis Treugis comprehendere noluerunt, ex tunc dictæ Treugæ nullius Roboris censeantur vel Momenti.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd si, eisdem Guerrarum Abstinentiis durantibus, aliquid contra easdem vel aliquam Partem earundem per Terram sive per Mare fieri vel attemptari contingat, Propterea non erunt nec censebuntur Ruptæ, Infirmatæ vel Adnullatæ præsentes Treugæ, sed nichilominus in suo Robore permanebunt, & Attemptata hujusmodi debitè Reformabuntur.

ITEM, Conventum, Concordatum & Conclusum est, quod Hæredes & Successores Illius Principis Principum prædictorum quem primò Obire contigerit, post Mortem Principis sic ut præmittitur primò Decedentis, infra Tres Menses proximò & immediatè sequentes Obitum dicti Principis Decedentis, Litteras suas omnium & singulorum Capitulorum in præsenti Tractatu & Data ejusdem comprehensorum & conclusorum Ratificatorias & Confirmatorias, Magnóque suo Sigillo sigillatas, alteri eorumdem Principum Hæredibus & Successoribus suis Tradent & Deliberabunt Tradive & Deliberari facient.

ITEM, ad majorem & efficaciorem præsentium Articulorum Observationem, Conventum & Conclusum est quòd Venerabiles & Discreti Viri præsentis Tractatûs Conservatores nominentur & deputentur; viz.

Pro Parte Illustrissimi *Regis Scotorum*,
Reverendi Patres,

A. D. 1499. Hen. 7.

Willielmus Episcopus Aberdonen.
Georgeus Candidæ Casæ Episcopus,
Willielmus Dominus Borthvik,
Georgeus Dominus Scytonn,
Patricius Hume de Fastcastell,
Et, Magister *Ricardus Lausonn*;

Et pro Parte Regis Angliæ,
Reverendi Patres,
Ricardus Dunolmensis,
Willielmus Carliolensis,
Episcopi,
Johannes Baro de Greistok,
Cristoforus Moresby Miles,
Et, *Johannes Cartingtonn* Armiger,

Qui quidem Deputati ex utrâque Parte supranominati, vel Duo eorum, virtute præsentis Articuli habeant plenam Potestatem ac omnimodam Jurisdictionem ad Reparandum, Reformandum & Emendandum, ac Reparari, Reformari & Emendari cogendum & compellendum ac faciendum omnia & singula Dampna & Attemptata Excessusque facta & perpetrata, facienda & perpetranda, sive per Capitaneos & Locumtenentes eorúmque Deputatos Marchiarum prædictarum, sive per Subditos utriúsque Principum prædictorum, si contra Tenorem præsentium Treugarum & Guerrarum Abstinentiarum aliquid Actum, Gestum vel Attemptatum erit: necnon ad Multandum & Puniendum Capitaneos ac Locatenentes & eorum Deputatos prædictos, ac etiam ad Incarcerandum & Ultimo Supplicio demandandum omnes & singulos Malefactores secundùm Casûs & Delictorum exigentias: Qui quidem Deputati vel Duo eorum, per Principes prædictos aut eorum aliquem, sive per Marchiarum Gardianos aut eorum Locatenentes, jussi vel Requisiti sine quacúmque dilatione Frustratoriâ, ad ea Loca se conferent in quibus meliùs & faciliùs hujusmodi Attemptatorum Reformatio & Reparatio fieri possit.

ITEM, Conventum & Concordatum est, quòd præsentes Conventiones & Conclusiones, infra Duos Menses proximò sequentes post Datam Præsentium, per Litteras Patentes utriúsque Regum prædictorum Magnis Sigillis suis sigillatas, Confirmabuntur & Ratificabuntur, quas quidem Litteras Ratificatorias & Confirmatorias, ut præmittitur sigillatas, uterque Principum prædictorum, infra dictos Duos Menses, sibi hincinde tradet & deliberabit, aut tradi & deliberari faciet & procurabit.

ITEM, Conventum & Conclusum est, quòd utraque Partium prædictarum Publicari & Notificari faciet dictas Guerrarum

A. D. 1499. Hen. 7. rarum Abstinentias Subditis suis in omnibus & singulis Insignioribus Locis Marchiarum suarum, infra Octo Dies proximò sequentes post Datam Præsentium.

Sequuntur Tenores Commissionum,

Jacobus, Dei gratiâ, Rex Scotorum, universis & singulis ad quorum notitias præsentes Litteræ pervenerint Salutem.

Sciatis Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus Dilectorum Consiliariorum nostrorum; viz. Reverendi in Christo Patris *Andreæ Formam* Prothonotarii Apostolici & Prioris de Mayo, & Magistri *Ricardi Lausonn* Clerici Generalis nostræ Justitiariæ quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros Commissarios Deputatos Nuncios speciales, ex avisamento & Deliberatione nostri Concilii, Fecimus, Constituimus, Deputavimus & Ordinavimus ac, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus, Deputamus & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem nostris Commissariis, Deputatis & Nunciis conjunctim nostram plenariam Potestatem & Mandatum speciale Conveniendi cum Magistro *Roberto Rydon* Anglico Clerico Concilii Viceadmirallo, Ambassiatore & Commissario Excellentissimi Principis *Henrici Regis Angliæ* Fratris & Consanguinei nostri Carissimi, sufficientem Potestatem ab eodem habente,

Ac de & super Reformatione certorum Articulorum & Clausularum in Treugis inter nostros & suos Commissarios ultimò captis, seu Novis Articulis & Clausulis necessariis eisdem Treugis addendis,

Ac si opus fuerit super Novis Treugis & Guerrarum Abstinentiis capiendis & firmandis, & super hujusmodi ac aliis & singulis Bonum Treugarum & Observationem earumdem nostrique Regni Rempublicam concernentibus, prout dictis nostris Commissariis expedire videbitur, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi & finaliter Concludendi & Determinandi;

Cæteraque omnia alia & singula Faciendi, Exercendi, Gerendi & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale quàm Præsentibus est expressum;

Promittentes bona fide & in Verbo Regio Nos Ratum, Gratum, Firmum & Stabile habituros totum & quicquid, per dictos nostros Commissarios conjunctim Actum, Factum, Tractatum, Appunctuatum, Concordatum, Conclusùmve fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum. A. D. 1499. Hen. 7.

In cujus Rei Testimonium has Litteras nostras sub Magno Sigillo nostro fieri fecimus Patentes *apud Striveling* Duodecimo Die Mensis Julii, Anno Regni nostri Duodecimo.

Henricus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Industriâ & providâ Circumspectione Prædilecti & Fidelis Consiliarii nostri, *Roberti Rydon* Clerici Concilii nostri, atque Viceadmiralli Regni nostri Angliæ quamplurimùm confidentes,

Ipsum nostrum verum & indubitatum Commissarium, Oratorem, Procuratorem, Deputatum & Nuncium specialem Assignamus, Facimus Constituimus & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes Eidem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe Fratre & Consanguineo nostro Carissimo *Jacobo Scotorum Rege*, sive ejus Commissariis, Oratoribus, Deputatis & Nunciis, ejúsve Commissario, Oratore, Procuratore, Deputato & Nuncio sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Fratre & Consanguineo nostro ad hoc habente vel habentibus, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ & reali Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Confœderationibus, Affinitatibus & Intelligentiis *inter Nos* & *dictum Illustrissimum Principem* Hæredes & Successores nostros, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Faventes, Alligatos, Confœderatos, Amicos & Adhærentes nostros & suos quoscúmque, hincinde ineundis, capiendis, componendis & celebrandis, Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Concordandi Appunctuandi & finaliter Concludendi,

Novamque Dietam in talibus Loco & Tempore prout eis meliùs visum fuerit Statuendi & Limitandi, & Inibi Communicandi, Conveniendi, Concordandi,

A. D. 1499. Hen. 7. di, Appunctuandi & Concludendi; cæteráque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerit seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Régio, omnia & singula, quæ per præfatum Commissarium, Oratorem, Procuratorem, Deputatum & Nuncium nostrum, hincinde Communicata, Tractata, & Conclusa fuerint in hac parte, Nos Rata, Grata, & Firma habituros & observaturos.

In cujus Rei Testimonium, has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* decimo Die Junii, Anno Regni nostri Quartodecimo.

QUAM QUIDEM AMICITIAM Confœderationem Pacem, & Intelligentiam supradictam, cum omnibus & singulis Articulis & Capitulis in eisdem comprehensis, Nos Oratores antedicti Concludimus Ipsásque pro Conclusis habemus, vigore & auctoritate Principum nostrorum prædictorum Nobis Commissis, non obstantibus Ligis, Amicitiis, Confœderationibus & Intelligentiis quibuscúmque inter præfatos Principes ante Datam præsentis Tractatûs quantumcúmq; habitis factis & conclusis.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium atque Fidem, *huic Parti Indenturæ*, penes præfatum illustrissimum *Angliæ Regem* remansuræ, Nos præfati *Andeas* & *Ricardus*, Commissarii dicti Serenissimi Principis *Jacobi Scotorum* & *Scotiæ Regis* Domini nostri Metuendissimi, Sigilla nostro ac nostras Subscriptiones Manuales apposuimus *in Burgo de Striveling*, Duodecimo Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, Regnique dicti Regis nostri Metuendissimi Duodecimo.

QUAM QUIDEM INDENTURAM, ac omnia & singula Appunctuamenta, Conventiones, Concordias & Conclusiones in eádem, Nos *Jacobus Scotorum Rex* antedictus Laudamus, Approbamus, Ratificamus, & per Præsentes Confirmamus;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, quòd Nos ea omnia & singula quantum ad Nos attinet realiter & cum effectu Observabimus & Exequemur, ac Exequi & Observari faciemus, juxta vim formam & effectum earumdem.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium has Litteras nostras Patentes, Manu nostrâ subscriptas, Magni Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Datum *apud Castrum nostrum de Striveling* Vicesimo Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, & Regni nostri Duodecimo.

JAMES R.

Sub Magno Sigillo de cerâ Albâ pendente a duplici caudâ Pergamenæ.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Pat. 14. H. 7. p. 2. m. 4. REX Escaetori suo in Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* nuper, vacante Ecclesiâ Cathedrali Norwicensi per Obitum, bonæ Memoriæ, *Jacobi ejusdem Ecclesiæ ultimi Pastoris & Episcopi*, de Persona Fidelis Clerici ac Consiliarii nostri *Thomæ Jane ejusdem Ecclesiæ Electi*, ex Fratrum suorum Concilio Auctoritate Apostolicâ providerit, Ipsúmque in ipsius Ecclesiæ Episcopum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Electus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Fidelitatem *ipsius Episcopi* cepimus, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo primo Die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Confi-

A. D. 1499. Hen. 7. Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub Datâ prædicta; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Midd.

Majori Civitatis suæ Norwici *ac Escaetori suo in eadem Civitate.* A. D. 1499. Hen. 7.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Licentia ad Infideles debellandos.

A. D. 1499. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 6.

REX *Roberto Curson* Militi, Salutem.

Cùm plurimis vicibus & sæpenumero Nos movistis atque sollicitâstis ut possitis Licentiam a Nobis habere Infideles & Christi Inimicos Bello aggredi, & eos pro Fidei Catholicæ Defensione Debellare, & quod Vos & Fidejussores vestros a Cura & Onere Custodiæ Castri nostri de Hampnes, & Cautione atque Securitate per Vos & dictos Fidejussores vestros pro secura ejusdem Castri Custodia factâ, exonerare velimus,

Nos,

Honorabilem vestram in hac parte atque Dei Devotam Mentem considerantes, eidemque annuentes,

Assignavimus, Dilectos & Fideles nostros, *Sampsonem Norton* Militem, *Ricardum Lovelas* Militem, & *Willielmum Pawne*, & Duos eorum ad Recipiendum a Vobis dictum Castrum atque omnes Marchias & Guerrarum Instrumenta eidem Castro pertinentia, A. D. 1499.

Volumus igitur quòd eisdem *Sampsoni*, *Richardo* & *Willielmo*, seu Duobus eorum dicta Castrum nostrum de Hampnes Marchias & Instrumenta Bellica atque cætera quæ in Principio vestri Introitûs ibidem recipistis Deliberetis,

Cujus quidem Castri Deliberatione sic ut præmittitur factâ vos atque Fidejussores vestros a Custodia & Onere dicti Castri, atque ab omni Cautione & Securitate pro Custodia ejusdem Castri per Vos & eosdem Fidejussores vestros facta superinde Acquietamus.

In cujus &c.

Teste meipso apud *Knoll* vicesimo nono Die Augusti, Anno Regni nostri Quintodecimo.

De Appunctuando cum Rege Scotorum.

A. D. 1499. An. 15. H. 7. Scot. 15. H. 7. m. 6.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ* universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Literæ nostræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Circumspectione, Industria, Doctrina, Probitate, Fidelitate & Prudentia Reverendi in Christo Patris Domini *Ricardi Dunolmensis Episcopi* ac Custodis Privati Sigilli nostri Consiliarii; nostri Dilectissimi quamplurimùm confidentes,

Ipsum nostrum Procuratorem, Nuncium, Oratorem, Commissarium & Ambaxiatorem Fecisse Constituisse & Ordinâsse, ac per Præsentes Eum Facimus, Constituimus & Ordinamus,

Dantes & Concedentes præfato Reverendo Patri *Episcopo* nostro in hac parte Procuratori, Oratori, Commissario & Ambaxiatori nostram plenariam & indubitatam ac omnimodam Potestatem ac Mandatum speciale & generale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo ac Serenissimo Principe *Jacobo Scotorum Rege* Fratre & Consanguineo nostro Præcarissimo, ejúsve Procuratoribus, Nunciis, Oratoribus, Commissariis & Ambaxiatoribus pluribus aut uno Potestatem consimilem aut sufficientem a dicto Excellentissimo Fratre & Consanguineo nostro *Jacobo Scotorum Rege* habentibus habentive, Tractandi, Communicandi, Conveniendi, Appunctuandi, Concordandi, Concludendi & finaliter & plenariè Terminandi & Finiendi de & super Sponsalibus & Matrimonio, Divinâ annuente Clementiâ, inter Dilectissimam Dominam *Margaretam* nostram Serenissimæque Principis Dominæ *Elizabethæ* Carissimæ Consortis, Sponsæ nostræ Reginæ Amantissimæ *Filiam Majorem & Primogenitam* modo viventem, & prædictum Fratrem & Consanguineum nostrum *Jacobum Scotorum Regem* Præcarissimum fiendis & celebrandis, A. D. 1499.

Ac de & super Dote seu Dotalitiis & Donationibus propter Nuptias, ex causa hujusmodi Matrimonii assignandis promittendis, dandis, deliberandis &

A. D. 1499. Hen. 7.

solvendis, Tractandi, Conveniendi & Concludendi,

Atque de Pecuniarum Summis, & illarum Quantitatibus, Terminisque Temporibus & Locis dictarum Solutionum pro Nobis & Nomine nostro fiendis, Tractandi, Communicandi, Concordandi, Paciscendi, & Promittendi finaliterque & plenariè Terminandi & Finiendi, Quietantiásque debitas super Receptis hujusmodi si quæ sint Recipiendi, Obligationes verò Cautiones & Securitates, pro Nobis & Nomine nostro, pro hujusmodi Dote seu Donationibus propter Nuptias dictæ Prædilectissimæ *Filiæ nostræ*, eidem Consanguineo nostro *Scotorum Regi* Promittendi, Dandi & Deliberandi,

Necnon pro Nobis & Nomine nostro ac dictæ Prædilectissimæ *Filiæ nostræ* Terras, Loca, Maneria, Possessiones & Dominia ab eodem Præclarissimo Consanguineo nostro *Scotorum Rege* pro Dote ejusdem *Filiæ nostræ* Petendi, Stipulandi & Exigendi, hujusmodíque Loca, Terras, Dominia, Maneria & Possessiones, pro ejusdem *Filiæ nostræ* Dote sic petita & promissa, necnon Obligationes & Securitates in hujusmodi Casu utiles oportunas & necessariasve, Petendi, Acceptandi & Recipiendi,

Omniáque alia & singula Faciendi & Exercendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quemadmodùm Nos si personaliter interessemus facere poterimus;

Promittentes bona fide & in Verbo Regio Nos, Rata, Grata, & Firma habituros omnia & singula quæ per præfatum Reverendum in Christo Patrem Dominum *Ricardum Episcopum Dunelmensem* nostrum in hac Parte Procuratorem, Oratorem, Commissarium & Ambaxiatorem in Præmissis seu eorum aliquo Conventa, Appunctuata, Concordata & Conclusa fuerint, etiam & si fuerint quæ Mandatum exigant magis speciale quàm Præsentibus est expressum.

In cujus Rei Testimonium has Litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Teste Meipso apud *Castrum nostrum Winton*. xi. Die Septembris, Anno Regni nostri Quintodecimo.

Super Unione Ecclesiarum dispensatio.

A. D. 1499. An. 15. H. 7. Ex Origin.

ALEXANDER EPISCOPUS *Servus Servorum Dei* ad futuram rei memoriam.

Ex injuncto Nobis desuper Apostolicæ Servitutis Officio ad ea libenter intendimus, per quæ Personarum Ecclesiasticarum omnium præsentium Litterarum scientiâ præditarum, Commoditatibus valeat provideri.

Sanè pro Parte Dilecti Filii *Willielmi Gubins* Rectoris Parrochialis Ecclesiæ de Bradley Conventrensis & Lichfeldensis Diœcesis, Magistri in Artibus Nobis nuper exhibita Petitio continebat quòd, si Parrochialis Ecclesia de Chyrcheytun dictæ Diœcesis, quam & dictam Ecclesiam de Bradley ex Dispensatione Apostolica inter cætera obtinet, eidem Ecclesiæ de Bradley, quamdiu *ipse Willielmus* illam obtinuerit duntaxat, uniretur annecteretur & incorporaretur, ex hoc profectò *ejusdem Willielmi* Commoditatibus non parùm consuleretur.

Quare pro Parte *ejusdem Willielmi*, asserentis Fructus Redditus & Proventus dictæ Ecclesiæ de Chyrcheytun Duodecim Marcharum Sterlingorum, Triginta Septem Ducatos Auri de Camera vel circa constituentium, secundùm Communem extimationem Valorem Annuum non excedere, Nobis fuit humiliter Supplicatum ut dictam Ecclesiam de Chyrcheytun eidem Ecclesiæ de Bradley, quamdiu *ipse Willielmus* illam obtinuerit duntaxat, Unire Annectere & Incorporare, aliásque in Præmissis oportunè providere de Benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui dudùm inter alia voluimus quòd petentes Beneficia Ecclesiastica aliis Uniri tenerentur exprimere verum Annuum Valorem secundùm extimationem prædictam etiam Beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin Unio non valeret, & semper in Unionibus commissio fieret ad Partes vocatis quorum interesset, *præfatum Willielmum* a quibúsvis Excommunicationis Suspensionis & Interdicti aliísque Ecclesiasticis Sententiis Censuris & Pœnis a Jure vel ab Homine quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet inodatus existit, ad effectum Præsentium duntaxat consequendum, harum serie Absolventes & Absolutum fore censentes, nec non omnia & singula alia Beneficia Ecclesiastica, cum Cura & sine Cura, quæ *idem Willelmus* etiam ex quibúsvis aliis Dispen-

A. D. 1499. Hen. 7.

Dispensationibus Apostolicis obtinet & expectat, ac in quibus & ad quæ Jus sibi quomodolibet competit quæcumq; quotcumque & qualiacúmque sint, eorúmque ac dictæ Ecclesiæ de Bradley Fructuum Reddituum & Proventuum veros Annuos Valores ac hujusmodi Dispensationum Tenores Præsentibus pro expressis habentes, Ecclesiam de Chyrchetun prædictam cum omnibus Juribus & Pertinentiis suis eidem Ecclesiæ de Bradley, quamdiu *ipse Willielmus* illam obtinuerit duntaxat, Auctoritate Apostolicâ Tenore Præsentium Unimus, Annectimus & Incorporamus, ita quòd liceat *eidem Willielmo* per Se vel alium seu alios corporalem Ecclesiæ de Chyrcheytun Juriúmque & Pertinentiarum prædictorum Possessionem propriâ Auctoritate liberè apprehendere, & quamdiu dictam Ecclesiam de Bradley obtinuerit retinere, illiúsque Fructus Redditus & Proventus in suos ac dictarum Ecclesiarum usus utilitatémque convertere, Diocesani loci vel cujúsvis alterius Licentiâ super hoc minimè requisitâ; non obstantibus Voluntate prædictâ, ac bonæ memoriæ *Ottonis & Ottoboni* olim in Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum, ac in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus contrariis quibuscúnq;, aut si aliqui super Provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis Partibus speciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrârint, etiamsi per eas ad Inhibitionem, Reservationem & Decretum vel aliàs quomodolibet sit Processum quas quidem Literas & Processus habitos per easdem & inde secuta quæcúnque ad dictam Ecclesiam de Chyrcheytun Volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis & Litteris Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcúnque Tenorum existant, per quæ Præsentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorúmque totis Tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris Litteris mentio specialis.

Volumus autem quòd, propter Unionem, Annexionem & Incorporationem prædictas, dicta Ecclesia de Chyrcheytun debitis propterea non fraudetur Obsequiis & Animarum Cura in ea nullatenus negligatur, sed ejus congruè supportentur Onera consueta, quódque, Cedente vel Decedente *dicto Willielmo*, seu Ecclesiam de Bradley prædictam aliàs quomodolibet Dimittente, Unio, Annexio & Incorporatio prædictæ Dissolutæ sint & esse censeantur, dictáque Ecclesia de Chyrcheytun in pristinum Statum revertatur eo ipso, & insuper ex nunc Irritum & Inane Decernimus si secùs super hiis a quoquam quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Absolutionis, Unionis, Annexionis, Incorporationis, Voluntatis, & Decreti infringere &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo Nonagesimo nono, Tertio Non. Octobris, Pontificatûs nostri Anno octavo.

A. de Buccabellis.
P. Tuba.
A. Vives.
A. Calder. Dup.
A. Buccamatius.
O. de Brakel.

Super Plicam,

Auscultata cum Registrario Literarum Apostolicarum per me *Jo. Electum Terrannon.* & concordat.

P. Valentia.
F. de Homel.

Alexander Papa Sextus.

Sub Sigillo Plumbeo, a Filis sericis flavi rubeique Colorum pendente.

Litora

A. D. 1499. Hen. 7. A. D. 1499. Hen. 7.

Litera Ludovici Franciæ.

Commandement des Roys Charles & Loys *au Seneschal de Bolennoys d'Ayder* James Tyrell *Capitaine de Guisnes a Recouverer la Debt sur* Walran Dinas.

A. D. 1499. An. 14. H. 7. Ex Autogr.

LOYS, par la Grace de Dieu, *Roy de France* au Seneschal de Boulenoys ou a son Lieutenant, Salut.

Nous, à la Supplication & Requeste de *James Tirel* Capitaine de Guynes, vous Mandons & Commectons, par ces Presentes, que veues par vous les Lettres Patentes atachees a ces Presentes soubz le Contreseel de nôtre Chancellerie, des le Dixiesme Jour d'Octobre, l'An Mil, Quatrecens, Quarante Dix-sept, par feu nôtre Trescher Seigneur & Cousin *le Roy Charles*, que Dieu absoille, octroyees au dit Suppliant pour avoir Solution & Paiement de certain Debte en quoy il dit *Walran Dynas* Bailly de Hesdin Luy estre Tenu & Oblige, vous Appelle avec vous le Tresorier de Boulenoys, ou autre que adviserez ainsi qu'il vous est Mande faire, mectez ou faictes mectre les dites Lettres cy atachees a deue & entiere Execution, de Point en Point, selon leur Forme & Teneur, tout ainsi & par la Forme & Maniere que eussiez fait & peu faire du vivant de nôtre dit feu Seigneur & Cousin, & dedans l'An de l'Octroy & Concession d'icelles, ou que feriez & faire pourriez s'elles estoient par Nous octroyees & seellees de nôtre Seel, Car ainsi Nous plaist il estre fait,

A. D. 1499.

Non obstant que les dites Lettres soient Surrannees, & qu'elles ne soient par Nous octroyees & seelles de nôtre Seel, de ce faire vous Donnons Pouoir, Auctorite, Commission, & Mandement especial, Mandons & Commandons a tous noz Justiciers, Officiers, & Subgectz que a vous voz Commis & Deppurez, en ce faisant, obeissent, & entendent diligement.

Donne a Lyon le xix. Jour d'Octobre, l'An de Grace Mil, Quatrecens, Quatrevings dixneuf, & de nôtre Regne le Second.

Par le Roy a la Relation des Gens de son Grant Conseil.

Rillebresme.

Sigillo avulso.

Super Annuo Censu, de Recipiendo & Acquietando.

A. D. 1499. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 5.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, inter Nos & Perhennis Memoriæ *Regis Karoli* dudùm Gallorum Principis Commissarios, Procuratores, Oratores, Deputatos, & Nuncios, inter cætera, Conventum, Concordatum, Appunctuatum, & Conclusum fuerat,

Quòd idem nuper Rex Karolus *Solveret & Deliberaret, Solvive & Deliberari faceret Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis, vel dictorum Heredum nostrorum Deputatove Deputatis, Summam* Septingentarum Quadragintà & Quinque Millium Coronarum Auri,

Quam quidem Summam Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri *præfatus nuper* Rex Karolus *Confessus fuerit & declaraverit, Seque Heredes atque Successores suos, per Literas suas Nomine suo subsignatas, Obligaverit, & pro se & dictis Heredibus atque Successoribus suis Consentiit & Promisit, solvere & deliberare, solvive & deliberari facere Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis aut dictorum Heredum nostrorum Deputata seu Deputatis, sub modo & formâ sequentibus, videlicet,*

A. D. 1499.

Quòd idem nuper Rex Karolus *solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, suique Heredes & Successores solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Heredibus nostris, nostrisve Deputatis seu dictarum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, in Villa nostra Calesii, Die Primo Mensis Maii extunc proximè sequente,* Viginti & Quinque

A. D. 1499. Quinque Millia Francorum in Coronis Auri, *unoquoque Franco valente Viginti Solidos Turonenses, secundùm Cursum & Æstimationem quam tunc habuerunt:*

Hen. 7.

Et Primo Die Mensis Novembris tunc proximò futuro consimilia Viginti Quinque Millia Francorum in Coronis Auri *in prædicta Villa nostra Calesii,*

Et sic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, idem nuper Rex Karolus *solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, suique Heredes & Successores solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Heredibus nostris, aut nostris seu dictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, Loco & Terminis antedictis, donec & quousque dicta Summa* Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri *per ipsum nuper* Regem Karolum *Gallorum Principem Heredes & Successores suos, Nobis & dictis Heredibus nostris, ut prædictum est, plenè & integrè Soluta & Contenta foret,*

Prout in Literis Commissariorum dicti Illustrissimi Principis *Regis Caroli*, plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare*, Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo *apud Mountibus* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon suis Literis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboys* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, pleniùs liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula Contenta in eisdem Illustrissimus Carissimusque Frater & Consanguineus noster *Rex Lodowicus* nunc Gallorum Princeps, pro se, Heredibus, & Assignatis suis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit,

Atque ad fidelem & debitam Solutionem & Satisfactionem Residui & Restiti dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & Quinque Milium Francorum in Coronis Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo munitas, & Manu suâ subscriptas, *Datas Parisius* quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Se de Novo Hæredesque & Successores suos Astrinxit & Obligavit, prout in Literis suis desuper confectis pleniùs continetur,

A. D. 1499. Hen. 7.

Et quia Prima Dies Mensis Novembris, quæ erit *Quartusdecimus Terminus Solutionis antedictæ*, in qua Summa *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri*, in prædictâ Villâ nostrâ Calesii, ut præmittitur, solvi debeat (videlicet, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Nono) propediem est ventura;

Hinc est quod Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Ricardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis Villæ nostræ Calesii, *Johannis Tubervile* Militis Thesaurarii ejusdem Villæ, *Antonii Broun* Militis Constabularii Castri nostri ibidem, *Adriani Whetehill* Contrarotulatoris Villæ prædictæ, *Radulphi Lathom*, & *Francisci Marzen*, quamplurimùm confidentes,

ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes Eisdem Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis dicti Illustrissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri Carissimi, apud Villam nostram Calesii, Nomine nostro, Tractandi & Comunicandi, & ab Ipsis dictam Summam *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses, ut præmittitur, valente) Nobis dicto Primo Die Mensis Novembris per ipsum nunc Gallorum Principem debitam & solvendam, Recipiendi, & eorum Solutiones Acceptandi, ipsúmque Serenissimum Principem *Lodowicum* Consanguineum nostrum & dictam Summam Solventes de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, atque Literas suas Acquietantiæ & Exonerationis earumdem Conficiendi, ipsásque Literas atque nostras Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi, Magno Sigillo nostro sigillatas, præfatis Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis prædicti Fratris & Consanguinei nostri, Nomine nostro atque suo, Tradendi & Deliberandi,

Cæteraque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

 Promit-

A. D. 1499. An. 15. H. 7. Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid præfati Commissarii, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputati, Nomine nostro fecerint in Præmissis, seu eorum aliquo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Acquietantia pro dicto Censu.

A. D. 1499. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 4.

REX universis &c. Salutem. Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Carissimóque Fratre & Consanguineo nostro *Rege Lodowico Gallorum Principe*, per Manus apud Villam nostram Calesii, *Viginti & quinque Milia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses valente) Nobis Primo Die Mensis Novembris Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Nono solvi debitorum, qui erat *Quartusdecimus Terminus* pro Parte Solutionis *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* per, Perhennis Memoriæ, *Regem Carolum* novissimè Defunctum Nobis debitarum & solvendarum,

Prout in Literis Commissariorum dicti Illustrissimi *Regis Caroli* plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare* Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo apud *Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon suis Literis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboyse* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, plenissimè liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula contenta in eisdem Illustrissimus Princeps *Rex Lodowicus* Consanguineus noster antedictus, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Approbavit,

Atque ad fidelem & debitam Solutionem & Satisfactionem Residui & Resti dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, per suas Literas Patentes, Magno Sigillo suo munitas & Manu suâ subscriptas, Datas *Parisius* Quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Se de novo Hæredésque & Successores suos Astrinxit & Obligavit,

Prout in Literis suis desuper confectis pleniùs continetur,

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* Fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Fratrem & Consanguineum nostrum *Regem Lodowicum* Hæredésque suos superinde fore Quietos, & exinde plenè Exoneratos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto Die Novembris.

De Custodia Temporalium Landaven.

A. D. 1499. An. 15. H. 7. Pat. 15. H. 7. p. 1. m. 20.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem. Sciatis quòd Nos, certis de Causis nos specialiter moventibus, de Gratia nostra speciali ac ex certa scientia & mero Motu nostris, Dedimus & Concessimus ac per Præsentes Damus & Concedimus Prædilecto Nobis in Christo Patri *Miloni Abbati de Eynesham* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Landavensis cum pertinentiis, ac omnimodorum Exituum, Proficuorum, Reddituum, Firmarum, Reventionum, & Emolumentorum, & singulorum Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, Hundredorum, Redituum, Reventionum, Possessionum Temporalium quorumcúmque, Feodorum, Militum, ac Wardorum, Maritagiorum, Releviorum, Heriettorum, Escaetorum, Servitiorum, Feriarum, Mercatorum, Tolnetorum, Custumarum, Curiarum Letarum, Visûs Franciplegii, cum omnibus aliis Juribus, Commoditatibus & Emolumentis quibuscúmque infra Regnum nostrum Angliæ aut Wal-

A.D. 1499. Hen. 7. liæ aut Marchias Walliæ Episcopatui Landavensi quoquo modo pertinentibus sive spectantibus, quæ ad Manus nostras ratione ultimæ Vacationis ejusdem per & post Mortem bonæ Memoriæ *Johannis ultimi Episcopi* Loci prædicti devenerunt aut devenire debuerunt aut in Manibus nostris existunt;

Habendam & Tenendam Custodiam prædictam, ac etiam Retinenda & Percipienda omnia Exitus, Proficua, Redditus, Firmas, Reventiones & Emolumenta prædicta, ac cætera Præmissa eidem *Abbati*, Assignatis & Executoribus suis, a tempore Mortis *præfati Johannis nuper Episcopi* hucusque & exnunc, quamdiu Temporalia illa ac cætera Præmissa in Manibus nostris contigerint remanere, tàm per Manus suas & Ministrorum suorum proprias, quàm per Manus omnium & singulorum Escaetorum, Vicecomitum, seu Ministrorum nostrorum in Comitatibus & Marchiis illis, ubi Præmissa seu aliquod Præmissorum separatim existunt vel existit, liberè & quietè, absq; Compoto, Responso, seu aliquo alio Nobis pro Præmissis seu aliquo Præmissorum reddendo, solvendo, seu faciendo quovis modo,

Et ulterius Concedimus *præfato Abbati* plenariam Potestatem & Auctoritatem Tenore Præsentium Donandi sive Faciendi omnimodos Senescallos, Receptores, Ballivos, Firmarios, & alios Officiarios, A.D. 1499. Hen. 7. Ministros, sive Occupatores, & Officia quæcumque Episcopatui prædicto pertinentia, cuicumq; sibi placuerit, & hujusmodi Officiarios sive Officia ad libitum suum prædictum Expellendi, & Amovendi, ac Revocandi, prout Nos faceremus si præsens Concessio nostra facta non fuisset, absque impedimento, molestatione, calumpnia, perturbatione, seu gravamine Nostri vel Hæredum nostrorum Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, Ballivorum, vel aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque;

Eo quòd expressa mentio de vero Valore annuo seu aliquo alio Valore sive Certitudine Præmissorum, sive alicujus Præmissorum, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eidem Abbati*, per Nos ante hæc tempora factis, in Præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione in contrarium ante hæc tempora facto, edito, sive proviso, aut aliquâ aliâ Re, Causâ, vel Materiâ quacumque, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Bangorensi, super Custodia Episcopatus Sarum.

A.D. 1499. An. 15. H. 7. Ibid. m. 19.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm Ecclesia Cathedralis & Episcopatus Sarum, per Mortem Venerabilis Patris *Johannis nuper Episcopi ejusdem*, jam Vacent & Pastoris solatio sint destituti,

Et quòd Nobis per *Decanum & Capitulum* dictæ Ecclesiæ & Successores suos pro Custodia ejusdem Episcopatûs & Temporalium ejusdem Episcopatûs, illo vacante, si per unum Annum vacaverit, *de Mille & Viginti & una Libris Septem Solidis & Undecim Denariis* pro Anno illo, & si majore vel minori tempore quàm per Annum hujusmodi Vacatio duraverit tunc per eosdem *Decanum & Capitulum* & Successores suos prædictos de Rata dictorum *Mille Viginti & unius Librarum Septem Solidorum & Undecim Denariorum per Annum*, pro Rata temporis, Nobis proinde respondere debeant,

De Gratiâ nostra speciali ac ex certa scientia & mero motu nostris Damus & A.D. 1499. Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, Dilecto & Fideli Consiliario nostro *Henrico Bangorensi Episcopo* & Assignatis suis quòd Ipsi, quamdiu dictum Episcopatum Sarum vacare contigerit, habeant & percipiant, per Manus *Decani & Capituli* dictæ Ecclesiæ Sarum & Successorum suorum, dictos *Mille & Viginti & unam Libras septem Solidos & undecim Denarios*, si Vacatio dicti Episcopatûs Sarum per unum Annum duraverit, & si Episcopatus ille majori vel minori tempore quàm per Unum Annum vacaverit, quòd tunc *idem Henricus Bangoren. Episcopus* & Assignati sui habeant & percipiant, per Manus dictorum *Decani & Capituli* & Successorum suorum, omnes ac tantas ac hujusmodi Denariorum Summas quæ ad Nos per Mortem dicti Venerabilis Patris *Johannis nuper Episcopi* ibidem & ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs Sarum pertinent aut pertinere poterunt seu debuerunt, juxta Ratam dictorum *Mille & Vi-*

A. D. 1499. Hen. 7.

& *Viginti & unius Librarum septem solidorum & undecim Denariorum per Annum*, pro Rata temporis quo Episcopatum illum per majus vel minus tempus vacare contigerit, & omne quod ad Nos de dictis *Mille & Viginti & una Libris septem solidis & undecim Denariis* occasione Vacationis prædictæ pertinet aut pertinere debeat seu poterit,

Habendas Tenendas & Percipiendas *eidem Henrico Bangoriensi Episcopo* & Assignatis suis prædictis, de Dono nostro prædicto, adeò plenè, integrè & liberè, prout Nos vel Hæredes nostri occasione hujusmodi Vacationis dicti Episcopatûs Sarum haberemus aut perciperemus si præsens Concessio nostra facta non fuisset,

Et insuper, de Uberiori Gratia nostra speciali ac ex certa scientia & mero motu nostris prædictis, Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris prædictis, *præfato Henrico Bangoriensi Episcopo* & Assignatis suis prædictis omnia & omnimoda Feoda Militum quæ tenentur de dicto Episcopatu, ac Advocationes Ecclesiarum, Capellarum, Cantariarum, Præbendatum, Archidiaconatnum, Dignitatum, Hospitalium & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, ac Escaetas & Forisfacturas Terrarum & Tenementorum ac Bonorum & Catallorum quorumcúmque cum pertinentiis eidem Episcopatui Sarum qualitercúmque pertinentibus spectantibus sive incumbentibus, quæ, durante Vacatione ejusdem Episcopatûs Sarum, ad Manus nostras sive ad Nos devenerunt aut acciderunt seu devenire debuerunt debeant aut debebunt seu devenient durante Vacatione ejusdem Episcopatûs Sarum, ac omnes Denatiorum Summas de Præmissis sive eorum aliquo provenientes,

Habenda &. Tenenda eadem Feoda Militum Advocationes Escaetas & Forisfacturas cum pertinentiis ac Custodiam omnium eorumdem ac omnes dictas Denariorum Summas *præfato Henrico Bangoriensi Episcopo* & Assignatis suis prædictis, a tempore Mortis ejusdem venerabilis Patris *Johannis nuper Episcopi ibidem*, quamdiu dictum Episcopatum Sarum vacare contigerit, ac omnia alia & cætera Præmissa absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis seu aliquo Præmissorum reddendo seu faciendo, & absque impetitione, molestatione, perturbatione seu inquietatione Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum seu Hæredum nostrorum quorumcúmque,

Et insuper, ex certa scientia & mero motu nostris prædictis, Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, quòd tàm prædictus *Henricus Bangoriensis Episcopus* & Assignati sui prædicti, quàm præfati *Decanus & Capitulum* & Successores sui prædicti, & eorum quilibet de dictis *Mille & Viginti & una Libris septem solidis & undecim Denariis per Annum* & qualiber inde Parcella pro Rata inde Nobis pertinentibus, pro tempore quo dictum Episcopatum Sarum ac tempore Mortis *dicti Johannis nuper Episcopi ibidem* vacare contigerit, pertinet, pertinebat aut pertinere debuerit, erga Nos & Hæredes nostros exonerentur & acquietentur per Præsentes; eo quod expressa mentio de vero Valore Annuo, sive Certitudine Præmissorum, seu eorum alicujus, aut de aliis Donis sive Concessionibus, *eisdem Henrico Bangoriensi Episcopo* & Assignatis suis ante hæc tempora factis, in Præsentibus facta non existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione seu Restrictione quacúmque ante hæc tempora facta edita sive provisa non obstante, & hoc absque Fine seu Feodo magno vel parvo inde ad Opus nostrum in Hanaperio nostro aliqualiter reddendis solvendis seu capiendis.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* septimo die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pacis sæpedictæ Confirmatio per Alexandrum Papam.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Ex Origine.

ALEXANDER EPISCOPUS *Servus Servorum Dei* ad futuram rei memoriam.

Quoniam in Pacis Dulcedine, Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, qui Ascensurus ad Patrem Pacem Nobis Jore quodam veluti Hæreditario reliquit in Terris, Imitatione non immeritò delectamur; icciico ea, quæ pro hujusmodi Pace, præsertim inter Catholicos Reges & Principes inita, conservandâ providè processisse comperimus, ut firma & illibata persistant, libenter Apostolico Munimine Roboramus, prout Patria eorum-

A.D. 1500 eorumdem Regum & Principum exposcit Devotio & id in Domino conspicimus salubriter expedire.
Hen. 7.

Sanè, pro parte Carissimorum in Christo Filiorum nostrorum *Ludovici Francorum* & *Henrici Angliæ* Regum Illustrium, Nobis nuper exhibita Petitio continebat, quòd, cùm olim Claræ Memoriæ *Carolus* tunc eorumdem *Francorum Rex* præfati *Ludovici Regis* immediatus Prædecessor, dùm in Humanis ageret, cum præfato *Henrico Rege* Pacem & Concordiam pro Conservatione Regnorum & Dominiorum suorum illorúmque prospero & felici Regimine, sub certis modo & formâ tunc expressis, uniisset atque firmasset, quam per Successores suos eorumdem *Francorum Reges* infra certum tempus voluit approbari, præfatus *Ludovicus Rex*, eodem *Carolo Rege* sicut Domino placuit ab hac Luce subtracto, ad fastigium Regiæ Celsitudinis immediatè Assumptus, Pacem & Concordiam prædictas, more Majorum suorum eorumdem Francorum Regum qui pro tempore fuerunt, de novo Confirmavit & Stabilivit, præfato *Henrico Rege* etiam Pacem & Concordiam prædictas Approbante & Ratificante, quas Auctoritate Apostolicâ infra certum tempus tunc expressum, cum effectu etiam, sub Excommunicationis, quam quilibet ipsorum contrafaciens incurrere voluit, & interdicti in omnibus eorum Regnis, Terris atque Dominiis, si contingeret aliquem eorum Paci & Concordiæ prædictis contravenire, latæ Sententiæ Pœnis, quocúnque Privilegio, in genere vel in specie, eis & eorum alicui, sub quacúnque Verborum forma, concesso, non obstante, cui sponte Renunciârunt, Approbari & Confirmari voluerunt, prout in quibusdam Litteris Patentibus ejusdem *Ludovici Regis* desuper confectis, quas diligenter inspici, ac, omissis Caracteribus & Signis de Verbo ad Verbum Præsentibus inseri fecimus, pleniùs continetur,

Quare pro Parte *Ludovici* & *Henrici Regum* prædictorum, qui infra tempus Confirmationem prædictam per eorum apud Nos Oratores petierunt, Nobis fuit humiliter Supplicatum ut Paci & Concordiæ prædictis, pro illarum subsistentia firmiori, Robur Apostolicæ Confirmationis adjicere, aliásque in præmissis oportunè providere de Benignitate Apostolicâ dignaremur,

Nos igitur, qui inter cunctos Christi Fideles præsertim Catholicos Reges & Principes Pacis amœnitatem vigere & augeri, nostris potissimè temporibus, supremis desideramus affectibus, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Pacem & Concordiam prædictas ac prout illas concernunt omnia & singula in dictis Patentibus Litteris contenta & inde secuta quæcúnque Auctoritate præfata Tenore Præsentium Approbamus & Confirmamus, ac præsentis Scripti Patrocinio Communimus, Mandantes illas per eosdem *Ludovicum & Henricum Reges*, juxta dictarum Patentium Litterarum Continentiam & Tenorem, sub Excommunicationis latæ Sententiæ Pœna, quam quilibet eorum Contrafaciens eo ipso incurrisse noscatur, firmiter Observari.
A.D. 1500
Hen. 7.

Et nichilominus omnia & singula Regna, Terras, Loca atque Dominia illius ex *Ludovico ac Henrico Regibus præfatis*, qui Paci & Concordiæ prædictis contravenerit ut præfertur, exnunc prout extunc & extunc prout exnunc, ecclesiastico supponimus Interdicto, tamdiu firmiter observando, donec Paci & Concordiæ prædictis realiter & cum effectu parere curaverint; non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, cæterísque contrariis quibuscúnque *Tenor vero dictarum Litterarum Patentium sequitur & est talis.*

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex* Universis præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm, Die Tertia Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo *apud Stapulas supra Mare*, inter Inclitæ Recordationis Defuncti *Caroli Regis* Domini Fratris & Prædecessoris nostri Carissimi ac Serenissimi *Angliæ Regis Henrici* Carissimi etiam Fratris & Consanguinei nostri Oratores, Procuratores, Ambassiatores & Commissos fuerint Contracta, Conventa, Tractata & Conclusa nonnulla Capitula Bonum Pacis & Concordiæ utriúsque Regis & Regni concernentia, *quorum Tenor sequitur & est talis,*

INPRIMIS, quòd bonæ, sinceræ, firmæ & perfectæ sint & inviolabiliter habeantur & observentur Pax, Amicitia & Fœdera *&c. ut supra Tractatu apud Stapulas.*

Quæ quidem Capitula præinserta omniaque & singula in eisdem contenta per utrúnque dictorum Dominorum Fratrum & Consanguineorum nostrorum Regum fuere postea Ratificata, Confirmata & Approbata juxta eorum Formam & Tenorem,

A. D. 1500. Hen. 7.

Et quia per eadem Capitula expressè cavetur *quòd Successor Regis Præmorientis Amicitiam Pacem & omnia in dictis Capitulis contenta, infra Annum a Die obitûs dicti Regis præmorientis computandum, teneretur per suas Litteras Patentes, Magno Sigillo suo sigillatas, Ratificare & Confirmare, dictamque Ratificationem & Confirmationem Regi Superstiti Notificare, Transmittere & Deliberare*,

Hinc est quòd Nos, qui ejusdem Fratris Domini & Prædecessoris nostri *Caroli Francorum* Regis Successores sumus, prædicta Capitula omniáque & singula in eisdem contenta Laudavimus, Ratificavimus, Confirmavimus & Approbavimus, Tenoréque Præsentium de nostræ Regiæ Potestatis plenitudine Laudamus, Ratificamus, Confirmamus & Approbamus, inviolabiliterque observare & a Subditis nostris observari facere Promisimus & Promittimus.

In cujus Rei Testimonium Sigillum nostrum præsentibus Litteris duximus apponendum.

A. D. 1500. Hen. 7.

Dat. *Parisius*, Die Decimaquarta Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, & Regni nostri Primo.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Approbationis, Confirmationis, Communitionis, & Mandati infringere &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo Nonagesimo nono, Kal. Februar. Pontificatûs nostri Anno octavo.

Jo. Mutinen.

Super Plicam,

P. Thomarotius.

Sub Plumbeo Sigillo pendente a Filis fericis flavi rubei Coloris.

Bulla de Prioratibus Supprimendis & Annexandis.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. *Ex Origine.*

Alexander Episcopus *Servus Servorum Dei* ad perpetuam rei memoriam.

Injunctum Nobis desuper Apostolicæ Servitutis Officium mentem nostram excitat & inducit ut ad ea, per quæ Ecclesiarum & Monasteriorum omnium necnon Capellarum & Hospitalium necessitatibus valeat provideri, quantum cum Deo possumus, operosis Studiis & Remediis favorabiliter intendamus.

Dudùm siquidem, pro parte Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ Regis* Illustris, Nobis exposito quòd Ipse, de propria Salute recogitans ac cupiens Terrena in Cœlestia & Transitoria in Æterna felici Commercio commutare, quâ ductus Devotione, quandam Capellam, cum una Cantaria, sub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis, cum sufficienti numero Presbyterorum, qui inibi pro Animæ suæ Salute celebrare tenerentur, juxta Ecclesiam Collegiatam Sancti Georgii Opidi Windesoræ Saresburiensis Diœcesis, ac unum Hospitale, in dicto Opido pro Pauperibus & aliis Miserabilibus Personis, ad illud pro tempore declinantibus in illo recipiendis, confovendis & alendis, de Bonis Propriis Fundare & Ædificare proponebat,

Nos tunc, dicti Regis in ea parte

A. D. 1500.

Supplicationibus inclinati, de Montisfont alias de Montesfonte ac de Luffuldia Prioratus Sancti Augusti & Sancti Benedicti Ordinum Wintoniensis & Lincolniensis Diœcesuum, qui Conventuales de jure Patronatûs Regis Angliæ pro tempore existentis erant, illorúmque Nomina Ordines Dignitates & Dependentias Auctoritate Apostolicâ penitùs Suppressimus & Extinximus, necnon Structuras Ædificia & Bona omnia dictorum Prioratuum Mensæ Capitulari dictæ Ecclesiæ perpetuò Applicavimus, Appropriavimus & Assignavimus, ita quod, Cedentibus vel Decedentibus modernis Dictorum Prioratuum *Prioribus* seu Prioratus prædictos aliàs quomodolibet Dimittentibus, liceret Dilectis Filiis *Decano & Capitulo* dictæ Ecclesiæ Sancti Georgii per Se vel alium seu alios corporalem Structurarum Ædificiorum & Bonorum hujusmodi Possessionem propriâ Auctoritate liberè apprehendere, ac in Mensæ Capitularis dictæ Ecclesiæ necnon Capellæ Cantariæ & Hospitalis prædictorum Usus Utilitatemque convertere, Diœcesani Loci & cujusvis alterius Licentiâ super hoc minimè requisitâ,

Translatis tamen *Prioribus* prædictorum Prioratuum ac Cononicis & Monachis in illis respectivè degentibus ad

A.D. 1500. Hen. 7. Loca alia dictorum Ordinum regularia, & assignatis eis quoad viverent de Fructibus Redditibus & Proventibus hujusmodi Pensionibus Annuis competentibus per Loci Ordinarium ex quibus Se commodè valerent sustentare, prout in diversis nostris desuper confectis Litteris pleniùs continetur,

Cùm autem, sicut accepimus, Suppressiones & Extinctiones, Appropriationes, Applicationes & Assignationes prædictæ hactenus effectum sortitæ non fuerint, dictúsque *Henricus Rex* ex eo ad Fundationem Capellæ & Hospitalis prædictorùm motus fuerit, quod ibidem suam proposuerat eligere Sepulturam, ac postmodùm ex certis Causis Propositum mutaverit, & Capellam cum Hospitali & Cantariâ prædictis infra Septa Monasterii Westmonasterii Londoniensis Diœcesis dicti Ordinis Sancti Benedicti, ubi Corpus Claræ Memoriæ *Henrici vi. Angliæ Regis* ipsius *Henrici* moderni *Regis* Patrui & Prædecessoris collocari cupit, Ædificari facere & Sepulturam suam ibidem eligere intendat,

Nos, qui dudùm inter alia voluimus quòd petentes Beneficia Ecclesiastica aliis Uniri teneréntur exprimere verum Valorem secundùm communem Extimationem etiam Beneficii cui aliud Uniri peteretur, alioquin Unio non valeret, & semper in Unionibus commissio fieret ad Partes vocatis quorum interesset, Mensæ Abbatialis dicti Monasterii & aliorum illi annexorum Fructuum Redditùum & Proventuum veros Annuos Valores ipsorúmque Prioratuum qualitates Præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad ipsius *Henrici moderni Regis* vel alterius pro eo Nobis super hoc oblatæ Petitionis instantiam sed de nostra mera Liberalitate & ex certa nostra Scientia, singulas Litteras prædictas & in eis contenta Auctoritate Apostolicâ Tenore Præsentium Cassamus & Annullamus ac pro nullis infectis & viribus vacuis haberi Decernimus,

Et nichilominus de Montisfont cujus Quingentorum & Triginta & cujus Ducentorum & Sexaginta Florenorum Auri de Camera Fructus Redditus & Proventus, secundùm communem Extimationem Valorem Annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, de Luffeldia, Prioratus prædictos illorúmque Ordines Dependentias, Dignitates, Nomina & Qualitates de novo Auctoritate Apostolicâ Tenore Præsentium Motu simili penitùs Supprimimus & Extinguimus, necnon Structuras Ædificia & Bona eorumdem Mensæ Abbatiali hujusmodi pro illius ac Capellæ Cantariæ & Hospitalis prædictorum necessitatibus perpetuò Applicamus, Appropriamus & Assignamus; ità quòd, Cedentibus vel Decedentibus modernis dictorum Prioratuum *Prioribus* seu Prioratus prædictos aliàs quomodolibet Dimittentibus, liceat Dilectis Filiis *Abbati & Conventui* dicti Monasterii Westmonasterii per Se vel alium seu alios corporalem Structurarum Ædificiorum & Bonorum hujusmodi Possessionem propriâ Auctoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, ac in Mensæ Abbatialis Capellæ Cantariæ & Hospitalis prædictorum Usus & Utilitatem convertere, Diœcesana Loci & cujúsvis alterius Licentiâ super hoc minime requisitâ,

Translatis tamen *Prioribus* dictorum Prioratuum, si forsan eeferint, Canonicisq; & Monachis in dictis Prioratibus Degentibus ad alia Loca dictorum Ordinum regularia, & assignatis eis per locorum Ordinarios quoad vixerint de Fructibus Redditibus & Proventibus hujusmodi Pensionibus Annuis competentibus ex quibus valeant commodè sustentari,

Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris, *Dunelmensi*, & *Londoniensi*, ac *Norwicensi*, Episcopis, per Apostolica Scripta, motu simili, Mandamus quatinus ipsi, vel Duo aut Unus eorum per Se, vel Alium, seu Alios, præsentes Litteras & in eis Contenta, dùm & quando expedire cognoverint & quotiens super hoc pro parte *Abbatis & Conventûs* prædictorum Westmonasterii fuerint super hoc requisiti, solemniter publicantes, ipsisque in Præmissis efficacis Defensionis Præsidio Assistentes, faciant Auctoritate nostrâ eosdem *Abbatem & Conventum* Structurarum Ædificiorum & Bonorum hujusmodi pacificâ Possessione gaudere, non Permittentes eos super illis per quoscúnque quomodolibet Molestari, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam Appellatione postpositâ compescendo:

Non obstantibus Voluntate nostrâ prædictâ ac aliis Apostolicis necnon bonæ Memoriæ *Octonis & Octoboni* olim in dicto Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum, in Provincialibus quoque & Sinodalibus Conciliis editis generalibus Constitutionibus & Ordinationibus Statutis, quoque & Consuetudinibus Prioratuum & Ordinum prædictorum Juramento Confirmatione Apostolicâ vel quavis Firmitate aliâ roboratis, contrariis quibuscúnque, aut si aliqui super Provisionibus sibi faciendis de Prioratibus hujusmodi speciales vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis Partibus generales

A. D. 1500. Hen. 7.

fales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrârint, etiam si per eas ad Inhibitionem, Reservationem & Decretum vel aliàs quomodolibet sit Processum, quas quidem Litteras ac Processus habitos per easdem & inde secuta quæcúnque ad dictum Prioratum Volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Prioratuum seu Beneficiorum aliorum præjudicium generari, seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede Indultum quod Interdici, Suspendi, vel Excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris Apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcúnque Tenorum existant, per quæ Præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorúmque totis Tenoribus habenda sit in nostris Litteris mentio specialis.

Proviso quòd dicti Prioratus propterea ad Prophanos Usus non redigantur, sed in illorum Ecclesiis interdum missæ celebrentur,

Nos enim præsentes Litteras & in eis contenta, per quascúnque Revocationes Unionum, Annexionum, & Incorporationum effectum non sortitarum, quascúnque Derogatoriarum Derogatorias, aliásque fortiores & efficaciores Clausulas in se continentes nullatenus revocari seu suspendi posse, Irritum quoque & Inane quicquid secus super his a quoquam quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Decernimus.

A. D. 1500. Hen. 7.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostræ Cassationis, Annullationis, Constitutionis, Suppressionis, Extinctionis, Applicationis, Appropriationis, Assignationis, Mandati, Voluntatis, & Decreti infringere &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, Tertiodecimo Kal. Februarii, Pontificatûs nostri Anno octavo.

L. Podocatharus.

Super Plicam,

P. Tuba.

Alexander Papa Sextus.

Sub Sigillo Plumbeo a filis sericis flavi rubeique colorum pendente.

Bulla de Subjiciendo Insulas Gersey, &c. Episcopo Wintoniensi.

Registrata apud me L. Podocatharum.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Ex Origine.

A*Lexander Episcopus Servus Servorum Dei*, ad perpetuam rei memoriam.

Ex injuncto Nobis desuper Apostolicæ Servitutis Officio ad ea libenter intendimus, per quæ Quieti & Tranquillitati Statûs Catholicorum Regum & Principum oportunè consulatur, ac Scandalis Periculis & Dissensionibus, quæ exinde evenire possent, obvietur.

Cùm itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro Parte Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ Regis* Illustris Petitio continebat, Insulæ de Gersey & Gernesey, Chausey, Aourney, Erme, & Serke Constantiensis Diœcesis Provinciæ Rothomagensis, quæ sub tuo Temporali Dominio existunt, Episcopo Constantiensi pro tempore existenti in Spiritualibus subesse noscuntur, & propter Dissensiones quæ inter Anglicos & Gallos sæpenumero vigent Statui *præfati Henrici* & pro tempore Regis Angliæ existentis non modicum Periculum imminere posset, dictarúmque Insularum Incolæ in Visitationibus & aliis Spiritualibus maxima pati possent Detrimenta, nec expediat quòd Insulæ prædictæ a Gallis visitentur, & propterea pro Securitate, Quiete, & Tranquillitate *præfati Regis* Statûsq; sui necesse sit ut Insulæ prædictæ a Jurisdictione *præfati Episcopi* Dimembrentur & Separentur, ac *Episcopo Wyntoniensi* pro tempore existenti (cujus Diœcesis dictæ Insulæ sunt Vicinæ) perpetuò Subiciantur, quemadmodum aliàs Villa Calesiæ, olim *Archiepiscopo Turonensi* Subjecta, ab ipso Turonensi Archiepiscopo Exempta, & *Archiepiscopo Cantuariensi* pro tempore existenti Apostolicâ Auctoritate subjecta fuit,

A. D. 1500.

Nos, qui Scandalis & Dissensionibus nè eveniant quantum cum Deo possumus libenter obviamus, hujusmodi Supplicationibus inclinati, insulas prædictas illarúmque Incolas & Habitatores tàm

Eccle-

A. D. 1500. Hen. 7. Ecclesiasticos quàm Seculares a Jurisdictione *præfati Constantiensis Episcopi* Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, perpetuò Eximimus & Seperamus, ac *dicto Episcopo Wintoniensi* Subjicimus, Applicamus, & Appropriamus, districtius Inhibentes *præfato Episcopo Constantiensi* nè de cætero de Insulis prædictis illarúmque Incolis & Habitatoribus se intromittere, ac ullam in eos Jurisdictionem exercere quoquo modo præsumat, ac Decernentes exnunc Irritum & Inane si secus super hiis a quoquam quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari:

Non obstantibus Præmissis necnon Subjectione per Nos aliàs de dictis Duabus Insulis de Gersey & Gernesey *Episcopo Seresbiriensi* pro tempore existenti ad Supplicationem *præfati Regis* facta, quam de ipsius Regis Consensu omnino Revocamus, Cassamus, & Annullamus, ac Apostolicis necnon in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscúmque. A. D. 1500. Hen. 7.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Exemptionis, Separationis, Subjectionis, Applicationis, Appropriationis, Inhibitionis, Constitutionis, Revocationis, Cassationis, & Annullationis infringere &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, Tertio decimo Kal. Februarii, Pontificatûs nostri Anno Octavo.

L. PODOCATHARUS.

Super plicam,

P. TURA.

ALEXANDER PAPA SEXTUS.

Sigillo Plumbeo a filis Sericis flavi rubeique Colorum pendente.

Tractatus, de Matrimonio Principis Walliæ cum Infanta Ispaniæ, Confirmatio.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Ex Autogr.

FErdinandus & Elizabetha, Dei gratiâ, REX & REGINA *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galleciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris*, & *Insularum Canariæ*, COMES & COMITISSA *Barchinonæ*, DOMINI *Vizcayæ* & *Molinæ*, DUCES *Athenarum* & *Neopatriæ*, COMITTES *Rossilionis* & *Ceritaniæ*, MARCHIONES *Oristani* & *Gociani*,

Benivolentiam, Amicitiam, & Unanimem Christianorum Principem Concordiam, compertum habemus non ipsis tantùm Principibus, & eis qui eorum Imperio Subditi sunt, verùm etiam toti Reipublicæ Christianæ, Utilem fuisse: Et è contra, ex hac quemadmodùm Necessitudine mutuóque Amore multa undique Beneficia suboriuntur; sic, si Discordes & bono nequaquam Animo inter Se vixerint, multa inde Incommoda, & plurima passim Dampna subsequuntur.

Et quoniam omnes Religionis nostræ Sanctissimæ Principes elaborare tenemur non ut Subditi tantum nostri Quiete agant, verùm ut in tota Religione Christiana eadem, pro Publico Bono, Quies Paxque servetur, longéque magis hoc tempore id enitti conarique debemus, in quo Turcarum Princeps, Sanctissimæ Fidei Inimicus, Arma ad eam evertendam a tota Asia & Græcia concitavit, & quoniam nostra Serenissimique *Enrici Angliæ Regis* Fratris nostri Carissimi Necessitudo & Amicitia huic rei prodesse plurimùm potest, superiorum etiam temporum memoriam recolendo, in quibus summa inter Reges Majores nostros Nósque ac eundem Serenissimum Regem & Antecessores suos *Angliæ Reges* Amicitia intercessit, optantes nimirum ut ipsa majus indiès Incrementum nancifcatur, præcipuè cùm Illustrissimi *Arthuri Waliæ Principis* Filii sui Primogeniti & Hæredis Conjugium cum Illustrissima *Catherina Principe Waliæ Infante Castellæ & Aragonum* Filia nostra Carissima, ad hoc idem Prosequendum Nos Jure Naturáque devinciant, A. D. 1500.

Hæc omnia animadvertentes & magna præterea Merita summas Virtutes & ingens quod in præfato Serenissimo *Rege Angliæ* Fratre nostro Carissimo Ornamentum viget libentissimè animo ad Confirmandum, Corroborandum quicquid ad Comune Bonum nostræ ipsiúsque Amicitiæ augendæ Incrementum ceptum est.

Igitur, universis & singulis, præsentes Litteras inspecturis *Notum facimus* quòd, cùm nuper inter Nos, per *Rodericum*

A. D. 1500. Henr. 7.

ricum Gundisalvi de Puebla Jurisconsultum, Consiliarium, Oratorem, & Procuratorem nostrum, Nomine nostro, & in Vim Mandati seu Procurationis, a Nobis eidem concessæ, pro Nobis ac Illustrissimo Principe *Michaele Principe Castellæ, Aragonum, & Portugaliæ* Nepote & Legitimo Hærede nostro, aliisque Hæredibus & Successoribus, ac Regnis, Dominiis, & Subditis nostris, Parte ex una, & prædictum Serenissimum *Henricum Angliæ Regem* Fratrem nostrum, per Reverendum in Christo Patrem *Thomam Londoniensem Episcopum* Consiliarium & Deputatum suum, ejus Nomine, Vigore Mandati seu Procurationis, ab eodem Serenissimo *Rege Angliæ* eidem *Episcopo Londoniensi* concessæ, pro eo ac Illustrissimo *Arthuro Principe Walliæ* ejus Filio Primogenito & legitimo Hærede, eorúmque Hæredibus & Successoribus Angliæ Regibus, Regnis, Dominiis, & Subditis suis, Parte ex altera, fuerit inita, concordata, firmata, & jurata Amicitia, Concordia, Liga, Unio, Confœderatio, & Pax, sub Forma & Capitulis sequentibus,

Cùm Serenissimos, Celebris Memoriæ, Principes, ad Unitatem Pacis suas vires exhibuisse noscamus, Principúmque Officium exigat omnino Pacem tueri, ad Dissipandam & Infringendam Hostium Fortitudinem, & eorum Vires tollendas, ut Status Principum tranquillè conserventur, nullum aptius Remedium videtur quàm Orthodoxos Principes Vires suas unire, Pacem ac Concordiam perpetuo Fœdere, Vinculo Caritatis, inter Sese connectere: cùm Humanis Rebus nihil perniciosius Bello aut Discordia esse possit: nec quicquam salubrius Pace; Inhærentes Doctrinis Sacræ Legis, quibus Pacis Unio cunctis Regibus ac Fidelibus Populis commendatur, Domino Mandante *habete Salutem in vobis* & *Pacem habete inter vos*,

Hiis itaque omnibus Pacem suadentibus accedit Sanguinis Necessitudo & Propinquitas, quæ inter Serenissimum & Invictissimum Principem *Henricum Septimum Angliæ Franciæque Regem & Dominum Hiberniæ* ac Illustrissimos & Potentissimos Principes *Ferdinandum & Elizabetham Reges & Reginam Castellæ & Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c.* Supremos Dominos nostros, necnon Gloriosissima Matrimonialis Conjunctióque nuper inter Illustrissimum Dominum *Arthurum Principem Walliæ, Ducem Cornubiæ, & Comitem Cestriæ* Primogenitum præfati Serenissimi *Regis Angliæ & Franciæ*, & Excellentissimam Dominam *Katerinam* Filiam præfatorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* feliciter emerserit,

Quocirca cùm ad Statuum prædictorum Principum Conservationem tutiùs securiúsque retinendam præfati Principes ad certas Pacis Conditiones inclinati, eorum Oratores & Commissarii superinde statuerunt; videlicet,

Pro Parte Serenissimi *Regis Angliæ & Franciæ* Reverendus in Christo Pater Dominus *Thomas Londoniensis Episcopus*, Et pro Parte Dominorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* Honorandus Dominus *Doctor de Puebla*,

Auctoritate sufficienti in hac parte eis commissâ (cujus quidem Auctoritatis Tenores in certis Instrumentis, super dicto Contractu Matrimoniali confectis, & eisdem insertis, plenè continetur) post multa ultrò citróque Tractata & diu Communicata, tandem in hos Articulos sequentes Condescenderunt, & super eosdem Convenerunt, Concordârunt, & Concluserunt, prout sequitur; videlicet,

Inprimis, Tractatum, Concordatum, & Conclusum est quòd inter præfatum Serenissimum Principem *Henricum Septimum Angliæ Franciæque Regem Dominumi Hiberniæ* Illustrissimúmque Dominum *Arthurum Walliæ Principem* ejus Primogenitum Filium & Hæredem eorúmque Hæredes & Successores ex Parte una, & Serenissimos Principes *Ferdinandum & Elizabetham Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c. Regem & Reginam*, Illustrissimúmque Principem *Michaelem* eorumdem Nepotem & legitimum Hæredem eorúmque Hæredes & Successores ex parte altera, eorum Regna, Dominia, Patrias, & Loca quæcúmque impræsentiarùm per eos possessa, necnon & eorum Vassallos, Homines, & Subditos tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscúmque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces ac ubique Locorum, ab hac Die de cætero, bona, realis, sincera, vera, integra, perfecta, firma Amicitia, Concordia, Liga, Unio, Confœderatio, & Pax firma atque perpetua sit habitura, & pro futuris perpetuis temporibus inconcussè & inviolabiliter custodita & conservata, ita quòd Partes prædictæ (videlicet) præfatus Serenissimus *Rex Angliæ & Franciæ*, & antedicti Illustrissimi Domini *Hispaniarum Rex & Regina*, Principésque prædicti sui Hæredes eorúmque Successores, sint veri, fideles, & perpetui Amici, Concordes, Alligati, Uniti, & Confœ-

A.D. 1500. Hen. 7. Confœderati ad Conservandum Seipsos & eorum alterum & suos prædictos Hæredes in suis Statibus, Regnis, & Dominiis, per eos, ut prædictum est, impræsentiarùm possessis, & ad Defensionem illorum contra omnes Homines Mundi, absque aliqua Exceptione seu Reservatione; ita quòd quicumq; Princeps vel alius qui Regna, Terras, Dominia, seu Loca præfatorum Dominorum Regum Hæredum & Successorum suorum, ut prædicitur, per Terram vel Mare vel quovis modo Offendere vel Invadere moliantur, pro Viribus suis Illum vel Illos Refrænabunt, Impedient, & pro suo Posse Resistent ac Defendent, necnon ipsi Principes præfati eorúmque Hæredes, ut prædicitur, adinvicem se juvabunt quandocúmque & quotiescúmque opus fuerit Auxilio cum omni sua Possibilitate, bonâ Fide, & absque Dolo sive aliquâ Fraude, secundùm Ordinem infra sequentem.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd neuter præfatorum Principum præstabit Auxilium, Consilium, vel Favorem Inimicis alterius Partis Invadere volentibus; sed præfatus Illustrissimus *Rex Angliæ & Franciæ* & prædicti Domini *Rex & Regina Hispaniarum* Hæredes & Successores sui contra omnes Principes vel alios quoscúmque, absque aliquâ Exceptione seu Reservatione nominata vel innominata, qui Terras, Regna, Dominia, & Loca ipsorum quæ nunc possident Impugnare vel Invadere nitantur vel moliantur, seu Guerram aut Bellum facere aut movere super hiis præsumpserint, adinvicem se adjuvabunt, & quod hujusmodi Juvamen, Succursus, & Auxilium fiat & præstetur infra spatium Duorum Mensium a tempore Requisitionis, Expensis tamen Principis Interpellantis & Requirentis; Quod Auxilium, Succursum, Juvamen, & Adjutorium facere seu agere teneantur bonâ fide & effectualiter sicut facerent in suis propriis Negotiis; videlicet,

Quòd si contingat præfatum Serenissimum *Regem Angliæ* suósque Hæredes & Successores prædictos Hominibus Armatis Equestribus vel Pedestribus, aut Sagittariis vel Navibus Armatis, aut aliis Auxiliis Bellicis imposterùm indigere, ac pro & super eisdem Subsidium a dictis Dominis *Rege & Regina Hispaniæ* eorúmque Hæredibus & Successoribus prædictis, & super hujusmodi Indigentiam per Literas vel Nuncios sufficientes requisierint, in tali Casu *Dominus Rex & Domina Regina Hispaniarum* eorúmque Hæredes & Successores, bonâ fide absque difficultate aliqua, juxta hujusmodi Requestam facere seu agere teneantur, ad eum Numerum Armigerorum & Sagittariorum, ac Navium Armatarum, seu aliorum Auxiliorum Bellicosorum quem Rerum ac Temporum Opportunitate propriáque Necessitate consideratis præstare possunt & poterunt, Sumptibus tamen Stipendiis & Expensis rationabilibus præfati Domini *Regis Ang.* Hæredum & Successorum suorum; quæ Expensæ & Stipendia taxabuntur & moderabuntur, habito respectu ad Forum Victualium quod in Partibus tunc temporis contigerit secundùm Loci & Temporis Ubertatem aut Sterilitatem; qui Armigeri & Sagittarii, ac Naves Armatæ, seu alia Auxilia Bellica *Regis & Reginæ Hispaniarum* debitè & fideliter *præfato Regi Angliæ* & suis Hæredibus atque Successoribus in ipsorum Guerris circa Præmissa inservient per Terram & per Mare, secundùm mentem & voluntatem præfati Domini *Regis Angliæ* Hæredum & Successorum suorum quamdiu duxerint eos Retinendos,

Et, pari modo, si contingat præfatos Dominos *Regem & Reginam Hispaniarum* eorúmque Hæredes & Successores prædictos Hominibus Armatis Equestribus vel Pedestribus, aut Sagittariis vel Navibus Armatis, aut aliis Auxiliis Bellicis imposterùm indigere, ac pro & super eisdem Subsidium a dicto Domino *Rege Angliæ*, ejúsve Hæredibus & Successoribus prædictis, & super hujusmodi Indigentiam per Literas vel Nuncios sufficienter requisierint, in tali Casu Dominos *Rex Angliæ*, ejúsve Hæredes & Successores bonâ fide absque difficultate aliqua juxta hujusmodi Requestam facere seu agere teneatur ac teneantur ad eum Numerum Armigerorum & Sagittariorum Naviúmque Armatarum, seu aliorum Auxiliorum Bellicosorum, quem Rerum aut Temporum oportunitate propriáque Necessitate consideratis præstare possit, poterit, & poterint, Sumptibus tamen Stipendiis & Expensis rationabilibus præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* Hæredum & Successorum suorum, quæ Expensæ & Stipendia taxabuntur & moderabuntur, habito respectu ad Forum Victualium, quod in Partibus tunc temporis contigerit, secundùm Loci & Temporis Ubertatem aut Sterilitatem; qui Armigeri & Sagittarii, ac Naves Armatæ, & alia Auxilia Bellica Domini *Regis Angliæ* debitè & fideliter præfatis Dominis *Regi & Reginæ Hispaniarum* & eorum Hæredibus & Successoribus, in ipsorum Guerris, circa Præmissa inservient, per Terram & per Mare, secundùm mentem & voluntatem præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ*

A. D. 1500 Hen. 7. *Reginæ Hispaniarum* Hæredum & Successorum suorum quamdiu duxerint eos Retinendos.

Item, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, in omnibus aliis Causis & Negotiis, non tangentibus hanc Amicitiam, nec Derogantibus illi seu alicui Articulo ejus, per præfatum Dominum *Angliæ Regem* & Dominos *Hispaniarum Regem & Reginam* Excipiuntur seu Reservantur *Summus Dominus noster Maximus Pontifex*, & Serenissimi Domini *Maximilianus* & *Ludovicus Romanorum Gallorúmque Reges*, & Illustrissimus Dux *Philippus Archidux Austriæ*, tali modo quod per istam Exceptionem & Reservationem non videatur nec intelligatur præjudicium aliquod huic præsenti Amicitiæ fieri; set quod in omnibus, in hac prædicta Amicitia hic contentis seu specificatis, firma & integra ac validissima semper maneat, tanquam si non fuissent Excepti & Reservati prænominati *Sanctissimus Dominus noster & Romanorum & Gallorum & Archidux Austriæ Principes*, quia, ut dictum est, hæc Exceptio seu Reservatio intelligitur in aliis Causis & Negotiis, non tangentibus hanc Amicitiam, nec illi in Parte aliqua Derogantibus.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd prædicti Vassalli, Homines, & Subditi præfatorum Principum, tàm Mercatores quàm cæteri alii hinc inde, tutè liberè absque alicujus Licentia Salvive Conductûs generalis vel specialis Petitione vel Impetratione, in & ad præfatorum Dominorum utriusque Principum eorúmque Hæredum & Successorum Portus, Dominia, Castra, Civitates, Fortalitia, Oppida, Jurisdictiones, & Districtus quoscúmque, cum suis Conductis vel accommodatis Navibus, Planstris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercibus, ac Mercimoniis, Bonis & Rebus quibuscúmque, tàm per Terram quàm per Mare & Aquas dulces atque omnem Locum, quotienscúmque & quandocumque id faciendum esse duxerint, Navigare, Equitare, Ire, & Discedere in eisdem, quamdiu voluerint, omnis generis Merces & Mercimonia Emere & Vendere, Mercari, Negotiari, Morari, atque Perhendinare, necnon ab eisdem cum suis Rebus, Mercibus, & Mercimoniis, & Bonis quibuscumque salvi & securi per Terram, Mare, & Aquas dulces abire & recedere, & in omnibus & ubique ita juste & honeste tractabuntur, ac si essent Originarii & Subditi proprii; Juribus, Statutis, & Consuetudinibus Locorum in omnibus semper salvis.

Item, Concordatum & Conclusum est quod prædicti *Rex Angliæ* ejusque *Filius Primogenitus* & *Hæres* eorumve Hæredes & Successores antedicti præfatorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* eorúmque prædictorum Hæredum & Successorum Rebellibus, quibuscúmque præsentibus & futuris, contra præfatos Dominos *Regem & Reginam Hispaniarum*, *eorum* vel Hæredes & Successores, per Terram, Mare & Aquas dulces, ex causa vel occasione quacumque, præsenti vel futurâ, Consilium, Auxilium vel Favorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè, non dabunt nec præstabunt, aut aliàs quovis modo Juvabunt, nec Subditos prædictorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* suorumve Successorum prædictorum Rebelles in suis Regnis, Dominiis, Locisve scienter Receptabunt Receptarive facient, nec in eisdem Morari aut Auxilium vel Favorem habere permittent: &, si Morari in eisdem Terris præsumpserint, eosdem Capient vel Capi facient, & ad Manus *Regis & Reginæ Hispaniarum* Tradent & Tradi facient: &, simili modo, præfati Domini *Rex & Regina Hispaniarum* eorumque Hæredes & Successores præfatorum Serenissimi *Regis Angliæ* ejusque Filii Primogeniti & Hæredis eorumque prædictorum Hæredum & Successorum Rebellibus quibuscumque, præsentibus & futuris, contra præfatum Illustrissimum *Regem Angliæ*, ejusque Filium Primogenitum & Hæredem, eorumve Hæredes prædictos & Successores, per Terram, Mare & Aquas dulces, ex causa vel occasione quacumque præsente vel futura, Consilium, Auxilium vel Favorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè, non dabunt nec præstabunt, aut aliàs quovis modo Juvabunt, nec Subditos prædicti Serenissimi *Regis Angliæ* ejusve Successorum Rebelles in suis Regnis, Dominiis, Locisve scienter receptabunt receptarive facient, nec in eisdem Morari aut Auxilium vel Favorem habere permittant; &, si Morari in eisdem Terris præsumpserint, eosdem Capient vel Capi facient, & ad Manus *Regis Angliæ* Tradent vel Tradi facient.

Item, Concordatum & Conclusum est quòd præfatus Illustrissimus *Rex Angliæ* ejusque Filius Primogenitus & Hæres eorum Hæredes & Successores prædicti in omni Treuga, Pace, Liga, Confœderatione, vel Unione quacumque, quam cum aliquo Principe, Universitate, Comunitate, Societate, vel Homine quocumque ab hac Die de cætero concordabunt & concludent, præfatos *Regem & Reginam Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*,

A. D. 1500. Hen. 7. *Siciliæ, Granatæ, &c.* eorumque Hæredes & Successores, ut prædicitur, specialiter & nominatim Comprehendent, si in eisdem Comprehendi voluerint:

Et, simili modo, prædicti *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c.* eorumque Hæredes & Successores præfati in omni Liga, Pace, Treuga, Confœderatione, & Unione quacumque, quam cum aliquo Principe, Universitate, Comunitate, Societate, vel Homine aliquo ab hac Die inantea, concordabunt & concludent, præfatum Serenissimum *Regem Angliæ* ejusque Filium Primogenitum & Hæredem, eorumque Hæredes & Successores, ut prædicitur, specialiter & nominatim Comprehendent, si in eisdem Comprehendi voluerint.

ITEM, Concordatum & Conclusum est ut Captiones, Pignorationes, Marchæ, & Reprisaliæ Navium & Personarum Bonorumve utriusque Partis, eorumque Vassallorum & Subditorum de cætero cessent; sed quodocumque aliqua Navis indigena exitura est ab aliquo Portu tàm Regnorum & Dominiorum *Angliæ, Hiberniæ, &c.* quàm *Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c.* Majores & Gubernatores, & alii Officiales, quibuscumq; Nominibus appellentur, talis Villæ, Oppidi, seu Portûs unde exitura est, capiant sufficientes Securitates a Dominis seu Possessoribus, Magistris, Patronis, vel Bursariis Navis, ad Duplum Valoris Navis Apparatûs & Victualium ejusdem, quòd Magistri, Marinarii, Nautæ, & omnes in ea Navi existentes, cujuscumque Statûs seu conditionis existant, servabunt hanc Pacem erga quoscumque Subditos Patriarum, Regnorum, Dominiorum, Terrarum alterius Partis, & nullam eis Injuriam seu Violentiam in Terra, Mari, Fluminibus, aut in Portu aliquo facient seu inferent; Et, si hujusmodi Securitates præstare noluerint, non permittent ipsi Majores, Gubernatores, & Officiales prædictorum Oppidorum seu Portuum, ubi Casus ille acciderit, Navem hujusmodi quoquo modo exire: Quotiens autem Securitatem præmissam Majores, Gubernatores, & Officiales prædicti exigerint seu receperint, dabunt Literas auctenticas, sub eorum Sigillo, Possessoribus, Magistris, seu Bursariis illius Navis ita assecuratæ, Testificantes ipsam Securitatem præstitam, ad finem ut, ipsarum Literarum vigore, Navis hujusmodi alios, ad quos forsitan applicabit, Portus liberè exire valeat.

Providebunt etiam præfati Reges & Principes, eorumque Hæredes & Successores, ut præmittitur, per suas Literas, A. D. 1500. Hen. 7. ad suos Gubernatores & Officiales Oppidorum & Portuum suorum Regnorum & Dominiorum mittendas, taliter quòd ipsi omnia & singula Præmissa de tempore in tempus observabunt & observari facient: Et præfati Officiales teneantur, infra Quadraginta Dies proximò sequentes a Die Requisitionis sibi factæ per Partem Dampnificatam computandos, exequi prædictam Obligationem contra Magistrum Navis & ejus Fidejussores, qui tale Dampnum intulit: Et quòd omnes Literæ Marcharum & Reprisaliarum, hactenus per prædictos Reges & Prædecessores suos concessæ, contra Subditos alterius Partis, sint Suspensæ, & vigore earum nulla Executio fieri possit, sed de novo fiat Requisitio ad Instantiam Dampnificatorum, & eis fiat Justitia per Superiorem Dampnificantis, & in ejus Denegationem, servatâ formâ in similibus Casibus consuetâ, possint dari & concedi Marchæ seu Reprisaliæ contra Subditos & Vassalos Principis Justitiam Denegantis.

ITEM, quòd si per Subditos prædictorum Regum vel per aliquem Subditorum unius vel alterius Partis eorundémve Hæredum & Successorum, ut prædicitur, quicquam imposterùm, ubique locorum, contra vim, formam, & effectum præsentis Tractatûs & Conclusionis Pacis, Concordiæ, Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis factum vel attemptatum fuerit (quod Deus avertat) illud sic factum vel attemptatum, quotiens id acciderit, ad Requisitionem Partis contra quam id factum vel attemptatum esse prætenditur, per debita & oportuna Remedia Restituatur & Reparetur; sed per hoc huic præsenti Pacis, Concordiæ, Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis Tractui in nullo præjudicetur, nec propter Tale factum vel attemptatum eadem Pax, Liga, Unio, & Confœderatio Rumpi vel Dissolvi censebitur, sed nichilominus in suo Robore permanebit & Effectu.

ITEM, Concordatum, Conventum, & Conclusum est quòd, si aliquis Vassallus, Homo, vel Subditus alterius Partis per Vassallos, Homines, vel Subditos alterius, contra vim, formam, & effectum præsentis Tractatûs & Concordiæ, in aliquo Læsus vel Dampnificatus fuerit, & super hoc in illis Locis & per illos Judices, ubi & per quos in talibus Casibus de Justitia provideri debet, Reformationem & Reparationem consequi non valuerit; nichilominus præsens Tractatus & Concordia in suo Robore permaneat; & Pars sic Dampnificata, quæ, ut præmit-

A. D. 1500. Hen. 7. mittitur, Reparationem consequi non valuerit, cum Commendatitiis & Admonitoriis Literis sui Principis ad alterum Principem recurret; ipséque, Defectum Officialium suorum supplens, illi de debito Juris Remedio providebit; necnon Literæ de Reprisaliis vel Marchæ vel Contromarcha impetrentur vel concedantur.

ITEM, Concordatum & Conclusum est quòd uterque Principum præfatorum, infra Sex Menses post harum Confœderationum perfectam Conventionem & ipsarum Literarum Traditionem, teneatur hunc Tractatum Treugarum Pacis, Unionis, & Concordiæ, Confœderationis & veræ Amicitiæ in omnibus & singulis insignioribus Locis Regnorum & Dominiorum suorum, tàm per Littora Maris quàm super Terram & in Portubus eorumdem, publicè & solenniter Proclamari, Notificari, & Publicari facere, prout in tali Casu antiquitùs fieri consuevit.

ITEM, nè Afflictæ detur Afflictio, Conventum & Conclusum est quòd, si aliqua Navis Angliæ, Hispaniæ, vel alterius Loci sub Dominio & Ditione prædictorum Principum Vi Ventorum Quassata fuerit & passa Naufragium, & Bona vel per Aquarum vehementiam vel per aliam quamcúmque Causam ad Litora alterius Principis producta sint, quòd tunc Præpositus vel Officialis ipsius Loci, statim & incontinenti post habitam Notitiam in quorum Manibus hujusmodi Bona seu Mercimonia sunt, facient fieri Sequestrum omnium prædictorum Bonorum seu Mercimoniorum sic salvatorum: Et, si Pars Læsa intra Viginti Menses, per Signa sua consueta, vel per alias legitimas Probationes Proprietatem probaverit, quòd illico Bona Proprietario Restituantur; Proviso quòd, si dicta Bona seu Mercimonia sint de Rebus quæ servando servari non possunt, quòd in tali Casu prædicti Præpositi vel Officiales possint & debeant hujusmodi Bona & Mercimonia Vendere & Pretium Servare ad Utilitatem Proprietarii: Et, si iosta tempus prædictorum Viginti Mensium aliquis Proprietarius non venerit, tunc servetur Jus Commune illius Regni ubi hujusmodi Bona applicuerunt; salvo tamen ei vel eis, qui hujusmodi Bona in Mari Litoribúsve recuperaverunt, pro ejus vel eorum Laboribus justo & rationabili Salario, per Quatuor Legales Homines ad hoc Juratos taxando.

In cujus Rei Testimonium Nomina Manu propriâ subscripsimus & Sigilla nostra apposuimus.

A. D. 1500. Hen. 7. Dat. in *Civitate London*. Decimo Die Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono.

THOMAS LONDON. EPISCOPUS.
DOCTOR DE PUEBLA.

Cúmque præinserta Amicitiæ, Concordiæ, Ligæ, Unionis, Confœderationis, & Pacis Capitula, omniáque & singula in illis contenta Nobis gratissima sint ac maximè placeant, velimúsque omnia & singula nostris Patentibus Litteris, Manibus propriis subscriptis, ac nostro Regio Sigillo munitis Confirmare, Approbare, & Corroborare, idcircò præsentibus Litteris nostris omnibus melioribus viâ, modo, & formâ quibus meliùs & validiùs de jure possumus & debemus, præinserta Amicitiæ, Concordiæ, Ligæ, Unionis, Confœderationis, & Pacis Capitula, omniáque & singula in illis & quolibet eorum contenta, juxta sui seriem & tenorem Laudamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, ac Rata, Grata, & Firma habemus, &, si necesse est, ea omnia & singula de novo Concedimus & Firmamus,

Et insuper Promittimus & Juramus, super Sancta Dei Quatuor Evangelia corporaliter & manualiter per Nos tacta, bonâ Fide & in Verbo Regio tenere, & adimplere, ac inviolabiliter observare, pro Nobis, Regnis, Terris, & Ditioonibus nostris, omnia & singula, in præinsertis Amicitiæ, Concordiæ, Ligæ, Unioois, Confœderationis, & Pacis Capitulis contenta, prout in eisdem cavetur & continetur, & contra ipsa quovis modo directè vel indirectè non venire sub Obligatione & Ypotheca omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum, necnon sub Pœna Perjurii, quam Rex & Regina possunt tali Casu incurrere,

Insuper, Nos tanquam Avi, Tutores, & Curatores Personæ præfati Illustrissimi Principis *Michaelis Nepotis & Heredis nostri carissimi*, Promittimus, Pollicemur, & Juramus ad Dominum Deum nostrum Jhesum Christum, & ejus Sanctam Crucem, & Sancta Quatuor Evangelia, quòd, postquam prædictus Illustrissimus Princeps *Michael Nepos & legitimus Heres noster Carissimus*, Deo annuente, pervenerit ad Ætatem Annorum Quatuordecim, dabimus operam cum effectu, quòd Jurabit solempniter, & in forma debita, per Se & Successores suos Tenere & inviolabiliter Observare, ac Teneri & Observari facere Amicitiam,

A.D. 1500. An. 7. micitiam, Concordiam, Ligam, Unionem, Confœderationem, Pacem, Pacta, & Promissa contenta & contentas in præinsertis Capitulis juxta illorum & illarum seriem & tenorem, & contra eas vel ea directè vel indirectè non facere vel venire, sub Obligatione omnium Bonorum suorum, ac sub Pœna Perjurii quam Princeps potest tali Casu incurrere; præterea Volumus, quòd in hujusmodi Amicitia, Liga, Confoederatione, & Pace comprehendatur Serenissimus *Emanuel Rex Portugaliæ* Filius, noster Dilectissimus.

In quorum omnium & singulorum prædictorum Testimonium, præsentes Literas Manibus nostris signavimus, Sigilliquè nostri munimine jussimus roborari.

Datum & Actum in *Urbe Hispaliensi*, Die Vicesimo Mensis Januarii, Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo.

Præsentibus ibidem,

Guterrio de Cardenas Præceptore Majore Legionis Ordinis Sancti Jacobi de Spata,

Joanne Chacon Præfecto Murciæ,

Majoribus Computatoribus nostris, A.D. 1500.

Joanne Velasquez Computatore Majore Illustrissimi Principis Nepotis & Hæredis nostri Carissimi,

Consiliariis nostris,

Testibus ad Præmissa vocatis, & aliis pluribus.

Eyo el Rey.

Eyo la Reyna.

Et ego Michael Perez Dalmacan, *prædictorum Serenissimorum & Potentissimorum Dominorum nostrorum Regis & Reginæ Secretarius, ac Publicus Apostolicâ & Regiâ Auctoritatibus Notarius, Præmissis omnibus & singulis unà cum prænominatis Testibus interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, & in Notam sumpsi, ideoque præsens Publicum Instrumentum, alterius Manu in his Quatuor Foleis Pergamenæ scriptum, inde confeci, & in hanc Publicam Formam redegi, Signoque meo solito signavi, in Fidem & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum.*

Constat de suprapositis in secundo Foleo, ubi legitur Prædicti, & in tertio Foleo Teneantur.

Michael Perez Dalmacan.

De Custodia Ecclesiæ infra Insulam de Guernsey.

A.D. 1500. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 6.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, Caritatis intuitu, Dedisse & Concessisse Dilecto Nobis Fratri *Radulpho Leonardi* Ordinis Fratrum Prædicatorum in Theologiáque Doctori Custodiam Prioratûs sive Ecclesiæ beatæ Mariæ de Lyhon infra Insulam nostram de Guernesay, ad ibidem Celebrandum Missas & alia Divina Suffragia prout consuetum fuerat temporibus Progenitorum nostrorum,

Habendam, Tenendam, & Occupandam Custodiam dicti Prioratûs sive Ecclesiæ ad Terminum *Vitæ ipsius Radulphi*, cum Reventionibus, Oblationibus, Salariis, Pensionibus, Vadiis, ac omnibus aliis Proficuis, Emolumentis eidem Prioratui ab antiquo debitis & consuetis, sive quoquo modo spectantibus &c. A.D. 1500.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto Die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Tractando in Curia Romana super Auxilio contra Turcas.

A.D. 1500. An. 15. H. 7. Ibid. m. 16.

REX, Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis, *Silvestro Episcopo Wygorniensi*, & *Hadriano Apostolicæ Sedis Prothonotario* ac Sanctissimi Domini nostri Secretario Domestico Salutem.

Ex Brevi *Sanctissimi Domini nostri* nonnulla Vulnera illatásque Injurias per Sævissimos illos Thurchos & Christi Nominis Hostes, non modo in Hungariam, Paloniam, Crociam, Dalmatiam, sed etiam in Tarincinum Agrum, cæterasq; Vicinas Gentes, in Detrimentum sanè totius Christianæ Reipublicæ ac Dedecus & Ignominiam, inflicta esse superioribus hiis diebus intelleximus, A.D. 1500.

Sua

A. D. 1500. Hen. 7.

Sua itaque Sanctitas, secum animadvertens difficile esse ab ea Gente Pacem seu Quietem sperare, quæ cotidiè Christianorum Sanguinem sitit, omnes Reges atque Principes Christianos simul & Nos ad tantam Injuriam Vindicandum Malúmq; Propulsandum adhortata est, cupiens Deo ipso duce nepharios suorum Conatus, quantum in eo fuerit, infringere atque reprimere, Christianorúmq; Principum Ope infringi reprimique pro viribus studere,

Et id quo fieret facilius omnium Regum Christianorum Oratores, circa hujus Sacræ Rei expeditionem, ad Comparendum, Interessendum, Communicandum, & Tractandum in unum Congregare apud *Sanctitatem suam* decrevit,

Nos verò,

Progenitorum nostrorum sacra vestigia, qui *Romanis Pontificibus* adversus Infideles semper astiterunt, sequi volentes, *suæq; Sanctitatis* voto annuere maximè in Opere tàm Pio, tàm Sancto, tàm Glorioso plurimùm cupientes,

De vestra provida Circumspectione, Fidelitate, ac Industriâ singularem in Domino fiduciam optinentes, vos nostros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Oratores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios generales & speciales Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes & Concedentes vobis Procuratoribus & Oratoribus nostris, sicuti & Tenore Præsentium Concedimus & Damus plenam Potestatem & Auctoritatem & Mandatum generale & speciale, Nomine nostro & pro Nobis, in Romanâ Curiâ Comparendi, Interessendi, Communicandi, & Tractandi, coram Sanctissimo Domino nostro, Sacróve Conventu & Concilio, cum Oratoribus sive Procuratoribus aliorum Christianorum Principum, pro impiâ istâ sceleratissimorum Thurcorum Ferociâ Compescendâ,

Insuperque Mandantes quatenus de hujusmodi Communicatis & Tractatis, quæ pro Sancto isto ac Pio Opere in hoc Conventu seu Concilio in Medium adducentur, seclusâ omni morâ, Nos Certiores reddere curetis,

Quæ postquam intellexerimus, pro Religione Christiana Tuenda ejúsque Gloria Amplificanda, Partes nostras, uti cæteri Christianorum Principum, pro viribus interponere conabimur.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Die Mensis Februarii.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Sarum.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Pat. 15. H. 7. p. 2. m. 27.

REX Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wiltesiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* Venerabilem in Christo Patrem *Henricum Episcopum Sarum* nuper Bangorensem a Vinculo quo Bangorensi Ecclesiæ cui tunc præerat tenebatur Absolverit, & Ipsum ad Ecclesiam Sarum Vacantem per Mortem bonæ memoriæ *Johannis ultimi Episcopi Loci illius* Transtulerit, Ipsúmque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Sarum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis* Nobis inde directas Nobis constat,

Nos,

Pro eo quod idem *Henricus* sic ad dictam Ecclesiam Sarum Translatus omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter Se Submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, Cepimus Fidelitatem *ipsius Henrici* sic ad dictam Ecclesiam Sarum Translati,

Et Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quòd *eidem Henrico* sic ad dictam Ecclesiam Sarum Translato Temporalia prædicta cum pertinentiis in Balliva tua sine Dilatione Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Knoll* vicesimo secundo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Lincoln.
Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors.
Escaetori Regis in Com. Oxon. & Berk.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.
Escaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus.
Dilecto Regis Nicholan Alwyn *Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori Regis in eadem Civitate.*

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, &c.

De

De Annuo Censu Recipiendo.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 15.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, inter Nos & Perhennis Memoriæ *Regis Karoli* dudùm Gallorum Principis Commissarios, Procuratores, Oratores, Deputatos, & Nuncios, inter cætera, Conventum, Concordatum, Appunctuatum, & Conclusum fuerat,

Quòd idem nuper Rex Karolus *Solveret & Deliberaret, Solvive & Deliberari faceret Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis, vel dictorum Heredum nostrorum Deputatove* Deputatis, *Summam* Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri,

Quam quidem Summam Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronatum Auri *præfatus nuper* Rex Karolus *Confessus fuerit & declaraverit, Seque & Heredes atque Successores suos, per Literas suas Nomine suo subsignatas, Obligaverit, & pro se & dictis Heredibus atque Successoribus suis Consentiit & Promisit, solvere & deliberare, solvive & deliberari facere Nobis & Heredibus nostris, seu nostris Deputatis seu dictorum Heredum nostrorum Deputato seu Deputatis, sub modo & formâ sequentibus; videlicet,*

Quòd idem nuper Rex Karolus *solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, suique Heredes & Successores solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Heredibus nostris, nostrisve Deputatis seu dictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, in Villa nostra Calesii, Die Primo Mensis Maii extunc proximò sequente,* Viginti & Quinque Millia Francorum in Coronis Auri, *unoquoque Franco valente Viginti Solidos Turonenses, secundùm Cursum & Æstimationem quam tunc habuerunt:*

Et Primo Die Mensis Novembris tunc proximò futuro consimilia Viginti Quinque Millia Francorum in Coronis Auri *in prædicta Villa nostra Calesii,*

Et sic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, idem nuper Rex Karolus *solveret & deliberaret, solvive & deliberari faceret, suique Heredes & Successores solverent & deliberarent, solvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Heredibus nostris, aut nostris seu dictorum Heredum nostrorum Deputato vel Deputatis, Loco & Terminis antedictis, donec & quousque dicta Summa* Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri *per ipsum nuper* Regem Karolum *Gallorum Principem Heredes & Successores suos, Nobis & dictis Heredibus nostris, ut prædictum est, plenè & integrè Soluta & Contenta foret,*

Prout in Literis Commissariorum dicti Illustrissimi Principis *Regis Caroli*, plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare*, Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo *apud Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon suis Literis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboys* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, plenissimè liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula Contenta in eisdem Illustrissimus Carissimusque Frater & Consanguineus noster *Rex Lodowicus* nunc Gallorum Princeps, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit,

Atque ad fidelem & debitam Solutionem & Satisfactionem Residui & Resti dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & Quinque Milium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo munitas, & Manu suâ subscriptas, *Datas Parisius* quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Se de Novo Hæredesque & Successores suos Astrinxit & Obligavit, prout in Literis suis desuper confectis pleniùs continetur,

Et quia Prima Dies Mensis Maii, quæ erit *Quintusdecimus Terminus Solutionis antedictæ*, in qua Summa *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri*, in prædictâ Villâ nostrâ Calesii, ut præmittitur, solvi debeat (videlicet) Anno Domini Millesimo, Quin-

A. D. 1500. Hen. 7.

Quingentesimo, Nonagesimo, propediem est ventura,

Hinc est quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis, & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, *Egidii d'Aubeney* de Daubeney Militis Locumtenentis Villæ nostræ Calesii Camerarii nostri, *Richardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis nostri ibidem, *Johannis Turbervile* Militis Thesaurarii dictæ Villæ, *Antonii Broun* Militis Constabularii Castri nostri ibidem, *Adriani Whetehill* Contrarotulatoris ejusdem Villæ, *Radulphi Lathom*, & *Francisci Marzen*, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præsentes,

Dantes Eisdem, *Egidio*, *Richardo*, *Johanni*, *Antonio Adriano*, *Radulpho*, & *Francisco*, & Duobus eorum plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputaris, & Nunciis dicti Illustrissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri Carissimi *Regis Lodowici*, apud Villam nostram Calesii, Nomine nostro, Tractandi & Communicandi, & ab ipsis dictam Summam *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses, ut præmittitur, valente) Nobis dicto Primo Die Mensis Maii per ipsum nunc Gallorum Principem debitam & solvendam, Recipiendi, & eorum Solutiones Acceptandi, ipsumque Serenissimum Principem *Lodowicum* Consanguineum nostrum & dictam Summam Solventes de hujusmodi Receptis Acquietandi & Exonerandi, atque Literas suas Acquietantiæ & Exonerationis eorumdem Conficiendi, ipsasque Literas atque nostras Acquietantiæ & Exonerationis hujusmodi, Magno Sigillo nostro sigillatas, præfatis Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, sive Nunciis prædicti Fratris & Consanguinei nostri, Nomine nostro atque suo, Tradendi & Deliberandi,

Cæteraque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid præfati Commissarii, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputati, Nomine nostro fecerint in Præmissis, seu eorum aliquo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* Vicesimo sexto Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Procuratorium, pro Domino de Berghes, de comparendo pro Rege & interessendo, ad Festum Aurei Velleris.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 1.

HEnry, par la grace de Dieu, *Roy d'Angleterre & de France Seigneur d'Irlande* a tous ceulx, qui ces Presentes verront, Salut & Dilection.

Comme il soit ansi que Treshault & Puissant Prince nostre Trescher & Tresame Cousin *l'Archeduk d'Austriche Duc de Burgoingne* &c. Chief & Sonverain de l'Ordre DE LA THOISON d'OR, Nous ait, puis n'aguerres, fait Savoir, par ses Lettres, qu'il a conclu & deliberé Tenir la Prouchane Feste & Chappitre Generall du dit Ordre en sa Ville de Bruxelles, le Second Jour du Moys de May Prouchainement venant, & les Jours ensuyans,

Nous Suppliant & Requirant y Voulloir Commettre aus diz Jour & Lieu Procurer souffisant fonde Sur l'ung des Chevaliers nos Confreres du dit Ordre, pour y Comparoir pur Nous & faire ce a quoy Nous sommes tenuz faire par les Chappitres de celluy Ordre,

A. D. 1500.

Pour ce est il que Nous,

Confians a plain es Sceus Loyaulte & grande Preudonne de nostre Trescher & Tresame Cousin & Confrere du dit Ordre *le Seigneur de Berghes*,

Icellui avons Constitute Commis & Depute, Instituons Commetrons & Deputons par ces dictes Presentes nostre Procureur, pour de par nous & en nostre Nom Comparour a la dit Prouchaine Feste & Chappitre, y Assister, Tenir nostre Lieu, Faire noz Offrandes & Solempnites, Ovyr ce que y sera Dit Fait & Besoingne pour Honneur Bien & Augmentation d'icellui Ordre, & de Nous en faire ou faire fere Rapport, & generallement de y Dire & faire, touchant le dite Ordre, tout que

A. D. 1500. Hen. 7. que Nous meismes Dire ou Faire pourrions ou deverons se presens y estions en propre Personne, quant ores la Chose requeroit Mandement plus especial,

Promettans tenir Ferme & Agreeable tout ce que nostre Cousin & Confrere Dit & Fait y aura en tout Choses concernans le Bien Honneur Utile & Prouffit du dit Ordre ficomme dit est, moiennant qu'il ne Nous Oblige en Chose qui puisse estre Prejudicialle a nous ne a nostre Royalme, ne Parliament, aux Reservacions & Modificacions qui Nous furent confesses & accordes en l'Aceepptacion d'icellui Ordre. A. D. 1500. Hen. 7.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seignurel a ces dictes Presentes, le xxvi. jour d'Aurile, l'An de Grace Mille Cinc Cens, & l'An nostre Reigne le Quinziesme.

Tractatus, de Matrimonio Principis Walliæ Ratificatio per Regem.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. REX Universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, NOTUM FACIMUS.

Franc. 15. H. 7. m. 10. Cùm Divâ Pace mutuâque Concordiâ, quæ præter cætera Deo summè placet, nil sancius nichilque utilius apud Mortales esse queat, ex ea quidem Parvæ Res crescunt nichilque sine ea benè esse valeat, eum qua omnia Bona conveniunt, & qualis sit Pacis Fructus Bellorum Calamitates, quæ penè innumerabiles sunt, satis ostendunt,

Præterea eum nichil fit tàm maturè Aptum támque Conveniens ad Res Secundas Adversásve quàm Amicitia, quæ omnibus Rebus Humanis meritò est anteponenda, nam Res Secundas Splendidiores & Adversas Patiens Communicansque longè Leviores Amicitia procreare solet,

Ipsa itaque Diva Pax atque mutua Concordia a quibuscúmque Catholicis Principibus, maximè Sanguine & Affinitate conjunctis, & præsertim quorum Antecessores mutuo inter se Amore vivere studuerunt, summoperè sunt exoptandæ,

Cúmque Nobiscum maturè commemorantes quanta & qualia inter nostros Illustrissimorúmque Principum Consanguineorum nostrorum Carissimorum *Ferdinandi & Elizabethæ Hispaniarum Regis & Reginæ* & Nobilissimos Progenitores & Antecessores Pacis Amicitiarúmque splendida Fœdera, ad Dei Complacentiam, longè ante hac percussa, atque ad suam suorúmque Subditorum Utilitatem continuata & observata fuerunt,

Ad quarum quidem Amicitiarum inviolabilem & firmiorem Observantiam Matrimonium inter Prædilectum Filium nostrum Primogenitum *Arthurum Walliæ* PRINCIPEM, *Cornubiæ* DUCEM, COMITEMQUE *Cestriæ* & Serenissimam Principem Consanguineamque nostram Percharam *Katherinam Castellæ & Aragonum Infantem* dictorum Consanguineorum nostrorum Filiam, nostro eorumdemque Consanguineorum nostrorum Voluntate pariter & Assensu, legitimè est Contractum, A. D. 1500.

Nos verò, Præmissa præcipuúmque dictorum Carissimorum Consanguineorum nostrorum in Nos Amorem studiosè animadvertentes, Amicitiam, Concordiam, Ligam, Confœderationem & Pacem, nuper inter Nos per Reverendum in Christo Patrem Dominum *Thomam Londoniensem Episcopum* Consiliarium & Deputatum nostrum, Nomine nostro, vigore Mandati seu Procurationis a Nobis *eidem Episcopo Londoniensi* concessæ, pro Nobis & Illustrissimo *Arthuro Principe Walliæ* Filio nostro Primogenito & Legitimo Hærede, nostrisque Hæredibus & Successoribus Angliæ Regibus, Regnis Dominiis & Subditis nostris Parte ex una. & prædictos Serenissimos Principes *Ferdinandum & Elizabetham Hispaniarum Regem & Reginam* Consanguineos nostros Carissimos, per *Rodericum Gundisalvi de Puebla* Jurisconsultum eorumdem Consanguineorum nostrorum Consiliarium Oratorem & Procuratorem, eorum Nomine, & in vim Mandati seu Procurationis ab eisdem Consanguineis nostris eidem concessæ, pro ipsis, & Illustrissimo Domino *Michaele Principe Castellæ, Aragonum & Portugaliæ* Nepote & Legitimo Hærede eorumdem Consanguineorum, aliísque Hæredibus & Successoribus ac Regnis, Dominiis & Subditis ipsorum Consanguineorum nostrorum, Parte ex altera, sub Forma Capitulisque sequentibus Initam, Tractatum, Concordatam Firmatámque, perlibenti animo Confirmare, Corroborare, atque Auctorizare duximus,

Quorum quidem Capitulorum Tenor & Forma sequitur & est talis:

Cùm

A. D. 1500. Hen. 7.

Cùm Sereniſſimos, Celebris Memoriæ, Principes ad Unitatem Pacis Vires ſuas exhibuiſſe noſcamus, Principumque officium exigit omnino pacem tueri ad diſſipandam & infringendam hoſtium fortitudinem, & eorum vires tollendas, ut ſtatus Principum tranquillè conſerventur, nullum aptius remedium videtur quàm orthodoxos Principes vires ſuas invicem unire, pacem ac concordiam perpetuo Fœdere vinculo caritatis inter ſeſe connectere, cum humanis rebus nichil pernicioſius bello aut diſcordia eſſe poſſit, nec quicquam ſalubrius *&c. prout ſupra Literis Ferdinandi.*

QUÆ QUIDEM OMNIA ET SINGULA PRÆMISSA præinſerta Amicitiæ, Concordiæ, Ligæ, Unionis, Confœderationis & Pacis Capitula, & quæcùnque in eis contenta, cùm Nobis & Summè placeant & vehementer accepta ſint, eáque indiſſolubili Firmari vinculo cupimus, noſtris Patentibus Literis, Manu propriâ ſubſcriptis, noſtróque Sigillo Magno Regio munitis, Confirmare, Approbare & Corroborare decrevimus,

Præſentibus igitur Literis noſtris omnibus viâ, modo, & formâ quibus meliùs & validiùs de Jure poſſumus & debemus, præinſerta Amicitiæ, Concordiæ, Ligæ, Unionis, Confœderationis & Pacis Capitula, omniaque & ſingula in illis & quolibet eorum contenta, juxta ſui ſeriem & tenorem, Laudamus, Approbamus, Ratificamus & Confirmamus, ac Rata, Grata & Firma habemus, & ſi neceſſe eſt ea omnia & ſingula de Novo Concedimus & Confirmamus,

Et inſuper Promittimus & Juramus, ſuper Sancta Dei Quatuor Evangelia corporaliter & manualiter per Nos tacta, bonâ Fide & in Verbo Regio, Tenere & Adimplere ac inviolabiliter Obſervare, pro Nobis, Regnis, Terris, & Ditionibus noſtris, omnia & ſingula in præinſertis Amicitiæ, Concordiæ, Ligæ, Unionis, Confœderationis, & Pacis Capitulis contenta, prout in eiſdem cavetur & continetur, & contra ipſam quovismodo directè vel indirectè non venire ſub Obligatione & Ipotheca omnium Bonorum noſtrorum præſentium & futurorum, necnon ſub Pœna Perjurii quam Rex poſſit tali Caſu incurrere,

Inſuper Nos, tanquam Pater, Tutor, & Curator Perſonæ præfati Illuſtriſſimi Principis *Arthuri Principis Walliæ, &c.* Filii noſtri Primogeniti Hæredíſque noſtri Cariſſimi, Promittimus, Pollicemur & Juramus ad Dominum Deum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ejus Sanctam Crucem, & Sancta Quatuor Evangelia, quòd, poſtquam prædictus Illuſtriſſimus Princeps *Arthurus* Filius Primogenitus & Legitimus Hæres noſter Cariſſimus, Deo annuente, pervenerit ad Ætatem Annorum Quatuordecim, dabimus operam cùm effectu quòd Jurabit ſolenniter & in forma debita per Se & Succeſſores ſuos Tenere & inviolabiliter Obſervare, ac Teneri & Obſervari facere Amicitiam, Concordiam, Ligam, Unionem, Confœderationem, Pacem, Pacta, & Promiſſa contenta & contentas in præinſertis Capitulis, juxta illorum & illarum ſeriem & tenorem, & contra eas vel ea directè vel indirectè non facere vel venire ſub Obligatione omnium Bonorum ſuorum & ſub Pœna Perjurii quam Princeps poteſt tali Caſu incurrere,

Præterea Volumus quòd in hujuſmodi Amicitiâ, Ligâ, Confœderatione, & Pace Comprehendantur Illuſtriſſimi Principes *Emanuel Portugaliæ*, & *Jacobus Scotiæ*, & *Johannes Daciæ, Reges*, Confratres & Conſanguinei noſtri Cariſſimi,

In quorum Fidem & Teſtimonium præſentes Literas Manibus noſtris ſignavimus, Sigillique noſtri munimine juſſimus roborari.

Data & Acta infra *Monaſterium noſtrum Sancti Auguſtini*, in Suburbiis Civitatis noſtræ Cantuarienſis ſituatum, quinto Die Menſis Maii, Anno a Nativitate Domini Milleſimo quingenteſimo.

Præſentibus ibidem,

Reverendiſſimo in Chriſto Patre ac Domino *Johanne*, Divinâ Miſeratione, *Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbitero Cardinale Cantuarienſi Archiepiſcopo* totius Angliæ Primate & Apoſtolicæ Sedis Legato noſtroque Cancellario.

Reverendo in Chriſto Patre Domino *Thoma Epiſcopo Londonienſi* Concilii noſtri Præſidente,

Ac,

Magnificis Dominis,

Edmundo Comite de Suffolke,

Thoma Comite de Surria,

Egidio Daubeney Camerario noſtro ac Villæ noſtræ Caleſiæ Locumtenente,

Johanne Fyneucax Milite Capitale Juſticiario Regni noſtri Angliæ,

Karolo de Somerſet Milite Guardiæ noſtræ Capitaneo,

Richardo Guldeford Milite Hoſpitii noſtri Contrarotulatore,

Thoma

A. D. 1500. Hen. 7. *Thomâ Lovel* Milite Cameræ nostræ Thesaurario,

Necnon,

Egregiis viris,

Richardo Nick Decretorum Doctore Capellæ nostræ Decano,

Et *Thoma Routhale* Decretorum Doctore Apostolicæ Sedis Prothonotario nostróque Secretario.

Testibus ad Præmissa vocatis,

HENRICUS.

Et Ego Thomas Laurence, *Cantuariensis Diœcesis, Publicus auctoritate Apostolicâ Notarius, Invictissimi ac Potentissimi Principis* Henrici septimi Angliæ Franciæque *Domini nostri Supremi Secretarius, dùm idem Potentissimus Dominus Rex omnia & singula Præinserta Amicitiarum Confœderationum & Pacis Capitula, prout suprascribuntur & recitantur, Confirmavit, Ratificavit, Corroboravit, Approbavit & Auctorisavit, atque Magni Sigilli sui Regii appensione muniri præfato Reverendissimo Domino Cardinali Cancellario suo Mandavit, unà cum prænominatis Testibus præsens personaliter interfui, Majestatémque Regiam præfatam, dùm Superiorem Manu suâ propriâ Subscripsionem faceret, dùmque Magnum Sigillum suum Regium apponeretur, præsens perspexi, eaque omnia & singula sic fieri, vidi, & audivi, & in Notam sumpsi, ideoque, in Fidem & Testimonium eorum omnium & singulorum, hoc publicum Testimonium superinde per Me confectum, & in hanc Publicam Formam, ad ejusdem Invictissimi Domini Regis Mandatum, redactum, Manuque meâ propriâ in his Quatuor Pergamenæ Foliis scriptum, Signo & Nomine meis solitis & consuetis signavi.*

Constat de suprapofito, in Decima septima Linea secundæ Paginæ Primi Folii, ubi legitur FELICITER,

Et de Raso correcto, in Decima quinta Linea Primæ Paginæ Quarti Folii, ubi legitur JURATOS.

THOMAS LAURENCE.

Acquietantia pro Annuo Censu.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 15.

REX universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Carissimóque Fratre & Consanguineo nostro *Rege Lodowico Gallorum Principe*, per Manus apud Villam nostram Calesii, *Viginti & quinque Milia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses valente) Nobis Primo Die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, solvi debitorum, quæ erit *Quintusdecimus Terminus* pro Parte Solutionis *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* per, Perhennis Memoriæ, *Regem Carolum* novissimè Defunctum Nobis debitarum & solvendarum,

Prout in Literis Commissariorum Illustrissimi *Regis Caroli*, plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare* Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo apud *Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon suis Literis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboyse* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, plenissimè liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula contenta in eisdem Illustrissimus Princeps *Rex Lodowicus* Consanguineus noster antedictus, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit,

Atque ad fidelem & debitam Solutionem & Satisfactionem Residui & Resti dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, per suas Literas Patentes, Magno Sigillo suo munitas & Manu suâ subscriptas, Datas *Parisius* Quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo, Se de novo Hæredésque & Successores suos Astrinxit & Obligavit,

Prout in Literis suis desuper confectis pleniùs continetur,

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* Fatemur Nobis fideliter esse Solutum, & eundem Fratrem & Consanguineum nostrum *Regem Lodowicum* Hæredésq; suos supe-

A. D. 1500. Hen. 7.

superinde fore Quietos, & exinde plenè Exoneratos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Cantuar.* sexto Die Maii.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Pat. 15. H. 7. p. 2. m. 8.

REX Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.

Cùm Dominus *Alexander Summus Pontifex* nuper Vacante Sede Episcopali Ecclesiæ Cathedralis Landavensis, per Obitum bonæ memoriæ *Johannis ejusdem Ecclesiæ ultimi Pastoris & Episcopi*, Personam Reverendi in Christo Patris *Milonis Abbatis de Aynesham*, præfatæ Ecclesiæ Electi, in ipsius Ecclesiæ Episcopum Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Electus* omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter Se Submisit, Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Electi*,

Et Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* duodecimo die Maii.

Consimile Breve dirigitur Escaetori subscripto, in Comitatu subscripto, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori in Com. Salop. ac March. Wall. eidem Comitatui adjacen.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Super Facto Contractus Matrimonialis, inter Arthurum Principem, & Katherinam Infantem, Approbatio Regis.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Franc. 15. H. 7. m. 14.

REX.

Notum facimus universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, quòd, cùm neminem Hominum tantâ Ignorantiâ ductum esse arbitremur, qui Matrimonium, quod est Jure Divino Naturali & Humano, primitùs emanâsse Institutúmque esse Rem Sacratissimam summaque a cunctis Mortalibus veneratione colendam non profiteatur, cujus Dignitates tot & tantas esse constat, ut nemo quanticúmque ingenii ejus Laudes poterit sufficienter explicare,

Magnam, nimirùm, ac multiplicem hoc Sacramentum in se continet celebritatem,

Primùm (scilicet) Auctoris ratione; Nam Deus ipse, postquam Hominem ad sui ipsius Similitudinem, nè Genus deficeret humanum, effinxerit, Fœminam deinde ad ipsius Viri Effigiem configuravit, illos adinvicem alterum alteri, ut sibi mutuò Auxilio ac Solatio essent, conjunxit, quo inter se permixti Sextûs propagare Sobolem possent, & communem Terram Multitudine adimplere:

A. D. 1500.

Loci insuper ac Statûs ratione dignissimum est Matrimonium Sacramentum; quia in Deliciarum Paradiso initium sumpserit, atque tempore Innocentiæ & ante Peccatum institutum fuit;

Nichil itaque in Rebus Humanis salubrius atque præstantius Conjugio est, ejus námque Beneficio Duo distincta Corpora tantâ Caritate & Amore concremantur inflammantúrque ut unius Animi ac coæquæ Voluntatis & Desiderii reddantur,

Generatio etiam & Liberorum Procreatio, quibus Mundus in sua Subsistentia maximè conservari dinoscitur, indies magis magísque Incrementum undeque capit,

Cujus item Ope fit ut, qui sub ejus Imperio & Legibus vivere student, omnem Corporis Voluptatem ac Immun-

diciam

A. D. 1500. diciam facile evitare & propulsare possint,

Hen. 7.

Exinde præterea nonnullæ Urbes peramplæ & pleráque alia Domicilia præclara, quæ, ut palàm est, antea deserta & inanis Terra extiterunt, pulcherimæ conduntur, magnáque Hominum copia modò inhabitantur,

Hinc quoque Mundus latissimè viget atque suâ Continuatione pergit, & quæcúmque, quæ ad bonum statum Hominis pertinent, istâ Copulâ perdurare censentur,

Quare non sine Causa Matrimonii Sacramentum, quo nec quicquam honestius neque humanæ Naturæ accommodatius esse valeat, est a cunctis Mortalibus maximâ ac præcipuâ quadam veneratione Habendum Prosequendúmque,

Cúmque igitur Prædilectus Filius noster Primogenitus *Arthurus Walliæ* PRINCEPS, *Cornubiæ* DUX, *atque* COMES *Cestriæ* cum Serenissima Principe Domina *Katherina Infante Castellæ & Aragonum*, Illustrissimorum Principum Hispaniarum *Regis & Reginæ* nostrorum Consanguineorum Carissimorum Filiâ, mediante magnifico Viro Domino *Roderico Gundisalvi de Puebla* Jurisconsulto, atque dictorum Illustrissimorum Regis & Reginæ Hispaniarum Principum Consiliario & Oratore necnon præfatæ Principis Serenissimæ *Dominæ Katherinæ* Procuratore legitimè amplissiméque constituto, ac Potestatem legitimam sufficientem specialem & specificam ab eadem *Domina Katherina* ad Contrahendum Nomine ipsius cum prædicto Filio nostro *Arthuro* Matrimonium habente, in Eum, tanquam ipsam eandem Principem, consentiit eam habere in Uxorem, atque cum Persona dicti Domini *Roderici*, eóque mediante & vigore dictæ Potestatis suæ ad hoc expressè Consentiente, per Verba de Præsenti, nostrâ Voluntate & expresso Consensu, tamquam cum eadem *Domina Katherina*, Matrimonium legittimè contraxerit, Ipsámque in veram legitimam & indubitatam Uxorem accepit, quem quidem Contractum Matrimonialem, ut præmittitur initum, ipsa Præclarissima Princeps *Domina Katherina*, Voluntate & Consensu dictorum Illustrissimorum Principum *Hispaniarum Regis & Reginæ* Acceptavit, Confirmavit, & Auctorisavit, sub eo qui sequitur Tenore,

IN DEI NOMINE AMEN.

Noverint universi quòd Nos *Katherina* PRINCEPS *Walliæ*, DUCISSA *Cornubiæ*, COMITISSA *Cestriæ*, INFANS *Castellæ & Aragonum*, *Filia* Altissimorum & Potentissimorum Principum Dominorum meorum Domini *Ferdinandi & Dominæ Elizabethæ Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c.* in Oppido Majoreti, Die Duodecimo Mensis Martii, Anni præsentis & infrascripti Millesimi Quadringentesimi Nonagesimi noni, de Licentia, Voluntate & expresso Consensu præfatorum *Regis & Reginæ* Parentum & Dominorum meorum, Concessimus & Dedimus nostram amplissimam Facultatem & Potestatem *Roderico Gundisalvi de Puebla* Jurisconsultissimo, Oratori & Consiliario eorumdem *Regis & Reginæ* Parentum & Dominorum meorum apud Serenissimum & Potentissimum Dominum *Henricum Angliæ Regem*; videlicet,

A. D. 1500. Hen. 7.

Ad Faciendum, Contrahendúmque, pro Nobis & Nomine nostro, Matrimonium, per Verba de Præsenti, apta & sufficientia ad Matrimonium Contrahendum cum Illustrissimo Domino *Arthuro* PRINCIPE *Walliæ*, DUCE *Cornubiæ*, COMITE *Cestriæ* præfati Serenissimi & Potentissimi *Angliæ Regis* Filio Primogenito & Hærede, & ad Accipiendum eundem *Principem Arthurum* pro Viro nostro legitimo, & Promittendum & Dandum *Nos* eidem Illustrissimo *Principi Arthuro* pro Uxore sua legitima, & ad faciendum Nomine nostro omnia alia & singula necessaria & convenientia ad integrum effectum & perfectionem dicti Matrimonii, prout prædicta Data & Concessa fuit prædicto *Roderico* & alia latius continetur in Procuratione & Potestate quæ pro prædictis per Nos *Gundisalvi de Puebla* Die Loco & Anno præactis,

Et postquam Dedimus & Concessimus dictam Potestatem & Facultatem pro prædicto Matrimonio conficiendo, non Revocavimus illam, neque Nos pœnituit eam Concessisse, immò semper Perseveravimus & Perseveramus in eodem Proposito & Voluntate,

Cujus Procurationis & Potestatis nostræ virtute præfatus *Rodericus Gundesalvi de Puebla* Procurator noster, Die Loco & Anno inferiùs contentis, Fecit & Contraxit Nomine nostro & in Personam nostram Matrimonium firmum & validum cum præfato Illustrissimo Domino *Arthuro* PRINCIPE *Walliæ* DUCE *Cornubiæ*, COMITE *Cestriæ*, VIRO & DOMINE MEO, per Verba de præsenti, Matrimonium facientia secundùm Ritum & Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum omnibus Solemnitatibus & Ceri-

A. D. 1500. Cerimoniis ab ipsa Romana Ecclesia canonicè statutis & ad id necessariis, prout hæc & alia latius continentur in Instrumento Publico inde confecto, quod est Tenoris sequentis,

Hen. 7.

IN DEI NOMINE AMEN.

Per præsens Publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter & sit Notum quòd,

Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, Mensis Maii Die Decimo nono, circiter Horam Novenam ante Meridiem, finitâ primâ Missâ, qui Dies fuit Dies Pentecostes, in Capella situata infra Manerium Illustrissimi Domini *Arthuri* PRINCIPIS *Walliæ*, DUCIS *Cornubiæ*, COMITIS *Cestriæ*, ac Primogeniti Excellentissimi & Invictissimi Domini *Henrici Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ*, situatum & locatum prope Opidum de Bewedelay in Diœcese Herefordensi, in Præsentia mei Notarii Publici & Testium infrascriptorum,

Personaliter constituti fuerunt præfatus Illustrissimus *Dominus Princeps*, & Clarissimus Dominus *Rodericus Gundesalvi de Puebla* Jurisconsultus, Consiliarius & Orator Serenissimorum Dominorum Principum Domini *Ferdinandi & Dominæ Elizabethæ Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c.* ac Procurator legitimus Serenissimæ Excellentissimæq; Dominæ Dominæ *Katerinæ* præfatorum Serenissimorum *Regis & Reginæ Filiæ Legitimæ*, ad Contrahendum Matrimonium verum & legitimum, per Verba de Præsenti, inter ipsam & Illustrissimum Dominum *Dominum Arthurum antedictum* PRINCIPEM *Walliæ*, DUCEM *Cornubiæ*, COMITEM *Cestriæ* specialiter constitutus, Prout in Instrumento Procurationis inferiùs inserto pleniùs continetur,

Necnon, Reverendi in Christo Patres, Dominus *Willielmus*, Permissione Divinâ *Lincolniensis Episcopus* Præsidens Concilii dicti Illustrissimi Domini Principis, & *Johannes*, eadem Permissione, Coventriensis & Lichfeldensis Episcopus Cancellarius Domini Principis, clarâ & altâ voce dixit & in medium protulit,

Illustrissime & Excellentissime Princeps & Domine,

Non vos & Consiliarios vestros latet tùm Literis Regis Serenissimi Domini nostri Genitoris vestri, quas Hesterno Die Venerabilis Dominus Doctor *Richardus Nic.* qui adest, Consiliarius præfati Serenissimi Regis Domini nostri attulit, tùm etiam dicto Domino Doctore Mandato Regio Nobis referente, qualiter Serenissimus Dominus Genitor vester & Dominus noster Supremus affectat & plurimùm desiderat Matrimonium indissolubile per Verba de Præsenti inter Serenitatem vestram & Illustrissimam Virginem Dominam *Katerinam* Sponsam vestram Filiam Excellentissimorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* fieri & contrahi, ac eam ob Causam Dominum *Doctorem de Puebla*, præfatorum Dominorum *Regis & Reginæ Hispaniarum* Auctoritate, præsentem, post magna viarum discrimina, cum sufficienti Commissione & Mandato Procuratorio ipsius Illustrissimæ Virginis *Dominæ Katerinæ* huc advenisse,

A. D. 1500. Hen. 7.

Præterea *Celsitudinem tuam* non præterit Sanctissimum Dominum nostrum *Papam Alexandrum* modernum Tecum & cum præfata Serenissima *Domina Katerina* ut, non obstante quòd in Ætare legitima constituti non essetis, Matrimonium per Verba de Præsenti contrahere valeatis, de Benignitate suâ Apostolicâ Dispensâsse,

Quocirca (Excellentissime Princeps) Te humiliter Rogamus & Obsecramus ut quid in hoc Matrimonio Contrahendo sentis declarare, Mentémque tuam superinde publicè exprimere digneris,

Quibus per præfatum *Reverendum Episcopum* Dictis & Prolatis, antedictus Illustrissimus Princeps altâ & clarâ Voce protulit Verba sequentia,

Clarissime Domine Orator,

Quòd Beatissimo ac Sanctissimo Patri nostro *Pontifici Maximo* & Serenissimis Parentibus meis hoc Matrimonium contrahi placuit lætor equidem & gaudeo, nedùm propter Obedientiam quam illis debeo, verùm etiam propter summum Amorem quem erga Serenissimam Dominam Principissam *Katerinam Sponsam meam Dilectissimam* habeo,

Contentor Matrimonium inter ipsam & Me Hodierno Die perfici, & idcirco vos *(Clarissime Domine Orator)* vehementer obsecro & opto, ut Nomine ipsius Dominæ *Principissæ Katerinæ* verum hodiè mecum Matrimonium, mediante Sancti Spiritûs Gratiâ, indissolubile perficiatis, quia ad hoc sum Ego Paratissimus.

Quibus per præfatum Excellentissimum Principem prolatis, incontinenti dictus Clarissimus Dominus *Doctor de Puebla* prorupit in hæc verba,

Sere-

A. D. 1500.
Hen. 7.

Serenissime & Excellentissime Princeps & Domine,

Quod Celsitudinem tuam ad hoc perficiendum Matrimonium, utrique vestrûm honorificentissimum, promptum paratúmque video, non possum non mediocri affici gaudio, præsertim cum Laborum meorum Fructus jam in lucem prodeunt, Celsitudinémque tuam intelligere velim me, Nomine Dominæ meæ Illustrissimæ & Excellentissimæ Principis *Dominæ Katerinæ Sponsæ tuæ*, ad hujusmodi perficiendum Matrimonium non minus ac Celsitudinem tuam Promptum ac Paratum.

Quo facto Dominus Orator antedictus, requisitus a præfato Domino Reverendo Episcopo Cancellario an Mandatum sufficiens ad hoc habuit? Idem Orator Procuratórque quoddam Procurationis Publicum Instrumentum, Manu propriâ ipsius *Dominæ Principis Katerinæ* Constituentis, & proprio suo Sigillo, in quadam Pixide Lignea pendente incluso, Viridi Cordula Serica annexo, ut apparuit, Subscriptum & Sigillatum,

Quod quidem Instrumentum præfatus Doctor *Richardus Nic* in publica omnium Astantium Præsentia & Audientiâ distinctè & sonorè legit,

Cujus Tenor, de verbo ad verbum, sequitur, & est talis,

IN DEI NOMINE AMEN.

Noverint universi quòd Nos *Katerina* PRINCEPS *Walliæ*, DUCISSA *Cornubiæ*, COMITISSA *Cestriæ*, INFANS *Castellæ & Aragonum*, FILIA Altissimorum Principum Dominorum meorum, Domini *Ferdinandi & Dominæ Elizabethæ Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c.* attendentes quod per vos *Rodericum Gundesalvi de Puebla*, Consiliarium & Oratorem eorumdem Regis & Reginæ Parentum & Dominorum meorum in Anglia Residentem, pro Nobis & Nomine nostro, virtute Potestatis per Nos, de Licentia, Voluntate, & Consensu Majestatum suarum, eidem concessæ, fuerunt facta Sponsalia, secondùm quod melius & decentius tunc fieri potuerunt, inter Nos & Illustrissimum Dominum *Arthurum* PRINCIPEM *Walliæ*, DUCEM *Cornubiæ*, COMITEM *Cestriæ*, Serenissimorum & Potentissimorum Dominorum, *Henrici Regis* & *Elizabethæ Reginæ Angliæ* Filium Primogenitum & Hæredem, in Oppido (videlicet) *de Wodstok*, Die Decimo quinto Mensis Augusti, Anni Millesimi, Quadringentesimi, Nonagesimi septimi,

A. D. 1500.
Hen. 7.

Posteáque venerunt Literæ Apostolicæ Sanctissimi Domini nostri *Alexandri Sexti Pontificis Maximi*, more Romanæ Curiæ expeditæ, Datæ *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo septimo, Idibus Februarii, Pontificatûs sui Anno sexto,

Cum quibus *Sanctitas sua* Auctoritate Apostolicâ Dispensavit *Nobiscum* & cum dicto Illustrissimo *Principe Arthuro*, ut dictum Matrimonium inter Nos legitimè possit contrahi, & postquam Contractum fuerit in eodem permanere liberè & licitè possumus, ac si in Ætate legitimâ, a Canonibus ad Contrahendum Matrimonium præfinitâ, constituti essemus,

Eúmque dictus Illustrissimus Dominus Princeps *Arthurus* & *Nos* effecti fuerimus Habiles ad contrahendum dictum Matrimonium, & velimos Matrimonium ipsum per Verba de præsenti contrahi, Laudantes primitùs, Approbantes, Ratificantes, & Confirmantes quæcúmque per vos dictum *Rodericum Gundissalvi* Procuratorem nostrum circa Præmissa nostro Nomine facta, de nostra mera, libera, pura, & spontanea Voluntate, omnibus melioribus Modo, Viâ, Formâ, Jure, & Causâ quibus meliùs, validiùs, & efficaciùs possumus, ac etiam de Licentiâ, Voluntate, & Consensu præfatorum *Regis & Reginæ Parentum & Dominorum meorum*, Facimus, Constituimus, Creamus, & Ordinamus Procuratorem nostrum certum & specialem, & ad Infrascripta etiam generalem, ita quòd Specialitas Generalitati non deroget nec è contra, vos eundem *Rodericum Gundissalvi de Puebla* Absentem tanquam Præsentem; videlicet,

Ad Faciendum, pro Nobis & Nomine nostro, Sponsalia, ad Contrahendum Matrimonium per Verba de Præsenti, apta & sufficientia ad Matrimonium Contrahendum juxta Ritum & Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, aut aliàs prout de Jure meliùs fieri possit, cum dicto Illustrissimo Domino *Arthuro* PRINCIPE *Walliæ*, DUCE *Cornubiæ*, COMITE *Cestriæ*, prædicti Serenissimi & Potentissimi *Regis Angliæ* Filio Primogenito & Hærede, ac Manus ad peragendum hujusmodi Matrimonium Dandum Præstandum & Exhibendum, Nósque in Legitimam Sponsam & Conjugem ejusdem Illustrissimi Domini *Arthuri Principis Walliæ* Dandum & Concedendum,

A. D. 1500. Hen. 7. Necnon ad Accipiendum & Apprehendendum pariter, Nomine nostro & pro Nobis, a prædicto Illustrissimo Domino *Arthuro*. *Principe Walliæ* similia Verba de Præsenti, Matrimonium facientia, aut alia prout de Jure meliùs fieri possit, propter quæ idem Illustrissimus Dominus *Arthurus Princeps* in *Nos* ut suam Legitimam Sponsam & Uxorem expressè consentiat; Manúsque suas similiter ad id Capiendum & Apprehendendum,

Quibus Verbis per vos dictum Procuratorem nostrum Nomine nostro & prædictum Illustrissimum Dominum *Principem Walliæ* mutuò concessis & prolatis, Manibúsque hincinde apprehensis, exnunc prout extunc Nosmetipsam Damus, Exhibemus, & Concedimus, ut melius possumus, pro Legitima Sponsa & Uxore dicti Illustrissimi *Arthuri Principis Walliæ* secundùm Ritum, Ordinem, & Consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,

Dantes & Concedentes præterea vobis eidem Procuratori nostro Facultatem & Auctoritatem Verbum & Fidem nostram Regiam, ad prædicta omnia & singula Servandum, nostro Nomine Interponendum, Submittendum, & Obligandum sub quibusvis Capitulis, Scripturis, Juramentis, & aliis Roboratis, prout vobis melius & utilius visum fuerit expedire,

Et generaliter omnia alia & singula, ad id necessaria & opportuna, cum Dependentibus, Emergentibus, Annexis, & Connexis, Faciendum, Gerendum, Concedendum, & Exequendum, quæque Nos, si personaliter adessemus, facere possemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent magis speciale quàm Præsentibus est expressum;

Promittentes, bonâ Fide & Regio Verbo, perpetuò Tenere & inviolabiliter Observare quicquid per vos dictum Procuratorem nostrum Actum, Dictum, Gestum, Concessum, Concordatum, Firmatum, & Conclusum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum, sub omni Juris & Facti Renunciatione pariter & Cautela.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Robur & Firmitatem præsens Publicum Instrumentum, Manu nostrâ propriâ subscriptum, ac Sigillo nostro munitum, per Secretarium Regium & Notarium instascriptum, coram Testibus infrascriptis, per Nos concessum, signari & in Publicum Formam redigi Mandavimus.

Quæ fuerunt Acta in *Oppido Majoreti*, Die Duodecimo Mensis Martii, Anno a A. D. 1500. Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono. Hen. 7.

Præsentibus ibidem,

Gulerrio de Cardenas Præceptore Majore Legionis Ordinis Sancti Jacobi de Spata Computatore Majore Castellæ,

Anthonio de Fonseca Majore Domo Illustrissimæ Dominæ Principis *Margaretæ*,

Et *Johanne Velasquez* Computatore Majore Domini Principis,

Regiis Consiliariis,

Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

La Princessa de Gales.

Et Ego *Michael Perez Dalmazan* prædictorum Serenissimorum & Potentissimorum Dominorum nostrorum *Regis & Reginæ* Secretarius, ac Publicus Apostolicâ & Regiâ Auctoritatibus Notarius, Præmissis omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, ac quando prædictæ Majestates Licentiam concesserunt præfatæ Illustrissimæ *Dominæ Katerinæ* Principi & Infanti ut omnia & singula supradicta concederet, ac etiam quando ipsa Illustrissima Princeps *Katerina* præsens Publicum Instrumentum concessit, ac Manu propriâ subscripsit, unà cum prænominatis Testibus interfui, eáque omnia & singula sic fieri vidi & audivi & in Notam sumpsi, ideóque Signum, quo utor in publicis, hic apposui in Fidem & Testimonium Præmissorum.

Constat de Raso Correcto in Octava Linea ubi legitur *tunc*,

Quo sanè viso Instrumento Lecto atque Audito, mox Illustrissimus Dominus *Arthurus Princeps Walliæ* præfatus, coram omnibus Astantibus & Me Notatio & Testibus infrascriptis, Manum suam Dexteram porrexit, ac Dexteræ *Domini Oratoris & Procuratoris præfati*, Vice & Nomine supradictæ Illustrissimæ Principis *Dominæ Katerinæ* recipientis, conjunxit,

Nobili & Magnifico Domino *Richardo Poole* Camerario Magno Illustrissimi Domini Principis Ordinis Militiæ Garroteræ Manus Dexteras eorumdem *Domini Principis* & *Oratoris* ac *Procuratoris* invicem conjunctas suis propriis Manibus tenente,

Aliâ & vivâ Voce dixit & protulit Verba sequentia,

Ego

A. D. 1500. Hen. 7.

Ego Arthurus Princeps Walliæ, Dux Cornubiæ, Comes Cestriæ, Primogenitus *Serenissimi Domini* Henrici Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ *Domini mei Parentis Te Dominum* Rodericum Gundissalvi de Puebla, *Procuratorem Serenissimæ & Excellentissimæ* Dominæ Katerinæ *Filiæ Legitimæ Altissimorum & Potentissimorum Dominorum* Ferdinandi & Elizabethæ Regis & Reginæ Hispaniarum, Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c. *Nomine ipsius* Dominæ Katerinæ, *& ipsam* Dominam Katerinam, *in Persona tua & Te mediante, in veram legitimam & indubitatam Uxorem meam Accipio, & in eam tanquam in Uxorem meam Consentio, Promittens Fide meâ & in Verbo Principis quòd ab hac Hora in futurum dùm vixerimus eandem* Dominam Katerinam *tanquam veram legitimam & indubitatam Uxorem meam Tractabo & Tenebo.*

Quibus verbis prolatis disjunctæ fuerunt præfatæ Manus,

Et immediatè præfatus *Dominus Orator* & *Procurator*, simili modo quo supradictum est, Dexteram suam Manum, Nomine & Vice dictæ *Dominæ Katerinæ*, porrexit, ac Dexteræ præfati *Illustrissimi Principis conjunxit*,

Antedicto Nobili & Magnifico Domino Domino *Richardo Poole* Manus Dexteras eorumdem *Oratoris* ac *Procuratoris* & *Principis* iterùm invicem conjunctas suis propriis Manibus tenente,

Altâ & vivâ Voce protulit verba sequentia.

Ego Rodericus Gundissalvi de Puebla *Jurisconsultus, Consiliarius & Orator Altissimorum & Potentissimorum Supremorum Dominorum meorum* Regis & Reginæ Hispaniarum, *necnon legitimus Procurator Illustrissimæ & Excellentissimæ Dominæ Dominæ meæ* Katerinæ Principis Walliæ, Ducissæ Cornubiæ, Comitissæque Cestriæ, Infantis Castellæ & Aragonum *eorumdem Supremorum Dominorum meorum* Regis & Reginæ Hispaniarum Filiæ Legitimæ, *Te* Arthurum Illustrissimum Principem Walliæ, Ducem Cornubiæ, Comitem Cestriæ, *ac* Primogenitum Filium Legitimum *Serenissimi & Potentissimi Principis Domini* Henrici Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ, *Nomine dictæ Dominæ meæ* Dominæ Katerinæ, *Accipio in verum legitimum & indubitatum Maritum dictæ Dominæ meæ* Dominæ Katerinæ, *& ipsa* Domina Katerina, *in Persona mea & Me mediante, & Tibi Nomine & Vice dictæ* Dominæ Katerinæ *annunciante, accipit te in verum legitimum & indubitatum Maritum suum, promittitque præfata Domina mea* Katerina *& ego Vice & Nomine dictæ* Dominæ Katerinæ *in Fide suâ & in Verbo Regio quòd ab hac Hora in futurum dum uterque vestrûm Vixerit Te tanquam suum verum legitimum & indubitatum Maritum Tractabit & Tenebit.*

A. D. 1500. Hen. 7.

De quibus omnibus & singulis Ego infrascriptus Notarius Publicus rogatus fui & requisitus a præfatus Domino *Oratore & Procuratore*, ut Publicum sive Publica Instrumenta conficerem.

Acta sunt hæc omnia & singula, prout suprascribuntur & recitantur, & mei infrascripti Notarii, & præfati Domini *Richardi Poole* Camerarii, & Nobilis Domini *Henrici Vernon* Thesaurarii Domini Principis, & Domini *Willielmi Wodhall* Contrarotulatoris Domini Principis, & Magnifici *Thomæ Poyntz*, & Egregii Domini Doctoris *Richardi Nic* Consiliarii Domini Regis, & Venerabilis Domini *Roberti Elimosinarii* Domini Principis, & Egregii *Henrici Reynford* Clerici Concilii Domini Principis, & Honorabilis Magistri *Bernardi Andreæ* Præceptoris Domini Principis, & *Gundissalvi Ferdinandi* Rectoris, & *Martini Guerrero*, & *Alphonso Sancti Johannis*, & *Edwardi Halt*, & aliorum præsentiâ, sub Anno Domini, Mense, Die, Loco, & Hora superiùs recitatis & expressis.

Et ego *Johannes de Tamayo*, Apostolicâ Auctoritate Publicus Notarius, Præmissis omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent, unà cùm prænominatis Testibus, Anno, Mense, Die, Loco, & Horâ prædictis, præsens personaliter interfui, eáque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, atque hoc Instrumentum in Publicam Formam redegi, & propriâ Manu scripsi ac publicavi, Signóque & Nomine meis solitis & consuetis, in Fidem & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum, signavi.

Johannes de Tamayo *Apostolicus Notarius.*

Et quoniam dictum Matrimonium, cum omnibus in præinserto Instrumento contentis, per dictum Procuratorem nostrum, Nomine nostro, pro Nobis ac in

A. D. 1500. Hen. 7.

in Personam nostram factum & contractum factum fuit & est de & cum Voluntate nostra, & illud pro valdè Accepto & Grato habemus, & pro bono vero, & perfecto Matrimonio Tenemus & Tenebimus omnibus Diebus Vitæ nostræ,

Igitur, Tenore Præsentis, de nostra certa scientia & expressè, omnibus illis melioribus viâ, modo, & formâ quibus meliùs & validiùs de jure & aliàs possumus & debemus, ac etiam de Licentiâ, Voluntate, & Consensu præfatorum *Regis & Reginæ* Parentum & Dominorum meorum, Laudamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, & pro Firmo, Rato, & Grato habemus dictum Matrimonium factum & contractum per dictum *Rodericum Gundissalvi de Puebla* Procuratorem nostrum Nomine nostro & in Personam nostram cum præfato Illustrissimo Domino *Arthuro* PRINCIPE *Walliæ*, DUCE *Cornubiæ*, COMITE *Cestriæ* Viro & Domino meo, & omnia alia & singula super dicto Matrimonio & super Rebus ex eo dependentibus per dictum Procuratorem nostrum Nomine nostro, ut præmittitur, facta, & Promittimus per solennem & validam Stipulationem præfato Illustrissimo Domino *Principi Arthuro* Absenti tanquam si Præsens esset & Secretario Regio ac Notario infrascripto tanquam publicæ & autenticæ Personæ Nomine illius Recipienti & Stipulanti, ac etiam Juramus, ad Dominum Deum nostrum Jesum Christum, & ejus Sanctam Crucem, & Sancta Dei Quatuor Evangelia, Manibus nostris corporaliter tacta, quòd Tenebimus, Complebimus, & Observabimus realiter & cum effectu omnibus Diebus Vitæ nostræ dictum Matrimonium & omnia alia & singula supradicta per dictum nostrum Procuratorem Nomine nostro facta, eis modo & formâ quibus per eum facta & concessa fuerunt, & quod contra ea aut aliquam eorum Partem non veniemus aliquo Tempore nec Causâ aliquâ vel Ratione.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Robur & Firmitatem præsens Publicum Instrumentum, Manu nostrâ propriâ subscriptum ac Sigillo nostro munitum, per Secretarium Regium & Notarium infrascriptum, côram Testibus infrascriptis, per Nos concessum, signari & in publicam Formam redigi Mandavimus.

Quæ fuerunt Acta in *Urbe Hispalensi*, Die Vicesimo Mensis Decembris, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono.

Præsentibus ibidem,

Guterrio de Cardenas Procuratore Majore Legionis Ordinis Sancti Jacobi de Spata,

Joanne Chacon Præfecto Murciæ,

Computatoribus Majoribus Castellæ,

Et *Johanne Velázquez* Computatore Majore Illustrissimi Domini Principis, Regiis Consiliariis,

Testibus ad Præmissa vocatis, & aliis pluribus.

LA PRINCESSA DE GALES.

Et Ego *Michael Perez Dalmacan*, prædictorum Serenissimorum & Potentissimorum Dominorum nostrorum *Regis & Reginæ* Secretarius, ac Apostolicâ & Regiâ Auctoritatibus Publicus Notarius, Præmissis omnibus & singulis, unà cum præominatis Testibus, interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi & in Notam sumpsi, ideóque præsens Publicum Instrumentum, alterius Manu his in Tribus Foliis Pergamenæ scriptum, inde confeci, & in hanc Publicam Formam redegi, Signóq; meo solito signavi in Fidem & Testimonium Præmissorum.

Constat de Raso Correcto in Tertia & Quarta Linea Tertiæ Paginæ Tertii Folii, ubi legitur, *Ordinis Militiæ Garrotee*,

Et de suprapositio in Secunda Linea Secundæ Paginæ ejusdem Folii, ubi reperitur, *& honor. Magistri Bernardi Andreæ Præceptoris Domini Principis*.

MICHAEL PEREZ DALMACAN.

Cujus quidem Ratificationis Matrimonii Instrumento Publico, omnibúsq; & singulis in eodem contentis, prædicti Illustrissimi *Hispaniarum Rex & Regina* Consanguinei nostri Carissimi scienter & expressè Consensum & Auctoritatem suam interposuerint sub eo qui sequitur Tenore verborum,

Ferdinandus & Elizabetha, Dei gratiâ, REX & REGINA *Castellæ*, *Legionis*, *Aragonum*, *Siciliæ*, *Granatæ*, *Toleti*, *Valentiæ*, *Galleciæ*, *Majoricarum*, *Hispalis*, *Sardiniæ*, *Cordubæ*, *Corsicæ*, *Murciæ*, *Giennis*, *Algarbii*, *Algeziræ*, *Gibraltaris*, & *Insularum Canariæ*, COMES & COMITISSA *Barchinonæ*, DOMINI *Vizcayæ* & *Molinæ*, DUCES *Athenarum* & *Neopatriæ*, COMITES *Rossilionis*

A. D. 1500 *filionis* & *Ceritaniæ*, MARCHIONES *Oristani* & *Gociani*,
Hen. 7.

Quoniam prædictum Matrimonium inter præfatum Illustrissimum *Arthurum Walliæ Principem* Serenissimi *Regis Angliæ* Fratris nostri prædicti Filium Primogenitum & Hæredem, ac Illustrissimam *Katerinam* PRINCIPEM *Walliæ*, INFANTEM *Castellæ & Aragonum*, FILIAM *nostram Dilectissimam* per Verba de præsenti factum & contractum, ac prædictum Publicum Ratificationis Instrumentum per eandem Illustrissimam Principem *Katerinam Filiam nostram* factum & concessum, facta & concessa fuerunt & sunt, de Consensu & Voluntate nostris, ac Nobis maximè placent,

Idcircò prædicto Publico Ratificationis Matrimonii Instrumento, omnibúsque & singulis in eo contentis, scienter & expresè Consensum & Auctoritatem nostram interponimus pariter & Decretum appositum hic, de nostri Mandato, Manu *Michaelis Perez Dalmacan* Secretarii nostri, in *Urbe Hispalensi*, Die Vicesimo Mensis Decembris, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono.

Et ad majorem Corroborationem Præmissorum nostro Regio Sigillo jussimus communiri.

FERDINANDUS & ELIZABETHA.

Ego *Michael Perez Dalmacan* Secretarius Regis & Reginæ Dominorum nostrorum prædictam Consensûs Auctoritatis & Decreti interpositionem Jussu Serenitarum suarum scripsi,

Et, quoniam nobiscum considerantes quòd præfata præclarissima Princeps *Domina Katerina* prædictum Contractum Matrimonialem ex suorum Parentum Voluntate & expresso Consensu, ut præmittitur, Laudavit, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit, dictique Illustrissimi Principes *Hispaniarum Rex & Regina* ejusdem Præclarissimæ Principis *Dominæ Katerinæ* Genitores antedicto Publico Ratificationis Instrumento, de eorum Consensu & Voluntate, sub Publica forma superinde confecto, omnibúsque & singulis in eodem Instrumento contentis, scienter & expresè Consensum & Auctoritatem pariter & Decretum prout profertur apposuerunt,

Nos *Rex Angliæ*, &c. antedictus præfatum Contractum Matrimonialem inter prædilectum Filium nostrum Primogenitum *Dominum Arthurum* & prænominatam Serenissimam Principem *Dominam Katerinam* prout superius inseritur initum, necnon Confirmationem, Approbationem, & Autorizationem ejusdem Contractûs per eandem Principem ut supra factam & habitam, atque Instrumentum Publicum superinde antedictum, omniáque & singula in eodem contenta, quæ Nobis summè placent, pro Nobis & præfato Filio nostro Prædilecto *Arthuro Walliæ Principe*, &c. Acceptamus, Laudamus, Approbamus, & Confirmamus, atque Consensum expressum eisdem per Præsentes Exhibemus, eaque Nos firmiter & inviolabiliter pro Parte nostra Observaturos fore ac Observare promittimus.
A. D. 1500.
Hen. 7.

In cujus Rei Testimonium præsentes Literas nostras, per infrascriptum Notarium Publicum Secretarium nostrum confectas, Manu nostrâ propriâ subscripsimus, ac Magni Sigilli nostri Regii appensione communiri jussimus.

Data & Acta in Villa nostra Calisiæ, Vicesimo octavo Die Mensis Maii, Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo.

HENRICUS.

Et ego Thomas Laurence, *Cantuariensis Diœcesis*, *Publicus Auctoritate Apostolicâ Notarius*, *Invictissimi ac Potentissimi Principis* Henrici Septimi Angliæ Franciæque Regis *Domini nostri Supremi Secretarius*, *Acceptioni*, *Laudationi*, *Approbationi*, *& Confirmationi atque Consensûs expressæ Exhibitioni*, *necnon inviolabilis Observationis Promissioni*, *per eundem Supremum Dominum nostrum ut prædicitur factis*, *unà cum infra nominatis Testibus præsens personaliter interfui*, *eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi*, *ideoque hoc Publicum Instrumentum*, *per Me scriptum*, *exinde confeci*, *publicavi*, *& in hanc Publicam Formam redegi*, *illúdque in Fidem & Testimonium eorumdem Signo Nomineque meis solitis & consuetis signavi Die*, *Mense*, *Anno Domini*, *& Loco supradictis*.

Præsentibus tunc & ibidem,

Reverendo in Christo Patre Domino Thoma Londoniensi Episcopo *Concilii prædicti Supremi Domini nostri Præsidente*,

Ac,

Magnificis Dominis,

Thoma Comite de Surria,

Henrico Comite de Essex.

 Egidio

A.D.1500. Hen. 7.

Egidio d'Aubeney *ejusdem Supremi Domini nostri Camerario ac Villæ Calesii Locumtenente*,

Richardo Guldeford *Milite, Contrarotulatore*,

Et Thoma Lovell *Milite, Thesaurario*,

Cameræ prædicti Supremi Domini nostri,

Necnon,

Egregio Doctore Nic *Wellensis & Exoniensis Ecclesiarum Archidiacono Capellæ ejusdem Supremi Domini nostri Regis Angliæ & Franciæ Decano*,

Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Thomas Laurence.

De Excommunicatione & Interdicto contra Ludovicum & Regnum Franciæ, si deficerit in Solutionibus faciendis.

Registrata in Secretaria Apostolica.

Mutinen.

A.D.1500. An. 15. H. 7. Ex Origine.

Alexander *Episcopus Servus Servorum Dei*, ad futuram Rei memoriam.

Illius Vices, licet immeriti, gerentes in Terris, cujus in Pace Locus factus est, ad ea Vigilantiæ nostræ Curas libenter convertimus, per quæ inter Catholicos Reges ac Principes Pacis Fœdera conserventur & Populi sibi subjecti in pulchritudine Pacis sedeant & Fiduciæ Tabernaculis inhabitent, & ea, quæ pro hujusmodi Pace conservandâ per eosdem Reges providè gesta & inita comperimus, libenter cùm a Nobis petitur Apostolico Munimine roboramus.

Sanè pro Parte Carissimi in Christo Filii nostri *Ludovici Francorum Regis* Christianissimi Nobis nuper exhibita Petitio continebat quòd,

Cùm olim, Claræ Memoriæ, *Carolus* tunc eorumdem *Francorum Rex* præfati *Ludovici Regis* immediatus Prædecessor, dùm in Humanis ageret, cum Carissimo in Christo Filio nostro *Henrico Angliæ Rege* Illustri Pacem & Concordiam, sub certis modo & formâ, iniens, pro Adimplemento ac Observatione quarumdam Obligationum, in quibus Carissima in Christo Filia nostra *Anna Francorum Regina* & etiam tunc *Britaniæ Ducissa*, pro Stipendiis Armatorum qui eidem *Annæ* ante contractum inter eam & præfatum *Carolum Regem* Matrimonium ex Parte dicti *Henrici Regis* Succursum præbuerant, præfato *Henrico Regi* Obligabatur, & etiam pro Arreragiis certorum Debitorum inter, Recolendæ Memoriæ, *Ludovicum* etiam *Francorum*, & *Edvardum Angliæ Reges* dùm vivebant in Tractatu *de Picquigni* contractorum, ac ex certis aliis Causis, in Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri* eidem *Henrico Regi*, ac suis extunc imposterùm Successoribus, in certis tunc expressis Loco & Terminis, annuatim persolvenda, Se Obligâsset, & extunc Solutionem dictæ Summæ facere incepisset,

A.D.1500.

Præfatus *Ludovicus Rex* modernus, eodem *Carolo Rege*, sicut Domino placuit, ab hac Luce subtracto, ad fastigium Regiæ Celsitudinis immediatè assumptus, Obligationem ipsam bonâ fide agnoscens, sub Pœnis Obligationis formæ Cameræ Apostolicæ & aliàs Se & Hæredes suos Regnum, Patrias, & Dominia, ac Bona sua tunc præsentia & futura, necnon singulos Subditos suos & eorum Bona Obligando promisit Promissa per dictum *Carolum Regem* observare, & Residuum dictæ Summæ persolvere, & Confirmationem Promissionis & Obligationis hujusmodi infra certum tunc expressum tempus a Nobis & Sede Apostolicâ impetrare & obtinere, appositis Pœnis Interdicti in Regnum, Patrias, & Dominia sua antedicta, atque Excommunicationis in Personam suam si & quatinus Promissa per eum minimè adimpleremur, prout in quibusdam Litteris Patentibus ipsius *Ludovici Regis* desuper confectis, quas diligenter inspici, &, omissis Caracteribus & Signis, de verbo ab verbum Præsentibus inseri fecimus plenius continetur,

Quare pro Parte præfati *Ludovici Regis* Nobis fuit humiliter Supplicatum ut Promissioni & Obligationi prædictis, pro illorum Subsistentiâ firmiori, Robur Apostolicæ Confirmationis adjicere, aliasque in Præmissis opportunè providere de Benignitate Apostolicâ dignaremur,

a

Nos

A.D. 1500. Hen. 7. Nos igitur, qui inter cunctos Christi Fideles, præsertim Catholicos Reges & Principes, Pacis Amænitatem vigere & augeri, nostris potissimè temporibus, supremis desideramus Affectibus, quique tempus, infra quod præsens Confirmatio obtineri debebat, Causâ maturiùs Procedendi, hactenus Prorogavimus, hujusmodi Supplicationibus inclinati, Obligationem & Promissionem prædictas ac prout illas concernunt omnia & singula in dictis Patentibus Litteris contenta & indè secuta quæcúnque Auctoritate præsata Tenore Præsentium Approbamus & Confirmamus, ac præsentis Scripti patrocinio Communimus,

Mandantes illas juxta dictarum Litterarum Patentium continentiam & tenorem, sub Excommunicationis latæ Sententiæ Pœna, firmiter Observari, quam si idem *Ludovicus Rex* contrafecerit eo ipso incurrisse noscatur, ac Decernentes præsentes Litteras ad Probandum plenè Prorogationem prædictam ubique sufficere, nec ad id Probationis alterius adminiculum requiri, irritum quoque & inane quicquid secùs super hiis a quoquam quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari,

Et nichilominus, si contingat præfatum *Ludovicum Regem* ejúsque Hæredes aut Successores Promissioni & Obligationi præfatis contravenire, Nos exnunc prout extunc & extunc prout exnunc Regnum Patrias & Dominia sua prædicta Ecclesiastico supponimus interdicto, tamdiu firmiter observando donec de Debitis fuerit eidem *Henrico Regi* ejúsve Hæredibus & Successoribus, juxta dictarum Patentium Litterarum seriem & tenorem, realiter & cum effectu integrè Satisfactum; non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis cæterisq; contrariis quibuscúnq;.

Tenor vero Litterarum Ludovici Regis hujusmodi sequitur, & est talis,

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex* universis & singulis, præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Cùm dudùm, Claræ Memoriæ, Carissimus Dominus Frater & Predecessor noster *Rex Carolus* (quem Dominus absolvat) volens adimplere & executioni debitè demandari ea, quæ Promissa & Conclusa fuerant per Tractatum Pacis & Amicitiarum inter certos Ambassiatores & Commissarios suos Parte ex unâ, & Ambassiatores & Commissarios Carissimi Fratris & Consanguinei nostri *Henrici Angliæ Regis* Parte ex alterâ, *apud Stapulas prope More* factum & conclusum in hac formâ; videlicet,

A.D. 1500. Hen. 7. Quòd, pro Acquietamento & Redemptione Obligationum, quas ipse Consanguineus noster habebat & tenebat de Carissima & dilectissima Consanguinea nostra *Anna de Britannia* tunc Conforte nunc vero Relicta dicti Fratris nostri *Regis Caroli* ante Matrimonium inter eos contractum, quibus Obligationibus dicta Consanguinea nostra promiserat solvere & restituere eidem *Regi Angliæ* & suis Hæredibus omnes & singulas Expensas ac Pecuniarum Summas, quas ipse *Rex Angliæ* exposuerat & exinde expositurus esset pro Stipendiis Armatorum & aliis Oneribus & Sumptibus factis & fiendis pro Exercitibus Succursu & Subsidio per dictum Fratrem nostrum *Angliæ Regem* diversis vicibus antedictæ Consorti suæve Subditis de Britannia tunc suam Partem tenentibus missis & traditis, & etiam pro Acquietamento seu Redemptione Obligationum quas Defunctus *Edwardus Rex Angliæ* habuerat per *Tractatum de Picquigni* a quodam *Ludovico Rege* Progenitore dicti Fratris nostri *Regis Caroli* etiam Predecessore nostro, & pro Arreragiis Quinque Terminorum ad Summam *Centum & Viginti quinque Millium Coronarum Auri* ascendentium, ipse Frater noster *Rex Carolus* suiq; Hæredes solverent aut solvi facerent dicto Carissimo Fratri & Consanguineo nostro *Henrico Regi Angliæ* & ejus Hæredibus *Septingenta & Quadraginta quinque Millia Coronarum Auri* (unaquaq; Coronâ valente Triginta quinque Solidos Turonenses) in Terminis Modo & Formâ in Litteris dictorum suorum Ambassiatorum latius contentis & expressis, per suas Patentes Litteras Manu suâ signatas Dat. *Ambassiæ* Tertiadecima Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, & Regni sui Decimo, Confessus fuerit & Declaraverit, seque & Hæredes suos Obligaverit, ac pro Se & eisdem suis Hæredibus Consenserit & Promiserit solvere & deliberare seu solvi & deliberari facere dicto Carissimo Fratri & Consanguineo nostro *Henrico Regi Angliæ* & ejus Hæredibus seu ipsius aut ipsorum Deputato aut Deputatis dictam Summam *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum* prædicti Valoris Monetæ, in Regno Franciæ tunc Cursum habentis, sub modo & forma sequentibus; videlicet,

In Villa Calesiæ, Die primo Mensis Maii tunc proximè futuro, *Viginti quinque Millia Francorum in Coronis Auri* Valoris supradicti, unoquoque Franco Valente Viginti Solidos Turonenses,

Et

A. D. 1500. Hen. 7.

Et primo Die Mensis Novembris extunc etiam proximè sequenti *Viginti quinque Millia Francorum in Coronis Auri* valoris antedicti in Villa Calesiæ,

Et sic, de Anno in Annum & de Termino in Terminum, ipse Dominus & Frater *Rex Carolus* & sui Hæredes solverent & deliberarent solvive & deliberari facerent dicto Consanguineo nostro Carissimo *Regi Angliæ* & ejus Hæredibus aut ejus seu eorum Deputato seu Deputatis Loco & Terminis prædictis donec & quousque dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri* plenè & integrè soluta & contentata foret, prout in dictis Litteris suis pleniùs continetur,

Et deinde dictus Dominus & Frater noster *Rex Carolus*, ad Executionem Præmissorum supradictorum ritè procedens, solvi & deliberari fecerit annuatim prædicto Fratri & Consanguineo nostro *Regi Angliæ* seu Deputatis ab eo Summam *Quinquaginta Millium Francorum in Coronis Auri* Valoris antedicti, ac in Terminis & Locis ut supra præfixis, prout per Quietantias & Recognitiones desuper habitas latiùs apparet.

Notum facimus quòd Nos, qui post Obitum dicti Domini & Fratris Prædecessorisque nostri *Caroli Regis* ad Regnum & Coronam Franciæ hæreditariâ Successione venimus, cupientes tanquam Hæres suus Debitis suis satisfacere, Promissáque per eum ut prædicitur ad unguem complere, ob Causas antedictas & alias Considerationes in hac parte nos moventes,

Deductis prius & defalcatis de prædictâ summâ *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri* omnibus & singulis Summis & Solutionibus per eundem Fratrem & Prædecessorem nostrum *Regem Carolum* antedicto Fratri & Consanguineo nostro Carissimo *Regi Angliæ* seu ejus Deputatis quolibet Anno factis & solutis, de quibus constat ut prædicitur,

Confitemur & Declaramus Nosque & Hæredes nostros per has Præsentes, Nomine nostro subsignatas, Obligamus, ac pro Nobis & dictis nostris Hæredibus Consentimus & Promittimus, Persolvere & Deliberare seu Persolvi & Deliberari facere Carissimo Fratri & Consanguineo nostro prædicto *Henrico Regi Angliæ* & ejus Hæredibus, seu ipsius aut ipsorum Deputato aut Deputatis, totum Residuum & Restam dictæ Summæ *Septingentarum & Quadraginta quinq; Millium Coronarum* (unaquaque Coronâ Valoris Triginta quinq; Solidorum Turonensium Monetæ nunc in Regno nostro cursum habentis) secundùm quod inter præfatos Fratres nostros Conventum fuit, ipsúmq; Residuum dictæ Summæ *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri* Nos & Hæredes nostri solvemus & deliberabimus solvive & deliberari faciemus eidem *Angliæ Regi* & ejus Hæredibus, aut ejus seu eorum Deputato seu Deputatis, in Villâ Calesiæ, Die Primo Mensis Novembris proximè futuro, *Viginti quinque Millia Francorum in Coronis Auri* Valoris supradicti (unoquoque Franco valente Viginti Solidos Turonenses) & Primo Die Mensis Maii extunc proximè sequenti *Viginti quinque Millia Francorum in Coronis Auri* valoris supradicti in Villa Calesiæ, & sic de Anno in Annum & de Termino in Terminum Nos & Hæredes nostri solvemus & deliberabimus solvive & deliberari faciemus dicto Consanguineo nostro, & ejus Hæredibus, aut ejus seu eorum Deputato vel Deputatis, Loco & Terminis prædictis, donec & quousque dicta Summa *Septingentarum & Quadraginta quinque Millium Coronarum Auri* extimationis prædictæ per Nos & Hæredes nostros præfato *Regi Angliæ* & Hæredibus suis, ut prædictum est, plenè & integrè soluta & contentata fuerit.

Ad quam quidem Solutionem fideliter & firmiter sic, ut præmittitur, faciendam Promittimus, Astringimus & Obligamus bonâ Fide & in Verbo Regio Nos & Hæredes nostros Regnum Patrias & Dominia & Bona nostra præsentia & futura, singulos Subditos nostros, ac eorum Bona ubicúnque reperta fuerint,

Renunciantes in hac parte omni Privilegio, Cautelæ, Juris Beneficio, Exceptioni non numeratæ Pecuniæ, & aliis Exceptionibus atque Defensionibus quibuscúnque.

Et, ad omnium & singulorum Præmissorum securiorem Observantiam, Obligamus Nos, sub Pœnis Cameræ Apostolicæ & per Obligationem *de nisi*,

Et ultra ac citra præmissa Rescriptum Apostolicum, Sigillo Plumbeo munitum, Sumptu & Expensis nostris, impetrabimus & obtinebimus, ipsique Serenissimo *Regi Angliæ* vel ejus Hæredibus, infra Decem & Octo Menses Datam Præsentium proximè sequentes, Deliberabimus, Deliberarive realiter faciemus, quo omnia & singula Præmissa Sedis Apostolicæ Auctoritate confirmabuntur, appositis Pœnis Interdicti in Regnum Patrias & Dominia nostra antedicta, atque Excommunicationis in Perso-

A. D. 1500. Hen. 7. Personam nostram, si & quatinus omnia & singula Præmissa, quantum Nos concernunt, ut præfertur, minimè conservaverimus & impleverimus.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium hiis præsentibus Litteris nostris Patentibus, Manu nostrâ subscriptis, Sigillum nostrum Magnum fecimus apponi.

Dat. *Parisius* Die Decimaquarta Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo Octavo, & Regni nostri Primo.

PER REGEM,

Dominis Cardinalibus *Gurciæ ac Remensi* Duce de Nemours, nobis Archiepiscopis Rothomagen. *& Bituricensi*, *Comite de Linei*, *Episcopis Parisiensi & Tricensis*, *Dominis de Guye* Marescallo Franciæ, *du Bouchage*, & aliis Præsentibus.

A. D. 1500. Hen. 7. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Approbationis, Confirmationis, Communitionis, Mandati, Decreti & Suppositionis infringere vel ei ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attemptare præsumpserit Indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Pridie Id. Junii, Pontificatûs nostri Anno Octavo.

JO. MUTINEN.

Super Plicam.

P. TUBA.

Sub plumbeo Sigillo pendente a filis sericis rubei, flavique Color.

Pro Margareta, Primogenita Regis, Dispensatio Matrimonii cum Rege Scotorum.

Registrata in Secretaria Apostolica

MUTINEN.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Ex Origine.

ALEXANDER EPISCOPUS *Servus Servorum Dei* Dilectæ in Christo Filiæ Nobili Mulieri *Margaretæ* Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ* Regis Illustris *Natæ* Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cunctorum Christi Fidelium, præsertim Regii Sanguinis generositate pollentium, Statui solertius intendentes, Votis illis libenter annuere curamus, per quæ Fideles ipsi, præsertim Catholici Reges & Principes, salubribus Successibus valeant gratulari.

Cùm itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro Parte tua Petitio continebat, túque, Carissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ Regis* Illustris Primogenita, & in Decimo cum Dimidio vel circa tuæ Ætatis Anno constituta existis, non possis cum Carissimo in Christo Filio nostro *Jacobo Scotorum Rege* Illustri (cui Quarto & Quarto Consanguinitatis & Affinitatis Gradibus es conjuncta) Matrimonium juxta ipsius *Jacobi Regis* desiderium contrahere, nisi super hoc Apostolicæ Sedis Auctoritas suffragetur,

Nos, volentes desuper oportunè providere, tuis in hac parte Supplicationibus inclinati, Tecum & cum dicto *Jacobo Rege*, ut etiam ex nunc Matrimonium invicem Contrahere, & in eo postquam contractum fuerit Remanere, liberè ac licitè valeatis, Auctoritate Apostolicâ & ex certa Scientia, Tenore Præsentium, de specialis Dono Gratiæ, Dispensamus,

A. D. 1500.

Prolem ex hujusmodi Matrimonio suscipiendam legitimam Nontiantes, ac Decernentes dictum Matrimonium, si ante Ætatem legitimam illud contrahi contingat, eandem Vim eandémq; Vigorem habere, quos haberet si Tu tempore dicti contrahendi Matrimonii in dicta Ætate legitima constituta fores,

Non obstantibus Ætatis præmissæ Defectu, quem ad hoc pateris, in illius Decimo Anno cum Dimidio prædicto vel circa constituta ut præfertur, & quem ad hoc harum serie supplemus, & aliis Consanguinitatis & Affinitatis Impedimentis prædictis, ac Apostolicis necnon Bonæ Memoriæ *Ottonis & Ottoboni* olim in dicto Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum in Provincialibus quoque & Sinodalibus Conciliis editis, Generalibus vel Specialibus Con-

A. D. 1500. Hen. 7. ſtitutionibus & Ordinationibus cæteriſque contrariis quibuſcúnque.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam noſtræ Diſpenſationis, Nunciationis, Conſtitutionis & Supplectionis infringere &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, Quingenteſimo: Quinto Kal. Auguſti; Pontificatûs noſtri Anno Decimo. A. D. 1500. Hen. 7.

Jo Mutinen.

Super plicam.

P. Tuba.

Sub Plumbeo Sigillo pendente a Filis ſericis flavi rubeique Colorum.

Super Rebellione Petri Warbek, de Intendendo.

A. D. 1500. An. 15. H. 7. Pat. 15. H. 7. p. 2. m. 16.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Magiſtro *Roberto Shirborn* Decano Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Sancti Pauli Londoniæ, & *Amiſio Paulet* Militi pro Corpore noſtro, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus Induſtriis & providis Circumſpectionibus veſtris quamplurimum confidentes.

Aſſignavimus & Conſtituimus vos Commiſſarios & Deputatos noſtros in Comitatibus noſtris Somerſetiæ, Dorſetiæ, Wilteſiæ & Suthamptoniæ, & ſingulis Partibus eorumdem,

Dantes & Concedentes vobis plenam, Tenore Præſentium, Poteſtatem & Auctoritatem ad omnes & ſingulos Subditos noſtros Comitatuum prædictorum, qui *Michaeli Joſeph* Rebelli & Proditori noſtro, aut Cuidam Idolo ſive Simulacro, Nomine *Petro Warbek*, Infimi Status viro, adhæſerunt, aut Conſilium, Favorem, Auxilium ſive Aſſiſtentiam eis ſeu eorum alteri aliquo modo adhibuerunt, & coram Vobis ſive aliis Commiſſariis in Partibus illis nuperimè Aſſignatis non comparuerunt, & Se gratiæ noſtræ non ſubmiſerunt, & ſuperinde Gratiam & Pardonationem noſtram non obtinuerunt, neque Fines ſuos pro Rata & Qualitate Delictorum ſuorum Nobiſcum Commiſſariiſve noſtris fecerint, aut alios quoſcúmque qui fugerint & ſe retraxerint, & in eorum Malitia perſtiterint & adhuc exiſtunt, necnon omnes & ſingulas Perſonas quæ aliqua Bona ſive Catalla dictorum Subditorum noſtrorum Delinquentium ſive non Delinquentium ceperint, abduxerint & detinuerint, coram Vobis per Publicas Proclamationes, infra Comitatus prædictos, & ſingulis Locis eorumdem, faciendas, aut alias prout Vobis melius viſum fuerit, ad certos Dies & Loca, quos ad hoc provideritis, Evocandi & Venire faciendi,

Ac Ipſos & eorum quemlibet ſuper hujuſmodi Criminibus & Delictis ſuis diligenter Examinandi, A. D. 1500.

Et eos omnes & ſingulos, qui Se Gratiæ noſtræ ſubmittere & Se Nobis dare voluerint, ad Gratiam noſtram Acceptandi & Admittendi,

Ipſóſque ad Fines & Redemptiones, pro Delictis ſuis ſolvendos, conſideratâ Qualitate & Quantitate Delictorum ſuorum, juxta ſanas diſcretiones veſtras, Limitandi & Aſſignandi,

Ac quaſcúmque Recognitiones, Securitates, Cautiones, Promiſſa & Obligationes, tàm pro Solutione hujuſmodi Finium Nobis fiendorum, quàm de Se verſus Nos benè gerendo, ab ipſis & quolibet eorum Petendi & Exigendi, ac hujuſmodi Recognitiones, Securitates, Cautiones & Obligationes, cùm ſic captæ fuerint, in Cancellariam noſtram Mittendi & debitè Retornandi,

Inſuper Damus vobis, ut præmittitur, plenam Poteſtatem & Auctoritatem omnia & ſingula Bona, Terras & Poſſeſſiones, qualeſcúmque & ubicúmq; fuerint, quæ alicujus Viri jam Mortui fuerint, qui quidem Mortuus in Præmiſſis aut aliquo Præmiſſorum offenderit, & ſuperinde noſtram Gratiam aut Abolitionem pro hujuſmodi ſuis Offenſis non obtinuerit, in Manus noſtras Capiendi & ſeiſiendi, & ipſa quæ erant ipſius tempore dictæ ſuæ Rebellionis & Mortis Appreciandi & Vendendi, ſi hujuſmodi Defuncti, Hæredes, aut Executores rationabilem Finem proinde facere noluerint,

Necnon Fines & Redemptiones hujuſmodi Requirendi, Levandi & Recipiendi, ac Ipſos & eorum quemlibet ſuper omnibus & ſingulis ſuis Solutionibus debitè Acquietandi, & Literas veſtras Acquietantiæ ſuperinde Liberandi, quas tanquam noſtras validas habere volumus,

Necnon omnes & ſingulos, quos in hac parte Diſobedientes & coram vobis comparere aut Fines ſuos pro Delictis

A.D. 1500. Hen. 7. lictis suis facere Recusantes inveneritis, ut Rebelles & Proditores nostros in singulis Locis, infra Comitatus prædictos, & eorum quemlibet, publicè Proclamandi, Publicandi & Declarandi, publicéve Proclamari, Publicari & Declarari faciendi, ac Terras, Tenementa, Redditus & Possessiones suas quascúmque ac Bona & Catalla sua quæcúmque, ubicúmque & in quorumcúmque Manibus fuerint, per Vicecomites, Escaetores & alios Officiarios nostros Comitatuum prædictorum, aut alios pro Nobis & Nomine nostro, Arrestari & in Manus nostras Seisiri faciendi, ac Corpora ipsorum Rebellium sic Delinquentium, ubicúmque invenire poterunt, Arestandi & Prisonis nostris Committendi, ibidem, absque Cautione sive aliqua alia Securitate, Moratura quousque pro ipsorum Deliberatione duxerimus aliter fore ordinandum;

Et ideò vobis & utrique vestrûm A.D. 1500. Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta: Hen. 7.

Damus autem universis & singulis Dominis, Militibus, Proceribus, Majoribus, Vicecomitibus, Ballivis, Senescallis, Constabulariis, cæterísque Officiariis, Ministris, Fidelibus, Ligeis & Subditis nostris quibuscúmque, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis & utrique vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint Faventes & Auxiliantes in omnibus, prout decet.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Sexto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Winton.

A.D. 1500. An. 16. H. 7. Pat. 16. H. 7. p. 2. m. 13.

REX Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wiltesiæ Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* Venerabilem in Christo Patrem *Richardum nuper Dunolmensem Episcopum* a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Dunolmensi, cui tunc præerat, tenebatur, absolverit, Ipsúmque ad Ecclesiam Wyntoniensem, per Mortem bonæ memoriæ Thomæ ultimi Episcopi Loci illius vacantem, transtulerit, sicut per Literas Bullatas ipsiùs Domini *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Episcopus* omnibus & singulis Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Episcopi*, & Temporalia Episcopatûs Wyntoniensis, prout moris est, restituimus eidem; A.D. 1500.

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Episcopo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xvii. Die Octobris.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Surr.
Escaetori Regis in Com. Buk.
Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors.
Escaetori Regis in Com. Oxon. & Berk.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Super Receptione Annui Census Franciæ.

A.D. 1500. An. 16. H. 7. Franc. 16. H. 7. m. 3.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, Die verò Tertiâ Mensis Novembris, inter Nostros & Perhennis Memoriæ *Regis Karoli* dudùm Gallorum Principis Commissarios, Procuratores, Oratores, Deputatos, & Nuncios, inter cætera, Conventum, Concordatum, & Conclusum fuerit, A.D. 1500.

Quòd idem nuper Rex Karolus *Solveret & Deliberaret, Solvive & Deliberari faceret Nobis & Hæredibus nostris,*

A. D. 1500. Hen. 7. *ftris, noftrove Deputato vel Deputatis, vel dictorum Heredum noftrorum Deputata vel Deputatis, Summam* Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri,

Quam quidem Summam Septingentarum Quadraginta & Quinque Millium Coronarum Auri *præfatus nuper* Rex Karolus *Confeffus fuerit & decloraverit Se Nobis tunc debuiffe, Seque Heredes atque Succeffores fuos, per Literas fuas Nomine fuo fubfignatas, Obligaverit, & pro fe & dictis Heredibus atque Succefforibus fuis Confentiit & Promifit folvere & deliberare, folvive & deliberari facere Nobis & Heredibus noftris, noftrove Deputato vel Deputatis, aut dictorum Heredum noftrorum Deputato feu Deputotis, fub modo & formâ fequentibus; videlicet,*

Quòd idem nuper Rex Karolus *folveret & deliberaret, folvive & deliberari faceret, fuique Heredes & Succeffores folverent & deliberarent, folvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Hæredibus noftris, noftrove Deputato vel Deputatis, feu dictorum Heredum noftrorum Deputato vel Deputatis, in Villa noftra Calefii, Die Primô Menfis Maii extunc proximò fequentes,* Viginti & Quinque Millia Francorum in Coronis Auri, *unoquoque Franco valente Viginti Solidos Turonenfes, fecundùm Curfum & Æftimotionem quam tunc habuerunt in Regna Froncie,*

Et Primo Die Menfis Novembris tunc proximò futuro confimilia Viginti & Quinque Millia Francorum in Coronis Auri *in prædicto Villo noftra Calefii,*

Et fic, de Anno in Annum, & de Termino in Terminum, idem nuper Rex Karolus *folveret & deliberaret, folvive & deliberari faceret, fuique Heredes & Succeffores folverent & deliberarent, folvive & deliberari facerent, Nobis & dictis Heredibus noftris, aut noftris feu dictorum Heredum noftrorum Deputato feu Deputatis, Loco & Terminis antedictis, donec & quoufque dicta Summa,* Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri *per ipfum nuper* Regem Karolum *Gallorum Principem Heredes & Succeffores fuos, Nobis & dictis Heredibus noftris, ut prædictum eft, plenè & integrè Soluta & Contentata foret,*

Prout in Literis Commiffariorum dicti Illuftriffimi Principis *Regis Caroli*, plenam in ea parte ab eo Poteftatem habentium, Datis *apud Stapulas fupra More*, dictâ Tertiâ Die Menfis Novembris, & per eundem Confanguineum noftrum *Regem Carolum* fub Magno fuo Sigillo *apud Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò fequente Confirmatis, necnon fuis Literis fuperinde Obligatoriis, Datis *apud Amboys* Tertiadecimâ Die ejufdem Menfis Decembris, Anno Domini Millefimo, Quadringentefimo, Nonagefimo fecundo, pleniffimè liquet, A. D. 1500. Hen. 7.

Quas quidem Literas ac omnia & fingula Contenta in eifdem Illuftriffimus Cariffimufque Frater & Confanguineus nofter *Rex Lodowicus* nunc Gallorum Princeps, pro Se, Hæredibus, & Affignatis fuis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit,

Atque ad fidelem & debitam Solutionem & Satisfactionem Refidui & Refti dictæ Summæ *Septingentorum Quadraginta & Quinque Milium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecefforis fui fpecificatis, non modò per Literas fuas Patentes, Magno fuo Sigillo munitas, & Manu fuâ fubfcriptas, ac per Sanctiffimum Dominum noftrum *Alexandrum Papam Modernum*, unà cum Decreto de prædictis Solutionibus fub Pœna Cameræ Apoftolicæ obfervandis, Approbatas & Confirmatas Se Hæredéfque & Succeffores fuos Aftrinxit & prout in Literis fuis defuper confectis, quarum Data eft *Parifius* Quartadecimâ Die Menfis Julii, Anno Domini Millefimo, Quadringentefimo, Nonagefimo octavo, pleniùs continetur, verum etiam per alia Scripta fub Pœna Excommunicationis latæ Sententiæ Se Obligavit,

Et quia Prima Dies Menfis Novembris, quæ erit *unus Terminus Solutionis antedictæ*, in qua Summa *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri*, in prædictâ Villâ noftrâ Calefii, ut præmittitur, folvi debeat (videlicet) Anno Domini Millefimo, Quingentefimo, propediem eft ventura,

Hinc eft quòd Nos,

De Fidelitatibus, Induftriis, & providis Circumfpectionibus, Dilectorum & Fidelium Confiliariorum noftrorum, *Richardi Nanfan* Militis Deputati Locumtenentis Villæ noftræ Calefii, *Johannis Turbervile* Militis Thefaurarii ejufdem Villæ, *Antonii Broun* Militis Conftabularii noftri ibidem, *Adriani Whetehill* Contrarotulatoris Villæ prædictæ, *Radulphi Lathom*, & *Francifci Marzen*, quamplurimùm confidentes,

Ipfos noftros veros & indubitatos Commiffarios, Procuratores, Factores, Negotiorum Geftores, Receptores, & Deputatos Facimus, Conftituimus, Ordinamus, & Deputamus per Præfentes,

Dantes

A. D. 1500. Hen. 7. Dantes Eisdem, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (quorum alterum præfatorum *Richardum Nanfan* & *Franciscum* unum esse volumus) plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum speciale cum Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis dicti Illustrissimi Principis Fratris & Consanguinei nostri Carissimi *Regis Lodowici*, apud Villam nostram Calesii, Nomine nostro, Tractandi & Communicandi, & ab ipsis dictam Summam *Viginti & Quinque Millium Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses, ut præmittitur, valente) Nobis dicto Primo Die Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo per ipsum nunc *Gallorum Principem* debitam & solvendam, Recipiendi, & eorum Solutiones Acceptandi, ipsique Serenissimo Principi *Lodowico* Consanguineo nostro & dictam Summam ejus Solventibus, ejusve Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, vel Nunciis prædictis de & pro hujusmodi Receptis Literas nostras Acquietantiæ & Exonerationis, Magno Sigillo nostro sigillatas, Nomine nostro Tradendi & Deliberandi, A. D. 1500. Hen. 7.

Cæteraque Faciendi & Perimplendi quæ in Præmissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna;

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid præfati Commissarii, Procuratores, Factores, Negotiorum Gestores, Receptores, & Deputati nostri, Nomine nostro, fecerint in Præmissis, seu eorum aliquo.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Wodstok* Vicesimo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro dicto Censu Acquietantia.

A. D. 1500. An. 16. H. 7. Franc. 16. H. 7. m. 3. REX universis & singulis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse*, Die Confectionis Præsentium, ab Illustrissimo Carissimóque Fratre & Consanguineo nostro *Rege Lodowico Gallorum Principe*, per Manus apud Villam nostram Calesii, *Viginti & quinque Milia Francorum in Coronis Auri* (unoquoque Franco Viginti Solidos Turonenses valente) Nobis Primo Die Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo, solvi debitorum, qui erat *Unus Terminus* pro Parte Solutionis *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri* per, Perhennis Memoriæ, *Regem Carolum* novissimè Defunctum Nobis debitarum & solvendarum,

Prout in Literis Commissariorum dicti Illustrissimi *Regis Caroli*, plenam in ea parte ab eo Potestatem habentium, Datis *apud Stapulas supra Mare*, Tertiâ Die Mensis Novembris, & per eundem Consanguineum nostrum *Regem Carolum* sub Magno suo Sigillo apud *Mountilz* Sextadecimâ Die Decembris extunc proximò sequente Confirmatis, necnon suis Literis superinde Obligatoriis, Datis *apud Amboyse* Tertiadecimâ Die ejusdem Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo secundo, plenissimè liquet,

Quas quidem Literas ac omnia & singula contenta in eisdem Illustrissimus Princeps *Rex Lodowicus* Consanguineus noster autedictus, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Approbavit, Ratificavit, & Confirmavit, A. D. 1500.

Atque ad fidem & debitam Solutionem & Satisfactionem Residui & Resti dictæ Summæ *Septingentarum Quadraginta & quinque Millium Coronarum Auri*, Loco & Terminis in Literis dicti nuper *Regis Caroli* Prædecessoris sui specificatis, non modò per Literas suas Patentes, Magno suo Sigillo munitas & Manu suâ subscriptas, ac per Sanctissimum Dominum nostrum *Alexandrum Papam modernum*, unà cum Decreto de prædictis Solutionibus sub Pœna Cameræ Apostolicæ observandis Approbatas & Confirmatas, Se Hæredésque & Successores suos Astrinxit & Submisit, prout in Literis suis desuper confectis (quarum Data est *Parisius* Quartadecimâ Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo octavo) pleniùs continetur, verùm etiam per alia Scripta sub Pœna Excomunicationis latæ Sententiæ Se Obligavit,

De quibus quidem *Viginti & quinque Millibus Francorum in Coronis Auri* Fatemur Nobis pro Termino prædicto fideliter esse Solutum, & eundem Fratrem & Consanguineum nostrum *Regem Lodowicum* Hæredésque suos superinde fore

A. D. 1500. Hen. 7. fore Quietos & exinde plenè Exoneratos.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Wodstok* Quarto Die Novembris. A. D. 1500. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

De Ordine Militari suscipiendo.

A. D. 1500. An. 16. H. 7. Pat. 16. H. 7. p. 1. m. 12. dor.

REX Vicecomiti Kanciæ Salutem.

Cùm nuper, per Breve nostrum, Præceperimus nuper Vicecomiti Comitatûs tui quòd, in singulis Locis infra Ballivam suam, tàm infra Libertates quàm extra, ubi magis expediens videret, ex Parte nostra publicè Proclamari faceret,

Quòd omnes illi, qui *Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs & ultra per Annum* in Manibus suis vel in Manibus Feoffatorum habuerint, & eos per Tres Annos sic habuerint, & Milites non sunt, ad nostram Præsentiam, citra certum Diem jam præteritum, sub Periculo incumbenti, personaliter accederent, & de Nominibus illorum, qui sic Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs de Balliva sua, ut prædictum est, habuerint, Nos & Concilium nostrum citra Diem prædictum constare faceret indilatè,

Ac jam intelleximus quòd idem nuper Vicecomes, virtute dicti Brevis nostri, Nomina quarumdam Personarum Comitatûs sui prædicti, *Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs & ultra* per Annum in Manibus suis ut prædictum est habentium, Nobis in Concilium nostrum Certificavit & Retornavit,

Ac nonnullas alias Personas de dicta Balliva sua, Terras & Redditus ad Valorem prædictum per Annum & ultra similiter habentes, & Milites non existentes, in Retorno suo prædicto Nobis minimè Certificavit, sed extra eundem Retornum omisit, & de eorum Nominibus nichil dicit ut satis Nobis constat,

Nos igitur, de Nominibus omnium & singularum hujusmodi Personarum Comitatûs prædicti per Te meliùs Certiorari volentes, Tibi Præcipimus, firmiter injungentes, quòd statim, post Receptionem Præsentium, in singulis Locis, infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates quàm extra, ubi magis expedire videris, iteratò publicè Proclamari facias,

Quòd omnes & singulæ Personæ, Terras, & Redditus ad Valorem prædictum habentes, ad Præsentiam nostram citra Festum Purificationis Beatæ Mariæ proximò futurum personaliter accedant,

Et de Nominibus omnium & singulorum, qui *Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs*, ut prædictum est, de Balliva tua habent, Nos & Concilium nostrum, citra Festum Purificationis Beatæ Mariæ proximò futurum, meliùs constare facias indilatè, A. D. 1500.

Et summoneas, per bonas Summonitiones, omnes illos quòd extunc, ad dictum Ordinem Militarem recipiendum, se preparant, ita quòd, citra dictum Festum, sub Periculo prædicto, sint parati ipsum Ordinem Militarem recepturi; Et hoc, sub Periculo incumbenti, nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Wodstok* septimo Die Decembris.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Surr. & Sussex.
Norff. & Suff.
Somers. & Dors.
Suthampt.
Devon.
Norhampt.
Wiltes.
Cornub.
Essex. & Herf.
Warr. & Leyc.
Lincoln.
Eborum.
Northumbr.
Westmerl.
Cumbr.
Lancastr.
Hereford.
Wygorn.
Glouc.
Rotel.
Oxon. & Berk.
Bed. & Buk.
London. & Midd.
Quinque Portus.
Staff.
Cantebr. & Hunt.
Notyngh. & Derb.
Salop.

De

A. D. 1501. Hen. 7.

De Licentia Eligendi.

A. D. 1501. An. 16. H. 7. Ibid. m. 11.

REX, Dilectis sibi in Christo, *Priori Ecclesiæ Christi Cantuariensis & ejusdem Loci Conventui*, Salutem.

Ex Parte vestra Nobis est humiliter supplicatum ut, cùm Ecclesia vestra prædicta, per Mortem, Recolendæ Memoriæ, Domini *Johannis Morton Cardinalis dudum Cantuariensis Archiepiscopi*, sit Pastoris solatio destituta, Vobis alium Eligendi in Pontificem & Pastorem Licentiam concedere dignaremur,

Nos, Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam hujusmodi duximus concedendam;

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Pontificem & Pastorem, qui Deo Devotus, Ecclesiæ vestræ Necessarius, Nobisque & Regno nostro Utilis & Fidelis existat.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Wodstok* nono Die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Restitutionibus Temporalium.

A. D. 1501. An. 16. H. 7. Ibid. m. 2.

REX Escaetori suo in Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* nuper, Vacante Ecclesiâ Cathedrali Norwicensi, per Obitum, bonæ memoriæ, *Thomæ nuper Episcopi Norwicensis*, Dilectum Nobis *Richardum Nikke* Clericum, nuper Decanum Capellæ nostræ, eidem Ecclesiæ Norwicensi Auctoritate Apostolicâ providerit, ipsúmq; illi præfecerit in Episcopum & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus* omnibus & singulis verbis, in prædictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter Se Submisit, Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Episcopi*, Nobis pro Temporalibus Episcopatûs prædicti in Manibus nostris ratione Vacationis prædictæ existentibus debitam, & Temporalia illa, cum pertinentiis, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Episcopo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Essex.
Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Norwici ac Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Restitutionibus Temporalium Eborum.

A. D. 1501. An. 16. H. 7. Ibid. m. 1.

REX Escaetori suo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* nuper, vacante Ecclesiâ Cathedrali Eborum, per Mortem, bonæ Memoriæ, *Thomæ ultimi Archiepiscopi ejusdem Ecclesiæ*, Venerabilem Fratrem *Thomam nuper Episcopum Londoniensem* a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Londoniensi, cui tunc præerat, tenebatur, Absolverit, & Ipsum ad dictam Ecclesiam Eborum transtulerit, Ipsúmque in Archiepiscopum dictæ Ecclesiæ Eborum præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis* Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quod idem *Archiepiscopus*, sic ad dictam Ecclesiam Eborum Translatus, omnibus

A.D. 1501. Hen. 7. omnibus & fingulis Verbis, Nobis & Coronæ noftræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renonciavit, & Gratiæ noftræ humiliter Se Submifit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipfius Archiepifcopi*, fic ad eandem Ecclefiam Eborum Tranflati, & Temporalia Archiepifcopatûs illius, prout moris eft, Reftituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quòd *eidem Archiepifcopo*, fic ad eandem Ecclefiam Eborum Tranflato, Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, fine Dilatione, Liberes in forma prædicta; falvo Jure cujuflibet.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* vicefimo nono Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

A.D. 1501. Hen. 7. Confimilia Brevia diriguntur Efcaetoribus fubfcriptis, in Comitatibus fubfcriptis, fub eadem Datâ; videlicet,

Efcaetori Regis in Com. Notyngh.
Efcaetori Regis in Com. Lincoln.
Efcaetori Regis in Com. Midd.
Efcaetori Regis in Com. Northumbr.
Efcaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Wallie eidem Comitatui adjacentibus.
Dilecto Regis Majori Civitatis fue Eborum ac Efcaetori fuo in eadem Civitate.
Dilecto Regis Majori Ville fue de Kyngefton fuper Hull ac Efcaetori fuo in eadem Villa.

Et Mandatum eft Militibus, &c.

Pro Ambaffiatoribus Scotiæ.

A.D. 1501. An. 16. H. 7. Scot. 16. H. 7. m. 3.

REX univerfis & fingulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia noftra fpeciali, ac de avifamento & affenfu Concilii noftri, fufcepimus in falvum & fecurum Conductum noftrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defenfionem noftras fpeciales, Venerabilem in Chrifto Patrem *Robertum Archiepifcopum Glafguenfem*, ac, Nobiles & Spectabiles Viros, *Patricium Comitem de Bothvile* Gardianum Marchiarum Occidentalium Regni Scotiæ verfus Angliam & Magnum Admirallum Scotiæ, & *Andream Forman* Prothonotarium Apoftolicum ac Priorem de Mayo, Confiliarios & Oratores Illuftriffimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Fratris & Confanguinei noftri Cariffimi, in hoc Regnum noftrum Angliæ, ac alia Loca Nobis fubjecta quæcúmque, cum *Centum Perfonis* & totidem Equis in Comitiva fua vel infra, ac cum Bonis, Rebus, Jocalibus, Literis, *&c. prout in fimilibus de Conductu Literis.* A.D. 1501.

In cujus &c. per Octo Menfes proximò futuros duraturas.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* nono Die Maii.

Per ipfum Regem.

De Reftitutionibus Temporalium Cantuarien.

A.D. 1501. An. 16. H. 7. Pat. 16. H. 7. p. 1. m. 1.

REX Efcaetori fuo in Comitatu Kantiæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* nuper, vacante Ecclefiâ Cathedrali Cantuarienfi, per Mortem, bonæ Memoriæ, *Johannis Cardinalis ultimi Archiepifcopi* ejufdem Ecclefiæ, Venerabilem Patrem *Henricum nuper Epifcopum Sarum* a vinculo, quo eidem Ecclefiæ Sarum tenebatur, abfolverit, & ipfum ad dictam Ecclefiam Cantuarienfem tranftulerit, ipfúmque in Archiepifcopum dictæ Ecclefiæ Cantuarienfis præfecerit & Paftorem, ficut per Literas Bullatas ipfius Domini *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, Nobis conftat, A.D. 1501.

Nos,

Pro eo quòd idem *Henricus*, fic ad dictam Ecclefiam Cantuarienfem Tranflatus, omnibus & fingulis Verbis, Nobis & Coronæ noftræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè renunciavit, & Gratiæ noftræ humiliter fe fubmifit, volentes eum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipfius *Henrici*, fic ad eandem Ecclefiam Cantuarienfem Tranflati,

A.D. 1501. An. 16. H. 7. Translati, & Temporalia *Archiepiscopatûs* illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Henrico*, sic ad eandem Ecclesiam Cantuariensem Translato, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Secundo Die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Eborum.
Escaetori Regis in Com. Buk.
Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.
Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.
Escaetori Regis in Com. Oxon. & Berk.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.
Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus &c.

Pro Henrico Archiepiscopo Cantuariensi.

A.D. 1501. An. 16. H. 7. Pat. 16. H. 7. p. 2. m. 9.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, cùm Metropolitana & Cathedralis Ecclesia Christi Cantuariensis, per Mortem, Recolendæ Memoriæ, Domini *Johannis nuper Tituli Sanctæ Anastasiæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiteri Cardinalis nuper Cantuariensis Archiepiscopi* totius Angliæ Primatis & Apostolicæ Sedis Legati nuper Viduata ac Pastorali solatio fuerit destituta & vacaverit, eòque prætextu omnia Exitus & Proficua, Firmæ, Redditus, Reventiones, Jura, Commoditates, & Emolumenta omnium Temporalium Archiepiscopatûs illius, a tempore Mortis prædicti nuper Archiepiscopi, tempore Vacationis Archiepiscopatûs illius, Nobis Jure Prærogativæ nostræ Regiæ pertinere & spectare dinoscuntur,

Cùmque etiam *Prior & Conventus* prædictæ Ecclesiæ Metropolitanæ, post Mortem prædicti nuper Archiepiscopi, Licentiâ nostrâ priùs optentâ, Reverendissimum in Christo Patrem *Henricum*, nunc dictæ Ecclesiæ Cantuariensis *Archiepiscopum*, tunc *Sarum Episcopum*, in suum eligerint Archiepiscopum & Pastorem, Sanctissimúsque Dominus *Summus Pontifex Alexander Papa Modernus* Electionem illam acceptaverit & confirmaverit, ipsúmque sic Electum in Archiepiscopum prædictæ Ecclesiæ Cantuariensi præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Summi Pontificis, Nobis inde directas, Nobis constat,

Et Nos superinde, Fidelitatem ipsius *Archiepiscopi* accipientes, Temporalia Archiepiscopatûs illius, prout moris est, eidem restituerimus,

Nos nunc, certis causis & considerationibus nos specialiter moventibus, & ob sinceram Dilectionem quam penes *præfatum Archiepiscopum* gerimus & habemus, de Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris Dedimus & Concessimus, & per Præsentes Damus & Concedimus *eidem nunc Archiepiscopo* omnia & singula Exitus, Firmas, Redditus, Proficua, Reventiones, Avantagia, Commoditates, Feodi Firmas, & alia Emolumenta quæcúmque, cum omnibus & singulis suis pertinentiis & dependentiis omnium & singulorum Honorum, Castrorum, Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, Tenementorum, Reddituum, Firmarum, Feodi Firmarum, Annuitatum, Pensionum, Portionum, Hundredorum, Lastorum, Burgorum, Villarum, Villatarum, Hamelettorum, Molendinorum, Vivariorum, Piscariarum, Pasturarum, Morarum, Mariscorum, Forestarum, Chacearum, Leucatarum, Parcorum, Warennarum, Communium, Vastorum, Purpresturarum, Boscorum, Feriarum, Mercatorum, Toluetorum, Officiorum, Visuum Franciplegiorum, Auxiliorum, Vic. Letarum Curiarum, Libertatum, Franchesiarum, Escaetarum, Feodorum Militum, Servitiorum, Wardorum, Maritagiorum, Releviorum, Heriettorum, Custumarum, & Consuetudinum Tenentium tàm Liberorum quàm Nativorum, ac Sectarum & Serviciorum eorumdem Tenentium, ac omnium aliarum Rerum, Possessionum, & Hæreditamentorum quorumcúmq; Temporalium Archiepiscopatûs prædicti seu eidem Archiepiscopatui vel Temporalibus Archiepiscopatûs illius quovis modo perti-

A. D. 1501. Hen. 7.

nentium five fpectantium, ac Præfentationes, Nominationes, & Ordinationes quorumcúmque Advocationum, Collationum, & Patronatuum Ecclefiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Collegiorum, Hofpitalium, Præbendarum, Cantariarum, Heremitagiorum, Liberarum Capellarum, & aliorum Beneficiorum Ecclefiafticorum quorumcúmque, de Advocatione Archiepifcopatûs illius quovis modo contingentes five emergentes, per Nos ad præfens minimè Collatas, Datas, five Præfentatas, necnon omnimodos Fines, Forisfacturas, Exitus Forisfacti, Redemptiones, & Amerciamenta omnium Tenentium Archiepifcopatûs prædicti Refidentium & non Refidentium infra Feodum ejufdem, coram quibufcúmque Jufticiariis noftris, in quibufcúmque Curiis noftris, facta five forisfacta, tempore Vacationis prædictæ contingentia, prout prædictus *Johannes nuper Archiepifcopus* & Prædeceffores fui nuper Archiepifcopi ibidem Sede illâ pleuâ per Cartas Progenitorum noftrorum quondam Regum Angliæ vel aliter feu eorum aliquis melius & liberiùs habuerunt feu perceperunt habuit feu percepit, & omnia alia Proficua quæcúmque omnium & fingulorum Jurium Temporalium Archiepifcopatûs prædicti feu eidem Archiepifcopatui quoquo modo aut jure pertinentium, appendentium, accidentium, five fpectantium a tempore Mortis prædicti *nuper Archiepifcopi* qualitercúmque provenientia five emergentia aut contingentia, quæ ad Nos pertinent feu pertinerent, aut in Manibus noftris extiterunt feu exiftere deberent, ratione vel causâ ultimæ Vacationis Archiepifcopatûs illius & Cuftodiæ dictorum Temporalium ejufdem, ufque ad & in Secundum Diem inftantis Menfis Augufti ultimò præteritum, & pro eodem Die quo Die *eidem nunc Archiepifcopo* Temporalia Archiepifcopatûs prædicti, ut præfertur, Reftituerimus, quovis modo provenientia, crefcentia, emergentia, five contingentia,

Habenda, Levanda, Percipienda, Retinenda, Gaudenda, Utenda, & Poffidenda omnia & fingula Præmiffa cum eorum Juribus & Pertinentiis univerfis *eidem nunc Archiepifcopo*, a dicto tempore Mortis prædicti nuper *Archiepifcopi*, ufque dictum Secundum Diem Augufti tunc proximò fequentem, & pro eodem Die, tàm per Manus fuas & Miniftrorum fuorum proprias, quàm per Manus omnium & fingulorum nunc & nuper Efcaetorum, Vicecomitum, Cuftodum Temporalium, Senefcallorum, Ballivorum, Firmariorum, Receptorum, Appruatorum, Præpofitorum, Collectorum, Tenentium, Miniftrorum, five aliorum Occupatorum omnium & fingulorum Præmifforum & eorum cujuflibet, vel aliquorum aliorum Officiariorum noftrorum quorumcúmque, feu eorum alicujus, qui fe inde, aliquo modo, pro Nobis aut Nomine noftro, vel aliter, intromiferunt aut intromittere debuerunt, in fingulis & quibufcúmque Comitatibus & Locis infra Regnum noftrum Angliæ & Marchias Walliæ, in quibus Præmiffa feu aliquod Præmifforum exiftunt jacent & fituata funt, liberè, integrè, quietè, benè, & in Pace, ac adeò plenè, licitè, & impunè de Dono noftro fpeciali prout Nos omnia & fingula, occafione Vacationis prædictæ Archiepifcopatûs illius, haberemus feu habere poffemus, fi præfens Conceffio noftra eidem nunc *Archiepifcopo* facta non fuiffet, abfque Perturbatione, Moleftatione, Inquietatione, feu Gravamine Noftri aut Hæredum noftrorum aut Jufticiariorum noftrorum, Baronum noftrorum de Scaccario, Efcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Officiariorum feu Miniftrorum noftrorum quorumcúmque vel eorum alicujus, & abfque Compoto, Refponfo, Onere, feu aliquo alio aut alia Re quacúmque, de, pro, aut in Præmiffis vel aliquo Præmifforum per ipfum nunc *Archiepifcopum*, aut aliquem vel aliquos Officiariorum aut Miniftrorum noftrorum prædictorum, five aliquorum aliorum vel eorum alicujus, Nobis vel dictis Hæredibus noftris quovis modo Reddendo, Faciendo, feu Solvendo, ac omnimoda Debita, Compota, Præftita, Arreragia, & Demanda, quæ Nobis de aut pro Præmiffis vel eorum alicujus, feu causâ vel occafione Præmifforum aut eorum alicujus, per ipfum nunc *Archiepifcopum* aut aliquem Officiariorum feu Miniftrorum noftrorum prædictorum vel aliquorum aliorum, pertinentia reddenda feu folvenda, penitùs eidem nunc *Archiepifcopo* Remittimus & Relaxamus, atque ipfum omnéfque & fingulos Officiarios & Miniftros fuos prædictos de Præmiffis & quolibet Præmifforum erga Nos & Hæredes noftros quantum in Nobis eft Exoneramus ac finaliter & penitùs Acquietamus per Præfentes;

Eo quod expreffa mentio de vero Valore annuo five aliquo Valore aut Certitudine Temporalium prædictorum five aliorum Præmifforum feu eorum alicujus, feu de aliis Donis vel Conceffionibus, per Nos præfato *Archiepifcopo* ante hæc tempora factis, in præfentibus minimè facta exiftit, aut aliquo

A. D. 1501. Hen. 7. Statuto, Actu, Ordinatione, aut Provisione, in contrarium facto sive edito, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Lanthony* Septimo Die Augusti. A. D. 1501. Hen. 7.

Per ipsum Regem.

Bulla, pro Episcopo Winton. Commendatoria.

A. D. 1501. An. 16. H. 7. Ex Origine.

ALexander *Episcopus Servus Servorum Dei*, Venerabili Fratri *Archiepiscopo Cantuariensi*, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ad cumulum tuæ cedit Salutis & Famæ, si Personas Ecclesiasticas, præsertim Pontificali Dignitate præditas, Divinæ Propitiationis intuitu, oportuni favoris auxilio prosequaris,

Hodiè siquidem Venerabilem Fratrem *Ricardum Episcopum Wintoniensem*, nuper Dunelmensem, a vinculo, quo Dunelmensi Ecclesiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum nostrorum Consilio & Apostolicæ Potestatis plenitudine Absolventes, ipsum ad Ecclesiam Wintoniensem Ordinis Sancti Benedicti, tunc, per Obitum, bonæ Memoriæ, *Thomæ Episcopi Wintoniensis* extra Romanam Curiam Defuncti, Pastoris solatio destitutam, de Fratrum eorumdem Consilio duximus Apostolicâ Auctoritate transferendum, ipsúmque eidem Ecclesiæ Wintoniensi in Episcopum Præfecimus, & Pastorem, Curam & Administrationem ipsius Wintoniensis Ecclesiæ sibi in Spiritualibus & Temporalibus plenariè committendo, prout in nostris inde confectis Litteris pleniùs continetur,

Cùm igitur, ut idem *Richardus Episcopus* in commissa sibi dictæ Ecclesiæ Wintoniensis Cura faciliùs proficere valeat, tuus Favor sibi noscatur plurimùm oportunus, Fraternitatem tuam rogamus & hortamur attentè, per Apostolica Scripta Mandantes, quatinus eundem *Richardum Episcopum* ac Ecclesiam Wintoniensem sibi commissam Suffraganeam tuam habens pro nostrâ & dictæ Sedis Reverentiâ perpensiùs commendatos, in ampliandis & conservandis ejusdem Ecclesiæ Juribus sic eum tui Favoris Præsidio prosequaris, quòd ipse per tuæ auxilium Gratiæ se possit in commisso sibi ejusdem Ecclesiæ Wintoniensis Regimine exercere, túque Divinam Misericordiam, & Nostram, ac ejusdem Sedis Benedictionem & Gratiam valeas exinde uberiùs promereri. A. D. 1501.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo primo, Tertiodecimo Kal. Septembris, Pontificatûs nostri Anno nono.

A. DE MUMAUTH.
R. CABRETO *pro Comput.*
A. DE PACE.
A. BUCOAMATYNS.
F. *pro* L. ANTUS.
B. ACIOTIS.
M. VECCIA *pro* ACOTRIS.
Super Plicam,

JO. BROUNS.

¶ ¶ *De Restitutionibus Temporalium Ely.*

A. D. 1501. An. 17. H. 7. Pat. 17. H. 7. p. 1. m. 20.

REX Escaetori suo in Comitatibus Cantebrigiæ & Huntingdoniæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex* Venerabilem Patrem *Richardum nuper Episcopum Exoniensem* a vinculo, quo eidem Ecclesiæ Exoniensi, cui tunc præerat, tenebatur, absolverit, & Ipsum ad dictam Ecclesiam Eliensem transtulerit, Ipsúmque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Eliensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini *Summi Pontificis*, Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos, Pro eo quod idem *Episcopus*, sic ad dictam Ecclesiam Eliensem Translatus, omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis palàm & expressè Renunclavit, & Gratiæ nostræ humiliter Se Submisit, Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, A. D. 1501.

Cepimus Fidelitatem *ipsius Episcopi*, sic ad dictam Ecclesiam Eliensem Translati, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd *eidem Episcopo*, sic ad dictam Ecclesiam Eliensem Translato, Temporalia prædicta, cum Perti-

A. D. 1501. Hen. 7.

pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo sexto die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Midd.

Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.
Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.
Dilecto Regis Majori Civitatis suæ Londoniæ ac Escaetori suo in eadem Civitate.

A. D. 1501. Hen. 7.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Et Mandatum est, Dilectis Regis in Christo, *Priori & Conventui de Ely* quòd Se de Temporalibus Episcopatûs prædicti ulterius in aliquo nullatenus intromittant.

Teste ut supra.

De Matrimonio cum Primogenita Regis contrahendo, Commissio Regis Scotorum.

A. D. 1501. An. 17. H. 7. Ex Autogr.

JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum notitias Præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm Æternus Deus, qui Machinam Mundi creavit, omniáque & cuncta ipsius Ambitu concerta Regit & Gubernat, in Exordio nascentis Mundi suæ Divinæ Majestatis Clementiam ostendens, Sacramentum Matrimonii, in Paradiso, Statu Innocentiæ, inter nostros Primos Parentes, ad Humani Generis Propagationem & ipsius durabilitatem perpetuam, feliciter instituit,

Per quod almum Matrimonii Sacramentum, inmensâ bonitate cooperánte Divinâ, Successione felici Reges regnant & Principes dominantur;

Ex quo etiam Matrimonio & ipsius Sacro Fœdere Hostilitates, Inimicitiæ, & alia Enormia quamplurima inter Reges & Regna multotiens sedantur, tolluntur, atque ex animis pelluntur Principum; Amor, Dilectio, Comitas, Pax, Tranquillitas, atque Caritas radicantur, multæque aliæ Felicitates & Bona innumerabilia consequuntur, firmantur, & stabiliuntur:

Nos igitur,

Præmissis attentis, ac tenerrimam Affectionem, Amorem, & Benevolentiam, ac Sanguinis Necessitudinem, quas erga Excellentissimum & Potentissimum Principem *Henricum Angliæ Regem* Consanguineum & Fratrem nostrum Amantissimum purâ mente gerimus, Fœderis Matrimonii Sacro Vinculo ostendere præoptantes,

De Fidelitatibus, Probitatibus, Prudentiis, Circumspectionibus, & Industriis, Dilectorum & Fidelium Consulum nostrorum, Reverendissimi in Christo Patris *Roberti Glasguensis Archiepiscopi*, *Patritii Comitis de Boithvill* Domini Halis Magni Admiraldi Regni nostri ac Gardiani Occidentalium Merchiarum ejusdem, & Reverendi Patris *Andreæ Postulati Ecclesiæ Cathedralis Moraviensis*, plenius confidentes,

A. D. 1501.

Ex maturâ Deliberatione nostri Magni Concilii, & ex nostra certa Scientia, ipsos nostros Commissarios, Oratores, Ambassiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales & generales in solidum, conjunctim & divisim, Facimus, Constituimus, Deputamus, & Ordinamus per Præsentes,

Dantes, Committentes, & Concedentes eisdem & eorum cuilibet in solidum, conjunctim & divisim, nostram plenariam Potestatem & Auctoritatem, ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum dicto Excellentissimo Principe *Rege Angliæ*, ac Serenissimâ Principissâ *Margaretâ* ejus Primogenitâ Filiâ Præcarissimâ, suísve Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis ad hoc sufficientem Potestatem ab eisdem habentibus, Communicandi, Avisandi, Tractandi, Appunctuandi, & finaliter Concludendi de & super Re Uxoreâ & Sponsalibus per Verba de Futuro, seu Matrimonio per Verba de Præsenti, inter *Nos* & dictam *Principissam*, prout commodiùs, firmiùs, meliùs, & convenientiùs de Jure fieri poterit & debebit, Verba Sponsalia de Futuro, seu Matrimonium de Præsenti, per *ipsam* Prin-

A. D. 1501. Hen. 7. *Principissam*, aut dictum Excellentissimum Principem *Angliæ Regem*, eorúmve Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios Nomine *dictæ Principissæ*, proferri Petendi,

Et nostris Nomine & ex Parte eâdem, cum *ipsâ Principissâ* Proferendi, Consentiendi, Dicendi, Pronunciandi, Recitandi, & Acceptandi prout, inter dictum Excellentissimum Principem *Angliæ Regem* ejúsque Filiam, eorúmve Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios, ac dictos nostros Commissarios, Ambassiatores, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, fuerit concordatum, conventum, & conclusum, eadémque Sponsalia & Matrimonium per Verba de Præsenti, cum dictâ Principissâ *Margaretâ*, Nomine & ex Parte nostris, realiter & cum effectu Celebrandi, Contrahendi, & Perficiendi,

Ac, cum ipsis *Illustrissimo Principe* nostro Consanguineo *ejusque Filiâ*, suísve Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, de Dote, Doralitio, & Donatione propter Nuptias, necnon de Auro cæterísque Rebus Pretiosis in hac parte Promissis seu Promittendis, eáque Qualitate & Quantitate, ac etiam Terminis, Locis, & Modis Solutionum & Satisfactionum, de Tempore quo & quanto *dicta Principissa* cum præfato Excellentissimo *Principe ejus Patre* Moram faciet, ejúsque Expensis, & quibus Formâ & Tempore ad Nos venire debebit, Conveniendi, Appunctuandi, Paciscendi, Concordandi, & Concludendi,

Tractata insuper, Concordata, Appunctuata, & Pollicita, inter dictum nostrum Consanguineum *Angliæ Regem*, Nomine & ex Parte dictæ *Principissæ ejus Filiæ*, eorúmve aut alterius ipsorum Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios ex Parte una, & dictos nostros Commissarios, Ambassiatores, Procuratores, Deputatos, & Nuncios ex Parte altera, quantum Nos tangit, omni Securitate legitimâ legali & honestâ nostro Nomine Firmandi, similem Securitatem ab ipsis seu eorum aliquo, quòd a dicto Tractatu, si, Deo permittente, ipsum firmari contigerit, non Recedent nec Recedet, Petendi & Recipiendi,

Dotem verò, & alia quæcúmque prædicta, per dictum nostrum Consanguineum *Angliæ Regem* Nomine dictæ *Principissæ ejus Filiæ*, aut eorum Commissarios, Procuratores, Deputatos, & Nuncios Pollicita seu Promissa hujusmodi Matrimonii occasione, Petendi, Requirendi, & Recipiendi, de Receptis Quittantiam seu Quittantias Dandi, ac etiam Instrumenta & Notas Instrumentales Evidentiásque & Documenta quæcúmque necessaria & oportuna Petendi, Levandi, & Recipiendi,

Cæteráque omnia alia & singula Faciendi, Gerendi, & Exercendi quæ in Præmissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ tanti Negotii Qualitas, cum ejusdem Circumstantiis, Dependentiis, & Annexis, exigit aut requirit; Et quæ Nos faceremus aut facere possemus si personaliter interessemus, etiamsi talia forent quæ Mandatum exigant magis speciale, quàm Præsentibus est expressum;

Promittentes in Verbo Regio, & sub Obligatione omnium & singulorum Bonorum nostrorum præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, Firmum, atque Stabile pro perpetuo habituros, nec Revocaturos quicquid & quæcúmque per dictos nostros Commissarios, Oratores, Ambassiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos, & Nuncios, aut eorum aliquem, in solidum Acta, Gesta, Pollicita, Procurata, Stabilitave fuerint in Præmissis & quolibet Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium Magnum Sigillum nostrum Præsentibus apponi fecimus, apud *Strivelin* Octavo Die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo primo, & Regni nostri Decimo quarto.

JAMES R.

Sub Magno Sigillo de cerâ albâ pendente a Caudâ Pergamenæ.

Memorati Regis Commissio, pro Pace & Amicitia.

A. D. 1501. An. 17. H. 7. Ex Autogr. JAcobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis ad quorum notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus Dilectorum & Fidelium Consulum nostrorum Reverendissimi in Christo Patris *Roberti Archiepiscopi Glasguensis Patricii Comitis de* Boith-

A. D. 1501. Hen. 7.

Boithvile Domini Halis magni Admiraldi Regni nostri Gardiani Occidentalium Merchiarum ejusdem, & Reverendi Patris *Andreæ Postulati Ecclesiæ Cathedralis Moraviensis* quamplurimum confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem & eorum cuilibet in solidum, conjunctim & divisim, nostram plenariam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Serenissimo Principe, Carissimóque Consanguineo, & Fratre nostro *Henrico Rege Angliæ*, ejúsve Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eo ad hoc habentibus, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ & reali Pace atque Concordia, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus mutuisque hincinde Auxiliis & Assistentiis quotiens opus fuerit præstandis, necnon Intelligentiis, Alligantiis & Confœderationibus quibuscumque inter *Nos* & dictum *Serenissimum Principem* Hæredesque & Successores, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Faventes, Confœderatos & Adhærentes nostros & suos quoscumque, hincinde Ineundis, Capiendis, Componendis, Celebrandis & Habendis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Paciscendi, ac finaliter & integrè Determinandi & Concludendi, hujusmodique Pacem & Concordiam, ac Treugas & Guerrarum Abstinentias, Ligas, Amicitias, Fœdera, Affinitates, Intelligentias, Alligantias & Confœderationes, aliásque Pactiones & Conventiones Componendi, Paciscendi, Firmandi, Sternendi & pro perpetuo Roborandi,

Necnon, de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis & Demandis, unà cum suis circumstantiis, emergentibus, incidentibus, dependentibus ac connexis quæ, inter *Nos* & præfatum excellentissimum Principem *Angliæ Regem* & Regna, Terras, Dominia, Patrias & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes prædictos, hincinde pendere dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, Appunctuandi & Componendi,

Necnon, quoscúmque Subditos nostros Malefactores, Homicidas, Fures, Latrones juxta Leges & Consuetudines Merchiarum Regni nostri Scotiæ, debitè puniri Promittendi,

A. D. 1501. Hen. 7.

Necnon Rebelles dicti nostri Consanguinei in Regnum nostrum Fugientes, certis modo & formâ eidem Consanguineo nostro aut suo sufficienti Deputato Tradendos & Deliberandos, Annuendi & Consentiendi,

Necnon Leges, Statuta & Ordinationes pro Punitione hujusmodi Malefactorum de novo Statuendi, Condendi & Ordinandi,

Ac etiam de & super Litteris scriptis & Bullis Apostolicis omnium & singulorum Præmissorum Confirmatoriis, Approbatoriis & Ratificatoriis a Sede Apostolicâ, pro meliore Conservatione, Præmissorum, per Nos impetrandis, habendis & obtinendis, cum Clausulis & Articulis de Sententiâ Excommunicationis in Nos & Personam nostram, ac de Sententia Interdicti in Regnum nostrum Patrias, Dominia & Terras nostras, si Tractatum Pacis aut aliquod Capitulum ejusdem Pacis seu Tractatûs, quem, inter Nos & dictum Principem, seu nostros aut ejus Commissarios, Iniri & Concludi contigerit, Violaverimus aut Violari permiserimus, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Obligandi & Concludendi, ac cuicúmque Privilegio, tàm Juris quàm Facti, sub quacúmque Verborum serie concesso aut Concedendo, alicui Capitulo præsentis Tractatûs quovis modo derogatorio, palàm expressè & in vim Pacti Nomine nostro Renunciandi,

Ac etiam Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Litteras & Scripta sigillata pro Præmissorum complemento, Nomine nostro Promittendi, Tradendi & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram præstandi, Consimiliáque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Litteras ac Juramentum a *præfato Serenissimo Principe* ejúsve Commissariis similiter Exigendi, Stipulandi & Recipiendi,

Universáque & Singula quæ, per præfatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios nostros aut eorum aliquem in solidum, Appunctuata, Conventa, Conclusa & Concordata fuerint Vallandi, Roborandi & Assecurandi per Fidei interpositionem & Juramentum in Animam nostram præstandum,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterisque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ, cum præfato *Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis,

5

A. D. 1501. riis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis prædictis, Appunctuata, Concordata & Conclusa fuerint, Litteras validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Deliberandi, Litterásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

H. n. 7.

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula qualitercúmque concernentia Faciendi, Exercendi & Expediendi, ita & eodem modo sicuti Nos ipsi faceremus & facere possemus si in propriâ Personâ nostra interessemus, & si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio omnia & singula quæ, per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos & Nuncios nostros aut eorum aliquem in solidum, Appunctuata, Promissa, Concordata & Conclusa fuerint in hâc parte, Nos Rata Grata & Firma habituros & observaturos, & superinde Litteras nostras Patentes Magno nostro Sigillo sigillatas, Manuque nostrâ subscriptas, omnium & singulorum Præmissorum Confirmatorias, Ratificatorias & Approbatorias, in formâ debitâ, prout opus fuerit, daturos. A. D. 1501. Hen. 7.

In cujus rei Testimonium Præsentibus Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus *apud Striveling*, octavo Die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo primo, & Regni nostri Decimo quarto.

JAMES R.

Sigillo avulso.

De Concessione pro Episcopo Eliensi.

A. D. 1501. An. 17. H. 7. Pat. 17. H. 7. p. 2. m. 34.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Episcopatus Eliensis, per Mortem Bonæ Memoriæ *Johannis Alcok nuper Episcopi ibidem*, nuper vacaverit, & quòd Nobis per *Priorem & Conventum* Ecclesiæ Cathedralis Eliensis & Successores suos, pro Custodia ejusdem Episcopatûs & Temporalium ejusdem Episcopatu illo Vacante, si per unum Annum vacaverit, *de Duobus Milibus Librarum* pro Anno illo, & minori vel majori Tempore quàm per Annum hujusmodi Vacatio duraverit, tunc per eosdem *Priorem & Conventum* & Successores suos prædictos, de Rata *dictorum Duorum Millium Librarum* per Annum pro Rata Temporis, Nobis Responderi debeat,

De Gratia nostra speciali, ac certa scientia & mero motu nostris, Dedimus & Concessimus, ac per Præsentes Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris quantum in nobis est, Venerabili in Christo Patri *Ricardo nunc Episcopo Eliensi* & Assignatis suis, omnes & omnimodas ac tantas & hujusmodi Denariorum Summas, necnon Exitus & Proficua Temporalium Episcopatûs prædicti quæ ad Nos, ratione Vacationis prædictæ, quoquo modo pertinent aut pertinere deberent,

Habenda & Percipienda *eidem nunc Episcopo* & Assignatis suis, per Manus præfatorum *Prioris & Conventûs* & Successorum suorum, ad Usum *præfati nunc Episcopi* & Assignatorum suorum de Dono nostro, adeò liberè, plenè & integrè prout Nos vel Hæredes nostri, ratione Vacationis prædictæ, haberemus si præsens Concessio nostra præfato *nunc Episcopo* inde facta non fuisset, absque Compoto Responso, seu aliquo alio Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis seu eorum aliquo, inde Nobis Reddendo, Solvendo seu Faciendo, & absque Impetitione, Molestatione, Perturbatione seu Inquietatione Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum quorumcúmque, A. D. 1501.

Concessimus etiam pro Nobis & Hæredibus nostris prædictis quòd, tàm *prædictus nunc Episcopus*, quàm præfati *Prior & Conventus* & Successores sui prædicti & eorum quilibet, de omnibus & omnimodis Denariorum Summis Exitibus & Proficuis præmissis, Nobis ratione Vacationis prædictæ debitis sive pertinentiis, erga Nos & Hæredes nostros exonerentur & acquietentur imperpetuum per Præsentes,

Et quòd *idem nunc Episcopus* & Assignati sui habeant tot & tanta Brevia & Warranta, pro Exoneratione dictorum *Prioris & Conventûs* & Successorum suorum in ea parte, quot & quanta sibi sint aut fuerint necessaria & oportuna pro eisdem,

Eo quod expressa mentio de Certitudine Præmissorum seu eorum alicujus, vel de vero Valore eorundem, aut de aliis Donis seu Concessionibus, per Nos *eidem nunc Episcopo* ante hæc tempora, factis, in Præsentibus minimè facta existit,

A.D. 1501. Hen. 7. stit, aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, Provisione sive Restrictione, in contrarium facto, edito sive proviso, non obstante.

In cujus &c.

A.D. 1501. Hen. 7. Teste Rege apud *Westmonasterium* xxv. Die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Conductu pro Ambassiatoribus Regis Scotorum.

A.D. 1501. An. 17. H. 7. Scot. 17. H. 7. m. 1.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Majoribus, Ballivis, Constabulariis ac aliis Officiariis & Ministris suis quibuscúmque, tàm infra Libertates quàm extra, tàm per Terram quàm per Mare ubilibet constitutis, Salutem.

Sciatis quòd, de Gràtia nostra speciali ac de Avisamento & Assensu Concilii nostri, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem nostras speciales, venerabilem in Christo Patrem *Robertum Archiepiscopum Glasguensem*, ac Nobiles & Spectabiles Viros *Patricium Comitem de Rothvile* Gardianum Marchiarum Occidentalium Regni Scotiæ versus Angliam & Magnum Admirallum Scotiæ, & *Andream Formam* Prothonotarium Apostolicum ac Priorem de Mayo, Consiliarios & Oratores Illustrissimi Principis *Jacobi Scotorum Regis* Fratris & Consanguinei nostri Carissimi, in hoc Regnum nostrum Angliæ ac alia Loca Nobis subjecta quæcúmque, cum *Centum Personis* & totidem Equis in Comitiva sua vel infra, ac eum Bonis Rebus Jocalibus Literis &c. *ut in similibus de Conductu Literis.*

A.D. 1501.

Dat. 28 Octobr. &c.

Pro Katherina Hispaniæ, Assignatio Dotis.

A.D. 1501. An. 17. H. 7. Ex Autogr.

ARthurus, Illustrissimi Principis & Domini Domini *Henrici*, Dei gratia, *Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ* Primogenitus, Princeps *Walliæ*, Dux *Cornubiæ* & Comes *Cestriæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis dicti Domini Regis Patris nostrl Metuendissimi Fidelibus, Salutem.

Cùm nuper inter dictum Illustrissimum *Patrem nostrum* & Dominum, ac Serenissimos & Potentissimos Principes *Ferdinandum & Elizabetham*, eàdem gratià, Regem & Reginam *Castellæ, Legionis, Arragonum, Siciliæ, Granatæ, Toleti, Valentii, Galleciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algezire, Gibraltaris & Insularum Canariæ*, Comitem & Comitissam *Barchinone & Dominus Vizcaye & Molyne*, Duces *Athenarum & Neopatriæ*, Comites *Rossilionis* & *Ceritanie*, Marchiones *Oristani & Gociani*, quædam Amicitia, Liga, Confœderatio, Unio & Intelligentia Superioribus hiis Diebus inita & conclusa fuerit, quâ vicissim Amor correspondebat, ac quasi quædam mutua Benevolentia a diu accreverat, & in eorum Cordibus corroborata & radicata exstiterat, ut maximum Amoris, Affectionis & Dilectionis Vinculum inter eos conjecerat, adeò quòd nulla prorsus Adversitate Dirumpi aut faciliter Flecti speraretur,

A.D. 1501.

Præfatúsque Illustrissimus *Rex & Pater noster* Metuendissimus, atque prædicti Serenissimi & Potentissimi *Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* præfatam Amicitiam, Ligam, Confœderationem, Unionem & Intelligentiam eo firmiorem stabiliorémque existimabant, si per Affinitatem, Sanguinis Unionem, Duorum Liberorum Conjunctionem, roborarentur;

Ad Omnipotentis igitur Dei Laudem Gloriam & Honorem, & ad Augmentationem Amicitiæ, Ligæ, Confœderationis, Unionis, & Intelligentiæ prædictarum inter præfatos Principes eorúmque Hæredes, Successores, & Subditos pro perpetuis temporibus duraturarum, nonnullis amicabilibus Conventionibus, Communicationibus, & Tractatibus inter præfatos Principes utrinque, ex Advisa-

A. D. 1501. Hen. 7. visamento & Consilio Magnatum & Consiliariorum ex utraque Parte, per Procuratores & Oratores suos sufficienter & legitimè in ea parte constitutos & auctorizatos, præviis præhabitis & prælocutis, tandem inter eosdem Principes Concordatum & Conclusum extitit & existit quòd Nos præfatus *Princeps Arthurus* cum Præclarissima & Nobilissima Domina Domina *Katherina* præfatorum *R. & R. Castellæ, Legionis, Aragonum, &c. Filia Quarta*, juxta Morem & Consuetudinem Ecclesiæ legitimo Matrimonio copularemur, &, inter alia, in eisdem Conventione, Communicatione & Tractatu Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd præfata Nobilissima & Præclarissima Domina *Domina Katherina* Dotaretur per prædictum Illustrissimum *Regem & Patrem nostrum* Metuendissimum, & Nos præfatum *Principem Arthurum*, in Tertia Parte Principatûs Walliæ Ducatûs Cornubiæ & Comitatûs Cestriæ; & quòd dicta Tertia Pars sibi assignaretur in Bonis, Villis, Terris & Dominiis prædictorum Principatûs Ducatûs & Comitatûs cum Redditibus Proventibus æquivalentibus Valori dictæ Tertiæ Partis, quæ quidem Tertia Pars prædictæ Nobilissimæ & Præclarissimæ Dominæ *Dominæ Katherinæ* assignaretur, & in qua eadem Præclarissima Domina realiter & cum effectu Dotaretur infra Decem Dies proximò ante vel post Solemnizationem dicti Matrimonii, prout per Conventionem Tractatum & Conclusionem prædictos in Scriptis, sub Magno sigillo dicti Illustrissimi *Regis & Patris nostri* Metuendissimi ex Parte sua, ac Magno Sigillo dictorum Serenissimorum & Potentissimorum *Regis & Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* ex Parte sua, Roboratis, pleniùs poterit apparere:

Nos verò *Arthurus Princeps prædictus*, Conventionem Tractatum & Conclusionem prædictos, inter præfatum Illustrissimum *Regem & Patrem nostrum* Metuendissimum, & prædictos Serenissimos & Potentissimos Principes *R. & R. Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* corde & animo adimplere & perficere cupientes, & maximè cum effectu exoptantes, de expressa Voluntate Consensu & Assensu ac Mandato ejusdem Illustrissimi *Regis & patris nostri* Metuendissimi, necnon Advisamento & Consilio Magnatum & Consiliariorum suorum ac Concilii nostri, realiter & cum effectu *Dotamus* per Præsentes præfatam Præclarissimam Dominam *Dominam Katherinam*,

Ad Ostium Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli Londoniæ, & in facie ejusdem Ecclesiæ, cùm maxima Populi multitudo ibidem adesset, in hac Die Solemnizationis Matrimonii prædicti; videlicet, Die Dominica Quartadecima Die Novembris, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo primo, & Anno Regni dicti Illustrissimi *Regis & Patris nostri* Metuendissimi Decimo Septimo, tempore Celebrationis ejusdem Matrimonii tunc & ibidem habiti, A. D. 1501. Hen. 7.

De, & in *Dominio, Castro, Villa & Comitatu de Carnarvan, ac Dominio, Castro, & Villa de Conewey, cum quatuor Commotis de Issaph, & Ughob, Novecowey & Cruthyn* in prædicto Comitatu de Carnarvan,

Dominio & Senescalsia de Contremaure, Dominio, Castro, Villa & Comitatu de Cardigan,

Dominio & Castro de Haverford, cum Prisis Vinorum ibidem, *Castro & Dominio de Newcastell in Emelyn*, in Suthwallia,

Ac *Dominio de Newen & Pulghely* in Northwallia,

Unà cum omnibus & singulis aliis Dominiis, Castris, Burgis, Villis, Villatis, Maneriis, Membris, Hamelettis, Terris, Tenementis, Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbathiarum, Prioratuum, Capellarum, Cantariarum, Hospitalium, Vicariarum, Præbendarum & aliarum Domorum Religiosarum & Beneficiorum quorumcúmque, necnon Pensionibus, Portionibus, Annuitatibus, Corrodiis, Officiis, Regalitatibus, Libertatibus, Liberis Consuetudinibus, Custumis, Prisis, & Exercitio omnis Justiciatûs & Cancellariatûs, Homagiis, Servitiis, Redditibus, Proficuis, Pratis, Pascuis, Pasturis, Mineris, Wrecco Maris, Piscariis, Moris, Mariscis, Turbariis, Forestis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warennis, Hundredis, Commotis, Ragloriis & Ringeldiis, Senescalciis, Amobragiis, Curiis, Wodewardiis, Constabulariis, Forestariis, Ballivis, Coronatoriis, Reversionibus, Feriis, Mercatis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Escaetis, & Servitiis Tenentium tàm Liberorum quàm Nativorum, ac omnibus aliis tàm ad dictum Principatum nostrum in eisdem Comitatibus de Carnarvan & Cardigan, quàm ad Nos præfatum *Principem Arthurum* in eisdem Comitatibus de Carnarvan & Cardigan seu eorum altero spectantibus sive pertinentibus quoquo modo, Parcella dicti Principatûs nostri Walliæ, unà cum Titulis, Actionibus, Placitis, Sectis, Demandis, Calumpniis, Punitionibus & aliis Rebus quibuscúmque & Juribus uni-

A. D. 1501. Hen. 7. universis ad Nos, apte hæc tempora in eisdem Comitatibus seu eorum altero, ubicúmque, quandocúmque & qualitercúmque spectantibus, seu Nobis præfato *Principi Arthuro* de Jure vel Consuetudine Partium illarum quomolibet pertinentibus;

Et etiam de & in *Castro & Dominia de Walingford* cum Hamelettis & Membris suis & Annua Firma Villæ de Walyngford, cum Honoribus de Walyngford & de Sancto Walerico cum pertinentiis in Comitatu Oxoniæ & aliis Comitatibus ubicúmque Honores illi existunt,

Dominia & Maneria de Cheylesmore cum Parco ibidem,

Ac *Civitate Coventriâ* unà cum Annua Firma Prioratûs, Civitatis & Villæ de Coventria in Comitatu Warwicæ & in Comitatu Civitatis Coventriæ,

Manerio & Dominio de Kirton in Lyndesey cum omnibus suis Membris & Pertinentiis in Comitatu Lincolniæ,

Dominia & Manerio de Penale in Comitatu Cornubiæ, ac *Tertia Parte Stannariæ nostræ* in eodem Comitatu Cornubiæ, unà cum *Tertia Parte Cunagii* ejusdem Stannariæ, & cum *Tertia Parte omnium Exituum & Proficuorum* inde provenientium, ac *Expleiciarum Proficuorum & Perquisitionum Curiæ Stannariæ & Mineræ* in eodem Comitatu,

Necnon Tertia Parte Stannariæ nostræ in Comitatu Devoniæ, unà cum *Tertia Parte Cunagii* & omnium Exituum & Proficuorum ejusdem, ac *Expleciarum, Proficuorum & Perquisitionum Curiæ ejusdem Stannariæ & Mineræ* in eodem Comitatu Devoniæ, Parcella dicti Ducatus nostri Cornubiæ;

Necnon de & in *Castro & Comitatu de Flynt*, ac *Cantredo & Terris de Inglefeld*, & omnibus Maneriis, Terris, Tenementis & Possessionibus nostris in eodem Comitatu, unà cum Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbathiarum, Prioratuum, Hospitalium, Capellarum, Cantariarum, Vicariarum, & aliarum Domorum Religiosarum & Beneficiorum ac Officiorum quorumcúmque, Pensionibus, Portionibus, Annuitatibus, Corrodiis, Officiis, Prisis, Custumis, Libertatibus, Regalitatibus, Liberis Consuetudinibus, Franchesiis, Commotis, Hundredis, Escaetis, Forisfacturis, Feriis, Mercatis, Forestis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warennis, Maritagiis, Releviis, Servitiis, Piscariis, Molendinis, Dominiis, Possessionibus, Proficuis & Emolumentis quibuscúmque, & omnibus aliis Rebus ad eadem Castra Comitatus, Maneria, Terras, Cantredas, Commotos & Hundredos qualitercumque spectantibus sive de Jure pertinentibus;

A. D. 1501. Hen. 7.

Et etiam de & *in Maneria, Dominio, Villa & Foresta de Maklefeld* cum omnibus aliis Rebus ad eadem Castra, Comitatus, Maneria, Terras, Cantredas, Commotos & Hundreda qualitercumque spectantibus *in Comitatu nostra Cestriæ*, ac *Quadraginta Libris de Annua Firma Civitatis* in eodem Comitatu Parcellis dicti Comitatûs nostri Cestriæ,

Et omnia & singula supradicta Civitates, Castra, Dominia, Maneria, Honores, Villas, Villatas, Terras & Tenementa & cætera Præmissa cum suis pertinentiis, præfatæ *Dominæ Katerinæ* pro Dote sua Assignamus per Præsentes;

Habenda Tenenda omnia & singula prædicta Civitates, Castra, Dominia, Manerias, Honores, Villas; Villatas, Terras & Tenementa ac cætera Præmissa, cum omnibus & singulis suis Pertinentiis & Juribus quibuscumque, eidem Præclarissimæ Dominæ *Dominæ Katerinæ* ad Terminum Vitæ suæ, pro Dote sua ac in plenam Recompensationem Contentationem & Satisfactionem Tertiæ Partis prædictorum Principatûs Walliæ, Ducatûs Cornubiæ & Comitatûs Cestriæ, ac ad Assignationem totius Dotis suæ eam de eisdem Principatu Ducatu & Comitatu contingentis, ac in plenarium Complementum præfatorum Conventuum, Tractatuum, & Conclusionum, inter præfatum Illustrissimum *Regem & Patrem nostrum* Metuendissimum ex una, & prædictos Serenissimos *Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, &c.* ex altera Partibus, ut prædictum est, Initorum, Concordatorum & Conclusorum.

His Testibus, Reverendissimis in Christo Patribus *H. Cantuariensi* Custode Magni Sigilli dicti Illustrissimi Domini Regis Patris nostri, & *Th. Eborum* Archiepiscopis,

Ac Venerabilibus in Christo Patribus, *R. Wintoniensi* Custode Privati Sigilli ejusdem Domini Regis, *W. Lincoln*, *J. Coventren. & Lich.* Episcopis, Præcarissimoque Fratre nostro *Henrica Eborum Duce*, Carissimoque Consanguineo nostro *Edwardo Bukyngham Duce*, atque Carissimis Consanguineis nostris *Thoma Arundellæ*, *Johanne Uxoniæ* Magno Camerario Angliæ, *Henry Northumbriæ*, *Thoma Derbiæ* Constabulario Angliæ, *Thoma Surria* Thesaurario Angliæ, Comitibus, necnon Dilectis & Fidelibus nostris *Roberto Wyllougbby de Broke* Senescallo

A. D. 1501. Hen. 7. nescallo Hospitii nostri Patris Metuendissimi, *Daubney* de Daubney Cametatio ejusdem Hospitii, *Reginaldo Bray*, & *Thoma Lovell*, Militibus, ac *Roberto Fro* Clerico Cancellario nostro, & aliis.

Dat. sub Magno nostro ... Die Mensis Novembris, Anno Millesimo, Quingentesimo primo, imo septimo supradictis. A. D. 1501. Hen. 7.

Pro Thoma Woolsey, Dispensatio ad Incompatibilia.

A. DE CASTELL.

A. D. 1501. An. 17. H. 7. Ex Origine.

ALexander Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio *Thomæ Wulcy* Rectori Parochialis Ecclesiæ de Lymyngton Bathoniensis & Wellensis Diœcesis, Magistro in Artibus, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Litterarum Scientia, Vitæ ac Morum honestas, aliaque laudabilia Probitatis & Virtutum Merita, super quibus quòd Nos fidedigno commendaris Testimonio, Nos inducunt ut Te specialibus Favoribus & Gratiis prosequamur,

Hinc est quòd Nos, Volentes Te qui, ut asseris, Parochialem Ecclesiam de Lymyngton Bathoniensis & Wellensis Diœcesis inter alia obtines, præmissorum Meritorum tuorum intuitu Favore prosequi gratioso, Teque a quibuscúnque Excommunicationis Suspensionis & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis Censuris & Pœnis a Jure vel ab Homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet Innodatus existis, ad effectum Præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes,

Necnon omnia & singula alia Beneficia Ecclesiastica sine Curâ quæ obtines, ac cum Curâ & sine Curâ quæ expectas, necnon in quibus & ad quæ Jus Tibi quomodolibet competit quæcúnq; quotcúnque & qualiacúnque sint, eorúmque, ac dictæ Ecclesiæ Fructuum Reddituum & Proventuum veros Annuos Valores Præsentibus pro expressis habentes, Tuis in hac parte Supplicationibus inclinati cum dictâ Ecclesiâ unum, & sine illâ quæcúnque alia Duo Curata seu aliàs invicem Incompatibilia Beneficia Ecclesiastica, etiam si Parochiales Ecclesiæ vel earum perpetuæ Vicariæ, Cantariæ, Liberæ Capellæ, Hospitalia, vel annualia Servitia Clericis Secularibus in Titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici assignari solita, aut Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis vel Collegiatis, & Dignitates ipsæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales Majores, seu Collegiatis Ecclesiis hujusmodi Principales aut talia mixtim fuerint, & ad Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia hujusmodi consueverint, qui per Electionem assumi eisque Cura immineat Animarum, si Tibi aliàs canonicè Conferantur, aut Eligaris, Præsenteris, vel aliàs Assumaris ad illa, & Instituaris in eis, Recipere, & insimul quoad vixeris Retinere, illaque simul successivè, simpliciter, vel ex causâ Permutationis, quoties tibi placuerit dimittere, &, Loco Dimissi vel Dimissorum, aliud vel alia, simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, Beneficium seu Beneficia, Ecclesiasticum vel Ecclesiastica, duo duntaxat Curata seu aliàs invicem Incompatibilia, similiter Recipere, & insimul quoad vixeris, ut præfertur, Retinere liberè & licitè valeas;

Quódque Litterarum Studio in Loco ubi illud vigeat generale Insistendo, seu in Romanâ Curiâ, vel aliquo Beneficiorum Ecclesiasticorum cum Curâ vel sine Curâ, quæ obtines & pro tempore obtinebis, Residendo, in aliis Beneficiis per te obtentis quamdiu vixeris Residere minime tenearis, nec ad id invitus a quoquam compelli possis; Generalis Concilii & quibusvis aliis Apostolicis, ac bonæ memoriæ *Ottonis & Ottoboni* olim in Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum, necnon in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis Generalibus vel Specialibus, Constitutionibus & Ordinationibus, Statutis quoque & Consuetudinibus Ecclesiarum, in quibus Incompatibilia Beneficia hujusmodi forsan fuerint Juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quavis Firmitate aliâ roboratis, cæterisq; contrariis nequaquam obstantibus, Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, de specialis Dono Gratiæ Dispensamus, tibiq; pariter Indulgemus;

Proviso quòd Ecclesia obtenta, & alia Incompatibilia Beneficia hujusmodi debitis propterea non fraudentur Obsequiis,

A. D. 1501. Hen. 7. quis, & Animarum Cura in obtenta Ecclesia, & si qua illis immineat aliis Incompatibilibus Beneficiis prædictis nullatenus negligatur, sed ipsorum Beneficiorum in quibus non Resideris congruè supportentur Onera consueta;

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Absolutionis & Dispensationis infringere &c.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo primo, tertio Non. Novembris, Pontificatûs nostri Anno Decimo.

A. DE MUMAUTH.
H. DE VALDIS.
Panc.
JO. DE PILIG.
P. TUBA.
S. SCUSTALL.
B. BEGUTIS.
W. F. CINCIUS.

Super plicam.
P. THOMAROTIUS.

Sub Plumbeo Sigillo pendente a Filis sericis flavi rubeique Colorum.

De Custodia Temporalium London.

A. D. 1501. An. 17. H. 7. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Pat. 17. H. 7. p. 2. m. 5. Cùm Ecclesia Cathedralis Sancti Pauli Londoniæ & Episcopatus ejusdem, per Translationem Venerabilis Patris *Thomæ Eborum Archiepiscopi nuper Episcopi Londoniensis*, jam vacent, & Pastoris solatio sint destituti,

Et quòd Nobis per *Decanum & Capitulum dictæ Ecclesiæ* & Successores suos, pro Custodia ejusdem Episcopatûs & Temporalium ejusdem, Episcopatu illo Vacante, si per unum Annum vacaverit, *de Mille Libris* pro Anno illo, &, si minori vel majori Tempore quàm per Annum hujusmodi Vacatio duraverit, tunc per eosdem *Decanum & Capitulum* & Successores suos prædictos de Rata dictarum *Mille Librarum per Annum* pro Rata temporis, Nobis responderi debeat,

De Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, Dilecto & Fideli Consiliario nostro, *Willielmo Warham* Clerico Custodi Rotulorum Cancellariæ nostræ Executoribus & Assignatis suis, quòd ipsi, quamdiu dictum Episcopatum Londoniæ vacare contigerit, habeant & percipiant, per Manus *Decani & Capituli* dictæ Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli & Successorum suorum, dictas *Mille Libras*, si Vacatio dicti Episcopatûs Londoniæ per unum Annum duraverit,

Et, si Episcopatus ille majori vel minore tempore quàm per unum Annum vacaverit, quòd tunc *idem Willielmus* Executores & Assignati sui prædicti habeant & percipiant, per Manus dictorum *Decani & Capituli* & Successorum suorum, omnes ac tantas ac hujusmodi Denariorum Summas quæ ad Nos, ratione vacationis ejusdem Episcopatûs Londoniæ, pertinent aut pertinere poterunt seu debuerunt, juxta Ratam dictarum *Mille Librarum* per Annum, pro Rata Temporis quo Episcopatum illum per majus vel minus Tempus vacare contigerit, & omne Id quod ad Nos de dictis *Mille Libris* occasione Vacationis prædictæ pertinet aut pertinere debeat aut poterit, A. D. 1501.

Habendas, Tenendas, & Percipiendas eidem *Willielmo* Executoribus & Assignatis suis prædictis de Dono nostro, adeò plenè integrè & liberè prout Nos vel Hæredes nostri, occasione hujusmodi Vacationis dicti Episcopatûs Londoniæ, haberemus aut perciperemus si præsens Concessio nostra facta non fuisset,

Et insuper, de uberiori Gratia nostra speciali, ac ex certa Scientia & mero Motu nostris prædictis, Damus & Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris prædictis, *præfato Willielmo* Executoribus & Assignatis suis prædictis, omnia & omnimoda Feoda Militum quæ tenentur de dicto Episcopatu Londoniæ, ac Advocationes Ecclesiarum, Capellarum, Cantariarum, Præbendarum, Archidiaconatuum, Dignitatum, Hospitalium, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcúmque, ac Escaetas & Forisfacturas Terrarum & Tenementorum Bonorum & Catallorum quorumcúmque, cum pertinentiis eidem Episcopatui Londoniæ qualitercúmque pertinentia, spectantia, sive incumbentia, quæ, durante Vacatione ejusdem Episcopatûs Londoniæ, ad Manus nostras sive ad Nos devenerunt aut acciderunt seu devenire debuerunt, debeant aut debebunt seu devenient durante Vacatione ejusdem Episcopatûs Londoniæ, ac omnes Denariorum Summas de Præmissis sive eorum aliquo provenientium,

Habenda

A. D. 1501. Habenda & Tenenda eadem Feoda Militum, Advocationes, Escaetas, & Forisfacturas cum omnibus pertinentiis, ac Custodiam omnium eorumdem, ac omnes dictas Denariorum Summas, *præfato Willielmo* Executoribus & Assignatis suis prædictis, a tempore dictæ Vacationis quamdiu dictum Episcopatum Londoniæ vacare contigerit, ac omnia alia & cætera Præmissa absque aliquo Compoto, Responso, seu aliquo alio Nobis vel Hæredibus nostris pro Præmissis seu aliquo Præmissorum Reddendo seu Faciendo,

Hen. 7.

Et ulterius Concedimus *præfato Willielmo* plenariam Potestatem, Tenore Præsentium, hujusmodi Ecclesias, Capellas, Cantarias, Abbatias, Prioratus, Ecclesias Collegiatas, Præposituras, Decanatus, Archidiaconatus, Prabendas, Hospitalia, & alia Beneficia Ecclesiastica quæcumque Nobis, ratione Vacationis prædictæ, pertinentia, cuicumque sibi placuerit, cum & quoriens vacaverint seu aliquod eorum vacaverit, ad libitum suum Concedendi, Conferendi, Præsentandi, sive Donandi,

Ac etiam Potestatem & Auctoritatem Faciendi sive Donandi & omnimodos Senescallos, Receptores, Ballivos, Firmarios, & alios Officiarios & Ministros sive Occupatores, & Officia quæcumque, Episcopatui prædicto pertinentia, cuicumque sibi placuerit, & hujusmodi Officiarios sive Officia ad libitum suum prædictum Expellendi, & Amovendi, ac Revocandi, prout Nos faceremus si præsens Concessio nostra facta non fuisset, absque impedimento, impetitione, molestatione, perturbatione, seu inquietatione Nostri vel Hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum seu Hæredum nostrorum quorumcumque,

Et insuper ex certa Scientia & mero Motu nostris prædictis Concedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, quòd tàm *prædictus Willielmus* Executores & Assignati sui prædicti, quàm præfati *Decanus* & *Capitulum* & Successores sui prædicti & eorum quilibet de dictis *Mille Libris per Annum*, & qualibet indè Parcella pro Rata, inde Nobis pertinentibus, pro tempore quo dictum Episcopatum Londoniæ vacare contigerit, pertinet, pertinebat, aut pertinere debuerit, erga Nos & Hæredes nostros exonerentur & inquietentur per Præsentes,

Eo quod expressa mentio de vero Valore annuo, sive Certitudine Præmissorum seu eorum alicujus, aut de aliis Donis sive Concessionibus eisdem *Willielmo* Executoribus & Assignatis suis ante hæc tempora factis in præsentibus minimè facta existit, aut aliquo Statuto, Actu, Ordinatione, sive Restrictione quacumque, ante hæc tempora facta, edita, sive provisa, non obstante.

In cujus &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quinto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Appunctuamenta Episcopi Leodiensis.

A. D. 1502. An. 17. H. 7. Ex Autogr.

UNiversis & singulis, ad quorum Notitiam præsentes Literæ pervenerint, *Johannes de Horne*, Dei gratiâ, *Episcopus Leodiensis Dux Bullonensis Comes Lossensis, &c.* Salutem.

Noveritis Nos, cum Serenissimo & Illustrissimo Principe ac Domino Domino *Henrico Rege Angliæ & Franciæ ac Domino Hiberniæ, &c.* Domino Metuendissimo, omnia & singula Articulos & Capitula subsequentia concordâsse & conclusisse per Præsentes,

INPRIMIS, Convenimus quòd neuter nostrûm præstabit Auxilium, Consilium, vel Favorem notoriis Hostibus vel Inimicis alterius Partis, tàm per Terram, Mare, vel Aquas dulces infestare vel invadere volentibus, sed uterque nostrûm bonâ Fide se mutuis Auxiliis Militaribus Gentium Armatorum, Expensis tamen Opem Interpellantis, quotiens opus fuerit adjuvabit, in quorum Auxiliorum præstatione, quoad Numerum attinet Armatorum, habenda erit facultatis Ratio illius quæ de ferenda Ope rogabitur seu interpellabitur, ut (scilicet) ad non plus teneatur quàm tunc commodè facere poterit, considerata Temporis & Locorum Opportunitate, ac Statu Rerum suarum.

A. D. 1502.

ITEM, Conventum est quòd neuter nostrûm, Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos alterius Partis, in ejus Regna, Patrias, Dominia, Terras, Villas, Opida, Jurisdictiones, Portus, aut Districtus, aut eorum aliquem recipier, nec eis aut eorum alicui, eisdem eorumve aliquo aut alio quocumque in

A. D. 1502. Hen. 7. Loco, etiam extra nostra Regna, Patrias, Dominia, Terras, Villas, Opida, Jurisdictiones, Portus, aut Districtus, Auxilium, Consilium, Hospitium, Gentes Armorum, Naves, Pecunias, vel Victualia præstabit aut ministrabit, nec ab alio aut aliis quibuscumque in nostra Regna, Patrias, Dominia, Terras, Villas, Opida, Jurisdictiones, Portus, aut Districtus Recipi, nec eis aut eorum alicui in eisdem Auxilium, Consilium, Favorem, Hospitium, Gentes Armorum, Naves, Pecunias, vel Victualia dari, præstari, ministrari, aut concedi permittet, sed expressè & cum effectu contradicet obstabit & Impedimentum realiter præstabit.

Item, Conventum est quòd si alter nostrûm prædictorum aliquem vel aliquos nostrûm vel nostros fuisse & esse Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos, & in nostra Regna, Patrias, Dominia, Terras, Villas, Opida, Jurisdictiones, Portus, vel Districtus, aut eorum aliquem, Receptum esse vel Receptos, aut ibidem Latitare aut Se tenere, aut hujusmodi Rebelles aut Profugos, in alicujus nostrorum aut alterius Principis aut Domini Regnis, Patriis, Dominiis, Terris, Villis, Opidis, Jurisdictionibus, Portubus, vel Districtubus, esse morari, conversari, aut latitare, per Literas nostras, alteri significaverit & declaraverit, tunc ille nostrûm qui hujusmodi Literas receperit, vel cui taliter significatum aut declaratum fuerit, hujusmodi Rebellem vel Rebelles, Profugum vel Profugos, infra Quatuor Dies a Die Significationis prædictæ proximè continuè numerandos, tenebitur per Præsentes dictos Rebelles & Profugos & eorum quemlibet, si infra sua Regna, Patrias, Dominia, Terras, Villas, Opida, Jurisdictiones, Portus, vel Districtus fuerit aut fuerint, extra sua Regna, Patrias, Dominia, Terras, Villes, Opida, Jurisdictiones, Portus, & Districtus, & eorum quodlibet in Locis publicis & consuetis, per publicas Proclamationes, perpetuò proscribere & bannire, aut proscribi aut banniri facere cum effectu, & sub Pœna Capitali,

Et si hujusmodi Rebelles & Profugi in alterius Principis aut Domini Regnis, Patriis, Dominiis, Terris, Villis, Opidis, Jurisdictionibus, Portubus, aut Districtubus fuerint, extiterint, morentur, conversentur, aut latitaverint, tunc eos & eorum quemlibet, nè ad sua Regna, Patrias, Terras, Villas, Opida, Jurisdictiones, aut Dominia sua, aut aliquam Partem eorumdem, sub Pœna Capitis ac Mortis ullo modo veniant aut accedant, nec eorum aliquis veniat aut accedat, in Locis publicis & consuetis per publicas Proclamationes prohibebit, & eadem Prohibitione, infra Quatuor Dies, ut præmittitur, faciendâ, omnes & singulos dictos Rebelles & Profugos proscribet & banniet, sub Pœna Capitali; & Præmissas Proscriptionem sive Proscriptiones Bannum sive Banna Contempnentem vel Contempnentes, statim & sine dilatione aut excusatione quacunque, eadem Pœna Capitis ac Mortis puniet aut puniri faciet.

Quæ quidem omnia et singula Capitula Præmissa, inter præfatum Serenissimum Dominum nostrum Regem Angliæ &c. & Nos *Johannem Episcopum Leodiensem, &c.* supranominatos, ro præsenti Tractatu inita & conclusa, tanto Tempore inter Regiam suam Majestatem Hæredésque a suo Corpore procreatos & Nos quoque vim & effectum sortientur, quanto tempore Humanis agere continget, & inter eandem Regiam Majestatem suósque Hæredes ac Illustrissimum Principem Dominum *Philippum Archiducem Austriæ, &c.* aut *Duces Brabantiæ,* consimilis Amicitia, Liga, Confœderatio, Pax, & Unio durabunt & continuabunt.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum Fidem & Testimonium his præsentibus, Manu propriâ subscriptis, Sigillum nostrum Secretum apponi fecimus.

Dat. Duodecimâ Die Mensis Januarii, Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo secundo, Stilo Curiæ nostræ

Johannes.

De Mandato speciali Reverendissimi Domini nostri supradicti.

Super Plicam,

Godissa.

Indentura

Indentura Tractatus de Matrimonio Regis Scotorum cum Margareta Primogenita Regis.

A. D. 1502. An. 17. H. 7. Ex Autogr.

HÆC INDENTURA,
FACTA inter Nos,
Robertum Glasguensem Archiepiscopum, *Patricium Comitem de Bothvile* Dominum Halys ac Magnum Admirallum Regni Scotiæ Gardianum Occidentalium Marchiarum ejusdem, & *Andream Postulatum Ecclesiæ Cathedralis Moraviensis*, Illustrissimi & Excellentissimi Principis *Jacobi*, Dei gratiâ, *Regis Scotorum* ad Infrascripta Commissarios, Oratores, Ambassiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales & generales, ex unâ,

Et, Reverendissimum ac Reverendum in Christo Patres, *Henricum Cantuariensem Archiepiscopum* totius Angliæ Primatem & Apostolicæ Sedis Legatum, Illustrissimi & Potentissimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ* Magni Sigilli Custodem, *Ricardum Wintoniensem Episcopum* ejusdem Domini Regis Angliæ Privati Sigilli Custodem, & *Thomam Comitem Surriæ* Thesaurarium Angliæ, ejusdem Domini Regis ad Infrascripta Commissarios, Oratores, Ambassiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales & generales, parte ex alterâ,

TESTATUR quòd Nos Commissarii, Oratores, Ambassiatores, Legati, Procuratores, Deputati, & Nuncii Principum prædictorum,

Considerantes, & præ Oculis nostris habentes quòd, Mediator Dei & Hominum, Homo Christus Jesus, cùm pro Redemptione Generis Humani de Sinu Patris in Terram descenderet, Pacem in primis Hominibus nunciavit, deindè Ascensurus ad Patrem eandem, tamquam singulare pretiosissimum & peculiare Munus, Discipulis reliquit & donavit,

Ex quo siquidem Divino & Præclarissimo Munere, si quid inter Mortales Bonum, si quid Utile, si quid denique Deo Gratum & Acceptum reperiatur, id certè procedit, & sine quo nichil Firmum nil Stabile aut Tranquillum in Orbe diu consistere potest,

Cùm igitur nil placidum sine Pace Deo, non Munus ad Aram, ipsa Pax, potissimè inter Reges & Principes, perquirenda est, ipsa amplectenda & sequenda,

Et quoniam ipsa Pax in Amore, Benevolentia, Affinitate, & Sanguinis Necessitudine, quæ ex dignissimo Sacramento Matrimonii proficiscuntur & manant, maximè reperitur, atque in hiis suavissimè refocillatur & nutritur, Matrimonium igitur & Conjugale Bonum, unde Amor & Benevolentia Affinitas & Sanguinis Necessitudo procedunt, Bases & Fundamenta firmissima Pacis & Concordiæ inter Reges & Principes esse certissimum Judicavimus,

Attendentes propterea illum propensum Animum quem ipsi Potentissimi Principes nostri *Scotiæ & Angliæ Reges* ad Pacem inter eos & eorum Regna perpetuò firmandam & stabiliendam gerunt, illúmque tenerrimum atque præcipuum Amorem firmamque Benevolentiam quibus alter alteri vicissim afficitur, necnon pensatis illis singularibus Desideriis frequentibus Instantiis & continuis Solicitationibus quibus idem Serenissimus *Scotorum Rex* penes Illustrissimum *Angliæ Regem* sæpissimè institit & intercessit ut, ob intimas Affectiones & præcipuos Amores quos ad eundem Regem gerit, & quibus ipsi Reges se mutuò prosequuntur, cum Præclarissima Domina *Margareta*, ejusdem *Regis Angliæ* ac Illustrissimæ Dominæ *Reginæ Elizabethæ* Carissimæ Consortis suæ *Filia Primogenita*, præ cunctis Principibus Mundi, Matrimonium contraheret,

Attentâ prætereà illâ ejusdem Serenissimi *Regis Angliæ* Animi Conformitate & Benevolentiâ, qui tàm justis tàm gratis támque honestis præfati Consanguinei sui Desideriis, unde tot Pacis Bona & Commoda perpetuis futuris temporibus ipsis & eorum Regnis habundè proventura fore, propterea annuere atque assentire dignum duxerit,

Virtute & Auctoritate sufficientium Commissionum, a prædictis Serenissimis Principibus respectivè Nobis in hac Parte datarum, traditarum, & concessarum (Quarum Commissionum Tenores inferiùs sequuntur) ad Laudem Dei, & Principum nostrorum prædictorum Regnorum ac Subditorum suorum Honorem, Pacem, Commoditatem, & Utilitatem, omnes & singulos Articulos subsequentes, earumdem Commissionum vigore & auctoritate, Convenimus, Concordavimus, Contraximus, & Conclusimus, prout per Præsentes Convenimus, Concor-

A. D. 1502. Hen. 7.

Concordamus, Contrahimus, & Concludimus.

INPRIMIS, Nos, Commissarii, Oratores, & Procuratores prædicti, Auctoritatibus prædictis, Convenimus, Contrahimus, Concordamus, & Concludimus, quòd dictus Dominus *Jacobus Scotorum Rex*, per Se, vel per Oratorem, Procuratorem, vel Commissarium suum sufficienti Auctoritate in ea parte fulsitum, Matrimonium per Verba de Præsenti, cum præfata *Domina Margareta*, quæ Duodecimum Ætatis suæ Annum penultimo Die Novembris ultimò præterito explevit, citra Festum Purificationis Beatæ Mariæ proximò futurum realiter & cum effectu Contrahet,

Et Matrimonium sic contractum, Consanguinitatis & Affinitatis Gradibus, quibus Quarto & Quarto dictus Dominus *Jacobus Scotorum Rex* & dicta *Domina Margareta* se invicem attingunt, non obstantibus, juxta Tenorem, Formam, & Effectum Dispensationis Apostolicæ, per Bullam ejusdem in hac Parte impetratæ perinde valeat, ac si hujusmodi Impedimento non essent, ita quòd nullo modo licebit dicto Domino *Jacobo Regi* nec dictæ *Dominæ Margaretæ*, ratione Consanguinitatis & Affinitatis prædictarum, ad impediendum vel dissolvendum Matrimonium prædictum quicquam per viam Juris vel Facti obicere vel obici facere.

ITEM, quòd dictus Illustrissimus *Rex Angliæ*, Pater ejusdem Principis *Dominæ Margaretæ*, cum effectu faciet quòd dicta *Domina Margareta* Filia sua, citra dictum Festum Purificationis, cum dicto Domino *Jacobo Scotorum Rege*, aut ejus in hac parte Oratore, Procuratore, vel Commissario, ut præfertur, ad hoc auctorizato, sufficienter, Matrimonium per Verba de Præsenti contrahet realiter & cum effectu.

ITEM, licet inter dictum Dominum *Jacobum Scotorum Regem* & dictam *Dominam Margaretam* Matrimonium, per Verba de Præsenti, citra dictum Festum Purificationis, ut præmittitur, contrahatur, iidem tamen Commissarii, Oratores, & Procuratores prædicti Domini *Jacobi Regis Scotorum* cum præfato Domino *Rege Angliæ* & ejus Commissariis, Oratoribus, & Procuratoribus prædictis, virtute Commissionum suarum prædictarum, contrahunt & conveniunt, eidemque *Regi Angliæ* & Commissariis, Oratoribus, & Procuratoribus suis prædictis per Præsentes promittunt, quòd idem Dominus *Jacobus Rex Scotorum* dictam *Dominam Margaretam*, citra primum Diem Septembris, qui erit in Anno Domini Millesimo, Quingentesimo tertio, ex causa Solennizationis aut Consummationis prædicti Matrimonii vel aliâ Causâ quacúnque, nullo modo sibi tradi dari aut liberari petet aut requiret,

Necnon quòd idem Dominus *Jacobus Rex Scotorum*, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo & Manu suâ propriâ sigillatas signatas & munitas, & præfato Domino *Regi Angliæ* ejúsve Commissario, Procuratori, vel Deputato, ejúsve Commissariis, Procuratoribus, vel Deputatis, in ea parte sufficienter auctorizatis, citra primum Diem Aprilis proximò futurum post Datam Præsentium tradendas & deliberandas, præfato Domino *Regi Angliæ* promittet quòd ipse dictus *Jacobus Rex Scotorum* dictam *Dominam Margaretam*, citra Primum Diem Septembris prædictum, ex causa Solennizationis aut Consummationis Matrimonii prædicti vel aliâ Causâ quacúnque, nullo modo tradi dari aut liberari petet aut requiret.

ITEM, dicto Matrimonio inter præfatum Dominum *Regem Scotorum* & memoratam *Dominam Margaretam*, citra dictum Festum Purificationis, per Verba de Præsenti, ut præmittitur, contracto, prædictus Dominus *Rex Angliæ* dictam *Dominam Margaretam* Filiam suam, citra Primum Diem dicti Mensis Septembris, Sumptibus & Expensis suis, extra Regnum suum ad Limites Regni Scotiæ transmittet seu transmitti faciet, & apud Ecclesiam vulgariter vocatam Lambertone Kirk, vel aliquem alium Locum prope eosdem Limites, præfato Domino *Regi Scotorum*, ejúsve Commissario, Procuratori, vel Deputato, Commissariis, Procuratoribus, vel Deputatis, in ea parte sufficienter per Literas prædicti Domini *Jacobi Regis Scotorum* auctorisatis, pro Matrimonio inter ipsum & dictam *Dominam Margaretam* Deo Duce Solennizando & Consummando, tradet & deliberabit, tradive & deliberari faciet,

Ipseque Dominus *Jacobus Rex Scotorum* eamdem *Dominam Margaretam*, infra Quindecim Dies, dictas Transmissionem, Traductionem, & Deliberationem proximò & immediatè sequentes, in Facie Ecclesiæ, secundùm Sacrorum Canonum dispositionem, solenniter Desponsabit & in Uxorem Accipiet, ipsámque deinceps tanquam Uxorem suam legitimam in omnibus tenebit, reputabit, & tractabit.

ITEM, idem Dominus *Jacobus Scotorum Rex*, citra Primum Diem Julii, qui erit in Anno Domini Millesimo Quin-

A. D. 1502. Hen. 7. Quingentesimo Tertio, eidem *Dominæ Margaretæ*, ad Terminum Vitæ suæ, talem & tantam Donationem propter hujusmodi Nuptias, qualem & quantam Donationem aliqua Regina Scotiæ unquam habuit, in Villis, Dominiis, Maneriis, Terris, Prædiis, & Redditibus, efficacioribus viis & mediis quibus de jure fieri possit, faciet dabit & concedet,

Ipsámque, vel ejus Commissarium, Procuratorem, vel Deputatum, Commissarios, Procuratores, vel Deputatos ad hoc missos & destinatos, citra eundem Primum Diem Julii, in realem, corporalem, plenam, & pacificam Possessionem eorumdem effectualiter mittet & inducet, mittive & induci faciet,

Et, si Annui Redditus dictorum Villarum, Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, & Prædiorum ad minorem Summam quàm *Duarum Millium Librarum Sterlingorum*, secundùm Computationem & Æstimationem quæ nunc fit & habetur in Anglia, & quæ faciunt & constituunt *Sex Millia Librarum Monetæ* nunc currentis & habentis cursum in Scotia, deductis Oneribus & Expensis quibuscúmque, se annuatim extendant, idem Dominus *Jacobus Rex Scotorum* totum & omne illud, quod in ea Parte dictæ Summæ defuerit, in aliis Villis, Dominiis, Maneriis, Terris, Prædiis, & Redditibus, in aliquibus Locis citra Mare Scoticum situatis, ad prædictam Summam *Duarum Millium Librarum Sterlingarum* se extendentibus, citra Quintumdecimum Diem præfati Mensis Julii, dicto Anno Millesimo Quingentesimo Tertio, supplebit & realiter perficiet,

Et ipsa Villas, Dominia, Maneria, Terras, Prædia, & Redditus, quæ ad hujusmodi Supplementum, ut prædictum est, assignabit, citra eundem Quintumdecimum Diem Julii supradict. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tertio, dictæ *Dominæ Margaretæ* ad Terminum Vitæ suæ, in Locis prædictis, efficacioribus Viis & Mediis quibus de jure fieri possit, dabit & concedet,

Ipsámque *Dominam Margaretam* vel ejus Commissarium, Procuratorem, vel Deputatum, Commissarios, Procuratores, vel Deputatos, pro hujusmodi Possessione adipiscenda destinatum vel destinatos, citra eundem Quintumdecimum Diem Julii, in realem, corporalem, plenam, & pacificam Possessionem eorumdem effectualiter mittet & inducet, mittive & induci faciet,

Ac etiam quòd dicta *Dominæ Margaretæ* omnia & singula Præmissa, sibi in Donationem propter Nuptias Collata, sine diminutione aut revocatione, Auctoritate Parliamenti Regni Scotiæ, vel alio modo, aut quovis quæsito colore, faciendis, tàm in Vita ipsius Domini *Jacobi Regis Scotarum* quàm post Mortem ejusdem, durante Vitâ ejusdem *Dominæ Margaretæ* naturali, sine Expulsione, Interruptione, Contradictione quacúnque, tenebit & possidebit;

Proviso quòd dictus Dominus *Jacobus Rex Scotorum* omnes & singulos Reditus, Fructus, & Proventus, ex prædictis Villis, Dominiis, Maneriis, Terris, Prædiis, & Redditibus, ex Donatione propter Nuptias eidem *Dominæ Margaretæ*, ut præmittitur, dandis & assignandis, provenientes, durante Vitâ suâ naturali, percipiet & habebit,

Quódque idem Dominus *Jacobus Scotarum Rex*, durante Vitâ suâ naturali, Sumptibus & Expensis suis, præfatæ *Dominæ Margaretæ* omnia & singula, quæ ad Apparatum Corporis sui, Ornatum Domorum suarum, Vecturas, Equitatus, Suppellectilem, Utensilia, Victum, & Vestitum sua, ac Rem familiarem & domesticam, & alias Res quascúmque, secundùm Honorem, Statum, Gradum, & Dignitatem ejusdem *Dominæ Margaretæ*, necessaria fuerint seu quomodolibet condecentia, necnon Familiaribus, Domesticis, & Servientibus præfatæ *Dominæ Margaretæ*, tàm Viris quàm Fœminis (quorum quidem Servientum Viginti quatuor erunt Anglici, partim Viri partim Fœminæ ad Optionem & Electionem ejusdem *Dominæ Margaretæ*) Exculenta, Poculenta, Stipendia, Vestitus, Vecturas, Equitatus, ac omnia & singula alia quæ eisdem Familiaribus, Domesticis, & Servientibus, secundùm Honorem & Condecentiam Statûs, & Dignitatis præfatæ *Dominæ Margaretæ*, similiter necessaria fuerint seu convenientia, supportabit, exhibebit, præstabit, & ministrabit, supportari, exhiberi, præstari, & ministrari faciet;

Et quotiens & quando contigerit aliquem vel aliquam dictorum Servientum Anglicorum obire, totiens & tunc licebit dictæ *Dominæ Margaretæ*, durante Vitâ suâ, in loco Demortuorum vel Demortuarum, usque ad Numerum duodecim Personarum, alios vel alias Anglicos vel Anglicas, ad Sumptus & Expensas prædictos substituere & subrogare:

Et, præter & ultra dicta Apparatum, Ornatum, Victum, & Vestitum, & alia

A. D. 1502. Hen. 7. prædicta supra specificata necessaria concedentia & convenientia, idem Dominus *Jacobus Rex Scotorum*, durante Vitâ suâ naturali, eidem *Dominæ Margaretæ* ad usum proprium ejusdem *Dominæ Margaretæ* ex dictis Villis, Dominiis, Maneriis, Terris, Prædiis, & Redditibus *Mille Libras* legalis & usualis Monetæ Scotiæ; jam currentis & habentis Cursum in Regno Scotiæ, quæ faciunt & constituunt *Quingentas Marcas* Sterlingorum Monetæ jam currentis & habentis Cursum in Regno Angliæ, in Festis Paschæ & Sancti Michaelis per æquales Portiones, tradet, dabit, & solvet, tradive, dari, & solvi faciet,

Cum quibus quidem *Mille Libris* prædictis eadem *Domina Margareta*, loco & nomine prædictorum Villarum, Dominiorum, Terrarum, Prædiorum, & Redditum, durante Vitâ naturali præfati Domini *Jacobi Regis Scotorum* tantum, tenebit & reputabit se contentam, & de eisdem Villis, Dominiis, Maneriis, Terris, Prædiis, Redditibus, durante Vitâ ejusdem Domini *Jacobi Regis Scotorum* se nullatenus intromittet,

Licebitque eidem *Dominæ Margaretæ* prædictam Summam *Mille Librarum* & quamlibet inde Parcellam, de tempore in tempus, durante Vitâ præfati Domini *Jacobi Regis Scotorum*, in suos proprios Usus & alienos, sine Impedimento ipsius Domini *Jacobi Regis Scotorum*, vel cujuscúmque alterius, liberè ad Votum suum convertere & disponere,

Et, si contingat præfatam *Dominam Margaretam* dictum Dominum *Jacobum Regem Scotorum* supervivere, & post ejus Mortem Superstitem fore, eadem *Domina Margareta* post Mortem ejusdem Domini *Jacobi Regis Scotorum*, in prædictis Villis, Dominiis, Maneriis, Terris, Prædiis, & Redditibus, Statum Titulum & Possessionem suos prædictos, durante Vitâ ejusdem *Dominæ Margaretæ*, continuabit & retenebit, continuaréque & retinere possit & debeat, Fructúsque, Exitus, Proficua, & Redditus, ex eisdem provenientia, ubicúmque ipsam *Dominam Margaretam* postea habitare vel morari, vel ad quæcúmque Regna Partes extra idem Regnum Scotiæ se transferre transire vel migrare placuerit vel contigerit, pacificè, integrè & plenè, sine aliquali Diminutione, Impedimento, Expulsione, Interruptione, vel Contradictione Hæredum vel Successorum præfati Domini *Jacobi Regis Scotorum*, aut alicujus vel aliquorum aliorum quorumcúnque, durante Vitâ ejusdem *Dominæ Margaretæ*, ad suum Usum proprium percipiet & habebit, percipere & habere possit & debeat.

A. D. 1502. Hen. 7. ITEM, idem Dominus *Rex Scotorum* omnia & singula Scripta, Literas, Munimenta, & Instrumenta, prædictam Donationem propter Nuptias, Concessionem & Donationem omnium & singulorum prædictorum Villarum, Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, Prædiorum, & Redditum, ac Missionem, Traditionem, & Inductionem in realem Possessionem eorumdem, necnon Supplementum dictorum aliorum Villarum, Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, Prædiorum, & Redditum, Concessionem & Donationem eorumdem, ac Missionem, Traditionem, & Inductionem in realem Possessionem eorumdem concernentia & supradicta tunc facta & habita, & quæ de Jure fieri deberent, præfato Domino *Regi Angliæ* ejúsve Commissario, Procuratori, vel Deputato, Commissariis, Procuratoribus, vel Deputatis, ad hoc sufficienter auctorizatis, citra prædictum Primum diem Julii, ad Usum prædictæ *Dominæ Margaretæ*, apud Villam Berwici tradet & deliberabit, tradive & deliberari faciet.

ITEM, Præfatus Dominus *Rex Angliæ* ejúsve Hæredes & Successores, Nomine Dotis & pro totali plena & integra Dote pro dictâ *Dominâ Margaretâ*, eidem Domino *Jacobo Regi* ut præmittitur Matrimonio copulandâ, *Triginta Millia Aureorum Nobilium Anglicorum*, vocatorum ANGEL NOBILLIS, in eisdem Nobilibus, valente *Viginti Grossos unoquoque Nobili*, bonæ & legalis Monetæ Angliæ nunc cursum habentis in Anglia, aut in aliâ bonâ & legali Monetâ Aureâ vel Argenteâ Angliæ, æquivalenti dictis *Triginta Millibus Aureorum Nobilium Anglicorum* vocatorum ANGEL NOBILLIS, eidem Domino *Jacobo Regi* aut ejus Procuratori sive Commissario sufficienter auctorizatio solvet aut solvi faciet in Forma sequenti; videlicet,

In Die Solemnizationis dicti Matrimonii, in Facie Ecclesiæ inter dictum *Dominum Jacobum* & præfatam *Dominam Margaretam*, in propriis suis Personis, ut præmittitur, faciendæ, vel infra Sex Dies proximò sequentes eundem Diem Solemnizationis, præfato *Domino Jacobo* aut ejus sufficienti Deputato in Villa Edinburgi solvet aut solvi faciet Summam *Decem Millium dictorum Aureorum Nobilium in eisdem Nobilibus*, vel ut dictum est in alia Moneta æquivalenti,

Et in eodem Die ad Annum, vel infra Sex Dies proximò & immediatè sequentes

A.D. 1502. Hen. 7.

quentes finem ejusdem Anni, qui erit Annus Primus Completus post Solennizationem præfati Matrimonii (videlicet) in Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Quarto, in Villa Coldingham Summam *Decem Millium dictorum Aureorum Nobilium in eisdem Nobilibus*, vel ut dictum est in alia Moneta æquivalenti,

Et in fine Anni, tunc proximò & immediatè sequentis finem ejusdem Anni, qui erit Secundus Annus Completus post Solennizationem Matrimonii prædicti (viz.) Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Quinto, in Villa de Coldingham, prædictam Summam *Decem Millium dictorum Aureorum Nobilium in eisdem Nobilibus*, vel ut dictum est in alia Moneta æquivalenti, in plenam perfectam & ultimam Solutionem dictæ Dotis, dictorúmque *Triginta Millium Nobilium Aureorum*, pro eadem Dote, ut præmissum est, Concessorum,

Dictúsque Dominus *Jacobus Rex Scotorum* in omnibus & singulis memoratis Solutionibus, in Terminis prædictis ut præmittitur faciendis, præfato Domino *Regi Angliæ*, ejúsve Deputato vel Deputatis, dictam Solutionem facienti, Literas suas Acquietantiales, Magno Sigillo suo sigillatas & Manu suâ propriâ subscriptas, tradet & deliberabit tradive & deliberari faciet,

Et in singulis prædictis Duabus Solutionibus, in dicta Villa de Coldinghame, prædicto Domino *Jacobo Regi Scotorum*, ejúsve Commissariis Procuratoribus vel Deputatis, ut præmittitur, faciendis, idem Dominus *Jacobus Scotorum Rex* providebit & ordinabit quod Commissarii Procuratores & Deputati *Regis Angliæ*, illuc eam ob Causam Venientes & Comparentes, & prædictæ Solutiones apud Coldingham facturi, cum Pecuniis prædictis salvò & securè erga omnes Scotos, periculo ejusdem *Regis Scotorum*, de Berwico ad prædictam villam de Coldinghame accedere, & Solutiones prædictas ibidem facere possint & valeant.

Item, si prædictam *Dominam Margaretam* absque Prole de Corpore suo, per eundem Dominum *Jacobum Scotorum Regem* suscitatâ, ante aliquem Terminum Solutionum prædictarum (quod Deus avertat) obire contigerit, tunc post hujusmodi Obitum *Rex Angliæ* ad nullam ulteriorém Solutionem, præfato Domino *Jacobo Regi Scotorum* faciendam, Ratione præsentis Conventionis & Tractatûs, aut alicujus Obligationis, alteriúsve publicæ vel privatæ Scripturæ, Signo & Sigillo suo munitæ, in ea Parte factæ & conceptæ, nullo modo teneatur obligetur aut astringatur, sed omnino ab hujusmodi Solutionibus & earum qualibet liberatus quietus & exoneratus ipso facto habeatur & censeatur, ac si nulla Promissio, Obligatio aut Conventio in ea parte facta fuisset; hujusmodi Obligationibus & scripturis, sic ut præfertur signatis & sigillatis, aut quocumque alio modo factis, in nullo penitus obstantibus.

Commissionum verò prædictarum Tenores sequuntur & sunt tales,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ*, universis & singulis, ad quorum notitias Præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendissimi in Christo Patris *Henrici Archiepiscopi Cantuariensis* Custodis Magni Sigilli nostri, ac Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Wintoniensis* Custodis Privati Sigilli nostri, necnon Carissimi Consanguinei nostri *Thomæ Comitis Surriæ* Thesaurarii nostri Angliæ, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Procuratores, Factores & Deputatos Facimus, Constituimus, Ordinamus & Deputamus per Præsentes,

Dantes & concedentes eisdem & cuilibet eorum in solidum conjunctim & divisim plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo Principe *Jacobo Scotorum Rege* Consanguineo & Fratre nostro Carissimo, ejúsve Oratoribus Procuratoribus sive Nunciis, ipsius Nomine sufficienti Potestate munitis, de & super Sponsalibus ac Matrimonio inter ipsum *Illustrissimum Principem* Fratrem & Consanguineum & Præcarissimam *Primogenitam Filiam nostram Margaretam*, secundum dispositionem Sacrorum Canonum contrahendis, & annuente Deo cum effectu concludendis,

Ac de & super Dote Dotalitiis & Donatione propter Nuptias, ex causa hujusmodi Matrimonii, Tractandi Conveniendi & Concludendi,

Tempúsque ac Tempora Modósque & Formas pro hujusmodi Dote Dotalitiis & Donationibus propter Nuptias Assig-

A. D. 1502. *Hen. 7.* Assignandi Promittendi & Appunctuandi, ejusdémque Dotis ac Donationis propter Nuptias Possessionem Petendi, & in eandem Possessionem realiter & cum effectu in nostro Nomine mitti Petendi,

Necnon de & super Tempore, Modo & Forma Traductionis ipsius præcarissimæ Filiæ nostræ in Regnum Scotiæ Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Conveniendi, Pacificendi & finaliter concludendi,

Locáque & Tempora pro præfatæ Præcarissimæ *Filiæ nostræ* Traductione, hujusmodique Dotis sive Donationis propter Nuptias Solutione, Statuendi Præfigendi & Limitandi,

Ac etiam de & super ulterioris Solutionis quarumcúnq; Summarum Pecuniarum, prælato *Illustrissimo Principi* Fratri & Consanguineo nostro, per Nos, Nomine Dotis, pro præfata *Filia nostra*, ad Terminos ad hoc assignatos solvendarum, in Casu quo *ipsa Filia* nostra, absque Prole de Corpore suo per ipsum Fratrem & *Consanguineum nostrum* suscitata, ante aliquem Terminum Solutionem prædictarum (quod Deus avertat) obire contigerit, cessatione, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi & Concludendi,

Nec non Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas & Scripturas sigillatas pro Promissorum Complemento Nomine nostro Promittendi, Sigillandi, Tradendi & Deliberandi,

Et insuper quascumque Bullas Apostolicas super minori Ætate ejusdem *Filiæ nostræ*, ac de & super Consanguinitate & Affinitate, quibus præfatus *Frater & Consanguineus noster* Carissimus & prædicta *Filia nostra* Præcarissima Quarto & Quarto Gradibus conjunguntur, Acceptandi, Approbandi & Ratificandi,

Ac cuicumque Beneficio tàm Juris & Facti quod dictum Matrimonium impedire posset palàm expresfè & in vim Facti in Scriptis Renunciandi; Consimiliáque, Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literasque & Juramentum a præfato *Illustrissimo Principe* Fratre & Consanguineo nostro *Scotorum Rege* similiter Stipulandi, Petendi, Exigendi & Recipiendi,

Cæteraque Faciendi & Exequendi quæ circa Præmissa necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac etiam si talia sint quæ de se Mandatum exigant magis speciale, A. D. 1502. *Hen. 7.*

Promittentes, bonâ Fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros & Observaturos totum & quicquid per dictos Commissarios aut eorum aliquem in solidum Actum Gestum seu in Præmissis Factum fuerit, & superinde Literas nostras Patentes Ratificatorias Approbatorias & Confirmatorias, in Forma debita & autentica, prout opus fuerit, daturos.

In cujus rei Testimonium Præsentibus Magnum Sigillum nostrum apponi fecimus.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo octavo Die Novembris, Anno Regni nostri Decimo Septimo.

Jacobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum notitiam præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm Æternus Deus &c. *Originalis Commissio patet ut supra de Dat.* 2. *Die Octobris.*

In cujus Rei Testimonium huic Parti istius INDENTURÆ, penes dictum Excellentissimum & Potentissimum Principem Dominum *Henricum Angliæ Regem* REMANSURÆ, Nos prædicti *Archiepiscopus*, *Comes*, & *Postulatus Moraviensis*, Commissarii, Oratores, Ambassiatores & Procuratores præfati Illustrissimi & Serenissimi Principis Domini *Jacobi Regis Scotorum*, Sigilla nostrâ apposuimus, & Præsentes Manuum nostrarum Subscriptione munivimus.

Datum *in Anglia*, *in Regio Palatio de Richemont*, Vicesimo Quarto Die Mensis Januarii, Anno Domini secundum Cursum & Computationem Ecclesiarum Scoticanæ & Anglicanæ Millesimo Quingentesimo Primo.

ROBERTUS GLASGUEN.
PATRIK ERLE OFF BOTHVILE.
A. MORRAVIEN.

Sub Sigillis suis ceræ rubræ a duplicibus Caudis Pergamenæ Pendentibus.

Indentura

Indentura pro Pace & Amicitia, inter Reges supradictos.

A.D. 1502. An. 17. H. 7. Ex Autogr.

HÆC INDENTURA, FACTA inter Nos, *Robertum*, Miseratione Divinâ, *Glasguensem Archiepiscopum*, *Patricium Comitem Bothvile* Dominum Halis ac Magnum Admirallum Regni Scotiæ Gardianum occidentalium Marchiarum ejusdem, & *Andream Postulatum Ecclesiæ Cathedralis Moraviensis*, Illustrissimi & Excellentissimi Principis *Jacobi*, Dei gratiâ, *Regis Scotorum* ad infrascripta Commissarios, Oratores, Ambaxiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos & Nuncios speciales & generales ex Unâ,

Et Reverendissimum ac Reverendum in Christo Patres *Henricum*, *Miseratione præmissâ*, Cantuariensem *Archiepiscopum* totius Angliæ Primatem & Apostolicæ Sedis Legatum Illustrissimi & Potentissimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ ac Domini Hiberniæ* Magni Sigilli Custodem, *Richardum Wintoniensem Episcopum* ejusdem Domini *Regis Angliæ* Privati Sigilli Custodem, & Nobilem ac Potentem Dominum *Thomam Comitem Surriæ* Thesaurarium Angliæ, ejusdem Regis ad Infrascripta Commissarios, Oratores, Ambaxiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos & Nuncios speciales & generales Parte ex altera,

TESTATUR quòd Nos, Commissarii & Oratores Principum prædictorum, Considerantes rationi congruum esse ut, quos Consanguinitatis aut Affinitatis Necessitudo proximiori gradu conjunxit, eos Ligarum Confœderationum & Amicitiarum majora & fortiora vincula copulent uniant atque astringant, & illam Necessitudinem atque Affinitatem, Treugam, Amicitiam, & Confœderationem, quæ inter dictos Illustrissimos Principes nostros, ad Terminum Vitæ eorum & utriusque diutiùs Viventis, & ad unum Annum post Obitum ultimi Decedentis, tu præsentiarum esse dinoscuntur, ac etiam Matrimonium, quod inter præfatum Dominum *Jacobum Scotorum Regem* & Illustrissimam & Serenissimam Principem *Dominam Margaretam* præfati Domini *Regis Angliæ Filiam Primogenitam*, citra Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum, juxta Conventionem & Concordiam inter Nos Commissarios, Oratores & Procuratores prædictos, Auctoritatibus in ea Parte Nobis sufficienter tributis, inde factas & habitas, Deo Duce, per Verba de præsenti contrahetur, maturè considerantes & ante Oculos habentes, non solum ad Terminum vitæ utriusque Principis Principum nostrorum prædictorum, & ad unum Annum proximò sequentem post Obitum ultimi Decedentis, sed Auctoritate & Virtute sufficientium Commissionum a prædictis Principibus nostris respectivè Nobis in hac parte factarum & datarum (Quarum quidem Commissionum Tenores inferiùs sequuntur) ac de Mandatis specialibus Principum nostrorum prædictorum, ab hac Die in antea, perpetuis futuris Temporibus, inter eos eorumque Hæredes & Legittimos Successores, hæreditariè ac legittimè Succedentes, veram, sinceram, integram ac inviolatam Pacem, Amicitiam, Ligam & Confœderationem esse volumus,

A.D. 1502.

Ac, pro firmiori & stabiliori Conservatione ejusdem, omnia & singula Capitula sequentia Tractavimus, Contraximus, Convenimus, Concordavimus & Conclusimus, ac per præsentes Contrahimus, Convenimus, Concordamus & Concludimus,

INPRIMIS, inter Nos Commissarios, Oratores & Procuratores prædictos, Nominibus & Auctoritatibus quibus supra, contemplatione Matrimonii & ob Causas prædictas, Tractatum, Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd inter dictos *Reges Scotorum & Angliæ* eorumque Hæredes & Successores prædictos Regna, Patrias & Dominia, Terras & Loca quæcunque eorumdem, necnon Vasallos, Ligeos, Homines, Subditósque suos quoscunque præsentes & futuros tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, cujuscunque Gradûs Præeminentiæ Statûs & Conditionis existant, etiamsi Archiepiscopali Ducalive aliâ Dignitate Ecclesiasticâ vel Seculari quacunque præfulgeant, sit bona, realis, sincera, vera, integra & firma Pax, Amicitia, Liga & Confœderatio per Terram, Mare & Aquas dulces ac ubique Locorum, de cætero & inantea, semper perpetuis futuris Temporibus duratura.

ITEM, inter Nos Commissarios, Oratores & Procuratores prædictos Conventum, Concordatum & Conclusum est quòd nullus dictorum Principum eorúmve Hæredum aut Successorum prædictorum movebit aut faciet per Se,

A.D. 1502. Hen. 7. aut Subditos suos, aut alios quoscúnque moveri aut fieri permittet, Guerram per Terram, Mare, neque Aquas dulces, adversus alterum dictorum Principum vel eorum Hæredes aut Successores prædictos, eorúmve Subditos aut Ligeos suos, nec dabit Auxilium, Consilium, vel Favorem publicè vel occultè ut hujusmodi Guerra fiat moveatur vel excitetur quovis modo.

ITEM, pro securiori firmitate & observatione Pacis, Amicitiæ, Confœderationis, & Intelligentiæ prædictæ, inter Nos Commissarios, Oratores, & Procuratores prædictos, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, Tenore Præsentium, quòd neuter Regum prædictorum, nullúsque eorum Hæredum & Successorum prædictorum, quovismodo receptabit, aut a Subditis suis eorum aliquis receptari permittet, aliquem vel aliquos Rebellem, Proditorem, aut Transfugam, Rebelles, Proditores, aut Transfugas de Crimine Læsæ Majestatis Suspectum Reputatum seu Convictum, Suspectos Reputatos aut Convictos,

Et, si contingat quòd aliquis hujusmodi Rebellis, Proditor, sive Transfuga, Rebelles, Proditores, aut Transfugæ in aliquem Locum Obedientiæ Principum prædictorum eorúmve Hæredum aut Successorum prædictorum seu alicujus eorum transierit se contulerit vel declinaverit, transierint se contulerint seu declinaverint, Princeps ille in cujus Obedientia sic transierit se contulerit vel declinaverit, transierint se contulerint vel declinaverint, ipsis nec eorum alicui quoquo modo dabit seu præstabit, aut a Subditis suis dari seu præstari permittet Consilium, Favorem, Auxilium, Subsidium aut Assistentiam publicè vel occultè; sed, postquam per Literas illius Principum prædictorum cujus hujusmodi Rebellis, Proditor seu Transfuga, Rebelles, Proditores seu Transfugæ extiterit sive extiterint, alter ex Principibus hujusmodi Requisitus fuerit, eos omnes & singulos Rebelles, Proditores, & Transfugas immediatè & sine dilatione Carceribus salvò & securè custodiendos committet, & infra viginti Dies, dictum Requisitionem proximò & immediatè sequentes, eosdem Rebelles, Proditores & Transfugas & eorum quemlibet Literarum hujusmodi Requisitionis Latori aut alii ad hoc in hujusmodi Literis Nominato sive Deputato, omni Allegatione ac Excusatione fraude dolo aut alio quæsito colore quocúmque cessantibus, Tradet & Deliberabit Tradive & Deliberari faciet.

ITEM, Conventum, Concordatum & A.D. 1502. Hen. 7. Conclusum est, inter Nos Commissarios, Oratores & Procuratores antedictos, quòd omnes & singulæ Literæ salvi Conductûs, per alterutrum dictorum Principum hincinde quibuscúnque eorum Subditis, sive veri & fideles Ligei sive Proditores aut Rebelles fuerint, cujuscumque Statûs, Conditionis, Gradûs aut Præeminentiæ extiterint, etiamsi Ducali Archiepiscopali aliáve quacumq; Dignitate Ecclesiasticâ vel Seculari præfulgeant, Mercatoribusque Gentibus Armorum seu cujusvis alterius inferioris Conditionis Personis, ante hæc Tempora, sub quibuscunque Datis Verbis Tenoribus sive Formis, sive sub eorum Magnis Privatis aut Signetorum Sigillis, vivisve eorum vocum Oraculis, aut aliter qualitercunque & quandocumque, per Terram sive per Mare, ad certum Tempus vel Terminum vitæ alicujus sive aliquorum duraturæ, concessæ fuerint, præsentem per Tractatum sive Conclusionem Revocentur, Cassentur, Irritentur & Adnullentur, ac pro Revocatis, Cassatis, Irritis & Adnullatis a præsenti Die in antea expressè habeantur & reputentur,

Et quòd Consimiles Literæ hujusmodi salvi Conductûs, per neutrum dictorum Principum, eorumve Hæredum & Successorum prædictorum, qualitercunque eorum alterutrius Subditis, veris & fidelibus Ligeis sive Rebellibus aut Proditoribus, aut alicui Personæ Exteræ Personisve Exteris, qui præfatis Principibus vel eorum alteri aliquando servivit vel servierunt, cujuscumq; Conditionis, Statûs, Gradûs aut Præeminentiæ extiterint, etiamsi, ut præmittitur, Archiepiscopali Ducali aliáve quacumque Dignitate aut Auctoritate Ecclesiasticâ vel Seculari præfulgeant, Mercatoribusque aut gentibus Armorum, seu cujusvis alterius inferioris Conditionis Personis, de cætero nullo modo concedantur vel annuantur per eorum aliquem, nec dari aut concedi per eos aut eorum alterum permittantur, nisi ad id alter eorum per alterum eorumdem Principum congruè in scriptis Requiratur expressè; ita tamen quòd, si forte alter Principum prædictorum hujusmodi Literas salvi Conductûs dare placuerit ultra unum Annum ad summum duraturæ, minimè concedantur,

Et nihilominus, Casu quo de cætero quandocunque alter alterum dictorum Principum pro hujusmodi Literis salvi Conductûs, cuicunque Subdito suo quibuscunquéve Subditis suis Indulgendis, in Scriptis & de Facto Interpel-

A.D. 1502. Hen. 7. terpellaverit aut Requisierit, stabitur Arbitrio & Voluntati Principis sic Interpellati an hujusmodi Interpellationi acquiescere, Literasve hujusmodi salvi Conductûs concedere voluerit an non, secundùm quod eidem Principi sic Requisito melius expediri videbitur.

ITEM, si aliquis Rex Princeps aut alia Persona quæcunque, cujuscumque Statûs, Gradûs, Conditionis aut Præeminentiæ fuerit, etiamsi Imperiali, Regali, Archiepiscopali, Ducali aut quacumque alia Dignitate Ecclesiasticâ sive Seculari præfulgeant, nullo penitùs in hac Parte Excepto, Regna, Terras, Patrias aut Dominia alicujus Regum prædictorum eorumve Hæredum aut Successorum prædictorum modo Guerrino Invadere, Turbare, aut quicquam quocumque Locorum contra eosdem aut eorum alterum eorumve Statum, Jura, aut Possessiones, Causa vel Occasione quacunq;, Attemptare vel Usurpare præsumpserit, Princeps, non Invasus Turbatus aut Attemptatus, ad Rogatum & Interpellationem Principis Invasi, cum tali ac tanta Armatorum Copia de quali & quanta Requisitus fuerit, ad Expensas tamen Principis Interpellantis, & ad Vadia ac Stipendia in Regno & pro propriis Negotiis aut Causis ipsius Interpellati ab ipso dari & solvi solita & consueta, Consilium, Auxilium, Favorem ac Assistentiam, bonâ Fide omni dolo, fraude & negligentiâ cessantibus, & cum tanta celeritate & diligentia quanta in urgentissimis Rebus & Causis Propriis præstaret, totiens quotiens Requisitum fuerit, realiter & cum effectu, dabit, faciet & præstabit; quibuscunque Contractibus, Pactis, Conventionibus, Amicitiis, Ligis & Confœderationibus, cum quocumque Principe vel quibuscumque Principibus, sub quacunque verborum serie aut quacumque aliâ firmitate aut auctoritate roboratis, in contrarium antehac initis aut conclusis, non obstantibus.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd Castrum & Villa Berwici, cum antiquis Limitibus, & Inhabitantes & Incolæ eorumdem sub eisdem perpetua Pace, Amicitia, Liga & Confœderatione pro perpetuo stabunt & permanebunt, ita quòd neque Serenissimus *Rex Scotiæ* prædictus ejusve Hæredes vel Successores prædicti nec eorum aliquis per Se aut aliquos Subditorum Ligeorum aut Vasallorum suorum vel alios quoscúmque Guerram, Insultum, Insidias aut Obsidionem publicè aut occultè ipsis Locis aut Incolis eorum, neque Excellentissimus *Rex Angliæ* prædictus ejúsve Hæredes vel Successores prædicti neque eorum aliquis per Se aut Inhabitantes Villam seu Castrum hujusmodi Guerram, Insultum aut Obsidionem dicto Serenissimo *Regi Scotiæ* suisve Vasallis faciet aut quovismodo fieri permittet. A.D. 1502. Hen. 7.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Ligeorum unius vel alterius Principum prædictorum eorúmve Hæredum aut Successorum prædictorum Reparaverit, Ædificaverit, seu, ut vulgariter dicitur, imposuerit *le Fisch Garth de Esk*, aut Rumpat vel Destruat eundem, pro non attemptato Reputabitur, & nichilominus alia Attemptata quæcúnq; reparabuntur, sic quod Reparatio seu Distructio *dictæ le Fisch Garth* non impediat Reformationem aliorum Attemptatorum, nec introducet Ruptionem Præsentium Pacis & Amicitiarum.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd in præsentibus Pace & Amicitia comprehendantur Amici, Confœderati & Allegati utriusque Principis Principum prædictorum, si voluerint comprehendi, & eorum Regna & Dominia, & super hoc per distinctas & separatas Literas, Magnis Sigillis suis sigillatas, & utrique Principum prædictorum, infra Octo Menses proximò & immediatè sequentes Datam Præsentium, traditas & deliberatas, Animos suos declaraverint, & idem desideraverint,

Et specialiter pro Parte *Regis Angliæ*,
Rex Romanorum,
Rex Ludovicus Franciæ,
Reges Hispaniæ, *Portugaliæ & Daciæ*,
Archedux Austriæ,
Duces Venetiarum, *Ferrariæ*, *& Sabaudiæ*,
Necnon *Societas Mercatorum Hanga Theutonica*,

Et pro Parte Regis Scotiæ,
Lodowicus Rex Franciæ,
Johannes Rex Daciæ,
Rex Hispaniæ,
Rex Romanorum,
Archidux Austriæ,
Gildriæ Holsatiæ & de Cleif Duces,
Et *Marchio Brandiburgensis*,

Quibus Octo Mensibus elapsis, si nulla Notificatio hujusmodi facta fuerit Regibus prædictis, dicti Confœderati non intelligentur in hac parte aut Amicitia comprehensi,

Et, quamvis contingat dictum *Regem Angliæ* ejúsve Hæredes & Successores prædictos vel eorum aliquem Bellum seu

seu Guerras contra aliquem vel aliquos dictorum Principum in hac parte comprehensorum movere, idem tamen *Rex Scotiæ* ejúsque Hæredes & Successores prædicti & eorum quilibet a quacúnque Invasione, in Regnum Angliæ & Loca ac Dominia ejusdem, tàm per Se quàm per Suos faciendâ, omninò abstinebit; licebit tamen *Regi Scotiæ* eidem Principi, contra quem Bellum ex parte *Regis Angliæ* movebitur, Auxilium, Subsidium, Favorem & Succursum solomodo pro sua Defensione dare & impartiri, & non aliter nec alio modo; hac nichilominus Pace & Amicitiâ in suis effectu & Robore illibatâ & inconcussâ persistente & perseverante:

Et, pari modo, quamvis contingat dictum *Regem Scotiæ* ejúsve Hæredes & Successores prædictos aut eorum aliquem Bella seu Guerras contra aliquem vel aliquos dictorum Principum in hac parte comprehensorum movere, idem tamen *Rex Angliæ* ejúsque Hæredes & Successores prædicti & eorum quilibet a quacúmque invasione, in Regnum Scotiæ & Loca ac Dominia ejusdem, tàm per Se quam per suos subditos faciendâ, omninò abstinebit; licebit tamen præfato *Regi Angliæ* eidem Principi, contra quem Bellum ex Parte *Regis Scotiæ* movebitur, Auxilium, Subsidium, Favorem & Succursum solomodo pro sua Defensione dare & impartiri & non aliter nec alio modo; hac nichilominus perpetuâ Pace & Amicitiâ in suis effectu & Robore Illibatâ & inconcussâ persistente & perseverante.

Item, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquid contra præsentem Tractatum Pacis Confœderationis & Amicitiæ vel aliquem Articulum seu Capitulum ejusdem per Ligeos, Subditos, Vasallos, Inhabitantes vel Incolas prædictos vel eorum aliquem unius vel alterius Partium prædictarum vel alium aut alios quemcúnque vel quoscúnque per Terram sive per Mare vel Aquas dulces fieri vel attemptari contingat, propterea non erunt nec censebuntur Ruptæ, Infirmatæ vel Adnullatæ Præsentes Pax, Confœderatio & Amicitia, sed nichilominus in suo Robore permanebunt, & Attemptata hujusmodi debitè Reformabuntur,

Et si hujusmodi Reformationes per Gardianos Marchiarum aut eorum Locatenentes, post Requisitionem sive Interpellationem, per Partem Gravatam & Querelantem in ea parte debitè factas, minimè fiant, tunc Princeps, cujus Subditus Se Gravatum aut Dampnificatum prætendit, per Literas suas Requiret Principem, per cujus Subditum aut Subditos Dampnum aut Injuria Irrogata prætenditur, ut Dampnificato Justitia ministretur & Dampna Refarciantur,

Et casu quo Princeps Requisitus, infra Sex Menses hujusmodi Requisitionem proximò & immediatè sequentes, Parti Querelanti Justitiam non ministraverit seu ministrari fecerit, non propterea Princeps, cujus Subditus Dampnificatus prætenditur, Bellum aut Guerras quovismodo movebit, nec Pacem directè aut indirectè infringet aut violabit, nec ab aliis infringi aut violari permittet; sed, dictis sex Mensibus elapsis, licebit eidem Principi, in casu denegatæ aut non ministratæ Justitiæ, postquam de denegata Justitia debitè sibi constiterit, Literas Reprisaliarum suo Subdito aut Subditis sic Dampnificato aut Dampnificatis, contra & super omnes & singulos Subditos illius Marchiæ, si per Terram, vel Portus & ipsorum Crecas ac Villas & Villagia super Litoribus ipsorum Portuum & Crecarum existentia earúmque Inhabitantes & Incolas si per Mare, ubi & in qua vel in quo vel quibus hujusmodi Attemptans vel Dampnificans tempore Dampni vel Attemptati facti habitabat vel moram trahebat, & non contra alium vel alios quovismodo, dare & concedere; nec propterea præsenti Paci, Amicitiæ, Ligæ aut Confœderationi in aliquo censeatur Derogatum, sed omnia in præsenti Pace, Liga, Amicitia & Confœderatione inita & conclusa in suo Robore Virtute & Firmitate nichilominus manebunt, tanquam & si nichil in contrarium Actum, Factum, Gestum aut Attemptatum fuisset.

Item, inter Nos Commissarios, Oratores, & Procuratores prædictos, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd, quamvis dictus Dominus *Jacobus Rex Scotiæ* vel dicta *Domina Margareta* ante Traditionem & Deliberationem ejusdem *Dominæ Margaretæ* præfato Domino *Jacobo Regi* (quod Deus avertat) Diem suum clauserit extremum, vel quòd dicta *Domina Margareta* non deliberetur eidem Domino *Jacobo Regi* ejúsve Procuratoribus aut Commissariis ad hoc sufficienter Deputatis, ipsâ Superstite, Termino statuto & promisso, nichilominus præsens Tractatus perpetuæ Pacis & omnia & singula in eodem contenta in suo Robore pro perpetuo maneant & Effectu, nisi alter Regum prædictorum eorúmve Hæredum & Successorum suorum prædictorum alteri eorum, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo & Manu suâ sigillatas, subscriptas, & munitas,

A.D. 1502 Hen. 7. munitas, infra duos Menses post Obitum præfati Domini *Jacobi Regis* vel præfatæ *Dominæ Margaretæ*, vel non Traditionem & Deliberationem ejusdem *Dominæ Margaretæ* Termino Statuto proximò & immediatè sequentes, ob easdem Causas vel earum alteram significaverit & declaraverit quòd præsentem Tractatum perpetuæ Pacis extunc pro irrito & nullo tenuerit, habuerit, & reputaverit, & pro irrito & nullo tenere, habere, & reputare voluerit, ipsâque *Dominâ Margaretâ* præfato Domino *Scotorum Regi*, ejúsve Commissario, Oratori, vel Procuratori traditâ & deliberatâ, præsens Pax & ejus Tractatus, ac omnia & singula in eodem contenta pro perpetuo in suis permaneant Robore & Effectu, quibuscúmque aliis Conventionibus de ejus Obitu vel non Deliberatione factisve habitis non obstantibus.

Volumus præterea, Convenimus, Contrahimus, & Concludimus quòd, in Casu quo contigerit præsentem Tractatum perpetuæ Pacis, Amicitiæ, Ligæ, & Confœderationis, occasione Mortis præfati Domini *Jacobi Regis Scotorum* vel præfatæ *Dominæ Margaretæ*, ante Traditionem & Deliberationem ejusdem *Dominæ Margaretæ*, irritari, dissolvi, vel adnullari, quòd tunc Tractatus Treugæ, Amicitiæ, Pacis, & Confœderationis, qui inter dictos Illustrissimos Principes nostros ad Terminum Vitæ eorum & utriúsque eorum diutius Viventis, & ad unum Annum post Obitum ultimi Decedentis, de data Vicesimi diei Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Nonagesimo nono, initus fuit, contractus, & conclusus, in omni suo Robore permaneat & effectu, tanquam si præsens Tractatus perpetuæ Pacis, Amicitiæ, & Confœderationis nunquam initus, contractus, vel conclusus fuisset.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd Hæredes & prædicti Successores Principum prædictorum, & eorum singuli successivè, infra Sex Menses proximò & immediatè sequentes Mortem sui Antecessoris vel Prædecessoris Regis, Literas suas, præsentis Tractatûs & omnium & singulorum Articulorum in eodem contentorum Ratificatorias & Confirmatorias, Magno Sigillo suo sigillatas, & Manu suâ propriâ subscriptas, alteri Principi tunc superstiti & pro tempore existenti tradet & deliberabit, tradive & deliberari faciet.

ITEM, ad firmiorem & solidiorem Pacis, Confœderationis, & Amicitiarum prædictarum Conservationem & Observationem, Conventum, Conclusum, & Concordatum est quòd uterque Princeps Principum prædictorum præsentem Tractatum, ac omnia & singula Capitula in eodem Tractatu inita & conclusa, infra Tres Menses post Matrimonium inter dictum Serenissimum Principem Dominum *Jacobum Scotorum Regem* & dictam *Dominam Margaretam* per Verba de Præsenti contractum, jurejurando personaliter ad Sancta Dei Evangelia præstito, Conveniet, Vallabit, Ratificabit, & Confirmabit.

ITEM, Conventum & Concordatum est quòd præsens Tractatus, ac omnia & singula Capitula in eodem contenta, citra Festum Nativitatis Dominicæ, quod secundùm Computationem Ecclesiæ Anglicanæ erit in Anno Domini Millesimo Quingentesimo secundo, per Literas Patentes utriúsque Regum prædictorum, Magnis Sigillis suis sigillatas, & Manibus suis propriis subscriptas & subsignatas, Confirmabuntur & Ratificabuntur; Quas quidem Literas Confirmatorias & Ratificatorias, ut præmittitur, sigillatas & subsignatas, uterque Principum prædictorum alter alteri, citra idem Festum Nativitatis Dominicæ, vicissim tradet & deliberabit, tradive aut deliberari faciet.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd utérque Principum prædictorum, citra Primum Diem Mensis Julii, qui erit in Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tertio, Rescriptum sive Literas Apostolicas, in forma Juris efficaces, Sumptibus & Expensis suis propriis, impetrabit seu impetrari faciet, quibus omnia & singula in præsenti Tractatu contenta ejusdem Sedis Apostolicæ Auctoritate Approbabuntur & Confirmabuntur:

Et, insuper, utérque Principum prædictorum, eorúmve Hæredes vel Successores, citra dictum Primum Diem Mensis Julii, instanter & cum effectu requiret Sacrosanctam Sedem Apostolicam & *Summum Pontificem* quòd ferat Sententiam Excommunicationis, nunc pro tunc & tunc pro nunc, in eum ex prædictis Duobus Principibus eorúmque Hæredes & Successores prædictos & eorum quemlibet, qui præsentem Pacem, aut aliquod Capitulum præsentis Tractatûs violaverit, aut Violari permiserit, seu Violationi per se vel alios occasionem præstiterit, præter & ultra Sententiam Interdicti in ejus Regnum, Terras, Patrias, & Dominia; non obstante aliquo

A. D. 1502. Hen. 7.

Privilegio in Genere vel in Specie illis aut eorum alicui, sub quacúnque Verborum serie, concesso: Cui quidem Privilegio utérque Princeps Principum prædictorum palàm, publicè, & expresse, & in vim Pacti Renunciat:

Et Nos Commissarii antedicti, Nominibus eorumdem, sufficienti auctoritate Nobis in hac parte attributâ, eodem modo Renunciamus in hiis Scriptis, quas quidem Sententias, Censuras, & Pœnas ille Princeps Principum prædictorum, eorúmque Hæredes & Successores totiens incurret & incurrent; quotiens contra Formam alicujus Capitulorum præsentis Tractatûs quicquam attemptaverit vel attemptaverint, aut per se vel alios præsentem Pacem in aliquo violaverit vel violaverint, seu violari permiserit seu permiserint; & tamdiu eisdem Pœnis & Censuris Irretitus & Involutus, Irretiti & Involuti remaneat & remaneant, donec Paci & Concordiæ prædictis realiter & cum effectu parere Juraverit & Juraverint:

Ac ipsas Literas Apostolicas Originales, modo & formâ præmissis impetratas, utérque Princeps Principum prædictorum, alter alteri, citra dictum Primum Diem Julii, vicissim tradet, dabit, & deliberabit, tradíve, dari, & deliberari faciet:

Quas qnidem perpetuam Pacem, Amicitiam, Ligam, Confœderationem, & Intelligentiam prædictas, cum omnibus & singulis Articulis & Capitulis in eisdem comprehensis, Nos, virtute & auctoritate Nobis a dictis Principibus in hac parte concessâ, pro Conclusis habemus.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est quòd utérque Princeps Principum prædictorum omnia & singula Capitula præsentis Tractatûs, vel saltem Tenorem & Effectum eorumdem, in Dignioribus Civitatibus sive Opidis Regnorum suorum, & præsertim in Locis insignioribus Marchiarum suarum, infra Tres Menses proximò sequentes Datam Conclusionis præsentis Tractatûs, inter Nos Commissarios dictorum Principum inita & conclusa, publicari & notificari faciet cum effectu.

Commissionum verò prædictarum Tenores sequuntur & sunt tales,

Jacobus, Dei gratiâ, *Rex Scotorum*, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis Nos, de fidel. &c. *Originalis Commissio patet ut supra de Dat. 8. Die Octobris.*

A. D. 1502. Hen. 7.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ*, universis & singulis, ad quorum notitias Præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitatibus, Industriis & providis Circumspectionibus, Dilectorum & Fidelium Consiliariorum nostrorum, Reverendissimi in Christo Patris *Henrici Archiepiscopi Cantuariensis* Custodis Magni Sigilli nostri, ac Reverendi in Christo Patris *Ricardi Episcopi Wintoniensis* Custodis Privati Sigilli nostri, necnon Carissimi Consanguinei nostri *Thomæ Comitis Surriæ* Thesaurarii nostri Angliæ, quamplurimùm confidentes,

Ipsos nostros veros & indubitatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos & Nuncios speciales Assignamus, Facimus, Ordinamus & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem & eorum cuilibet in solidum, conjunctim & divisim, nostram plenariam Potestatem & Auctoritatem ac Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Illustrissimo & Serenissimo Principe, Carissimóque Consanguineo & Fratre nostro *Jacobo Scotorum Rege*, ejúsve Commissariis, Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eo ad hoc habentibus, tàm de & super verâ, firmâ, perpetuâ, & reali Pace atque Concordiâ, quàm de & super Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Ligis, Amicitiis, Affinitatibus, mutuísque hincinde Auxiliis & Assistentiis quotiens opus fuerit præstandis, necnon Intelligentiis, Alligantiis & Confœderationibus quibuscumque inter *Nos* & dictum *Illustrissimum Principem* Hæredésque & Successores, ac Regna, Terras, Dominia, Patrias, Subditos, Vassallos, Faventes, Confœderatos & Adhærentes nostros & suos quoscumque, hincinde Ineundis, Capiendis, Componendis, Celebrandis & Habendis, Conveniendi, Communicandi, Tractandi, Appunctuandi, Concordandi, Paciscendi, ac finaliter & integrè Determinandi & Concludendi.

Hujusmodique Pacem & Concordiam, ac Treugas & Guerrarum Abstinentias, Ligas, Amicitias, Fœdera, Affinitates, Intelligentias, Alligantias & Confœ-

A. D. 1502. Hen. 7.

Confœderationes, aliásque Pactiones & Conventiones Componendi, Paciscendi, Firmandi, Statuendi & pro perpetuo Roborandi,

Necnon, de & super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Causis, Querelis, Litibus, Attemptatis & Demandis, unà cum suis circumstantiis, emergentibus, incidentibus, dependentibus ac connexis, quæ, inter *Nos* & præfatum Illustrissimum Principem *Scotorum Regem*, & Regna, Terras, Dominia, Patrias & Loca, Subditos, Vassallos, Alligatos, Confœderatos & Adhærentes prædictos, hincinde pendere dinoscuntur, Tractandi, Conveniendi, Appunctuandi, & Componendi,

Necnon quoscúmque Subditos nostros Malefactores, Homicidas, Fures, Latrones, juxta Leges & Consuetudines Merchiarum Regni nostri Angliæ, debitè puniri Promittendi,

Necnon Rebelles dicti Consanguinei nostri, in Regnum nostrum Fugientes, certis modo & formâ eidem Consanguineo nostro aut suo sufficienti Deputato Tradendos & Deliberandos, Annuendi & Consentiendi,

Necnon Leges Statuta & Ordinationes, pro Punitione hujusmodi Malefactorum, de novo Statuendi Condendi & Ordinandi,

Ac etiam de & super Litteris scriptis & Bullis Apostolicis, omnium & singulorum Præmissorum Confirmatoriis Approbatoriis & Ratificatoriis, a Sede Apostolicâ, pro meliore Conservatione Præmissorum, per Nos impetrandis habendis & obtinendis, cum Clausulis & Articulis de Sententiâ Excommunicationis in Nos & Personam nostram, ac de Sententia Interdicti in Regnum nostrum, Patrias, Dominia & Terras nostras, si Tractatum Pacis aut aliquod Capitulum ejusdem Pacis seu Tractatûs, quem, inter Nos & dictum Principem, seu nostros aut ejus Commissarios, Iniri & Concludi contigerit, Violaverimus aut Violari permiserimus, Tractandi, Concordandi, Appunctuandi, Obligandi & Concludendi, ac cuicúmque Privilegio, tàm Juris quàm Facti, sub quâcúmque Verborum serie concesso aut Concedendo, alicui Capitulo præsentis Tractatûs quovis modo derogatorio, palàm expressè & in vim Pacti Nomine nostro Renunciandi,

Ac etiam Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Litteras & Scripta sigillata, pro Præmissorum complemento, Nomine nostro Promittendi, Tradendi & Deliberandi, ac Juramentum in Animam nostram præstandi,

Consimiliáque Securitates, Cautiones, Promissa, Obligationes, Literas, ac Juramentum a *præfato Serenissimo Principe* ejúsve Commissariis similiter Exigendi, Stipulandi & Recipiendi,

Universaque & Singula quæ, per præfatos Oratores, Commissarios, Procuratores, Deputatos & Nuncios nostros aut eorum aliquem in solidum, Appunctuata, Conventa, Conclusa & Concordata fuerint, Vallandi, Roborandi & Assecurandi per Fidei interpositionem & Juramentum in Animam nostram præstandum,

Necnon de & super hujusmodi Appunctuatis & Conclusis, cæterísque omnibus & singulis Præmissa qualitercúmque concernentibus, quæ, cum præfato *Consanguineo nostro*, seu ejus Commissariis, Procuratoribus, Deputatis & Nunciis prædictis, Appunctuata, Concordata & Conclusa fuerint, Litteras validas & efficaces pro Parte nostrâ Tradendi & Deliberandi, Litterásque alias consimilis effectûs & vigoris ex altera Parte Petendi & Recipiendi,

Et generaliter omnia Præmissa & Præmissorum singula qualitercúmque concernentia Faciendi & Exercendi atq; Expediendi, ita & eodem modo sicuti Nos faceremus seu facere possemus si in propriâ Personâ nostrâ interessemus, & si talia sint quæ Mandatum de se magis exigant speciale;

Promittentes bonâ Fide & in Verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, Legatos, Deputatos & Nuncios nostros aut eorum aliquem in solidum, Appunctuata, Promissa, Concordata & Conclusa fuerint in hâc parte, Nos Rata Grata & Firma habituros & observaturos, & superinde Litteras nostras Patentes, Magno Sigillo nostro sigillatas, Manuque nostrâ subscriptas, omnium & singulorum Præmissorum Confirmatorias Ratificatorias & Approbatorias, in formâ debitâ, prout opus fuerit, daturos.

In cujus rei Testimonium has nostras Literas fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo Die Novembris, Anno Regni nostri Decimo Septimo.

In cujus Rei Testimonium huic Parti istius INDENTURÆ, penes dictum Excellen-

A. D. 1502. Hen. 7.

celleutissimum & Serenissimum Principem *Henricum Angliæ Regem* REMANSURÆ; Nos prædicti *Archiepiscopus, Comes*, & *Postulatus Moraviensis*, Commissarii, Oratores, & Procuratores præfati Excellentissimi Principis nostri *Jacobi Regis Scotorum*, Sigilla nostra apposuimus, & Præsentes Manuum nostrarum Subscriptione munivimus.

Datum *in Anglia*, *in Regio Palatio de Richemond*, Vicesimo Quarto Die Mensis Januarii, Anno Domini secundum Cursum & Computationem Ecclesiarum Scoticanæ & Anglicanæ Millesimo Quingentesimo Primo.

A. D. 1502. Hen. 7.

ROBERTUS GLASGUEN.
PATRIK ERLE OFF BOTHVILE.
A. MORRAVIEN.

Sub Sigillis suis cera rubra a duplicibus Caudis Pergamenæ Pendentibus.

Indentura pro Reformatione Attemptatorum.

A. D. 1502. An. 17. H. 7. Ex Autogr.

HÆC INDENTURA, FACTA inter Nos, *Robertum*, Miseratione Divinâ, *Glasguensem Archiepiscopum*, *Patricium Comitem de Bothvile* Dominum de Halys ac Magnum Admirallum Regni Scotiæ Gardianum Occidentalium Marchiarum ejusdem, & *Andream Postulatum Ecclesiæ Cathedralis Moraviensis*, Illustrissimi & Excellentissimi Principis *Jacobi*, Dei gratiâ, *Regis Scotorum* ad Infrascripta Commissarios, Oratores, Ambassiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales & generales, ex unâ,

Et, Reverendissimum ac Reverendum in Christo Patres, *Henricum*, Miseratione præmissâ, *Cantuariensem Archiepiscopum* totius Angliæ Primatem & Apostolicæ Sedis Legatum Illustrissimi & Potentissimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ & Domini Hiberniæ* Magni Sigilli Custodem, *Ricardum Wintoniensem Episcopum* ejusdem Domini Regis Angliæ Privati Sigilli Custodem, & Nobilem & Potentem Dominum *Thomam Comitem Surriæ* Thesaurarium Angliæ, ejusdemque Regis ad Infrascripta Commissarios, Oratores, Ambassiatores, Legatos, Procuratores, Deputatos, & Nuncios speciales & generales, parte ex alterâ,

TESTATUR quòd, cùm jamdudùm, inter Nos Oratores, Procuratores, Commissarios, & Legatos prædictos, virtute & auctoritate quarumdam Commissionum Nobis in ea parte a prædictis Principibus nostris datarum & concessarum, eorundem Principum Nomine & Mandato, quædam Capitula perpetuæ Pacis Amicitiæ, Ligæ, Unionis, & Confœderationis, pro ipsis suisque Hæredibus & legitimis Successoribus hæreditariè & legitimè Succedentibus, eorúmque Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis perpetuò duraturarum, ad Laudem & Gloriam Dei, Pacem & Honorem Principum nostrorum prædictorum, ac Subditorum suorum Quietem, Commodum, & Utilitatem, inita, concordata, & conclusa fuerint, sicuti ex ejusdem Tractatûs, cujus Data est Die Datæ Præsentium, Inspectione luculentiùs apparere potest,

Nos Commissarii, Oratores, & Procuratores prædicti, ad firmiorem & stabiliorem Pacis, Amicitiæ, & Confœderationis prædictarum Observationem & Continuationem, Nominibus & Mandatis Principum nostrorum prædictorum, ac virtute Commissionum suarum Nobis in ea parte datarum & concessarum (quarum quidem Commissionum Tenores inferiùs sequuntur) subsequentes Articulos Tractavimus, Convenimus, Concordavimus, & Conclusimus, ac per Præsentes Convenimus, Concordamus, & Concludimus.

INPRIMIS, inter Nos, Commissarios, Oratores, & Procuratores prædictos, Tractatum, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd si contingat aliquos Homicidas, Fures, Latrones, Transfugas, aut alios Malefactores quoscúnque, ex Subditis alterius Principum prædictorum eorúmve Hæredum & Successorum prædictorum, ad alterius Regnum, Terras, vel Locum Obedientiæ Aufugere, & in eadem Se Recipere, vel in eisdem Latitare, Gardianus illius Marchiæ, per quam iidem Homicidæ, Fures, Latrones, Transfugæ, aut alii Malefactores prædicti intraverunt, vel in quam se Receperunt, vel in qua Latitârunt aut latitant, ejúsve Locum-

A. D. 1502. Hen. 7.

cumtenens vel Locumtenentes, Deputatus vel Deputati, per Gardianum Marchiæ vel Marchiarum alterius Regni, ejúsve Locumtenentem vel Locumtenentes, Deputatum vel Deputatos, super hoc per Literas suas certior factus, & ad eorumdem Homicidarum, Furium, Latronum, Transfugarum, aut aliorum Malefactorum Captionem & Deliberationem Requisitus, statim & sine dilatione, omni dolo, fraude, & necligentiâ in ea Parte cessantibus, omnem Operam & Diligentiam faciet & præstabit ut hujusmodi Homicida, Fures, Latrones, Transfugæ, & alii Malefactores infra Decem Dies, si ultra Centum Millaria a Limitibus Marchiarum illarum per quas intraverunt non distaverint, alioquin infra Viginti Dies, dictam Certificationem & Requisitionem proximò & Immediatè sequentes, Capiantur, & Literarum hujusmodi Latori aut Alii in eisdem Literis nominato tradantur & deliberentur,

Et si idem Gardianus, ejúsve Locumtenens vel Locumtenentes, Deputatus vel Deputati, sic, ut præmittitur, Requisitus vel Requisiti, in prædicta Opera Diligentia & Cura præstandis, vel in prædictorum Homicidarum, Furium, Latronum, & aliorum Malefactorum Captione, Traditione, & Deliberatione, culpabilis vel necligens, coram Principum prædictorum Commissariis ad hoc sufficienter auctorisatis, secundùm Leges & Consuetudines Marchiarum, in aliqua Dieta vel in aliquibus Dietis ad hoc, per Ipsos Principes vel Commissarios suos prædictos, assignandis, Repertus & Convictus fuerit, Princeps ille, cujus Gardianus vel Locumtenens aut Locumtenentes, Deputatus aut Deputati, Subditus vel Subditi extiterit vel extiterint, & ipsos sic Convictum vel Convictos non solum Officiis suis privabit, sed etiam Ipsum & Ipsos, prout eidem Principi, secundùm ejus Honorem & Conscientiam, dictorúmque Homicidarum, Furium, Latronum, & aliorum Malefactorum Offensarum qualitates & quantitates, dignum visum fuerit, Puniet & Cohercebit; & nichilominus Princeps ille pro hujusmodi Homicidarum, Furium, Latronum, & aliorum Malefactorum prædictorum Captione & Deliberatione Operam Curam & Diligentiam secundùm ejus Honorem & Conscientiam fieri & præstari faciet.

ITEM. Conventum & Conclusum est quòd Homicidæ modo & formâ sequentibus puniantur, videlicet, si contingat de cætero aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis Angliæ* ejúsve Hæredum vel Successorum prædictorum, aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis Scotiæ* ejúsve Hæredum vel Subditorum prædictorum, infra Marchias Angliæ vel Limites Marchiarum Scotiæ, violenter Interficere, Gardianus Marchiarum prædictarum Angliæ, vel ejus Locumtenens aut Locumtenentes, Deputatus aut Deputati, cum omni cura & diligentia, omni Favore postposito, ac dolo fraude & sinistra machinatione quibuscúnque in hac Parte cessantibus, Prosequentur & quilibet eorum Prosequetur ut talis Interfector seu Interfectores Capiantur: qui, si quoquo modo Capti fuerint, ducantur ad Dietam per Gardianos utriúsque Marchiæ, vel per eorum Locatenentes vel Deputatos appunctuandam: ubi, si per Leges aut Consuetudines Marchiarum legittimè convincantur vel aliquis eorum convincatur, tunc Gardianus Marchiarum Angliæ ejúsve Locumtenens vel Locumtenentes, Deputatus vel Deputati, talem Interfectorem vel Interfectores, ut supra Convictum vel Convictos, Gardiano Marchiarum Scotiæ ejúsve Locumtenenti vel Locumtenentibus, Deputato vel Deputatis Liberabit seu Liberari faciet; qui Gardianus Marchiarum Scotiæ, ejúsve Locumtenens vel Locumtenentes, Deputatus vel Deputati, ipsum Homicidam vel Homicidas, sic ut supra Convictum vel Convictos & sibi Consignatum vel Consignatos, pro hujusmodi Homicidio ultimo Supplicio demandare possit:

Et, simili modo, si contingat de cætero aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis Scotiæ*, ejúsve Hæredum vel Successorum prædictorum, aliquem vel aliquos Subditum vel Subditos dicti *Regis Angliæ*, ejúsve Hæredum vel Successorum prædictorum, infra Marchias Scotiæ vel Limites Marchiarum Angliæ violenter Interficere, Gardianus prædictarum Marchiarum Scotiæ, ejúsve Locumtenens vel Locumtenentes, Deputatus vel Deputati, cum omni cura & diligentia, omni favore postposito, ac Dolo Fraude vel Machinatione quibuscúnque in ea Parte cessantibus, Prosequentur & quilibet eorum Prosequetur ut talis Interfector vel Interfectores capiantur: qui, si quoquo modo Capti fuerint, ducantur ad Dietam per Gardianos utriúsque Marchiæ vel per eorum Locumtenentes vel Deputatos appunctuandam: ubi, si per Leges & Consuetudines Marchiarum legittimè Con-

A. D. 1502. Hen. 7.

vincantur, vel eorum aliquis Convincatur, tunc Gardianus Marchiarum Scotiæ, ejúsve Locumtenens vel Locumtenentes, Deputatus vel Deputati, talem Interfectorem seu Interfectores, sic ut supra Convictum vel Convictos, Gardiano Marchiarum Angliæ, ejúsve Locumtenenti vel Locumtenentibus, Deputato vel Deputatis Liberabit seu Liberari faciet; qui Gardianus Marchiarum Angliæ, ejúsve Locumtenens vel Locumtenentes, Deputatus vel Deputati, ipsum Homicidam vel Homicidas, sic ut supra Convictum vel Convictos, & sibi Consignatum vel Consignatos, pro hujusmodi Homicidio ultimo Supplicio demandare possit.

ITEM, Conventum & Conclusum est, quòd Naves, Nautæ, Mercatores, & alii Subditi utriúsque Principum prædictorum, eorúmque Hæredum & Successorum prædictorum, per Terram, Mare, & Aquas dulces Euntes, Conversantes, Navigantes, Naufragium passuri & Permanentes, Tractentur & Recipiantur Prout meliùs Tractari & Recipi consueverunt in Temporibus aliarum Treugarum prius, *inter Scotiæ & Angliæ Reges* & eorum Regna, initarum & conclusarum, & præcipuè quòd Recipiantur & Tractentur juxta vim, formam, & effectum Tractatûs Treugarum conclusi inter Illustrissimos *Jacobum Tertium quondam Scotiæ Regem*, & *Edwardum Quartum nuper Angliæ Regem*, de Data Primi Diei Mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo quarto.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis ex Subditis Partium prædictarum quicquam Deprædatus fuerit seu Attemptaverit infra Marchias aut Terram alterius Partium prædictarum, & post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum Fugiendo revertatur ad Marchias vel Terram illius Partis cujus est Subditus, licebit illi, contra quem Attemptatum fuerit, in recenti, vel infra Sex Dies computandos a Tempore Delicti sic attemptati vel commissi, Auctoritate præsentis Ordinationis & Tractatûs, absque aliis Literis vel Salvo Conductu, illum Malefactorem prosequi, & ipsum sic prosequendo intrare salvò & securè Marchias & Terram in quam idem Malefactor se contulerit; dummodò, quamcitò hujusmodi Marchias sive Terram hac de Causa intraverit, adeat aliquem Virum bonæ Famæ & Opinionis illæsæ habitantem infra Marchiam quam sic intrat, & eidem declaret Causam Introitûs sui, videlicet, ad Prosequendum Deprædationem suam, describat & specificet quibus Bonis & Catallis vel Rebus Deprædatus seu Spoliatus fuerit, ac insuper requiret Eundem quòd, quamdiu hujusmodi Prosecutionem suam fecerit, secum eat, ut, super Factis suis tempore dictæ Prosecutionis, possit cùm requisitus fuerit super hoc Testimonium perhibere Veritati. A. D. 1502. Hen. 7.

ITEM, Conventum & Conclusum est, quòd omnes & singuli Scoti, qui devenerunt Ligei *Regis Angliæ*, teneantur ad Observandum Articulos præsentis Tractatûs Pacis & Amicitiæ, & quòd Attemptata per eos super Subditos *Regis Scotiæ* debent eo modo Reformari quo Reformabuntur Attemptata per Originarios Subditos *Regis Angliæ*; Idem per omnia observandum ex Parte *Regis Scotiæ* si qui Anglici ante hæc Tempora Ligei *Regis Scotorum* devenerunt.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquis Subditus Partium prædictarum, qui passus fuerit Rapinam vel Spolium a Subdito alterius earumdem, propriâ Auctoritate suâ propter hoc Spoliationem Prisas vel Districtiones Personarum vel Bonorum fecerit, eo ipse cadat a Causa sua, & nichilominus secundùm Delicti exigentiam puniatur.

ITEM, Conventum & Conclusum est quòd, si aliquid, contra præsentem Tractatum Pacis, Confœderationis, & Amicitiæ, aut aliquem Articulum seu Capitulum ejusdem, per Ligeos, Subditos, Vassallos, Inhabitantes, vel Incolas prædictos vel eorum aliquem unius vel alterius Partium prædictarum, vel alium vel alios quemcúnque vel quoscúnque, per Terram sive per Mare vel Aquas dulces, fieri vel attemptari contingat, propterea non erunt nec censebuntur Ruptæ Infirmatæ vel Adnullatæ prædictæ Pax, Confœderatio, & Amicitiæ, sed nichilominus in suo Robore permanebunt, & Attemptata hujusmodi debitè reformabuntur,

Et si hujusmodi Reformationes, per Gardianos Marchiarum aut eorum Locatenentes, post Requisitionem sive Interpellationem, per Partem Gravatam & Querelantem in ea Parte, debitè factas, immediatè non fiant, tunc Princeps, cujus Subditus Gravatum aut Dampnificatum se prætendit, per Literas suas Requiret Principem, per cujus Subditum aut Subditos Dampnum aut Injuria irrogata prætenditur, ut Dampnificato Justitia ministretur & Dampna resarciantur: & Casu quo Princeps requi-

A. D. 1502. Hen. 7. requisitus, infra Sex Menses hujusmodi Requisitionem proximò, & immediatè sequentes, Parti Querelanti Justitiam non ministraverit seu ministrari fecerit, non propterea Princeps, cujus Subditus Dampnificatus prætenditur, Bellum aut Guerras quovis modo movebit, nec Pacem directè aut indirectè infringet aut violabit, seu ab aliis infringi aut violari permittet: sed, dictis Sex Mensibus elapsis, licebit eidem Principi in Casu denegatæ aut non ministratæ Justitiæ, postquam de denegata Justitia debitè sibi constiterit, Literas Reprisaliarum suo Subdito aut Subditis sic Dampnificato aut Dampnificatis, contra & super omnes & singulos Subditos illius Marchiæ si per Terram, vel Portus & eorum Crecas ac Villas & Villagia super Littoribus ipsorum Portuum & Crecarum existentia, eorúmque Inhabitantes & incolas si per Mare, ubi & in quo vel in qua vel in quibus hujusmodi Attemptans vel Dampnificans, tempore Dampni vel Attemptati facti, habitabat vel moram traxit, & non contra alium vel alios quovis modo dare & concedere, nec propterea prædictæ Paci, Amicitiæ, Ligæ, aut Confœderationi in aliquo censeatur Derogatum, sed omnia in prædicta Pace, Ligâ, Amicitiâ, & Confœderatione inita & conclusa in suo Robore, Virtute, & Firmitate nichilominus manebunt, tanquam & si nichil in contrarium Actum, Factum, Gestum, aut Attemptatum fuisset.

ITEM, Conventum, Concordatum, & Conclusum est, quòd Hæredes & prædicti Successores Principum prædictorum & eorum singuli successivè, infra Sex Menses proximò & immediatè sequentes Mortem sui Antecessoris vel Prædecessoris Regis, Literas suas, præsentis Tractatûs & omnium & singulorum Articulorum in eodem contentorum Ratificatorias & Confirmatorias, Sigillo suo sigillatas, & Manu suâ subscriptas, alteri Principi tunc Superstiti & pro tempore existenti Tradet & Deliberabit, Tradivie & Deliberari faciet.

ITEM, Conventum & Concordatum est quòd præsens Tractatus, ac omnia & singula Capitula in eodem contenta, citra Festum Nativitatis Dominicæ, quod secundùm Computationem Ecclesiarum Scoticanæ & Anglicanæ erit in Annò Domini Millesimo Quingentesimo secundo, per Literas Patentes utriúsque Regum prædictorum Hæredum vel Successorum suorum prædictorum, Magnis Sigillis suis sigillatas, & Manibus suis propriis subscriptas & subsignatas, Confirmabuntur & Ratificabuntur; Quas quidem Literas Confirmatorias & Ratificatorias, ut præmittitur, sigillatas & subsignatas, uterque Principum prædictorum Hæredum vel Successorum suorum prædictorum alter alteri, citrà dictum Festum Nativitatis Dominicæ, vicissim Tradet & Deliberabit, Tradive Deliberari faciet.

Commissionum verò prædictarum Tenores sequuntur & sunt tales,

Jacobus, &c.

Henricus, &c.

In cujus Rei Testimonium, huic Parti istius INDENTURÆ, penes dictum Illustrissimum & Excellentissimum Principem *Angliæ Regem* REMANSURÆ, Nos prædicti *Archiepiscopus, Comes, & Postulatus Moraviensis*, Commissarii, Oratores, & Procuratores præfati Illustrissimi & Excellentissimi Principis Domini *Jacobi Regis Scotorum*, Sigilla nostra apposuimus, & Præsentes Manuum nostrarum Subscriptione munivimus.

Datum *in Anglia*, *in Regiò Palatio de Richemond*, Vicesimo Quarto Die Mensis Januarii, Anno Domini secundum Cursum & Computationem Ecclesiarum Scoticanæ & Anglicanæ Millesimo Quingentesimo Primo.

ROBERTUS GLASGUEN.
PATRIK ERLE OFF BOTHVILE.
A. MORRAVIEN.

Sub Sigillis suis cera rubra a duplicibus Caudis Pergamenæ Pendentibus.

Juramentum

Juramentum Regis Scotiæ de Pace & Amicitia Observanda.

A. D. 1502. An. 17. H. 7. Ex Autogr.

I James, *be the Grace of Gode*, King of Scotland *Promise and, be thir Haly Euvangelis and Canon of the Haly Mess be me Bodily touchit, Swere that I sall for my parte wele and trewly Kepe and Observe the Tretie of Perpetuale Peax and Amitie, and every Article of the same, now lately Passit and Concludit be sufficient Auctorite, and in the Names of ws the said King on that Ane Partie, and the Right Excellent the Right Hie and Mithty Prince* Henry, *be the Grace of God*, King of Ingland and of France and Lord of Irland *on that other Partie, bering Date the xxiv. Day of the Moneth of January last past, and the same als fer ais in me is I sall cause in likewise to be Observit and Kept be my Subgiectis.* A. D. 1502.

And in Witnes of this my Promyss and Aith I have subscribed this my Writing with my awin Hand at *Edinburgh* the xxii. Day of the Monetlf of February, and of our Regnne the xiv. Zere.

JAMES R.

FINIS.

